

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

CONSTITVTIONES DECLARATIONES ET ORDINATIONES CAPITVLORVM GENERALIVM S. ORDINIS PRÆDIC.

Ab Anno MCCXX. vſque ad MDCL. emanatæ,

Ex probatis eorundem Actis in Ordinis Archiuio aſſeruatis

IVSSV REVERENDISS. P. N.

F. IO. BAPTISTAE DE MARINIS
MAGISTRI GENERALIS

exſcriptæ,digeſtæ,atq; euulgatæ

A PATRE


F. VINCENTIO MARIA FONTANA
Sacræ Theologiæ Mag.

Filio Conuentus S.Mariæ Super Mineruam eiuſdem Ord,

PARS PRIMA.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De ijs, quæ ſancita ſunt pro toto Ordine.



ROMÆ, Ex Typographia Franciſci Caballi. M.DC.LV. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

14, 25, 2, 14

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI N.

F. IOANNI BAPTISTAE DE MARINIS

MAGISTRO GENERALI.

QVONIAM melior eſt obedientia quam victima (Reuerendiſſime Pater) demandatum mihi munus colligendi in vnum, præloq. donandi cuncta ea, quæ in Generalibus noſtris Capitulis ab Ordinis primordijs ad hæc vſque nouiſſima tempora fuere ſancita, hilari fronte ſum aggreſſus obedientiæ meritum percepturus. At ſi vera loqui fas eſt: Erraſti MAGISTER, opus enim hoc diù deſideratum, vberiorem, feliciorémq; non meum, calamum expectabat: meum autem infirmum licet, ac debilem, ita diuina diſponente Bonitate, aſſumpſiſti, vt tanquam obedientiæ inſtrumentum quidquid in Ordinis noſtri commodum, Regularisque Obſeruantiæ incrementum (quod maximè in hoc opere affectas) exarauerit, non mihi, ſed aſſumenti tibi, atque dirigenti adſcribatur. Faxit Deus, vt iuſta vota tua feliciter complcantur: primæuus Paupertatis ſpiritus, Caſtitatis nitor, Obedientiæ meritum, Scientiæ viror, cæterarumque virtutum omnium ſplendor in Filijs tuis refloreſcat; atque tui ad exemplum Religionis noſtræ totus componatur Orbis.

Reuerendiſsimæ Pat. tuæ

Filiorum minimus

F. Vincentius Maria Fontana.

Digitized by Google

APPROBATIONES.

IVſſu Reuerendiſſimi P. N. F. IOANNIS BAPTISTAE DE MARINIS Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum bipartitum hoc Opus A. R. P. Magiſtri F. Vincentij Mariæ Fontana attentè peruolui, nilque in eo, quod offendat offendi; ſiquidem Author agnominis ſui probè memor *Fonti*, non Riuulis calamum applicuit, vt ex ipſis originarijs Archiui Venis (quod quidem ab alijs limoſis alibi Scatebras ſectatis minus fœliciter præſtitum fuit) nonniſi *Fontana*, hoc eſt certa, limpida, ſincera, puriſsima exhiberet. Fluant igitur inoffenſo tramite *Fontani* hi latices tantopere expectati, & ad omnes Dominicani Ordinis areolas toto Orbe ſecuriſſimè deriuentur, ita publici intereſſe omnino iudico. Romæ Idibus Septembris M D CL V.

F. Leonardus Hanſen Mag. Prouincialis Angliæ

EX mandato Reuerendiſsimi Patris noſtri F. IOANNIS BAPTISTAE DE MARINIS Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſtri legi Declarationes, & Ordinationes Capitulorum Generalium, quæ tam pro totius Ordinis Prædicatorum communi vtilitate, quàm pro particularium Prouinciarum, Congregationum, Vicariatuum, & Conuentuum gubernatione à principio Ordinis, vſque ad hoc noſtrum tempus emanarunt, collationatas, cum authenticis, & legitimis Actis eorundem Capitulorum, quæ habentur, & diligenter cuſtodiuntur in Archiuio Romano Ord. atque etiã alijs exemplaribus ex Archiuijs Cõuentuũ Toloſani, & Lingonienſis exſcriptis, & ſecundũ ordinẽ alphabeticum collatas, & digeſtas magno labore, fidelitate, & induſtria, perſpicuitate, & claritate à R. Ad. P. F. Vincentio Maria Fontana Sac. Theologiæ Magiſtro, & Prædicatore Generali, in quibus nihil inueni, quod diſpliceret, ſed potius inueni opus hoc diù deſideratum in Ordine, fœliciter tandem perfectum ad tollendas ambiguitates aliquas, quæ tam circa textus noſtratum Conſtitutionum intelligentiam, quàm circa earundem Gloſſas oriri poſsint, ſicut circa chronologias temporum, quibus præfata Acta celebrata fuerunt. Inſuper multum conducit ad amplificandum hiſtoriam Ordinis, & quaſi digito demonſtrandum quibus vijs, & medijs Sancti Patres noſtri proceſſerunt ad plantandam obſeruantiam regularem, & ad eam conſeruandam, ad extirpandum morbum Clauſtralitatis, & inobſeruantiam, quæ ex peſte generali, & diuturno ſchiſmate vniuerſalis Eccleſiæ in Ordine orta eſt; ſicut lucidè apparet obedientia, & reuerentia in Sanctam Eccleſiam Catholicam, & Sedem Apoſtolicam, ac ardens zelus pro promouenda orthodoxa, & catholica fide, & ad cunctas hæreſes, & errores eliminandos: Quarè æſtimo dignifsimum, & neceſſarium vt hoc opus prælo mandetur, & fiat commune toti Ordini ad omnium noſtrum conſolationem, & fructum. In quorum fidem libentiſsimo animo ſubſcripſi in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam die 15. Auguſti 1655.

F. Ioannes Nolano Magiſter.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

M. A. Oddus Viceſg.

Imprimatur.

F. Raymundus Capiſuccus Sac. Pal. Ap. Mag. Ord. Præd.

VNI.

Digitized by Google

VNIVERSIS PATRIBVS, AC FRATRIBVS

Sacrum Prædicatorum Ordinem profeſsis.

F. IOANNES BAPTISTA DE MARINIS

Sacræ Theologiæ Profeſſor, atque eiuſdem Ordinis humilis Magiſter Generalis, & ſeruus, Salutem in ea, quæ finis præcepti eſt Charitate.

EN Religioſi Patres, ac Filij in IESV viſceribus dilectiſſimi Opus tot priuatis, publicisque votis pridem in Ordine deſideratum, tanto labore, atque impendio demum collectum, totque ſaluberrimis Patrum inſtitutis, tot opportunis ſanctioris diſciplinæ fulcris, & contra vetuſtatis marcorem viuidis remedijs vndequaque refertum; hanc dico noſtrarum legum, & Capitularium Ordinationum epitomen, quæ vt probatiſſima, ſincera, ſummèque autentica in lucem, ac manus Veſtras tandem veniret, eam non aliunde quàm ex ipſiſſimis noſtræ Religionis Archiuis, Regeſtorum autographis, Capitulorum originarijs exemplaribus, veteribusque inſtrumentorum tabulis fideliſſimè erui procurauimus, & vt arbitramur, intentum noſtrum integerrimè fuimus aſſecuti. Habetis in hoc variarum ſanctionum exactiſſimo compendio vbi poſſitis non tantum voſmetipſos tanquam in ſpeculo inſpicere, veſtrosque mores ad amuſſim omnino ſecuriſsimam librare, atque componere, verum etiam vna mirari, vultum Ordinis, tam ſibi in condendis, firmandisque ſuis legibus ſemper vniformem, zelum, induſtriam, ſtudia noſtrorum Patrum per tot ſæculorum varietates in accuranda regulari obſeruantia ſemper eadem, ſuique ſimillima, operante videlicet per ſingulas Ordinis ætates, ac temporum viciſsitudines vno, eodemque illo ſpiritu, qui primus myſticum hoc corpus inſufflante propitio Numine animauit; quod quidem vobis non mediocre calcar eſſe debet ad omnia, & ſingula, quæ taliter vobis præſcripta ſunt deuotè, ſolicitèque obſeruanda, ſiquidem dignum eſt (vtcum Sancto Pontifice, ac Martyre Fabiano in Epiſtola ad Epiſcop. Orient. vos alloquamur) quod *quæ inſtigante Spiritu ſancto inſtituta ſunt, nec diſſimulatio negligentiæ, nec aliqua præſumptio valeat perturbare. Sed ſicut hoc, quod exigebat rationis vtilitas, oportuit diffinire, ita quod diffinitum eſt non debet violari.*

Accipite igitur Fratres donum, quo aliud ſanctius, nobilius, magisque neceſſarium Religioni dare non poſſumus; plenam veſtrarum actionum gnomon, tutiſſimam veſtræ nauigationis Cynoſuram, denique facilem, expeditam, veram profeſſionis veſtræ libellam, ac normam, cui vos obediendo non ſolùm veſtri, ſed etiam noſtri miſeremini, ſemper memores, nobiſcum vos in illo diſtricto examine ad huius libri tabularia fore iudicandos. Dat. Romæ in noſtro Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam Kalendis Nouembris MDCLV.

AD

Digitized by Google

AD
PATRES ORDINIS
OPERIS AVTHOR.

QVÆ diù in tenebris latitauere Generalium Capitulorum noſtrorum, Leges, & Acta in lucem tandem prodire conſpicitis, Patres Chariſſimi, Aſſumpti laboris cauſam quæritis? Minus fidos illorum Authorum Libellos, qui eorundem Capitulorum ſummarium edidere, hanc extitiſſe ſciatis, quorum vnum ex altero exſcripſiſſe opinor, dum quædam in eiſdem Capitulis ſancita ſinguli aſſerant; de quibus nec verbum quidem actum in illis conſpicitur; quæ aliquo ordinata fuere modo, diuerſo referant; vnam pro altera pœnam indigant; & Generalia Comitia, quæ vel acephala, vel nunquam in Ordine noſtro celebrata, quandoque adducant: (quod mendum etiam in declarationes noſtris Conſtitutionibus appoſitas aliquando irrepſiſſe animaduerti). Ad tollendos igitur huiuſmodi offenſionis lapides Patres noſtri in Generali Capitulo Romæ ann. 1629. congregati hęc in commiſſione ix. decreuere. *Committimus eidem Magiſtro Ordinis* (erat tunc P. F. Nicolaus Rodulphius) *vt Patri alicui erudito iniungat collectionem omnium Actorum Capitulorum Generalium, & Priuilegiorum, ac prouiſionum, tam ad commune bonum totius Ordinis, quàm ſingularum Prouinciarum ſpectantium; quæ omnia in vnum volumen ordinatè collecta quamprimum prælo mandet.* Quod opus cum neque pręfatus Magiſter Ordinis, neque P. F. Thomas Turcus in eodem regimine ſucceſſor præſtiterint, Reuerendiſs. P. N. Magiſter Generalis mihi omnium minimo conficiendum demandauit, illudque ſecundum vires à Domino præſtitas tandem aliquando vobis exhibeo terminatum. Cæterùm ne me quoque in eoſdem cum alijs offendiſſe ſcopulos ſuſpicemini, cuncta quę in hoc volumine habetis, ex probatis Generalium Capitulorum Actis in Ordinis Archiuio à Reuerendiſſimo P. Noſtro F. IO. BAPT. DE MARINIS, impendio, labore, atque diligentia non mediocri in maximum Religionis emolumentum, & poſterorum ſolatium nouiter conſtructo aſſeruatis me ſummo ſtudio, ac labore, proprio calamo fideliter, atque de verbo ad verbum exſcripſiſſe credatis. Quæ in aliquibus Capitulis fuere ordinata, & poſtmodum in ſubſequentibus reuocata, cum à Legum noſtrarum vi iam defecerint, ab hoc opere, ne volumen in caſſum augeretur, eliminata comprobabitis, quod ſi in veſtrum, atque Ordinis noſtri commodum elaboratum experiemini, agite gratias Deo bonorum omnium largitori.

AD LECTOREM.

TEMPORIS anguſtia preſſus, Amice Lector, vota mea tibi reddere non valui; opus enim hoc, vt vberius, elegantiusque in tuas prodiret manus, poſt terminatum proprij exordij quartum, quintum quoque annum in ſui expectabat complementum. At quia melius eſt obedire quam ſacrificare, iubente Reuerendiſſimo Patre Noſtro præcucurrit ad lucem, in proximo futuro quoque Capitulo Romæ ſequenti anno M. DC. LVI. celebrando, acceptandum. Deſideratur propterea in aliquibus Conſtitutionum noſtrarum adductis textibus, quòd Capitula, & anni, in quibus illę inchoatę, approbatę, & confirmatę fuerint, recenſerentur, idque ſi Vitę Auctor hanc mihi conſeruabit, oportuno tibi tempore exhibebo.

AD

SERIES

Capitulorum Generalium Ordinis.

SVb S. P. N. DOMINICO Mag.Ord.1.
Bononię 1220.*Bononiæ* 1221.
Sub B.Iordano Mag.Ord.2.
Parisijs 1222.*Bononiæ* 1223.*Parisij* 1224.
Bononiæ 1225.*Parisijs* 1226.*Bononiæ* 1227.
Parisijs 1228.*Bononiæ* 1229.*Parisijs* 1230.
Bononiæ 1231.*Parisijs* 1232.*Bononiæ* 1233.
Parisijs 1234.*Bononiæ* 1235.*Parisijs* 1236.
Sub S.Raymundo Mag.Ord.3.
Bononiæ 1238.*Parisijs* 1239.*Bononiæ* 1240.
Sub P.F.Io:Theutonico Mag.Ord.4.
Parisijs 1241.*Bononiæ* 1242.*Parisijs* 1243.
Bononiæ 1244.*Coloniæ* 1245.*Parisijs* 1246.
*In Montepeſs.*1247.*Parisijs* 1248.*Treueris* 1249.
Londonis 1250.*Metis* 1251.*Bononiæ* 1252.
Sub B.Vmberto Mag. Ord.5.
Budæ 1254.*Mediolani* 1255.*Parisijs* 1256.
Florentiæ 1257.*Toloſæ* 1258.*Valencenis* 1259.
Argentinæ 1260.*Barcinonæ* 1261.*Bononiæ* 1262.
Londonis 1263.
Sub P.F.Io:de Vercellis Mag.Ord.6.
Parisijs 1264.*In Montepeſs.*1265.*Treueris* 1266.
Bononiæ 1267.*Viterbij* 1268.*Parisijs* 1269.
*Mediol.*1270.*In Montepeſs.*1271.*Florentię* 1272.
Apud Peſtũ 1273.*Lugduni* 1274. *Bononię* 1275.
Parisijs 1276.*Burdegalis* 1277. *Mediolani* 1278.
Parisijs 1279.*Oxoniæ* 1280.*Florentiæ* 1281.
Viennæ 1282.*In Montepeſſulano* 1283.
Sub P.F. Munione Mag.Ord.7.
Bononiæ 1285.*Parisijs* 1286.*Burdegalis* 1287.
Lucæ 1288.*Treueris* 1289.*Ferrariæ* 1290.
Palentiæ 1291.
Sub P.F.Stephano Biſuntino Mag.Ord.8.
Romæ 1292.*Inſulis* 1293.*In Montepeſs.*1294.
Sub P.F.Nicolao de Taruiſio Mag.Ord.9.
Argentinę 1296.*Venetijs* 1297.*Metis* 1298.
Sub P.F.Alberto Clauario Mag.Ord.10.
Maſſiliæ 1300.
Sub P.F.Benardo Gallo Mag. Ord.11.
Coloniæ 1301.*Bononiæ* 1302.*Biſuntij* 1303.
Sub P.F. Aymerico Placentino Mag.Ord.12.
Toloſæ 1304.*Ianuę* 1305.*Parisijs* 1306.
Argentinæ 1307.*Patauij* 1308.*Cęſaraug.*1309.
Placentiæ 1310.*Neapoli* 1311.
Sub P.F.Berengario Toloſano Mag.Ord.13.
Carcaſſonæ 1312.*Metis* 1313.*Londonis* 1314.
*Bonon.*1315.*In Montepeſ.*1316. *Pampilon.*1317.
Sub P.F.Herueo Brit.Mag.Ord.14.
Lugduni 1318.*Caturci* 1319.*Rothomag.*1320.
Florentię 1321. *Viennę* 1322. *Barcinonę* 1323.
Sub P.F.Barnaba Vercellen.Mag.Ord.15.
*Burdegal.*1324.*Venetijs* 1325.*Parisijs* 1326.
Perpiniani 1327.*Toloſę* 1328.*Ciſteriac.*1329.
Apud Traiectum 1330.*Victorię* 1331.
Sub P.F.Vgone Campano Mag.Ord.16.
Diuioni 1333.*Lemouicis* 1334.*Londonis* 1335.
Brugis 1336.*Valencenis* 1337. *Apud Claramon.*
1339.*Mediolani* 1340.*Auenione* 1341.
Sub P.F.Gherardo Domaro Mag.Ord.17.
Carcaſſonę 1342.
Sub P.F.Petro Palma Mag.Ord.18.
Parisijs 1343.*Apud Podium* 1344.
Sub P.F.Guarino Gallo Mag.Ord.19.
Briuę 1346.*Bononię* 1347.*Lugduni* 1348.
Sub P.F.Io:Molendino Mag.Ord.20.
Barcinonę 1349.*In Montepeſſulano* 1350.
Sub P.F.Simone Lingonien.Mag.Ord.21.
ApudCaſtras 1352.*Biſuntij* 1353.*Narbonę.*1354
Pampilonę 1355.*Verduni* 1356.*Venetijs* 1357.
Argentinę 1358.*Pragę* 1359.
Perpiniani 1360.*Rothom.*1361. *Ferrarię* 1362.
Magdeburgi 1363.*Valentię* 1364.*Genuę* 1365.
Sub P.F.Elia Toloſano Mag.Ord.22.
Auenione 1367.*Brugis* 1369.*Valentię* 1370.
Toloſę 1372.*Florentię* 1374.*Podij* 1376.
Carcaſſonę 1378.*Lauſanię* 1379.
Sub B.Raymundo de Capua Mag.Ord.23.
Bononię 1380.*Lemouicis* 1384.*Cæſaraug.*1391.
Venetijs 1393.*Narbonę* 1394.*Francofurti* 1397.
Sub P.F.Thoma de Firmo Mag.Ord.24.
Vtini 1401.*Erfordię* 1403.*Nurimberg.*1405.
Bononię 1407.*Bononię* 1410.*Genuę* 1413.
Sub P.P.Leonardo Statio Mag.Ord.25.
Florentię 1414.*Argentinę* 1417.*Metis* 1419.
Florentiæ 1421.*Papię* 1423.
Sub P.F.Bartholomæo Texerio Mag. Ord.26.
Bononię 1426.*Colonię* 1428.*Lugduni* 1431.
Columbarię 1434.*Venetijs* 1437.*Sauiliani* 1439.
Auenione 1442.*Diuioni* 1444.*Podij* 1447.
Sub P.F.Petro Rochim Mag.Ord.27.
Lugduni 1450.
Sub P.F.Guidone Flamochetti Mag.Ord.28.
Romę 1451.
Sub P.F.Martiali Auribello Mag.Ord.29.
*Nannet.*1453.*In Mõtepeſ.*1456.*Nouiomag.*1459
Sub P.F.Corrado Aſten. Mag.Ord.30.
Senis 1462.
Sub P.F.Martiali Mag.Ord.reaſſumpto.
Nouarię 1465.*Romę* 1468.*Acephalum tamen.*
Auenione 1470.*Baſilę* 1473.
Sub P.F.Leonardo de Manſuetis Mag.Ord.31.
Romę 1474.*Peruſij* 1478.
Sub P.F.Saluo Caſſeta Mag. Ord.32.
Romę 1481.
Sub P.F.Bartholomeo de Comatijs M.Ord.33.
Romæ 1484.
Sub P.F.Barnaba Saxono Mag.Ord.34.
Venetijs 1486.

Sub P.F.Ioachino Turriano Mag.Ord.35.
Venetijs 1487. *Cenomanis* 1491. *Ferrariæ* 1494.
Viterbij 1498.
Sub P.F.Vincentio Bandello Mag.Ord.36.
Romę 1501.*Mediolani* 1505.
Sub P.F.Io:Cleree Gallo Mag.Ord.37.
Papię 1507.
SubP.F.Thoma deVio Caietano Mag.Ord.38.
Romę 1508.*Mantuę* 1513.*Neapoli* 1515.
Sub P.F.Garſia de Loayſa Mag.Ord.39.
Romę 1518.
Sub P.F.Franciſco Silueſtro Mag.Ord.40.
Romę 1525.
Sub P.F.Paulo Butigella Mag. Ord.41.
Romę 1530. [illegible]
Sub P.F.Io:de Fenario Mag.Ord.42.
Romę 1532.*Lugduni* 1536.
Sub P.F.Auguſtino Recuperato Mag.Ord.43.
Romæ 1539.
Sub P.F.Alberto Caſaus Mag.Ord.44.
Romę 1542.
Sub P.F.Franciſco Romęo Mag.Ord.45.
Romę 1546.*Salmanticę* 1551.
Sub P.F.Stephano Vluſmaris Mag.Ord.46.
Romę 1553.

Sub P.F.Vincentio Iuſtiniano Mag.Ord.47.
Romę 1558.*Auenione* 1561.*Bononiæ* 1564.
Romę 1569.
Sub P.F.Seraphino Cauallo Mag.Ord.48.
Romę 1571.*Barchinonæ* 1574.
Sub P.F.Paulo Conſtabili Mag.Ord.49.
Romę 1580.
Sub P.F.Sixto Fabri Mag.Ord.50.
Romę 1583.
Sub P.F.Hyppolito M.Beccaria Mag.Ord.51.
Romę 1589.*Venetijs* 1592.*Valentię* 1596.
Neapoli 1600.
Sub.P.F.Hyeronimo Xauierre Mag.Ord.52.
Romę 1601.*Valliſoleti* 1605.
Sub P.F.Auguſtino Gaiamino Mag.Ord.53.
Romę 1608.*Pariſijs* 1611.
Sub P.F.Seraphino Sicco Mag.Ord.54.
Romæ 1612.*Bononię* 1615.*Vlyſſiponę* 1618.
Mediolani 1622.*Toloſę* 1628.
Sub P.F.Nicolao Rodulphio Mag.Ord.55.
Romę 1629.
Sub P.F.Thoma Turco Mag.Ord.56.
Romę 1644.*Valentię* 1647.
Sub P.F.Io:Bapt.de Marinis Mag.Ord.57.
Romę 1650.

ELENCHVS RERVM.

A

Abſolutio ab Officijs. pag. 1.
Abſolutio Magiſtri Ord. 1.
Abſolutio Priorum Prouincialium. 4.
Abſolutio Priorum Conuentualium. 12.
Abſolutio Suppriorum. 27.
Abſolutio Vicariorum. 28.
Acceſſus ad Vrbem. 29.
Accuſationes. 31.
Acta Capitulorum. 32.
Acta Capitulorum Generalium. 33.
Acta Capitulorum Prouincialium. 34.
Affiliationes. 35.
Alchimia. 38.
Alternatiua Officiorum. 39.
Apoſtatæ. 40.
Apellationes. 43.
Archiuia Conuentuum. 46.
Archiuia Prouinciarum. 46.
Arma. 47.
Aſſignationes. 48.

B

Baccalaurei. 51.
Barba. 57.
Benedictio. 57.
Bibliothecæ. 58.
Bona Conuentuum. 59.
Bona Fratrum. 61.
Bona Fratrum Defunctorum. 68.
Bullæ Pontificiæ. 72.

C

Capitulum Generaliſſimum. 74.
Capitula Generalia 74.
Capitula Prouincialia. 79.
Capitulum Electionis Prouincialis. 83.
Capitulum de Culpis. 85.
Carceres. 87.
Carnes. 93.
Cantus. 95.
Cauſæ. 96.
Cellæ. 96.
Cenſuræ. 99.
Cerretani. 101.
Cœmeteria. 101.
Chorus 102.
Chronicæ. 104.
Cibus. 105.
Clauſura. 106.
Comœdiæ. 108.
Commiſſarij. 109.
Commiſſarius S.Officij. 109.
Communio. 110.
Confeſſio Sacramentalis. 110.
Confeſſores. 111.
Confeſſor Regis Hiſpaniarum. 113.
Confeſſores Fratrum. 113.

Con-

Confeſſores Monialium. 116.
Confeſſores Secularium. 118.
Congregationes Intermediæ. 123.
Conſeruatores. 123.
Conſilium Patrum. 124.
Conſpirationes. 130.
Conſtitutiones. 131.
Conſuetudines. 132.
Contributiones. 133.
Conuentus. 137.
Conuentus Obſeruantiæ. 145.
Conuerſi. 149.
Curiæ. 156.
Curioſitates. 157.
D
DEbita Conuentuum. 158.
Debita Fratrum. 159.
Declarationes. 160.
Defectus Fratrum. 161.
Delinquentes. 161.
Depoſitum Ordinis. 163.
Depoſitum Prouinciæ. 165.
Depoſitum Conuentus. 165.
Depoſitum Fratrum. 167.
Depoſitum Extraneorum. 171.
Deputati in Conuentibus. 172.
Detractores. 173.
Diffinitores. 175.
Diffinitores Capituli Generalis. 176.
Diffinitores Capituli Prouincialis. 181.
Diſcurſus Fratrum. 184.
Diuiſio Ordinis. 189.
Doctrina SS. Patrum. 191.
Doctrina S. Thomæ. 192.
E
ECcleſiæ Alienę. 197.
Eccleſię Noſtrę. 197.
Ædificia. 202.
Electio Fratrum. 204.
Electiones. 205.
Electio Magiſtri Ord. 220.
Electio Prioris Prouincialis. 224.
Electio Prioris Conuentualis. 232.
Electio Priorisſę. 247.
Electio Diffinit. Cap. General. 247.
Electio Diffinit. Cap. Prouincial. 249.
Electio Socij Prou. & Diffinit. Cap. Gen. 250.
Electio Socij Prioris Conuent. 251.
Electio Electoris Prouincialis. 254.
Eleemoſynę. 254.
Epiſcopi. 255.
Equitare. 259.
Examinandi. 261.
Excommunicatio. 263.
Exemptiones. 264.
Exitus ex Conuentu. 265.
F
FAmuli. 269.
Fauores Extraneorum. 269.
Feſta Sanctorum. 276.
Fides Catholica. 278.
Fugitiui. 280.
Furtum. 281.
G
GEnuflexiones. 282.
Gradus. 284.
Graduati. 289.
Gratię. 290.
Gratię Ord. 290.
Grauis Culpa. 291.
Grauior Culpa. 292.
Grauiſſima Culpa. 303.
H
HAbitus Ord. 303.
Hebdomadaria. 304.
Hęreſis. 305.
Horę Canonicę. 308.
Hoſpites. 309.
I
IEiunium. 312.
Ieſuitę. 315.
Illegitimi. 316.
Inchoationes. 319.
Inclinationes. 319.
Incorrigibiles. 320.
Indulgentiæ. 321.
Infamatores. 323.
Infirmi. 324.
Inquiſitores. 325.
Interdictum. 337.
Inuentarium. 337.
Itinerantes. 340.
Iubilarij. 343.
Iuuenes. 344.
L
LApſus Carnis. 347.
Lecti. 350.
Lectores Artium, & Theol. 350.
Lectores Biblici. 358.
Lectores Caſuum Conſcientiæ. 360.
Lectores S. Scripturæ. 361.
Legata. 361.
Leuis Culpa. 361.
Libelli Famoſi. 362.
Libri. 362.
Libri imprimendi. 366.
Licentiæ. 369.
De Lineis. 370.
Litaniæ. 371.
Litteræ. 373.
Litteræ patentes. 376.
Locus in Ordine. 378.
Ludi illiciti. 379.
M
MAgiſter Ord. 379.
Magiſtri S. Theol. 388.
Magiſtri Nouitiorum. 396.
Magiſtri Studentium. 400.
Matrimonia. 403.
Matutinum. 403.

Me-

Medicina.404.
Menſa.405.
Mercimoniæ.408.
FF. Minores. 409.
Minutio. 419.
Miſſa. 419.
Miſſa Conuentualis. 423.
Moniales. 426.
Moniales Tertiariæ. 440.
Mulieres. 441.
Munera. 442.
Muſica. 443.

N

NEgotia ſecularia. 444.
Nomen Frater. 446.
Nouitij. 446.

O

OBedientia. 453.
Obſeruantia. 454.
Officium Diuinum. 455.
Officium B. Virginis. 458.
Officium Defunctorum. 460.
Officium S. Thomę Aquinatis. 462.
Oratio Mentalis. 462.
Ordinandi. 464.
Ordinationes Capitulorum. 468.
Organa. 471.
Oleum Sanctum. 473.
Oſtiarius Conuentus. 473.

P

PAraſceues. 474.
Patres Prouinciæ. 474.
Paupertas. 475.
Pecuniæ. 477.
Percuſſores. 479.
Petitiones. 480.
Pœnæ Ordinis. 481.
Poſtulationes. 483.
Præcepta. 484.
Prædicatores. 485.
Prædicatores Generales. 491.
Prælati Eccleſiarum. 498.
Prælati Ordinis. 499.
Præſentati. 501.
Præſidentes Conuentuum. 501.
Priores Conuentuales. 502.
Priores Prouinciales. 508.
Priuatio habitus. 519.
Priuilegia Ordinis. 519.
Proceſſus. 520.
Procurator Ordinis. 521.
Procuratores Prouinciarum. 525.
Profeſſio. 526.
Proprietas. 531.
Proteſtationes. 531.

Q

QVæſtus. 531.
Quindeunia. 534.

R

RAſura. 535.
Ratiocinia Conuentuum. 535.
Rebellio. 536.
Recipiendi. 537.
Recurſus extra Ordinem. 544.
Reformatio Ordinis. 547.
Regentes Studiorum. 575.
Repręſentationes. 578.
Roſarium B. Virg. 579.

S

SAcramenta. 580.
Sacriſtia. 580.
Scandalum 581.
Scrutatores 582.
Scrutinium 584.
Secreta Ordinis 585.
Seculares 587.
Sepultura Extraneorum 588.
Sepultura Fratrum 589.
Sigillum 589.
Silentium 590.
Singularitas 592.
Societates SS. Roſarij, & Nom. Dei 593.
Socij Prouinc. & Diffinit. Cap. Gen. 602.
Socij Priorum 603.
Socij Prouincialium 603.
Studentes 604.
Studium 614.
Studium Generale 615.
Studium Controuerſiarum 619.
Studium Linguarum 620.
Studium Grammaticæ 622.
Studium ſecularium ſcientiarum 623.
Suffragia pro Fratrib. & Sororib. 623.
Suffragia pro ſecularibus 627.
Suppriores 627.
Syndicus 638.

T

TErmini Conuentuum, & Prouinciarũ 634.
Tertiarij 635.
Teſtamentum 636.

V

VAgabundi 638.
Veſtes 639.
Vicarij 644.
Vicarij Ordinis 645.
Vicarij Generales Mag. Ord. 646.
Vicarij Prouinciarum 647.
Vicarij Rrouinciales 650.
Vicarij Congregationum 652.
Vicarij Nationum 653.
Vicarij Locorum 654.
Vicarij Monialium. 654.
Vicarij in Capite 655.
Vicarij Electionum 656.
Vicarij Conuentuum 656.
Vicarij Priorum 658.
Vicarij Suppriorum 659.
Viſitatores 659.
Vox 666.

DE ABSOLVTIONE AB OFFICIIS.

1 [C]VNCTOS Ordinis noſtri Superiores, atque Officiales à ſuis Prælatuſis, ac officijs abſolui, ſeu amoueri poſſe, nemo ſanæ mentis in dubium vertere audet, cum hoc in noſtris ſacris Conſtitutionibus habeatur expreſsè, in quibus & cauſæ, ob quas tales abſolutiones fieri debeant, ac poſſint, aſſignantur. Licet autem propter aliquam culpam ipſo facto incurratur abſolutionis pœna ab aliquibus; eidem tamen pœnæ nullus vnquam de facto eſt ſubiectus, niſi in hoc ſuperioris declaratio accedat. *Ex Prologo Conſtitut. noſt. tex.* 4. Vnde Romæ 1518. decl. 2. ita dicitur. *Itē declaramus, & volumus, quod quæuis pœnæ extra conſtit. appoſitæ ipſo facto incurrendæ, niſi ſint excommunicationes latæ ſententiæ, exigant declarationem ſuperioris in particulari, niſi ipſemet reus ſe ipſum declaret.*

2 Nullus ſuperior ſe ipſum ab officio abſolutum declarare valet propter quamcumque transgreſſionem, cui abſolutio ſit annexa. Ita fuit declaratum Romæ 1518. ſuprad. declaratione 2. *Nullus Præſidens declarare ſe ipſum poteſt abſolutum ab officio propter quamcumque traſgreſſionem admiſſam.* Vide in Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 4. ſub litt. O. vbi dicitur ita fuiſſe ordinatum Romę 1513. & debet dicere 1518. nam 1513. fuit Capit. Ianuę celebratum.

3 Pœnas priuatiuas in Conſtitut. ſeu Capitulis Generalibus contentas, quādo clauſulam, *ipſo facto*, annexam habent, ſola facti declaratione incurri, ita vt illas in ſententia ferenda Prælatus Iudex minuere nequaquam poſſit, declaratum fuit Valentiæ 1596. decl. 6. hoc modo. *Declaramus pœnas omnes priuatiuas in noſtris Cōſtitutionibus contentas, quando adeſt clauſula,* ipſo facto, *ſola facti declaratione incurri, ita vt non poſſit Iudex ipſas minuere in ſententia ferenda.*

4 Appellare ab abſolutione facta, vel facienda, nemini licet. *Vide inferius de Appellationib. num. 1. & 2.*

De Abſolutione Magiſtri Ordinis.

1 REuerendiſſimum Ordinis noſtri Generalem Magiſtrum à ſuo officio abſolui, atque amoueri poſſe, expreſsè in Conſtitutionibus noſtris habetur. Cauſæ autem, ob quas ab Ordinis Magiſterio, & ſupremo regimine, amoueri poſſit, ſunt: *Si præuaricator Ordinis fuerit, aut contemptor, aut adeo negligens, & remiſſus, quod Ordinis diſſolutionem, & deſtructionem inducat.* Ita habetur in Conſtitutionibus noſt. diſt. 2. c. 8. tex. 6.

2 Diffinitores Capituli Generalis habent plenam poteſtatem exceſſus Magiſtri Ord. corrigendi, vel eum ab officio penitus amouendi. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Bononiæ 1240. confirmata Pariſijs 1241. & in Conſtit. redacta Bononiæ 1242.* At huiuſmodi Diffinitores non habent talem poteſtatem remouendi ipſum Magiſtrum, niſi tantum propter cauſas ſupradictas, eodemq; modo, quo in declaratione eiuſdem tex. 6. ſub litt. E. habentur, ab eo patratas.

3 Vt Magiſter Ord. non deponeretur niſi propter hæreſim ſancitum fuerat in Ordinis primordijs; veruntamen poſtea in Capit. Generaliſs. 1236. ſub B. Iordano Pariſijs habito conſtitutione 16. ita fuit ſancitum. *Item vbi dicitur in Conſtitutionibus, non deponatur Magiſter Ordinis niſi pro hæreſi, radatur pro hæreſi, & ponatur pro crimine.* Quid autem intelligatur pro hoc nomine *crimen* dictum eſt ſupra num. 1.

4 Ceſſio autem Magiſtri à Diffinitoribus non admittatur, niſi propter aliquod prædictorum, aut defectum, aut impotentiam, quæ ipſum ab executione officij Magiſtratus perpetuò impediret. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 7. quæ fuit inchoata Pariſijs 1241. approbata, ſeu confirmata Bononiæ 1242. & in Conſtit. reda*

cta Pariſijs 1243. Perpetuum autem dicimus quod Diffinitores de prudentum conſilio perpetuum iudicabunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Pariſijs* 1243. *conf. Bononiæ* 1244. *& in Conſt. redacta Coloniæ* 1245.

5 Magiſter Ordinis abſolutus ſolis ſucceſſoribus ſuis eſt ſubditus Romæ 1644. Ord. 23. *Ordinamus, & firmiter de cætero ſtatuimus, vt noſtri Ord. Generales Magiſtri, & in eo Religionis munere Sanctiſſimi Patriarchæ Dominici ſucceſſores poſt ſuſceptum ſemel tanti muneris onus perpetuo, quo par eſt, præcipui honoris, & reuerentiæ charactere apud nos maneant inſigniti, Ideoque, ſiue ij à ſuo Generalatus officio amoti fuerint, ſiuè per renunciationem ſe ab eo abdicauerint, volumus & ordinamus, vt præter cæteras prærogatiuas ijs ex Conſtitutione conceſſas, exempti deinceps maneant à cuiuſcumque, aut Prioris, aut Prouincialis obedientia, & ſoli ſuo ſucceſſori, ſeu Magiſtro Ord. Generali ſubdantur.*

6 Magiſter Ord. cedens, vel amotus poſt Magiſtrum Ord. in diffinitorijs Capitulorum Generalium, & Prouincialium, & in abſentia Magiſtri poſt Prouincialem, in cuius Prouincia fuerit, & in abſentia Prioris Prouincialis, poſt principalem Prælatum, primam vocem, primumque locum vbique, & in omnibus obtinebit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 7. quæ fuit inchoata apud Nurimberg.* 1405. *& confirmata Bononiæ* 1410. *atque immediatè in Conſtitut. redacta auctoritate Alex. Papæ V.* Ita enim habetur in Actis eiuſdem Capituli. *Omnes ſuprascipta confirmationes tempore ſchiſmatis habuerunt in vna obedientia tria Capit. Generalia, & auctor. litterarum Apoſtolicarum fælicis recordat. Alexandri Papæ V. coram nobis, & toto Capit. Generali lectarum, in hac parte nobis commiſſa ſunt pro veris Conſtitutionibus, & legitimis, ac ſi fuiſſent in tribus Generalibus Capitulis continuis ordine generaliter vnito editæ, per nos approbatæ, & confirmata, & debent in Conſtit. & rubricis in locis debitis annotari.* Cum autem in Capit. Romano 1644. vt ſupra dictum eſt, mandatum fuerit Magiſtrum Ord. abſolutum ſolis ſuis ſucceſſoribus ſubditum fore, eundem quoque poſt actualem Generalem Magiſtrum immediatè loco vbique gaudere iuſſit fœl. record. Innocentius Papa X. ann. 1644. in ſui Pontificatus primordijs, omniumque primus P.F. Nicolaus Rodulphius hoc fuit priuilegio potitus.

7 Eadem ſuffragia debentur Magiſtro Ord. abſoluto, ac in eodem munere decedenti. Valentiæ 1647. decl. 13. *Declaramus ſuffragia, quæ ſecundùm Conſtitutiones noſtras debentur Magiſtro Ord. defuncto, eidem deberi, etiam ſi ex quacumque cauſa amotus, vel extra Ordinem conſtitutus, in officijs Generalatus non decedat.*

8 Magiſtro Ord. eſt interdictum ſub pœna abſolutionis à Magiſterio, & Regimine Ord. pro gratijs conceſſis munera, etiam ſponte oblata recipere. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 7. Quæ fuit inchoata Romæ* 1508. *confirmata Ianuæ* 1513. *& in Conſtitut. redacta Neapoli* 1515. hoc pacto. *Item hæc ſtatuimus, quòd, nec Magiſter Ordinis nec aliquis Prior Prouincialis, aut quouis modo Præſidens in noſtro Ord. aliquid accipiat directè, vel indirectè, etiam ſponte oblatum à quacumque perſona, ſiue Prælata, ſiue ſubdita prætextu litterarum, ſigilli, regiſtri, licentiæ, confirmationis, & vniuerſaliter cuiuſcumque gratiæ conceſſæ, aut concedendæ, ſed quilibet ſit communibus contributionibus contentus, & viſitationibus. Priores autem Prouinciales, & alij inferiores contrafacientes, in pœnam abſoluantur ab officijs ſuis indiſpenſabiliter: Magiſter verò Ord. ſi in hoc exceſſerit, à Diffinitoribus Generalis Capituli corrigatur, etſi obſtinatè reſtiterit, deponatur, & debet poni in fine cap. de electione Magiſtri, & hæc habet tria Capitula.* Quod etiam fuit confirmatum Romæ 1530. decl. 1. quātum ad Vicarios Congreg. Prouinciales, & Priores tantum.

De Abſolutione Priorum Prouincialium.

1 PRiores Prouinciales, qui in ſuis Prouincijs regularem obſeruantiam non promouent, & maximè in Conuentibus ad hanc ſpecialiter deputatis, ſunt in pœnam à ſuis officijs abſoluendi. Ita ſancitum eſt Valentiæ 1596. Commiſs. 2. *Committimus RR. Add. PP. Prouincialibus, vt omni conatu promoueant opus reformationis ſuarū Prouinciarum, præſertim in Conuentibus ad id ſingulariter deputatis conformiter ad noſtram obligationem, & mandatum Sanctiſs. D. N. Clementis VIII. Nec permittant præfatos Conuentus minui aut retrocedere, ſed potius de ipſorum progreſſu, & augmento ſolliciti ſint. Qui in hoc negligentes reperti fuerint, in pœnam à ſuis abſoluantur officijs.*

2 Si neglexerint ſeuerè illos Fratres punire, qui contra Magiſtri Ord. vel Generalis Capituli auctoritatem aliquid attentare, vel eam in diſcrimen vocare auſi fuerint. Neapoli 1600. decl. 1. *Declaramus quòd cum Mag. Ordinis omnimodam, & plenariam habeat facultatem in toto Ordine, tā in ſpiritualibus, quam in temporalibus, tenētur omnes Præſidentes Prouinciarum, Vicariarum, Congregationum, Conuentuum, ſiue locorum ex officio ſeuerè punire illos, qui quoquomodo auſi fuerint in diſcrimen vocare, vel aliquid tentare contra ipſius Magiſtri Ordinis, vel Capituli Generalis auctoritatem, cum hoc ſit ſupremum tribunal noſtræ Religionis, quod vt faciant, ipſis ſub poena abſolutionis ab eorum officijs diſtrictè mandamus.*

Si

Digitized by Google

3 Si bona ad commune Religionis depoſitum ſpectantia Collectori à Magiſtro Ordinis inſtituto tradere diu diſtulerint. In Capit. Romæ 1629. ordinatione 23. *Ordinamus vt Magiſter Ordinis in qualibet Prouincia deſignet aliquem fratrem ſibi probatum, qui ſit collector bonorum, quæ ad commune Religionis depoſitum ſpectabunt, cui Patres Prouinciales, & Priores pecunias, ac bona depoſito communi adiudicata abſque ulla mora conſignare teneantur ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs.*

4 Si per ſe ipſos, vel ſaltem per idoneos fratres non viſitauerint omnes ſuarum Prouinciarum Conuentus, & pro viribus regularem obſeruantiam promouere non procurauerint. In Capitulo Lugduni 1536. ordinat. 1. *Quoniam (ſicut nos ipſi cognouimus) per negligentiam Viſitatorum in noſtro Ord. maximè declinat regularitas, & reformatio retardatur: ordinantes præcipimus in virtute Spir. S. & S. Obed. nec non ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis omnibus R.R. Prouincialibus noſtri Ord. quatenus ſemel in anno infallibiliter per ſe ipſos, vel per alios idoneos Patres experientia, & zelo Religionis inſtructos viſitent omnes cõuentus, & loca ſuarum Prouinciarum; & quantum poſſunt noſtrarum Conſtitutionum obſeruantiam inducant;* Vide in Conſtit. noſtris diſt. 2. cap. 11. de Viſitatorib. in declarat. textus 2. ſub litt. A. vbi dicitur ita fuiſſe ordinatum Lugduni 1535. & debet dicere 1536. hoc enim anno fuit celebratum Capit. Lugdunenſe.

5 Si munera à ſuis ſubditis præter ea, quæ in Clementis VIII. bulla de muneribus permittuntur receperint, in qua ſic dicitur. *Quod ſi quis ex ſupradictis Regularibus* (ſcilicet Generali, Prouinciali, vel quouis alio Superiore) *noſtrarum huiuſmodi prohibitionum &c. tranſgreſſor fuerit, ſtatuimus vt omnibus & ſingulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus & officijs eo ipſo priuatus, ac ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in futurum obtinenda, inhabilis perpetuò & incapax, ac perpetua infamia & ignominia notatus exiſtat.* Quæ autem Clemens in præfata bulla donari, & recipi permittit, ſunt leuiora eſculenta, & poculenta, ſeu ad deuotionem, vel religionem pertinentia munuſcula. *Vide quæ de hac re habentur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 11. in declarat. tex. 1. litt. A.* Veruntamen præfata Clementis VIII. Conſtitutio à Congregatione ſpecialiter ab Vrbano VIII. P.M. inſtituta, fuit his verbis declarata. *Congregatio, &c. Auctoritate ſibi attributa declarauit, & declarat munera à Religioſis vtriuſque ſexus tribui poſſe ex cauſis gratitudinis, conciliationis beneuolentiæ, eiuſque conſeruationis erga ipſam Religionem, vel Conuentum, alijſque cauſis ex ſui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modeſtè tamen, ac diſcretè, & dummodo id non fiat niſi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum conſenſu maioris partis Conuentus, ſi talis conſenſus de iure, vel ex Conſtitutionibus, ſeu conſuetudinibus cuiuſque Religionis reſpectiuè in huiuſmodi caſibus requiratur, &c.* Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcat. die 16. Oct. an. 1640. Pontificatus ſui 18.

6 Si munera pro litteris patentibus, gratijs conceſſis, vel concedendis, iuſtitia præſtanda, &c. acceperint. *Vide ſupra de Abſol. Mag. Ord. num. 3.* Quod fuit Conf. Ianuæ 1513. approbat. 2. Neapoli 1515. conf. 3. Romæ 1508. Inchoat. 2. & Romæ 1530. declarbtione 1. fuit in hunc modũ confirmata. *Declaramus quod ſi quis Prior Prouincialis, vel Vicarius Congregationis, aut Conuentualis Prior occaſione litterarum, vel ſigilli, aut regiſtri, licentia, vel confirmationis, & vniuerſaliter pro conceſſione cuiuſcumque gratiæ aliquod mun etiam ſponte oblatum, ſuſceperit, pœnam abſolutionis à ſuis officijs incurriſſe, prout in Conſtitutionibus habetur.*

7 Si non procurauerit infirmis omnia neceſſaria, & alijs fratribus victum, & veſtitum ſubminiſtrari; ita enim ordinatum fuit Ianuæ 1513. Ord. 6. & Neapoli 1515. Ordin. 10. ſic dicitur: *Item reformationi Ordinis operam dare volentes cum effectu, mandamus Prioribus Prouincialibus, & reliquis Præſidentibus Prouinciarum, Congregationum, & Nationum ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis, vt in Conuentu prouideatur de cibo, & potu fratribus in refectorio, veſtimentorumque ſufficientia. Et quod omiſſis omnibus ſeruiatur infirmis decumbentibus, & prouideatur de communibus bonis conuentus omni excuſatione remota non minus quam Priori decumbenti prouideri deberet.*

8 Si fratres verbo, vel facto Patres Societatis Ieſu, alioſque Religioſos aliquo modo grauiter offendẽtes non punierint. Valentiæ 1596. admon. 4. *Admonemus omnes fratres Ordinis noſtri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno ſinceroque affectu proſequi velint Religioſos omnes cum quibus ad eundem finem tendere debent, ſpecialiter verò Patres Societatis Ieſ, quos plurimum inter cæteros illis commendamus: Nullo verò pacto verbo vel facto offendendo; talis ſiquidem offenſa, ſi (quod abſit) ocurreret, ſeueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam ſumi, grauiter puniendo offendentes, quod ſi non egerint, & Reuerendiſ. P. Generalis id reſciuerit, delinquentem puniet ſimul, atque illos à ſuo officio abſoluet.* Quod tamen intelligendum eſt de offenſa graui.

9 Si fratres ſibi ſubditos ad aliqua ſtudia extra Ordinem noſtrum direxerint. Pariſijs 1611. Ord. 7. & Bononiæ 1615. conf. 8. *Confirmamus ordinationem factam in Capitulo Pariſienſi 1611. vt fratres ratione ſtudij non mittantur extra Ordinem, quam ordinationem inuiolabiliter ſub pœna abſolutionis ab officio ab omnibus Prouincialibus, & Prioribus in cunctis Prouincijs Ordinis obſeruari volumus.*

10 Abſolutionem quoque ab officijs incurrunt Priores, tam Prouinciales, quàm Conuentuales, qui Magiſtrum Nouitiorum ex ſe ipſis inſtituere, vel amouere, ſine Diffinitorum, ſeu Patrum à conſilijs conſenſu auſi fuerint. Sic ex mandato Sixti V. Pont. Max. ſancitum eſt Apoſt. auct. Romæ 1589. Admonit. 2. *Præcipitur ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, ne Prior Prouincialis, ſeu Conuentualis poſſit ad nutum inſtituere Magiſtrum Nouitiorum, vel iam inſtitutum ab officio amouere, niſi ex conſenſu Diffinitorum ſi de hoc in Cap. Prouin. tractetur, vel ex conſenſu maioris partis Patrum à Conſilijs illius Conuentus, in quo Magiſter Nouitiorum eſt inſtituendus, vel amouendus, quando de hoc extra Capitulum tractatur.*

11 Prouinciales abſoluti ad illum Conuentum ſpectant, à quo fuerunt ad tale officium aſſumpti. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 11. Quæ fuit inchoata.* Viterbij 1268. approbata Pariſijs 1269. & Conf. Mediolani 1270.

12 Abſoluantur Prouinciales, qui de lapſu carnis conuictos pœnis in Conſtitutionibus taxatis non caſtigant. ita ſancitum eſt Romæ 1573. admonit. 5. *Admonemus RR. PP. Prouinciales vt fratres, quos contra caſtitatis votum egiſſe deprehenderint, pœnis in Conſtitutionibus taxatis acriter puniant, quòd ſi negligentes in hoc fuerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur.*

13 Si Fratres ex remotioribus, deſolatis, vel indigentibus Prouincijs cum legitima licentia ad ſuas accedentes ſtudiorum gratia illos, vel non receperint, vel de Conuentu in Conuentum tranſmiſerint, & huc, illucque vagari compellant. Romæ 1612. declarat. 1. *Vide infra de Student. num. 42.*

14 Si Fratres ad ſacros Ordines ſuſcipiendos non ſeruata S. Concil. Trid. forma, miſerint, Romæ 1580. Ordin. 6. *Ordinamus quòd Iuuenes non mittantur ad Sac. Ord. ſuſcipiendos, niſi conformiter ad ſanctiones Sac. Concil. Trid. tam circa ætatem quàm etiam circa mores, & ſufficientiam litterarum; & Prælati, qui in hoc negligentes, & culpabiles reperti fuerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur.*

15 Si mutationes fratrum Vocalium inſtante Prioris Conuentualis electione intra duos menſes fecerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 4.* Quæ fuit inchoata Burdegalis 1324. & auct. Apoſt. ſancita Perpiniani 1327.

16 Si permiſerint Lectores actu non legentes, & Prædicatores actu non prædicantes gaudere priuilegijs, & exemptionibus diſpenſatis à choro conceſſis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in decl.* tex. 1. lit. D. Vide de Choro num. 7.

17 Si aliquem ad Profeſſionem receperint non præmiſſis proteſtationibus conſtitutis in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. de Nouitijs tex. 10. *Vide ibid.*

18 Si aliorum famam lædentes taxatis pœnis non affecerint. Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide infra de Abſolut. Prior. num. 47.*

19 Si ſufficientem inquiſitionem de recipiendorum ad habitum natalibus, mores, atque ſcientia fieri non mandauerint. Apud Podium 1344. ord. 5. *Cum ſine vigilanti, & ſollicita educatione Iuuenum ad Ordinem receptorum, vix ac nunquam Iuuenes ipſi ad melioris vitæ, & ſcientiæ frugem ſurgant, nec Ordini ſuo fructum ferant expectatũ, quinimo ex in curia, tam circa idoneitatem recipiendorum, quàm circa informationem debitam receptorum, iam cernimus in Ordino multiplicari Fratres idiotas, inordinatos, ſcandaloſos (proh dolor) & rebelles, materna ſua latera, velut progenies viperina diſrumpentes; mandamus Prioribus, ac Prouincialibus, ac ſub pœna abſolutionis ab officio imponimus, & iniungimus, vt circa recipiendorum ſufficientiam, tam in natalibus, quam in moribus, & in ſcientia cautelam adhiberi mandent, & ſtatuant diligenter.*

20 Mortuo, vel amoto Magiſtro Ordinis abſolutiones Priorum Prouincialium, & Conuentualium nequaquam fidei debent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 2.*

21 In Capitulis Prouincialibus fiat ſecretum ſcrutinium circa abſolutionem, vel retentionem Prouincialium à Diffinitoribus ad Generale Capitulũ deferendũ. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. c. 7. tex. 4. Quæ fuit inchoata Pariſijs 1279. approb. Oxoniæ 1280. & in Conſt. redacta Florent. 1281.* At in Prouincijs, in quibus Prouinciales ſunt quadriennales nunc debet fieri in Congregatione intermedia, & Generali Capitulo, ſeu Ordinis Magiſtro, tranſmitti. Romæ 1629. Ord. 12. *Ordinamus in quadriennio Priorum Prouincialium habendam Congregationem intermediam ex certo vocalium numero, qui ex Patribus Prouinciæ, antiquioribus, Magiſtris, & præcipuorum Conuentuum Prioribus, à Prouinciali in qualibet Prouincia deſignandorum, conſtet. In huiuſmodi Congregatione fiat ſcrutinium de abſolutione, vel confirmatione Prouincialis, Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Capituli Generalis tranſmittendum, cæteraque ad commune Prouinciæ bonum ſpectantia tractentur.*

22 In Petitionibus pro abſolutione, vel retentione, tam Priorum Prouincialium, quam Conuentualium exprimenda ſunt Fratrum nomina, & munera, abſolutionem, vel retentionem petentium. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 4.*

23 Interdictum eſt Prouincialibus, Vicarijſque Generalibus Congregationum, fratres ex ſuis Prouincijs eijcere, atque ad Magiſt. Ord. cum litteris dimiſſorijs tranſmittere, ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs. Romæ 1518. ord. 10. *Item ordinamus, & ſub pœna abſolutionis omnis officij per triennium mandamus vniuerſis Prioribus Prouincialibus, ac Vicarijs Congregationum Generalibus, ac quibuſcunque inferioribus,*

vt

vt nullum Fratrem extra Prouinciam, aut Congregationem ſuam eyciant, tam cum litteris dimiſſorys ad Magiſtrum Ordinis, quàm ſine litteris; ſed ſi Frater incorrigibilis eſt exutus legitimè habitu Ordinis (ſeruata tamen Conſtitutione Vrbani VIII. de incorrigibilis) *ex Ordine eyeiatur; ſi autem hoc non meretur, toleretur, & corrigatur ab ipſa ſua Prouincia, vel Congregatione.*

24 Prouinciales abſoluti non poſſunt iterum eligi in eadem Prouincia donec duorum Prouincialium integrum tempus mediauerit. Ita declaratum fuit Bononiæ 1564. declar. 3. *Declaramus quod Prouinciales, qui ſuum tempus expleuerint, aut etiam fuerint abſoluti, in eiſdem Prouincijs non poſſint ad id officium aſſumi infra tantum tempus quanto duorum Prouincialium integra officia durare ſolent.*

25 Priores Prouinciales etiam abſoluti in illis Prouincijs, in quibus præfuerunt, locum habere debent ſuper omnes (exceptis ijs, qui fuerunt Prouincieles ante ipſos) voceque gaudere in Prouincialium, Diffinitorum, atque Mag. Ord. Electorum electione. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. c. 8.* Quæ inchoata fuit apud Nurinberg. 1405. & ita approbata Bononiæ 1410. conſ. vlt. *Prouinciales quoque abſoluti loca in Prouincijs in quibus præfuerunt ſuper omnes alios vbique habebunt; dummodo Magiſtri Sac. Theol. non Magiſtris ex hoc minimè poſtponantur, nec actualium Præſidentium locis aliqualiter derogetur.* Quod poſtea, vt in Conſtitutionem perpetuam ſanciretur fuit inchoatum Salmanticæ 1551. confirmatum Romæ 1553. & in Conſtitutione redactum Romæ 1558. Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad.

26 Eandem pariter abſolutionem ab officijs incurrunt Prouinciales, ſi aliquam mulierem minorem ætate quadraginta annorum ad tertij Ordinis habitum extra Monaſterium receperint. *Vide de Abſol. Prior. Conu. num. 56.*

27 Si eos, qui Fratrum noſtrorum crimina extra Ordinem conſtitutis reuelant, ex qua reuelatione fama Fratrum, atq; Ordinis læditur, carceris pœna non correxerint. Romæ 1546. *Vide de Carceribus num. 5.*

28 Abſoluantur, tam Priores Prouinciales, quàm Conuentuales, qui aliquem immediatè ad Conuerſorum habitum receperint, abſque eo quòd priùs fuerit in habitu Tertiariorum, in quo Conuentibus inſeruierit. Valentiæ 1596. ord. 21. *Ordinamus quòd nullus impoſterum immediatè ad habitum Conuerſorum recipiatur, ſed Tertiary primò fiant quicunq; Laicorum habitum à Religione petierint, vt per quadriennium adminùs in habitu Tertiariorum probari poſſint, eorumque mores experiri, ac dignoſci an ſcapulari donandi ſint, nec ne. Prælati, qui contrafecerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur; & nihilominùs, tam receptio, quam profeſſio, ſi fuerit ſubſequuta nulla erit.* At verò Bononiæ 1615. ordinatum eſt, vt per biennium tantum in habitu Tertiariorum permaneant. *Vide de Conuerſis. num. 12.*

29 Caueant Prouinciales, atque eorum Vicary, ne inſufficientes Diœceſanis pro ſacris confeſſionibus audiendis præſentent. Romæ 1451. ſt. ord. 3. *Prouinciales, & eorum Vicary ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs Diœceſanis non præſentent aliquem Fratrem pro confeſſionum licentia, niſi ſufficientem, & idoneum ad dictum officium exercendum.*

30 Non permittant Prouinciales inchoari noua ædificia in conuentibus, niſi inchoata ſint iam terminata, ſub pœna abſolutionis ab officijs. Ita auct. Apoſt. Sixti V. ſancitum eſt. Romę 1589. admon. 3. *Vide de Conſilio Patrum. num. 18.*

31 Nullus abſolutionem Prouincialis à Magiſtro Ord. vel Cap. Generali petere audeat, vel Viſitatorem ad hunc finem, niſi talem commiſſionem à maiori parte Priorum illius Prouinciæ habeat. Romæ 1525. *Declaramus ad tollendas rebelliones, & conſpirationes, vt nullus ad Superiores recurrat contra Prouincialem pro eius amotione impetranda, aut pro impetrando Viſitatore, niſi habeat commiſſionem à maiori parte Priorum illius Prouinciæ, oppoſitum autem faciens, ipſo facto pœnæ grauioris culpæ ſit ſubiectus.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 19. in decl. tex. 8. lit. X.

32 Nullus in Ordine noſtro Prælatus concedat ſecularibus officinas, ſeu quæcunque loca Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officijs. *Vide de Conuentib. num. 27.*

33 Abſoluendi ſunt omnes, tam Prouincialem, quam Conuentuum Præſidentes, pœnamque priuationis vocis paſſiuæ in perpetuum ipſo facto incurrunt ſi aliquem Conuerſum, vel Tertiarium ad Clericalem habitum receperint ſine Magiſtri Ord. licentia ſpeciali. Romę 1589. decl. 9. *Item declaramus Religioſos Tertij habitus noſtri, ad habitum Clericalem aſſumi non poſſe abſque expreſſa, & ſpeciali licentia Magiſtri Ord. ſicuti neque Conuerſos, etſi ſecus fiat totum irritum, & inane decernimus, & declaramus; & nihilominùs Prælati eos recipientes abſolutionem à ſuis officijs, & perpetuam priuationem vocis paſſiuæ eo ipſo incurrant.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. in decl. tex. 4. lit. L. vbi neſcio quomodo aſſeratur, hanc ordinationem fuiſſe Bononię 1564. & Barcinonæ 1574. factam, in quibus Capitulis nulla ſupradictæ pœnæ fit mentio. citaturque etiam ibidem Capit. Romæ 1559. quo anno nullum fuit celebratum Capitulum Generale, nec Romæ, nec alibi; nam Cap. Gen. Romanum fuit celebratum an. 1558. in quo de hac re nulla fit mentio & ſubſequens Auenione 1561.

34 Tenentur tam Prouinciales, quam Conuentuales Priores ſub pœna abſolutionis ab officijs ſeuerè illos punire tamquam proprietarios, qui pecunias, ſeu quæcunque alia bona apud ſeculares in depoſito habent, vel in mutuum

tuum

Digitized by Google

tuum dant. Lugduni 1318. ordinat.5. & Romæ 1629. conf.3. *Confirmamus ordinationem alias factam, ut Fratres cuiuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis fuerint, pecunias, vel bona quocunque modo, & ſub quouis titulo ab eis acquiſita, vel quomodolibet habita apud perſonas extra Ordinis noſtri obedientiam conſtitutas, habere, vel eis mandare, vel ſuper eiſdem negotiari, lucumque aliquod capere audeant. Mandantes omnibus, Prior tam Prouincialibus, quam Conuentualibus, locorumque Præſidentibus ſub pœna abſolutionis eorum officijs, ut Fratres in hoc delinquentes tanquam proprietarios, & furti reos ſeuerè puniant, eoſdemque omnibus, ac ſingulis pecunijs, bonisque priuent, ac ſpolient, eaque omnia ad commune Religionis depoſitum (cui ex nunc omnes pecunias, & bona præfata adiudicamus) Romam ſub eadem pœna quam primùm tranſmittant.*

35 Ipſo facto ſunt abſoluti Prouinciales recipientes fugitiuos vltra tres dies. *Vide de diſcurſu Fratrum num.7. & 8.*

36 Pœnam abſolutionis pariter incurrunt Prouinciales & Priores ſi conciones de manè, & lectiones Sac. Scripturæ veſpere in diebus feſtiuis haberi non procurauerint. *Vide de Eccleſijs num.5.*

37 Ipſo facto abſolutionem incurrunt, ſi permittant Clericos ſæculares, ſiue Religioſos in Eccleſijs noſtris tempore Quadrageſimæ vel Aduentus, ſeu etiam regulariter per annum, prædicare. *Vide de Eccleſijs noſtris num.6.*

38 Tenentur Prouinciales ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs oportunè ſoluere contributiones Reuerendiſs. Mag. Ord. Toloſæ 1628. admon.3. *Admonemus eoſdem Patres Prouinciales ut Contributiones Reuerendiſſimo Patri Generali iuxta noſtras leges debitas opportunè perſoluant, ſub pœna abſolutionis ab officijs.*

39 Tenentur Priores, tam Prouinciales, quam Conuentuales pœna talionis illos punire, qui fratrum crimina, quæ probare non poſſint, euulgauerint, alias in pœnam à ſuis officijs abſoluantur. Apud Podium 1344. Ord. 4. *Item cum inter cætera diabolicæ fraudis iacula crudeliſſimum ſit lingua in aliena, & præcipuè fraterna famæ læſione, ſiue patulis infamationibus, ſiue clandeſtinæ detractionis delationibus, ſeu informationis vagitibus reſoluta, cupientes omnia Id nequiſſimi ignea extinguere in Ordine iſto Sancto, ſub pœna talionis inhibemus ne frater aliquis de alio frater crimen dicat, aut recitet inſcienque, vel quibuſcunque, quacunque ex cauſa, ſeu motiuo, niſi poſſit probare, & in lucem deducere quod proponit, & ut hoc ſedulius, & firmius obſeruetur, volumus quòd Priores Prouinciales, & Conuentuales vbi exceſſus tam execrandus fuerit commiſſus, mox ut ad ipſorum notitiam peruenerit, nec pœna prætaxata indilatè punierint à ſuis officijs abſoluantur. Præmiſſis adijcientes quòd ſi quis Frater pœnam, ſeu punitionem, inuentus fuerit Fratri alteri obieciſſe, puniatur indilatè, ac ſi culpam, propter quam pœna talis imponitur, obieciſſet.* Audiant hæc ſuperiores, & exequantur hanc ſanctam legem à Venerabilibus Patribus noſtris prædeceſſoribus ſummo zelo ſancitam; ſicque fiet vt quam plurima mala atque ſcandala ex Ordine noſtro feliciter eliminentur.

40 Quicunque Prælati inuenti fuerint negligẽtes in carcerali cuſtodię mancipando eos, qui propoſitiones hæreticas, vel contra SS. Patres dixerint, ipſo facto abſolutionem à ſuis officijs, & priuationem vocis actiuæ, & paſſiuæ incurrunt. Lugduni 1536. Ord.10. *Vide de Hæreſ num. 8.*

41 Eandem abſolutionis ab officijs pœnam incurrunt Prouinciales, ſi aliquem non in ſua prouincia, & Priores non in ſuo Conuentu aſſignatum ad ſacros Ordines ſuſcipiendos miſerint. Ianuæ 1513. decl.11. *Nullus Prior Conuentualis poſſit exponere fratres ad ſuſcipiendos Sac. Ordines niſi in ſuis Conuentibus aſſignatos; ſimiliter nec Prior Prouincialibus, aut Vicarius poſſit exponere fratres ad ſuſcipiendos ſacros Ordines niſi ſint, aut de ſua Prouincia, Congregatione, vel Natione; vel cum legittima licentia in ſua Prouincia, Congregatione, vel Natione aſſignati: Contra facientes autem, Præſidentes quidem omni officio Ordinis ſint priuati, ſubditi autem ſciant ſe eſſe ſuſpenſos, iuxta Conſtitutionem Pij Papæ II. ſicut & illi, qui ante legittimam ætatem ſunt ordinati, & præter hoc pœnæ grauioris culpæ ſubiaceant. Et hæc eadem dicimus de Prædicatoribus, qui præſumunt ſocios ſuos mittere ad Ordines ſuſcipiendos, & de ipſis ſic ſuſcipientibus Ordines.*

De Abſolutione Priorum Conuentualium.

1 Forma in abſoluendis Prioribus Conuentualibus ſeruanda præſcripta eſt Romæ 1629. in Capit. Elect. Reuerendiſs. Fr. Nicolai Rodulfij Ordinat.13. *Ordinamus vt quando in viſitatione, ſiue Prouincialium, ſiue aliorum Viſitatorum aderit ſufficiens cauſa abſolutionis Priorum Conuentualium; ſiue ex culpa in ſuo regimine, ſiue ex alia, quæ non inducat infamiam perſonalem; ad legittimam huiuſmodi Priorum abſolutionem ſufficiat vt de cauſa verè conſtet; & capita, quæ aduerſus Priorem à ſubditis in viſitatione proponuntur, ſint ab eiſdem manu propria ſubſcripta, & Viſitatori tradita, vt admoneat Priorem, vt ad obiecta ſibi in ſcriptis reſpondeat, quibus omnibus deinde à Prouinciali in Conſilio duodecim, vel octo Patrum, vel ſaltem quatuor in Prouincijs deſolatis, in alio Conuentu examinatis ac diſcurſis, ſtatuatur quid agendum fuerit. Hanc*

autem

autem procedendi formam ita à nobis præſcriptam ſufficientem ad abſolutionem declaramus, vt Prior qui ſecundum eam fuerit abſolutus, de ſibi denegata iuſtitia conqueri minimè valeat. Si verò delicta Prioris aduersùs quem agitur, infamiam Ordini, & perſonæ inurant, tunc iuris ſeruato ordine iuridicè procedatur. Admonemus tamen Patres Prouinciales, eiſdemque præcipimus, ne poſtremo ſui officij anno, præſertim infra tres menſes ante finem, abſque vrgentiſſima neceſſitate Priores à ſuis officijs abſoluant, vel fratrum mutationes faciant, præter quàm in caſibus in noſtris Conſtitutionibus expreſſis. Vide infra num. 63.

2 Abſoluendi ſunt Priores non afficientes pœnis in Conſtitutionibus taxatis eos, qui alearum, & taxillorum ludis operam dant. Sic enim præcipitur Vallisoleti 1515. Ord. 29. *Diſtrictè præcipimus ſub poenis in noſtris Conſtitutionibus contentis, ne fratres chartis, vel taxillis ludant, omnibus Præſidentibus mandantes ſub poena abſolutionis ab officio, vt quos culpabiles inuenerint, dictas poenas ſubire cogant*.

3 Si abuſus induxerint, conſuetudineſque noſtris Conſtitutionibus contrarias in communi aliquo modo permiſerint. Bononiæ 1564. Ordin. 1. *Ordinamus in primis quòd in omnibus Conuentibus noſtri Ordinis bis, aut ter in anno Conſtitutiones noſtræ in communi menſa legantur, & diligenter attendant Prælati ne contra eas abuſus, aut conſuetudines præualere incipiant, ſuper quo Prouincialium, vel Viſitatorum conſcientias oneramus, vt ſi quos Priores noſtris legibus contrarias in communi tolerant, in pœnam ab officijs abſoluant*.

4 Si ſe à ſequela Chori, Refectorij, & Communitatis abſque vrgenti cauſa ſubtraxerint. Lugduni 1318. Ord. 3. *Item cum Priores, & eorum loca tenentes, & Fratres cæteri à ſequela communitatis notabiliter ſe abſentent, & ex hoc multi Conuentus in diuerſis Prouincijs tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus ſint plurimùm deſtituti, iniungimus Prioribus vniuerſis, & eorum Vicarijs, vt a Choro, & Refectorio notabiliter non ſe abſentent, niſi ex cauſa notabili, & vrgenti, & hoc idem faciant à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruari. Quòd ſi ſecus fecerint per Prouinciales, vel eorum Vicarios in pœnam à ſuis officijs abſoluantur*. Valentiæ autem 1337. Ord. 4. id expreſsè etiam de Supprioribus aſſeritur.

5 Si Supprioribus, vel Vicarijs ſui Conuentus aliquem adhabitum, vel profeſſionem recipiendi facultatem conceſſerint. Sic enim ſancitum eſt Vallisoleti 1606. Ord. 9. *Interdictum ſit omnibus Prioribus in poſterum ſuis Supprioribus, vel Vicarijs licentiam committere recipiendi quemquam adhabitum, vel profeſſionem ſine licentia R. Ad. P. Prouincialis, & qui contra fecerint à ſuis officijs abſoluantur*.

6 Si Capitulum de Culpis ſaltem de quindena in quindenam non fecerint. Venetijs 1592. Ordin. 19. Valentiæ 1596. conf. 4. Romæ 1601. conf. 2. ibidem 1650. conf. 5. & Vallisoleti 1605. conf. 1. ſic dicitur. *Confirmamus in primis illam de Capitulo habendo ad minus de quindena in quindenam, in quo inter reliqua tenebuntur Præſidentes culpas ſubditorum audire vnius ſaltem Chori, & PP. Prouinciales, quos in hoc inuenerint negligentes à ſuis officijs abſoluant*. Vide infra in Capitulo de Culpis num. 1.

7 Si non punierint accuſatores, ſeu falſos teſtes, vel Prælatos diffamantes, vel priuilegijs Ordini conceſſis renunciauerint, ſeu cont. Diœceſanos ſine cauſa legitima litigauerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 2.*

8 Si Fratres ignaros, linguamque latinam non callentes, ad ſacros ſuſcipiendos Ordines expoſuerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in Decl. tex. 11. ſub litt. X.*

9 Si Ædificia notabilia in ſuis Conuentibus omiſſis inceptis ſine licentia P. Prouincialis, & Conſilio Patrum fecerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 7. Vide de Conſilio Patrum nu.* 18.

10 Si Conuerſos, vel Tertiarios ad habitum clericalem receperint. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num.* 33.

11 Si Fratres de lapſu carnis conuictos pœnis in Conſtitutionibus taxatis non punierint. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num.* 12.

12 Si infamantibus Ordinem, atque aduersùs Prælatos ſuos conſpirationem facientibus, pœnam grauioris culpæ non inflixerint. Coloniæ 1428. Ordin. 4. *Idem intelligentes de ijs, qui apud perſonas ſeculares, Fratres, vel Ordinem notabiliter ex propoſito, iudicio Prælatorum infamare præſumpſerint, vel aduersùs Prælatos conſpirationem faciunt, qui ſecundùm noſtrarum ſeriem conſtitutionum pœnam culpæ grauioris incurrunt, & de cætero in omni vita ſua extremum locum ſui ordinis tenere debent, diſtrictè mandantes Prioribus vniuerſis quatenus huiuſmodi tranſgreſſoribus, poſtquam eis conſtiterit legitimè, prædictam pœnam infligant ſine defectu: alioquin à ſuis prioratibus per Prouinciales ſuos abſoluantur in pœnam*.

13 Si Officium B. Virg. Matutinum ſcilicet in dormitorio, cœteraſque illius horas in Choro recitari non fecerint. Valentiæ 1596. Ord. 13. *Ordinamus quòd totum B. Virg. Mariæ ſpecialis Ordinis noſtri Aduocatæ, & Patronæ officium in Choro ſtatutis temporibus dicatur, præter Matutinas, quæ in dormitorio recitari ſolent, & Priores, qui quouis reſpectu Completorium, vel alias horas in quolibet alio loco, etiam publico, non in Choro, recitari fecerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur*.

13 Si neglexerit illos ſeuerè punire, qui cont. Mag. Ord. vel Generalis Capit. auctoritatem aliquid attentare auſi fuerint. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. nu.* 2.

15 Si ad ſacros Ordines ſuſcipiendos ſubditos

ditos ſuos,non ſeruatis Sac.Concil.Trident. decretis miſerint. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num. 14.*

16 Si permiſerint Lectores,ac Prędicatores actu non prædicantes diſpenſationibus ab hebdomadaria, ſeu Choro gaudere. *Vide de Abſol. Prior. Proniucial.num.16.& de Choro num.7.*

17 Si obligationes Miſſarum ſine maioris partis Capituli conſenſu receperint, quibus nequaquam ſit congruum ſuſtentationis ſubſidium annexum, prudentum ſententia iudicandum. Bononiæ 1564. Cap.de Sac. Conc. Trid. decretis. *At ne deinceps huiuſmodi ſuffragiorum, & Miſſarnm grauamina noſtris Conuentibus imponantur, nulla in poſternm perpetua obligatio ad certas miſſas, vel ſuffragia admittatur, niſi cni tale fuerit ſuſtentationis annexum ſubſidium, qnod prudentum indicio ſufficiens aſtimetur;Vt verò cnm maiori conſideratione omnia hæc fiant, nolnmns quòd huiuſmodi contractus rati habeantnr,niſi Prælati, & maioris partis Fratrum conſenſus acceſſerit. Prælati oppoſitum facientes à ſuis officijs abſoluantnr. Qnòd ſi alicubi ea eſt conſuetudo, vt Prouincialis adhuc licentia requiratnr, nolumus eam vllo pacto derogari.*

18 Si fuerint faciles ad diſpenſandum in ieiunijs S. Crucis, ſextis ferijs, atque 2. & 3. ante cineres. *Vide in Conſt. noſt. diſt.1. de Ieiun. cap.4.in decl.tex.2.ſub lit.D. & hic de Ieiunijs n.2.*

19 Si negligentes in procuranda obſeruantia Conſtitut. de non deferendis lineis ſubuculis, aut in tranſgreſſores puniendo, extiterint. Romæ 1629. conf. 6. *Confirmamus, & innouamus ordinationem ſæpiſſimè ſtatutam contra deferentes lineas ſubuculas ſub pœnis in eadem ordinatione contentis. Mandantes Prioribns Pronjncialibus,vt in ſuis viſitationibus Priores, at Præſidentes Connentuum, quos in hniuſmodi ordinationis obſeruantia procnranda, reiſque puniendis innenerint negligentes, à ſuis officijs abſolnant.*

20 Si non habuerint inuentarium rerum cuiuſcunque officinæ. *Vide inferins de Inuentarijs num. 1.*

21 Si ad tribunalia extra Ordinem conſtituta appellare auſi fuerint. Romæ 1629.conf.2. *Confirmamus id, qnòd ſæpiſſime etiam auctoritate Apoſtolica ſtatutum eſt,& ſub formali præcepto, ac pœna priuationis vtriuſque vocis, quornmcunque graduum, & officiornm, nec non excommunicationis latæ ſententiæ mandatum; Ne ſcilicet fratres quacumque ex cauſa audeant cont. ſeriem noſtrarnm Conſtitutionum,& Bonifatij Noni. & Congregationis Regularium decreta,ad quæcumq; tribunalia extra Ordinem conſtituta quoquo pacto appellare,quam legem ſub eiſdem pænis obſeruandam innouamus.*

22 Si Suppriorem infra menſem non inſtituerint.Valentiæ 1337.Ord.6. *Item cum intellexerimns quòd in mnltis Conuentibns non ſunt inſtituti Suppriores per Priores eornm, cum huiuſmodi per Conſtitutionem inſtitntio Suppriorum in ſingulis Conuentibus Prioribus imponatur; diſtrictè imponimus Prioribus vniuerſis, quòd ſingnli in ſuis conuentibns, ſi Suppriores non habent ipſos infra menſem à notitia præſentinm inſtitnant, & tales inſtituant, quales magis idoneos habere poterunt pro officio memorato; illi autem in quorum Conuentibns Suppriores habentur, mortno vel amoto Suppriore alium inſtituere infra vnius menſis ſpatium tenebuntur. Qui autem ſuppriores iſto modo ſtatuere neglexerint,volumns quòd in poenam à ſuis officijs abſoluantur.* Vide in Conſt.noſt.diſt. 2.cap.2. in decl.tex.8.ſub lit.R.

23 Si non habuerint libros, in quibus bona ſtabilia, & redditus ſuorum Conuentuum adnotentur. Pariſijs 1611. Conf. 16. *In quolibet Conuentu fiat liber (ſi iam factus non eſt) in quo deſcribantnr omnes redditus certi, Territoria, Siluæ, Vineæ, prædia, ſiue poſſeſſiones Conuentuum cum ſuis confinibus, terminis, & limitibns, ad euitandas in poſterum lites, & depellendas iniurias occupantium bona Ordinis. Idque præcipitur tam Prouincialibns, qnàm Præſidentibus, & Procnratoribus Conuentuum ſub poena abſolutionis ab officijs ſuis, niſi infra annnm executioni mandentnr.*

24 Si bona immobilia,ſeu ſtabilia Conuentuum alienare, & prætenſiones, ſeu rationes eorundem recepta aliqua pecunia extinguere aliquo modo præſumpſerint. Romæ 1580. Confirmatione 10. *Confirmamus etiam ordinationem illam, qua præcipitur omnibus Prælatis noſtri Ordinis ſub poena abſolutionis ab officio ne bona ſtabilia, & fundos quos vocant alienare, & aliqna pecuniæ ſumma recepta rationes, & prætenſiones extinguere; Nec officinas, & loca neceſſaria Connentui,ſecularibns vlla ratione concedant,etiam prętextu cuiuſcunque Fraternitatis,etſi quid hactenns conceſſum fuerit, auctoritate noſtra reuocamus, irritas præſenti ſtatuto decernentes hniuſmodi conceſſiones.*

25 Si profeſſos Nouitios, & Iuuenes per Conuentum diſcurrere, atque ex illo ſine neceſſitate egredi permiſerint. Romæ 1601. Ordin. 7. *Præcipientes omnibns Connentuum Præſidentibus ſub poena abſolutionis ab officio ne vlla ratione Nouitios, & Iunenes per Conuentum diſcurrere permittant, nec è domo egredi niſi pro euidenti neceſſitate.*

26 Si Nouitijs ante profeſſionem proteſtationem nequaquam fecerint, quòd illorum profeſſio eos obbligabit ad tria vota eſſentialia, & quòd tenebuntur viuere, non prout hic, aut alibi viuitur,ſed ſecundùm noſtrarum Conſtitutionum tenorem. *Ex Conſt.noſt.diſt.1.de Nouitijs cap.14.tex.10.*

27 Si Roſarium B. Virg. ter in hebdomada in ſuis Eccleſijs recitari non fecerint; Sacramque ſupellectilem Capellæ S. Roſarij inſeruientem in ſacriſtia Conuentus ſeruari non pro-

procurrauerint. Romæ 1629. Ordin. 8. *Item ordinamus omnibus Prioribus, & Præſidentibus Conuentuum ſub poena abſolutionis ab eorum officijs, vt omnino curent in ſuis Eccleſijs publicè recitari à perſonis vtriuſque ſexus Roſarium ter in hebdomada, iuxta ritum & modum Romanæ Prouinciæ. Item omnibus præfatis ſuperioribus ſub eadem poena præcipimus, vt omnia ad Capellam Sanctiſſimi Roſarij deſeruientia in ſacriſtia Conuentus recondantur, nec in alios vſus conuertantur.*

28 Si bona ad commune Religionis depoſitum ſpectantia conſignare diſtulerint. *Vide de Abſol. Prior Prouin. num. 3.*

29 Si cum fratribus diſpenſauerint, vt carnes in Refectorio comendant, vel cum aliquo in Aduentu ſine rationabili cauſa. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. de Cibo. cap. 6. tex. 3. litt. d.*

30 Si aliquem non approbatum ab examinatoribus ad prædicandum etiam in Villulis, vel inſufficientem ad audiendum extraneorum confeſſiones expoſuerint. *Ex Conſt. noſt. cap. 12. de Prædicatorib. tex. 1. diſtinct. 2.*

31 Si Frattibus ex ſuis Conuentibus remotis conueniens viaticum pro itinere ſubeundo non ſubminiſtrauerint. Romæ 1629. admonit. vltima. *Fratribus verò, qui ad aliquem Conuentum aſſignati transmittuntur, viaticum congruum à Priore Conuentus, à quo remouentur omnino tribuatur ſub poena abſolutionis ab officio.*

32 Si ſæcularium Confeſſiones audierint, vel ſuos ſubditos eas audire permiſerint ſine Epiſcopi licentia. Ianuæ 1513. ordin. 4. *Item mandamus diſtrictè ſub pœna abſolutionis ab officio Præſidentibus Conuentuum, vt vigilent adhoc, vt nec ipſi, nec alij audiant Confeſſiones extraneorum, niſi præſentati Epiſcopis locorum, & ſciant caſus reſeruatos.* Quod fuit ordinatum etiam Neapoli 1515. ord. 8.

33 Si Conuerſos titulum Reuerentiæ, vel Paternitatis ambientes, ac propterea Fratribus non inſeruientes, ſcapulari non priuauerint. Valentiæ 1596. ord. 22. *Porro à titulo Paternitatis, & Reuerentiæ, vel Patris abſtinebunt Fratres cum Conuerſis tractantes ſub pœna ſedendi in terra ſine pictantia, in pane, & aqua pro qualibet vice. Si verò hac de cauſa contigerit nolle ipſorum Conuerſorum aliquem requiſitum miniſtrare Fratribus in ijs, quæ ad ſuum ſpectant officium, referat id Frater Superiori, qui ſub pœna abſolutionis ab officio tenebitur talem, vel tales ſcapulari per menſem irremiſſibiliter priuare.*

34 Si itinera exta caſum neceſſitatis, voluntaria ſcilicet, ſæpè ſumpſerint abſque Prouincialis licentia. Romæ 1601. ord. 17. *Ordinamus, & committimus Ad. RR. PP. Prouincialibus, eorum conſcientias aggrauantes, vt Priores, aut Conuentuum Præſidentes, quos inuenerint facilè abſque vlla cauſa à ſuis Conuentibus ſæpe exire, & itinera voluntaria arripere, in pœnam à ſuis officijs abſoluant. Expenſæ autem, quas in huiuſmodi itineribus fecerint nullâ ratione adſcribantur Conuentibus, niſi certiſſime conſtet in commodum, & vtilitatem Conuentuum cedere. Declarantes, & ſtatuentes non licere Prioribus vltra dietam conficere inter abſque licentia R. P. Prouincialis priùs obtenta, niſi tale ſit negotium quod dilationem non patiatur; tuncque etiam tenebuntur Priores ſtatim R. P. Prouincialem certiorem facere de itinere, quod fuerint aggreſſi, exponentes cauſam illius, & ſi ſecus fecerint, expenſæ omnes non adſcribantur Conuentibus, etiam ſi pro negotijs Conuentuum iter ſit confectum, & alijs etiam poenis puniantur.* Idem fuit confirmatum Vallisoleti 1605. conf. 26.

35 Si ſibi ſubditis facile licentiam vagandi extra Conuentum, & ad alio- Conuentus, ſeu villas, ſine neceſſitate accedendi concederint. Romæ 1601. ord. 18. *Ordinamus, & præcipimus omnium Conuentuum Præſidentibus ſub poena abſolutionis ab officio, ne facile facultatem tribuant, etiam de conſilio Patrum, fratribus vagandi extra Conuentum, vel eundi ad alios Conuentus, ſeu oppida, etiam prætextu alicuius neceſſitatis, niſi vera ſit, & vrgentiſſima, cum conſtet huiuſmodi diſcurſus magna parere incommoda, & ſcandala.* Idem fuit confirmatum Vallisoleti 1605. conf. 27. Vide de Diſcurſu Fratrum num. 9.

36 Si falſam Magiſtro Ordinis, ſeu Capitulo Generali, vel Prouinciali informationem de aliquo pro graduum conſequutione tranſmiſerint. Romæ 1061. ord. 14. & 1608. Confirmatione vlt. *Confirmamus Ordinationem quartadecimam Capit. General. 1061. quæ confirmata eſt in Cap. Valliſoletano 1065. vt ſi conceſſæ fuerint aliquæ litteræ patentes teſtificantes ſubreptitie de aliquo, in quibus dicatur quòd legerit, vel alia huiuſmodi egerit quarum vigore aliquos gradus conſequutus fuerit, eo ipſo eius gradus non admittantur à Capitulo Prouinciali. Idem dicimus reſpectu Prædicatorum Generalium, extendentes hanc ordinationem ad eos, qui falſam informationem Diffinitorio Generali, vel Magiſtro Ordinis dederint, quos à ſuis officijs abſolui debere decernimus, & perpetuò inhabiles ad prælaturas eſſe volumus.*

37 Si ſibi à ſubditis ſuis, omnium bonorum, quæ ad vſum habent notitiam, ſeu inuentarium dari neglexerint. Romæ 1629. conf. 3. *Propterea vniuerſis totius Ordinis noſtri Prioribus, & locorum Præſidentibus ſub eadem poena* (ſcilicet abſolutionis ab officijs) *mandamus, vt obſeruari omnino curent Conſtitutionem alias factam* (nempe Coloniæ 1428. ord. 3.) *qua præcipitur, vt omnes Fratres ſemel in anno omnia mobilia, pecunias, & bona quomodocunque ad eorum vſum conceſſa iiſdem Prioribus ac Præſidentibus ſcripto fideliter exponant, ac Prouincialibus in eorum viſitationibus exhibeant, eorum omnimodæ diſpoſitioni eadem liberè relinquendo.*

38 Si in lectione menſæ Capitulum vnum de Conſtitutionibus noſtris inſeri nequa-

Digitized by Google

quam fecerint, actaque Capitulorum Generalium nouiſſimè edita publicari non fecerint. Barcinonæ 1574. ord. 11. *Item ordinamus, & præcipimus omnibus Prioribus Conuentualibus ſub pœna abſolutionis, vt in Lectione menſæ inferi faciant lectionem capituli vnius de Conſtitutionibus noſtris cum declarationibus, & ſubſequenter recentium Capitulorum actis, ſeu ordinationibus.* In cuius ordinationis exequutionem in Conuentu noſtro S. Mariæ ſuper Minoruam ſingulis 6. ferijs, Vigilijs, in Quadrageſima, & Aduentu inter menſæ lectionem, lectio vnius Capituli noſtrarum Conſtitutionum habetur. *Vide de menſa num. 4.*

39 Si in infirmorum cura negligentes extiterint. Romæ 1608. ord. 15. *Ordinamus, vt iuxta noſtras Conſtitutiones Prælati maximam adhibeant curam circa infirmos ſic, vt in ſingulis Conuentibus ſint aliquæ Cameræ deputatæ pro infirmis benè inſtructæ lectis, & linteaminibus, & alijs neceſſarijs pro infirmaria, & inſtituatur vnus infirmarius principalis diſcretus, qui prouideat infirmis de cibarijs, medicinis, & alijs neceſſarijs, cui adiungantur alij adiutores, vt opus fuerit pro ſeruitio infirmorum: curentque Prouinciales in viſitationibus, vt Priores, quos in hac re inuenerint negligentes, à ſuis officijs abſoluant.*

40 Si Iuuenibus, & Studentibus exeuntibus è Conuentu ad campum ſocium non deſtinauerint, & hoc rarò permittant. Valliſoleti 1605. conf. 28. *Confirmamus, & præcipimus omnium Conuentuum Præſidentibus, grauiterque eorum conſcientias oneramus, vt valde difficiles ſe præbeant in licentijs è domo egrediendi concedendis, præſertim iunioribus. Aſt in verò ſtudentibus, & iunioribus nulla ratione concedantur: poterunt tamen iuuenes ſtudentes ſemel in menſe recreationis gratia egredi è domo, ita tamen, vt omnes ſimul, vel ad campum, vel ad vineam tendant cum licentia, & benedictione ſui Prælati, quibus præcipimus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt ſocium nominent pro qualibet vice, quibus licentiam egrediendi concedant.*

41 Si Fratribus ſuis veſtes in pecunijs, & non in panno dare auſi fuerint. Valliſoleti 1605. ord. 28. & Romæ 1644. ord. 12. *Eundem in finem ordinamus, ac ordinando rigidiſſimè præcipimus, vt deinceps quando Fratribus pro more Prouinciarum diſtribuitur prouiſio veſtiaria, ſeu ſufficientia (vt vocant) ea nequaquam porrigatur in pecunijs, vt alicubi hactenus conſueuerat, ſed in veſtitu, quo eos indigere conſtiterit. Præcipuè verò ſtudeant Priores prouidere Fratribus ſuis de laneis tunicellis, ne ob penuriam, aut raram talium diſtributionem, fraudentur, aut etiam reducatur inter Fratres intollerabilis abuſus geſtandi lineæ induſia ad carnem. Quapropter decernimus, quòd Priores hac in parte negligentes à ſuis officijs abſoluantur, & perpetuò inhabiles ſint ad alia quæuis officia, ſeu obtinenda, ſeu obeunda.*

42 Si Clericos ſæculares, vel alterius Ordinis Religioſos in Aduentu, & Quadrageſima, ſeu etiam regulariter infra annum conciones ad populum habere permiſerint in Eccleſijs noſtris, vel Sororum noſtrarum. Romæ 1612. ad mon. 2. *Admonemus eoſdem Ad. RR. PP. Prouinciales, & PP. Priores, ac quoſcunque Conuentuum Præſidentes, vt non permittant Clericos ſæculares, aut regulares alterius Ordinis tempore Quadrageſimæ, vel Aduentus, vel regulariter infra annum prædicare in Eccleſijs noſtris, aut in Eccleſijs Monialium noſtræ curæ ſubiectarum, ſed deputent in Eccleſijs noſtris Patres idoneos, & ſufficientes, qui prædicationis munus ſubire, & proſequi valeant; ſimiliter prouideant Monialibus, de Patribus grauioribus, qui eis verbum Dei cum exemplo prædicent; qui verò contrafecerint ipſo facto abſolutionem à ſuis officijs incurrant.*

43 Si Syndicariæ, Procurariæ, ſeu burſariæ munus exercuerint. Bononiæ 1410. Ord. 7. *Item volumus, & ordinamus quòd nullus Prior, ſiue Præſidens, ſyndicariæ, burſariæ, vel procurariæ cuiuſcunque Conuentus officium exerceat, ſub pœnis abſolutionis à ſua Præſidentia, & furti, quas contrauenientes incurrant ipſo facto.*

44 Si mercimonijs vacauerint, vel Fratres ſuos eiſdem operam dantes non punierint, talibuſque rebus non priuauerint. Coloniæ 1428. Ord. 6. *Ne fratres noſtri, qui paupertatem voluntariam denouerunt in dedecus ordinis, & ſuarum animarum detrimentum in lucris, ſiuè mercantijs quomodolibet occupentur, & dum Prælati impunitos relinquunt, ſubditi damnationem acquirant, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs mandamus Præſidentibus noſtri Ordinis quibuſcumque, quatenus ſi quos Fratres mercimonijs, & rebus vendendis, vel emendis, aut conſimilibus repererint implicari, illos quam citiùs bonis talibus quibuſcunque priuare, & Conuentibus eorum pro neceſſarijs ſacriſtiæ, vel librariæ illa bona vendendo, pecunias deputare, & conſignare teneantur. Si autem Præſidens, vel Prior fuerit, per Prælatum ſuperiorem ad pœnam conſimilem arceantur, & nihilominus à ſuo officio abſoluantur.* Quod etiam fuit ſancitum Romæ 1629. ord. 10.

45 Si munera, etiam ſponte oblata, à ſuis ſubditis receperint. *Vide de abſol. Prior. Prouin. num. 5. & 6.*

46 Si offendentes aliorum ordinum profeſſores, & Patres Societatis Ieſu, non punierint. *Vide de Abſol. Prior. Prouinc. num. 8.*

37 Si crimina Fratrum infamiam inducentia, reuelantibus (quæ probare non potuerint) debitam pœnam non inflixerint. Apud Podium 1344. ord. 4. *Item cum inter cætera diabolicæ fraudis iacula crudeliſſimum ſit lingua in aliena, & præcipuè fraterna famæ læſione, ſiuè patulis infamationibus, ſiuè clandeſtinæ detractionis, delationis, ſeu informationis vagitibus reſoluta, cupientes omnia vola nequiſſima ignea extinguere in*

Ordi-

Digitized by Google

Ordine iſtæ ſuncto, ſub poena talionis inhibemus, ne Frater aliquis de alio Fratre crimen dicat, aut recitet cuicumque, vel quibuſcumque, quacumque ex cauſa, ſeu motiuo, niſi poſſit probare, & in lucem deducere, quòd proponit; Et vt hoc ſedulius, & firmiùs obſeruetur, volumus quòd Priores Prouinciales, & Conuentuales, vbi exceſſus tam execrandus mox ad eorum notitiam peruenerit, nec poena prætaxata indilatè puniuerint, à ſuis officijs abſoluantur.

48 Si ſufficientem inquiſitionem de recipiendorum natalibus, moribus, atque ſcientia non fecerint. Apud Podium 1344. ord. 5. *Vide de Abſol. Prior. Prou. num. 9.*

49 Si Fratres noſtros ad ſtudia extra ordinem miſerint. Bononiæ 1615. *Vide de Abſol. Prior. Prou. num. 9.*

50 Si ad conſilium Patrum ſupra numerum duodenarium (ſe ipſis tamen in duodenario numero non adſcriptis) aliquos; vel aliquem admiſerint. Romæ 1589. ord. 13. *Ordinamus, vt in qualibet Prouincia, & in quolibet Conuentu inuiolabiliter ſeruentur noſtræ Conſtitutiones, ſiue declarationes, & ordinationes inſertæ in noſtris Conſtitutionibus diſt. 1. cap. 13. circa numerum Patrum à Conſilijs, vt non excedant numerum duodenarium, & habeant ætatem, & conditiones requiſitas, caſſantes, & annullantes præſenti decreto omnes, & ſingulos in quouis Conuentu noſtri Ordinis ſupra dictum numerum quomodolibet creatos, & mandantes Prælatis ſub poena abſolutionis ab officijs ipſo facto incurrenda, vt neminem vltra dictum numerum ad Conſilium vocent, & admittant, & ſi ſecus fiat totum ſit irritum, & inane, & in ipſis Conſilijs decreta nullius ſint roboris, vel valoris.*

51 Si Nouitios in paruis Conuentibus receptos ad maiores, in quibus cum alijs in communi Nouitiatu viuere, & educari poſſint, non tranſmiſerint. Ita auctoritate Apoſtolica mandatum eſt Romæ 1589. admon. 2. *De cætero Nouitij, qui in minoribus Conuentibus habitum Religionis aſſumpſerint, ad Conuentus maiores, & religioſos tranſmittantur, vbi in dormitorio communi cum debita clauſura, & ſaltim in numero ſenario poſſint educari ſub Magiſtro diſcreto, & religioſo: quod ſi aliquis Prælatus in poſterum profeſſionem alicuius Nouitij recipere præſumpſerit, qui iuxta tenorem huiuſmodi decreti non fuerit inſtitutus, & educatus, vel intra menſem, vt dictum eſt, ſcienter Nouitium non tranſmiſerit ad Conuentum, in quo religioſè iuxta dicta inſtituatur, ipſo facto ſit excommunicatus, & gradu, & officio Ordinis indiſpenſabiliter priuatus.*

52 Si Nouitiorum Magiſtrum ad ſuum beneplacitum ſine Conſilio Patrum, inſtituerint. *Vide de Abſol. Prior. Prouinc. num. 10.*

53 Si delinquentes Fratres extra Clauſtra, ad inſtantiam Epiſcopi non punierint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. de Grauiori culpa c. 18. tex. 6. ſub litt. S.*

54 Si Fratres profeſſos ex Ordine eiecerint vel illis licentiam ad alios Ordines tranſeundi elargiri auſi fuerint. Cæſarauguſtæ 1309. ord. 6. *Inhibemus Prioribus Conuentualibus, Superioribus, & eorum Vicarijs, vt nullum Fratrem in Ordine noſtro profeſſum ad aliquem alium Ordinem licentient, vel aliter de Ordine expellere præſumant ſine Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij licentia ſpeciali. Si qui verò contrarium fecerint, ſi Priores aut Suppriores ſunt, ipſo facto ſint à ſuis officijs abſoluti, Vicarij verò per biennium voce priuati.*

55 Si quaſcunque mulieres intra ſepta Conuentuum ingredi contra Pij V. & Gregorij XIII. Conſtitutiones Apoſtolicas permiſerint. Valentiæ 1596. admon. 3. *Admonemus Prælatos, & Fratres noſtros quatenus vnuſquiſque ipſorum reſpectiuè obſeruare ſtudeat quæ mandantur in Bullis ſummorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. circa ingreſſum mulierum intra clauſtra noſtrorum Conuentuum, & circa ingreſſum, tam virorum, quàm mulierum in monaſteria monialium, aliàs poenas dabunt abſolutionis à ſuis officijs, & grauioris culpæ reſpectiuè, præter eas omnes quæ, in præfatis Bullis continentur.*

56 Si mulieres ad Tertij Ordinis noſtri habitum minores in ætate quàm annorum quadraginta, & quæ non habeant vnde de victu, & veſtitu ſibi prouidere valeant, receperint. Salmanticæ 1551. ord. 14. *Item ordinantes ſtrictiſſime inhibemus Prelatis, & Præſidentibus Conuentuum ſub poena abſolutionis ſtatim ſi contrafecerint incurrenda, ne de cætero aliquam mulierem ad habitum tertij Ordinis recipiant, quæ ſit ætatis minoris quam quadraginta annorum, & quæ non habeat vnde de victu, & veſtitu ſufficienter ſibi valeat prouidere, quod tamen non de Monaſterijs collegiatis ſed de his quæ in proprijs domibus habitant intelligimus.* Quod etiam fuit ordinatum Venetijs 1592. ord. 21. & confirmatum Neapoli 1600. conſ. 1. & Romæ 1601. conſ. 12. in quibus Capitulis additur, quòd mulieres ſint optimæ famæ, atque honeſtæ familiæ.

57 Si ab abſolutione facta, vel facienda appellauerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 5.*

58 Si abſque Magiſtri Ordinis licentia Religioſos in alijs ordinibus profeſſos, inter noſtros receperint. Argentinæ 1307. ord. 4. *Item Magiſter Ordinis de voluntate, & aſſenſu Prouincialium interdicit Fratribus Prioribus Conuentualibus, ac Vicarijs eorum, ac Fratribus vniuerſis, ne ad Ordinem recipiant aliquem profeſſum in Religione Heremitarum, qui dicuntur S. Auguſtini, & S. Guillermi, Ciſtercienſium, Carmelitarum, Humiliatorum, Seruorum, ſiue Fratrum B. Virginis, ſiue quorumcumque Ordinum ſine ipſius Magiſtri licentia, vel ſui Vicarij. Canonicorum autem Regularium, vel Monachorum nigrorum abſque Prouincialis licentia ſpeciali. Si qui verò contra-*

ritum fecerint ipſo facto ſint à ſuis officijs abſoluti; cœteri verò Fratres per triennium voce priuati.

59 Priores abſoluti ad illos Conuentus ſpectant, ex quibus fuerunt in Priores aſſumpti. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 9. in declarat. ſub litt. Q.*

60 Inſtante electione Prioris Prouincialis nullus Prior poteſt à ſuo officio amoueri donec electus, confirmatuſque nouus Prouincialis fuerit, niſi interueniente ſummo ſcandalo, vel ipſo Priore petente. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 7. in Declarat. ſub litt. G.*

61 Mortuo, vel amoto Magiſtro Ordinis, Priorum abſolutiones fieri prohibentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 2.*

62 Quando Priores à ſuis officijs abſoluuntur, vt in alio Conuentu confirmentur in Priores; ſi talis confirmatio non ſubſequatur, abſolutio facta redditur nulla, poteruntque in ſuis Prioratibus perſeuerare; Valentiæ 1596. declarat. 5. *Declaramus quòd quando contigerit Priorem aliquem, non alio fine à Prioratu, quem tunc habet, abſolui, quam vt poſſit in Priorem alterius Conuentus confirmari, ſicut de more fieri ſolet, ſi confirmatio effectum ſuum non ſortiatur quauis de cauſa, nulla etiam cenſenda erit abſolutio, & poterit in primo ſui Prioratus officio perſeuerare quiſquis ille ſit.*

63 Non abſoluantur Priores Conuentuales à Prouincialibus ſine ſecreto voto duodecim, vel octo Patrum ad minus ad conſilium vocandorum. Vlyſſipone 1618. admonit. 4. *Admonemus RR. PP. Prouinciales ne ad abſolutionem Priorum quoquomodo (ipſis inauditis) procedant, ſed adhibito Conſilio duodecim Patrum ex grauioribus, vel (ſi non ſuppetat numerus) octo ad minus de eorum voto ſecreto, & non aliter cauſam decernant.* Vide hic ſupra num. 1. quod etiam fuit confirmatum. Romæ 1629. ord. 13.

64 Abſoluendi ſunt Priores ſi imminente tractatu eorum, quæ ad Prouinciale Capitulum ſunt mittenda Suppriorem abſoluerint. Auinione 1341. ord. 9. *Inhibemus etiam quantum poſſumus Prioribus vniuerſis, ne de tractatu ſe quomodolibet intromittant, nec Suppriorem imminente tractatu abſoluant; quòd ſi contrarium fecerint, in pœnam à Prioratus officio abſoluantur.*

65 Si ſuos ſubditos ſe accuſantes apud Superiores, aliquo modo moleſtare præſumpſerint. *Vide de Accuſatoribus num. 3.*

66 Eadem forma ſcrutinij faciendi circa retentionem, vel abſolutionem Priorum, ſeruetur per Suppriorem, vel eius Vicarium in illius abſentia, & duos antiquiores ſecundum profeſſionem in Ordine in Capitulo præſentes in tractatu eorum, quæ ad Prouinciale Capitulum ſunt mittenda, atque proprio Conuentus ſigillo muniantur. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 4.* Quæ fuit inchoata *apud Peſtum* 1273. *approb. Lugduni* 1274. *& conf. Bononiæ* 1275.

Vide de Capitulo Prouinciali num. 2.

67 In petitionibus abſolutionis Priorum in Capitulo faciendis, nomina, & officia abſolutionem petentium conſcribantur. *Vide de Abſol. Prior. Prouinc. num. 23.*

68 Grauiter puniendi ſunt facientes inductiones circa abſolutionem, vel confirmationem Priorum Conuentualium. Lucæ 1288. ord. 8. *Idem Magiſter Ordinis de conſilio, & aſſenſu aſſenſu Diffinitorum inhibet diſtrictè, ne quis inductiones faciat in ſcrutinijs ſuper retentione, vel abſolutione Priorum: & ſi quis contrarium fecerit ipſo facto ſubiaceat pœnæ taxatæ in præcedenti Capitulo Burdegalis celebrato contrafacientes inductiones in electionibus Ordinis.* In Capitulo autem Burdegal. 1287. celebrato ord. 3. ſic habetur. *Prohibemus diſtrictè Prioribus, & Fratribus vniuerſis ne faciant aliquas inductiones in tractatibus Ordinis quocunque modo, qui verò contrarium fecerint, & in hoc fuerint deprehenſi, voce per triennium ſint in omni electione priuati, ita quod nec eligi, nec eligere poſſint, & ſingulis ſextis ferijs abſtineant in pane, & aqua.*

69 Quando à Prouincialibus dantur litteræ abſolutionum Priorum Conuentualium, in illis præfigatur breue tempus pro earum executione apud Londonas 1263. admon. 1. *Admonemus Priores Prouinciales, quòd quando dant alicui Priori literas de abſolutione ſua, breue tempus in eis determinent vltra quod non maneat Prior.*

70 Prouincialibus interdicitur Priorum Conuentualium abſolutio ante tres menſes noui Prouincialis electionis, niſi vrgentiſſima adſit cauſa in Conſtitutionibus expreſſa Romæ 1629. ord. 13. *Admonemus PP. Prouinciales eiſdemque præcipimus, ne poſtremo ſui officij anno, præſertim infra tres menſes ante finem, abſque vrgentiſſima neceſſitate. Priores à ſuis officijs abſoluant, vel Fratrum mutationes faciant: præterquàm in caſibus in noſtris Conſtitutionibus expreſſis.*

71 Ipſo facto intelliguntur à ſuis officijs abſoluti Priores, qui Fratrum noſtrorum crimina perſonis extra Ordinem conſtitutis reuelantes, carceris pœna non correxerint. Romæ 1546. ord. 8. *Vide de Carcerib. num. 5.*

72 Abſoluendi ſunt Priores, qui in ſuis Conuentibus firmos carceres pro delinquentibus puniendis, iuxta Conſt. noſt. non habuerint. Romæ 1569. admon. 2. *Admonemus omnes PP. Priores Conuentuales, vt ordinationem aliàs factam in Cap. Auenionenſi, & alijs Cap. Generalibus de aptandis carceribus in eorum Conuentibus cum ſeria, & peſſulo, & claue firmis, & fortibus omnino executioni mandent, & qui infra ſex menſes à notitia præſentium id non præſtiterint à Prouinciali in viſitatione ab officio abſoluantur.*

73 Si Fratres fugitiuos receperint. *Vide de Carcerib. num. 20.*

74 Abſoluendi ſunt Priores, qui aliquem immediatè ad Conuerſorum habitum receperint,

rint, abſque eo quòd priùs fuerit in habitu Tertiatorum. *Vide de Abſol. Priorum Prouincial num.* 28.

75 Abſoluantur Priores, qui conſpirationes contra ſuos Prælatos facientibus, pœnas in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 8. taxatas non inflixerint. *Vide de Pacceribus num.* 25.

76 Abſoluendi ſunt Priores, ac Suppriores qui in ſuis Conuentibus Conſtitutiones non habuerint. Barchinonæ 1323. ord. 1. *Cum in multis Conuentibus inuenimus conſtitutiones noſtras corruptas eſſe, vel ſimpliciter non haberi; imponimus Prioribus, & Supprioribus vniuerſis, quatenus dictas Conſtitutiones infra annum à receptione præſentium habeant in Conuentibus integras, & correctas, ſi qui verò inuenti fuerint hoc neglexiſſe, volumus, & mandamus quòd à ſuis officijs in poenam abſoluantur.*

77 In principalioribus Conuentibus debet eſſe lectio, vel Theologiæ, vel Philoſophiæ, & Priores, qui in hoc fuerint negligentes in pœnam à ſuis officijs abſoluantur. *Vide de Conuentibus num.* 26.

78 Caueant Priores, omneſque in Ordine ſuperiores ne Conuentuum noſtrorum officinas, aut quælibet alia loca ſæcularibus locent, nec etiam pretextu Fraternitatis ſub pœna abſolutionis ab officijs. *Vide de Conuentibus num.* 27.

79 Ipſo facto abſolutionem ab officijs, & perpetuam priuationem vocis paſſiuæ incurrunt, ſi Tertiarium, ſeu Conuerſum ad clericalem habitum ſine Mag. Ord. licentia receperint. *Vide de Abſol. Prioris Prouincial. num.* 34.

80 Abſoluendi ſunt etiam Priores, & Conuentuum Præſidentes, ſicut & Prouinciales, qui fratres habentes pecunias, ſeu alia bona apud ſeculares depoſitata, pœna proprietarijs debita non punierint. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num.* 35.

81 Si fratres fugitiuos, hoc eſt ſine litteris teſtimonialibus, vltra tres dies in ſuis Conuentibus receperint. *Vide inferius de Diſcurſu fratrum num.* 7. 8. *&* 9.

82 Si in ſuis Eccleſijs in diebus feſtiuis conciones, tam de mane, quam veſpere haberi non procurauerint, vel per ſeculares Clericos, aut alterius ord. Religioſos tempore quadrageſimæ, vel Aduentus conciones in noſtris eccleſijs habere permiſerint. *Vide de Eccleſijs num.* 5. *&* 6.

83 Si quæ ad facrum miniſterium in noſtris Eccleſijs ſunt deputata, debito nitore aſſeruata, & affecta non fuerint. *Vide de Eccleſijs num.* 12.

84 Priores tam Conuentuales quàm Prouinciales abſoluti, non poſſunt eodem anno ad eadem munera reaſſumi. Bononiæ 1267. ord. 5. *Item Priores Prouinciales, & Conuentuales abſoluti per Generale, vel Prouinciale Capitulum, non reſumantur, ad eadem officia illo anno in eadem Prouincia, vel Conuentu.* Idem intelligendum eſt ſi etiam à quocunque ſuperiore abſoluantur. Dicitur autem ſi fuerint per Generale, vel Prouinciale Capitulum abſoluti, quia tunc huiuſmodi abſolutiones tantum in præfatis Capitulis fiebant, quæ ſingulis annis celebrabantur.

87 Abſoluantur Priores, ac per biennium omni paſſiua voce priuentur, qui ſua culpa non alunt ſufficientem numerum Fratrum ad electionem canonicam faciendam, muniaque ordinis ritè obeunda. Romæ 1650. declarat. 2. *quam vide inferiùs de Electione Prioris Prouincialis num.* 5.

86 Abſoluendi etiam cenſentur Priores, & quicumque Præſide ſidentes Conuentuum, permittentes repræſentari in feſtis S. Vincentij, atque aliorum ſanctorum perſonam Epiſcopi, aut fieri inſtitutionem Prioris in dictis feſtis, Barcinonæ 1574. ord. 17. *Item ordinamus ſub poena abſolutionis ab officijs Prælatis, reliquiſque Fratribus, priuationis vtriuſque vocis, ne de coetero audeant repræſentare per iocum Epiſcopi perſonam, vti conſueuit fieri in feſto Innocentium: & Feſta D. Vincentij, & ſimilia omnia, præcipuè quoad electiones, & inſtitutiones Priorum ſimilium feſtorum, & temporalia omnia prorſus inhibemus, & tollimus ſub poena abſolutionis, & inhabilitationis ab officio Prioratus ipſis Prioribus Conuentualibus, ſeu Præſidentibus; reliquis verò ſub poenis grauioris culpæ, tam poſitiuis, quàm priuatiuis, in quibus Prouinciales nulla ratione poſſint diſpenſare.*

87 Si fugitiuos Fratres ad ſacros ordines promouere præſumpſerint. Romæ 1518. ord. 5. *Prohibemus quoque ne quis huiuſmodi fugitiuos faciat ad ſacros ordines promoueri, contrarium autem faciens Præſidens ſit ipſo facto abſolutus ab officio, & poenæ grauioris culpæ addictus. Ordinatus autem non permittatur miniſtrare in ſuſceptis ordinibus.*

88 Si pœna talionis Fratres alios accuſantes, atque in probatione deficientes non affecerint. Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide de Abſol. Prouincial. num.* 39.

89 Si fratres, qui propoſitionem aliquam ſuſpectam de hæreſi ſuſtinuerint docendo, vel prædicando; ſeu contra Sanctorum Patrum, vel conſuetudinem Eccleſiæ, carcerali cuſtodiæ, quoaduſque proceſſus ſuper hoc formetur, non mancipauerint. Lugduni 1536. ord. 10. *Vide de Hæreſi num.* 8.

90 Si Hoſpites benignè non ſuſceperint, atque charitatiuè pertractauerint. Mediolani 1505. ord. 8. *Vide de Hoſpitibus num.* 3.

91 Si diebus pro ieiunijs determinatis ſufficienter de pictancijs Fratres in prandio, ita vt ieiunare valeant, non prouiderint. Mediolani 1505. ord. 3. *Mandamus Præſidentibus Conuentuum ſub poena abſolutionis à ſuis officijs, vt in diebus ieiunij taliter prouideant Fratribus in*

refe-

refectorio in prandio de ferculis, & pictantijs, quòd poſſint ieiunare.

92 Priores Conuentuales delinquentes à Prouincialium Vicarijs, & Viſitatoribus à ſuis officijs ſuſpendi; abſolui autem nequaquam poſſunt. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. *Volumus inſuper pro alleuiatione Conuentuum vt cum Prouinciales loca quæcumque viſitare decreuerint Vicarijs, & Viſitatoribus alijs ne loca eadem illo anno viſitent, ſi ſibi expedire videbitur valeant ordinare, quibus Vicarijs auctoritas abſoluendi Priores, & Prioriſſas minime teneatur; niſi cum in loco aliquo ſpecialis cauſa, vel caſus iudicio Prouincialis hoc exigat, & requirat: ſuſpendendi enim Priores, & Prioriſſas à ſuis officijs auctoritas eiſdem ſufficere poterit, vt ordinarium Prioratus officium in vigore ſuo pleniùs conſeruetur, & honore.*

93 Ipſo facto abſolutionem incurrunt Præſidentes omnes Conuentuum, ſi Fratres ex remotioribus, & magis indigentibus Prouincijs ad ſuos Conuentus à Prouincialibus ſtudiorum gratia miſſos non receperint, aut dimiſerint. Romæ 1612. decl. 1. *Vide de Studentib. num. 42.*

De Abſolutione Suppriorum.

1 VT ſingulis annis tractatus habeatur à Prioribus Conuentualibus cum ſuis fratribus diſcretis de abſolutione, vel retentione Supprioris, ordinatum fuit Viterbij 1268. ord. 4. *Item Priores Conuentuales ſingulis annis tractatum habeant ad minus ſemel in anno cum diſcretis Fratribus ſuper abſolutione, vel remotione Supprioris.* Quod fuit confirmatum apud Maſſiliam 1300. ord. 5. & apud Lemouicas 1334. ord. 9. Veruntamen poſtea Barchinonæ 1574. declaratum eſt poſſe Priores cum conſilio Patrum quandocumque voluerint, illos à ſuis officijs abſoluere, quæ ordinatio fuit ita declarata Valentiæ 1596. decl. 7. *Declaramus declarationem 12. factam in Capit. Barchinonen. an. 1574. in qua dicitur Priorem poſſe abſoluere Suppriorem ſuum, non modo à ſe inſtitutum, verum etiam à Prouinciali, intelligendam eſſe de Patrum conſilio per vota ſecreta.* Præfatam autem declarationem Capit. Barchinonen. *Vide de Suppriorib. num. 7.*

2 Non tamen poſſunt abſolui imminente tractatu eorum, quę ad Capitulum ſunt mittenda. *Vide de Abſolut. Priorum num. 64.*

3 Priores nouiter electi illos abſoluere non poſſunt antequam ad ſuos Conuentus acceſſerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in declarat. tex. 8. ſub litt. T.*

4 Prouinciales verò poſſunt eoſdem abſoluere, atque eorum autoritatem limitare, etiam antequam Prior fuerit electus, & confirmatus. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 8. in declarat. ſub litt. V.*

5 Abſoluendi ſunt Suppriores, ſi Fratres noſtros profeſſos ex Ord. expulerint, vel illis ad alios transeundi licentiam dederint. *Vide de Abſolut. Prior. Conuent. num. 54.*

6 Si ſe à ſequela Chori, Refectorij, & Communitatis abſque vrgenti cauſa auerterint. *Vide de Abſol. Prioris num. 4.*

7 Si in ſuis Conuentibus Conſtitutiones noſtras non habuerint. *Vide de Abſol. Prior. n. 76.*

8 Si ſine cauſa in S. Crucis Ieiunijs pluſquam bis in hebdomada diſpenſauerint. *Vide de Ieiunio num. 2.*

9 Si non ſe probe, in his quæ ad Capit. ſunt mittenda, geſſerint. Auinione 1341. ordinat. 8. *Item caueant Suppriores, quod in aſſignatione diei ad tractandum de ijs, quæ ad Generale, vel Prouinciale Capitulum ſunt mittenda, & in omnibus ad tractatum ipſum pertinentibus ſic iuſtè rationabiliter, & prudenter procedant iuxta Ord. inſtituta, quod nulla poſſit eis calumnia imputari. Quod ſi Priores Prouinciales in ſuis Prouincijs inuenerint Suppriores aliquos in ijs, quæ ad tractatum pertinent notabiliter deliquiſſe, vel Fratres alios quoſcunque in pertinentibus ad tractatum tumultuosè, vel aliàs temerariè proceſſiſſe, Suppriores ipſos à ſuis officijs abſoluant, & tam Suppriores, quam Fratres taliter puniant, quòd ſint coeteris in exemplum.*

10 Quando Suppriores in Conuentibus abſoluuntur, Priores mox alios Suppriores inſtituere tenentur. Florentiæ 1281. ord. 1. *Volumus, & diſtricte mandamus Prioribus vniuerſis, quod in ſuis Conuentibus inſtituant Suppriores & quando aliquos Suppriores abſolui contigerit, Priores illorum Conuentuum circa alios ſubſtituendos curam habeant diligentem.*

De Abſolutione Vicariorum.

1 VIcarij Nationum poſſunt ex cauſa rationabili per Priores Prouinciales à ſuis officijs abſolui. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 12.*

2 Completo triennio ſunt à ſuis officijs abſoluti, ex Iulij II. Conſtitutione. Romæ 1629. in ordinat. 11. citata. *Volumus, & auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, quòd Vicarij Generales*

rales

vales Congregationum exemptarum à Prouincialibus, ſiue vitæ communis ſint, ſiue regularis, non poſſit vltra triennium in Vicariatus officio perdurare, ſed perfecto triennio, ipſo facto ab officio ſint abſoluti abſque alia declaratione, ſiue abſolutione, nec poſſit, qui Vicarius fuit eiuſdem Congregationis, Vicarius eſſe infra ſex annos immediatè ſequentes.

3 Si Fratres ex ſuis Congregationibus eiecerint. *Vide de Abſol. Priorum Prouinc. num. 24.*

4 Vicarij locorum, ſeu Præſidentes Conuentuum, abſoluendi ſunt, ſi Fratres alearum, taxillorumque ludis operam dantes non puniuerint. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 2.*

5 Si abuſus in ſuis Conuentibus induxerint. *Vide de Abſol. Prior. num. 3.*

6 Si circa infirmorum curam negligentes fuerint. *Vide Abſol. Prior. num. 39.*

7 Si Capitulum de culpis de quindena in quindenam non fecerint. *Vide de Abſol. Prior. num. 6.*

8 Mortuo, vel amoto Priore, etiam Vicarius ab eo inſtitutus à ſuo officio eo ipſo eſt amotus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in declar.* tex. 9. litt. G.

9 Abſoluendi ſunt Conuentuum Vicarij ſi ſe à ſequela Chori, Refectorij, & communitatis abſque vrgentiſſima cauſa ſubtraxerint. *Vide de Abſolut. Prior. Conuent. num. 4.*

10 Abſoluendi ſunt etiam, ſi in ieiunijs S. Crucis pluſquam bis in hebdomada ſine cauſa diſpenſauerint. *Vide de Ieiunio num. 2.*

Reliquæ ordinationes in quibus pro Prioribus iniuncta eſt abſolutionis pœna, etiam pro Conuentuum Præſidentibus factæ cenſeantur, niſi ſpecialis de Prioribus mentio in eiſdem habeatur, ipſi enim locorum Vicarij ſub Prælatorum, & Præſidentium nomine continentur.

De Acceſſu ad Vrbem.

1 NVllus Frater ad Vrbem accedat, niſi de licentia Magiſtri Ordinis, vel Capituli General. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. text. 4.* Vide ibid. ſub litt. F.

2 Nullus ſub quouis prætextu ad Vrbem accedere audeat, etiam ob cauſam rationabilem, abſque Magiſtri Ordinis licentia in ſcriptis obtenta, ſub pœna carceris, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, tam ab accedentibus, quàm à recipientibus incurrenda: Ita in plubus Capitulis ſancitum eſt. Romæ 1546. ord. 3. Salmaticæ 1591. conf. 1. Romæ ex decreto Clementis VIII. 1601. denunc. 7. Bononiæ 1615. ex decreto Pauli V. denunc. 1. & Toloſę 1628. denunc. 2. ex mandato Vrbani VIII. ita ſancitum eſt. *Denunciamus ſub die 26. Ianuary 1628. à Sanctiſs. Dom. N. Vrbano VIII. per ſuum ſpeciale diploma interdictum, ac prohibitum fuiſſe ne de cætero vllus noſtri Ordinis profeſſor, quauis ex cauſa, etiam quantumuis rationabili, priuilegiata, ac iuſta, ſiue ſub quocunque prætextu ad Romanam Curiam venire audeat, ſeu præſumat, niſi priùs à Magiſtro Ordinis dumtaxat licentiam in ſcriptis impetrauerit, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per biennium, tam per eoſdem Fratres Romam abſque huiuſmodi licentia venientes, quàm per eos, qui dictos Fratres admiſerint, & receperint ipſo facto incurrenda, à qua nonniſi ab eadem Sanctitate ſua, & Rom. Pont. pro tempore exiſtente abſolui poſſit, necnon alijs pœnis Superiorũ arbitrio infligendis.* Mediolani autem 1623. adm. 6. additur per ſex menſes carceris pœna. *Admonemus omnes noſtri Ord. Fratres, vt omnino ſeruent decretum Apoſtolicum, quo prohibentur Regulares accedere Romam ſine licentia Magiſtri Ord. ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & carceris formalis per ſex menſes.* Vide etiam de Carcerib. num. 6.

3 Poſſunt Prouinciales ob grauia negotia, dilationem non permittentia, aliquem Patrem Romam mittere, dummodo Reuerendiſſimum moneant de neceſſitate talis tranſmiſſionis. Romæ 1619. declarat. 15. *Declaramus quod quandocunque Prouincialibus graue aliquod negotium occurrit in alma Vrbe pro ſua Prouincia tractandum, tunc poterunt Patrem aliquem grauem ad id idoneum Romam tranſmittere: ita tamen, vt ſimul Magiſtrum Ordinis, tam de negotio tractando, quàm etiam de neceſſitate talis tranſmiſſionis admoneant, quibuſcunque in contrarium non obſtantibus.*

4 Aſſignati in Conuentibus Vrbis, vel in alijs, ad quos acceſſuri, tranſitu per Vrbem indigent, non ſubduntur legibus contra accedentes ad Vrbem ſancitis. Auenione 1561. Confirmatione 15. *Item aliam (ſcilicet ordinationem confirmamus) ſæpiſſimè factam, quod ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ per quinquennium nullus abſque licentia Magiſtri, vel Procuratoris Ordinis, aut ſui Prouincialis veniat ad Vrbem exceptis his, quibus propter Conuentus ſuarum Prouinciarum, ad quos vadunt, neceſſe eſt inde tranſire, vel illò accedere.* Reliqui autem Fratres etiam ſi ſint ex Prouincia Romana ad Vrbem non poſſunt, ſecluſa P. Reuerendiſſimi licentia accedere. Salmanticæ 1551. conf. 1. *Confirmamus Ordinationem factam in Capit. præcedenti, quòd nullus Fratrum noſtrorum accedat ad Curiam Romanam ſine expreſſa licentia ſui Prouincialis habita in ſcriptis, & hoc ſub pœna carceris ſtatim incurrenda, quam ordinationem etiam ad Fratres Romanæ Prouinciæ extendi volumus.* Modò autem ex ſuburbanis Conuentibus, nem-

pè

pè Tyburtino, & Nepeſino Priores, & Syndici ob occurrentia negotia ſuorum Conuentuum, poſſunt ad Vrbem non præhabita licentia accedere, prout de facto ex antiqua Magiſtrorum Ord. conceſſione conſueuerunt, & ſolent.

5 Accedentes ad Curiam tenentur licentiam in ſcriptis, cappam, & integrum noſtræ profeſſionis habitum ſecum deferre; eumque ad illam peruenierint, negotia pro quibus acceſſerunt, infra vnum diem ſub pœna Carceris P. Procuratori Ord. propalare. Auenioni 1442. ord. 7. *Honeſtati Fratrum Romanam Curiam viſitantium intendentes diſtrictiùs inhibemus, ne Frater aliquis cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, ſine Cappa, & integro habitu Religionis incedat; nullus denique ſine licentia Reuerendiſs. Mag. Ord. vel ſui Prouincialis in ſcriptis obtenta* (quæ tamen modò non ſufficit, niſi in caſu ſupra num. 3. adducto). *Romanam Curiam ingrediatur. Ingreſſus verò infra diem naturàlem Procuratori Ordinis, vel eius vices gerenti ſe præſentare teneatur, & omnes ſuas cauſas exponere, & non niſi de eius conſilio, et aſſenſu procedere in agendis valeat. Oppoſitum verò facientes per Procuratorem, vel ſubſtitutum carceribus mancipentur.*

6 In Romana Curia permanendi nemini licentiam concedat Ordinis Procurator, niſi priùs ſuſcepto ab eo iuramento, ſe nihil tractaturum ipſo inſcio. Apud Montem peſulanum 1456. ord. 5. & apud Nouimagum 1459. ord. 5. *Item Ordinamus de ingredientibus Romanam Curiam in multis Generalibus Capitulis factam, tanquam laudabilem, immo neceſſariam approbamus, & confirmamus, adiicientes, & imponentes Procuratori Ordinis, vel eius Viceſgerenti quòd nulli licentiam tribuant in Curia reſidendi, niſi priùs ſuſcepto iuramento, quòd nihil per aliquem apud quamcumque perſonam per ſe, vel per alium procuret in Curia, niſi de ſcitu Procuratoris, vel eius Viceſgerentis voluntate pariter, & aſſenſu.*

De Accuſationibus.

1 CONuentus mittentes accuſationes ad Generale, vel Prouinciale Capitulum ſcribant numerum, & nomina accuſantium, & modum, quo crimina agnouerint manifeſtent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 9. tex. 4. Vide ibid. decl. ſub litt. C.*

2 Accuſationes vnius, nec ad Generale, nec ad Prouinciale Capitulum ſunt mittendæ. *Ex eodē tex. 4. Conſt. noſt. Vide ibid. decl. ſub litt. D.*

3 Accuſatores Priorum Conuentualium, ab iiſdem nullo modo, nec per ſe, nec per alios, nec publicè, nec priuatim moleſtentur. Apud Londonas 1263. adm. 4. & Placentiæ 1310. ord. 7. ſic dicitur. *Cum non deceat, nec Ordini expediat vllo modo viam correctionis præcludi, prohibemus diſtrictè ne aliquis Prior Fratrem aliquem pro eo quòd ipſum ad ſuperiorem detulit modo aliquo audeat moleſtare, nec cum ipſo ſuper delationem contra eum factam audeat inquirere per ſe, vel per alium in publico, vel ad partem; quòd ſi ſecus factum fuerit à Prioratus officio abſoluatur, & nihilominùs ſibi pœnæ iuxta culpæ exigentiam imponantur.*

4 Pœna, quæ accuſato deberetur, puniantur accuſatores in probatione deficientes. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 3. ſub litt. Q.*

5 Accuſatores, qui in probatione deficiunt, ſunt infames, & inhabiles ad quaſcumque dignitates. Romę 1601. ord. 26. & Valliſoleti 1605. Conf. 34. ſic dicitur. *Confirmamus illam* (ſcilicet Ordinationem) *quòd pœnæ à Conſtitutionibus taxatæ deficienti in accuſatione alicuius Fratris addatur, quòd hæc pœna omnino, & indiſpenſabiliter infligatur, & quòd perpetuò inhabilis ſit ad quaſcumque dignitates, & infamis, nec ei in Tribunalibus fides aliqua adhibeatur; quod tamen volumus intelligendum quando delictum, de quo alium accuſat erit graue, & non aliter.*

6 Seueriſſimè puniendi ſunt accuſatores, qui in memorialibus Summo Pontifici exhibitis aliquid falſum contra Prælatos, Fratres que ſuos exponunt. Valliſoleti 1065. Conf. 33. *Confirmamus illam* (ſcilicet Ordinationem) *ex mandato fœlicis recordationis D. Clementis VIII. factam quod ſi qui tam temerarij, & audaces fuerint, nec Deum timentes, nec homines reuerentes, vt Sanctiſſimo aliqua memorialia exhibere attentauerint, in quibus aliquid falſum contra Fratres ſuos, & præcipuè contra Prælatos ſit conuentum, ſeueriſſimè puniantur.*

7 Nullus in Capitulo aliquem accuſet, ſeu proclamet de aliquo crimine, niſi illud probare valeat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. tex. 3.*

Vide plura alia in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 9. in decl. tex. 4. ſub lit. D. & diſt. 1. cap. 18. ſub lit. G. in decl. tex. 1.

De Actis Capitulorum.

1 CApitulorum noſtrorum tam Generaliū, quam Prouincialium Acta perſonis extra Ordinem noſtrum conſtitutis oſtendere, fuit vetitum Bononiæ 1235. admon. 4. *Admonemus, vt nullo modo oſtendantur Acta Capituli illis, qui non ſunt de Ordine noſtro.*

2 Magiſtro Ordinis, ac Prioribus Prouincialibus Acta Capitulorum immutare interdictum eſt. Pariſijs 1236. Admon. 1. *Magiſter, aut Priores Prouinciales non mutent Acta Capituli*

Gene-

Digitized by Google

Generalis, vel Prouincialis, niſi fortè in ſpeciali cauſa neceſſaria, & vtili.

De Actis Capitulorum Generalium.

1 Acta Generalium Capitulorum in vnum collecta pœnes ſe quilibet Conuentuũ Pręſidẽtes habere tenẽtur, vt quo modo in bono Conuentuum regimine ſe gerere debeant ſciant abſq; eo quòd ignorantiam prætendere poſſint Neapoli 1600. Ord. 4. *Ordinamus omnibus Præſidentibus Conuentuum, ac Locorum, quòd ſollicitè procurent habere pœnes ſe Bullas Pontificias quomodolibet Ordinem Noſtrum concernentes, & Acta Capitulorum ſimul collecta, ad hoc vt ſciant quomodo ſe habere debeant in bono ſui Conuentus, vel loci regimine, abſque eo quòd ignorantiam aliquando, & cum rubore prætendere poſſint.*

2 Sunt ſtatim in toto Ordine publicanda. Pariſijs 1611. Conf. 30. *Confirmamus item Ordinationem Capituli Generalis Romæ celebrati anno 1542. quòd acta Capituli Generalis ſtatim per totum Ordinem publicentur, & non expectetur Capitulum Prouinciale.*

3 Eorum publicatio à Prouincialibus, vel Capituli Generalis Diffinitoribus intra quatuor menſes à receſſu ab eiſdem Capitulis fieri mandata eſt Pariſijs 1611. Conf. 30. *Et hoc præſertim fiat per Prouinciales, aut Diffinitores Capituli Generalis, quibus reſpectiuè concedimus, vt cum primùm à Capitulo Generali ad proprias Prouincias peruenerint, intra quatuor menſes eadem acta in omnibus Conuentibus Prouinciales publicari faciant.*

4 Dubia ex eiſdem ſuborta ab illis, qui in Capitulo definiere, ſunt explicanda, donec aliter à Magiſtro Ordinis fuerit decretum. Ex eadem Conf. 30. Cap. Pariſ. 1611. *Etſi quæ circa illa* (ſcilicet acta) *difficultates, & dubia ſuboriantur, Diffinitores poſt Capitulum Diffinitorum, & Prouinciales poſt Capitulum Prouincialium ea explicare, & declarare poſſint, quorum explicationi, & declarationi ſtandum erit quouſque à Magiſtro Ordinis aliter fuerit determinatum.*

5 Non eſt in poteſtate alicuius Prouinciæ illa acceptare ſed ſingulę illa debent obſeruare. Pariſijs 1611. admon. 2. & Vlyſiponæ 1618. admon. vltima ſic dicitur. *Admonemus Ad. RR. PP. Prouinciales, & Prouinciarum Vicarios, & quoſcumque Capitulorum Diffinitores, conformiter ad ea, quæ in pluribus Capitulis Generalibus, & præſertim in Capit. Gen. Romæ celebrato anno 1589. ſancita, & declarata, & Pariſijs 1611. ad memoriam reuocata ſunt, non eſſe videlicet in poteſtate alicuius Prouinciæ, prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut Priuilegij non acceptare acta, ſeu ſtatuta Capitulorum Generalium; ſed omnes, & ſingulas Prouincias decretis, & Ordinatis in eiſdem Capitulis ita ſubiectas eſſe, vt vnaqueque earum teneatur ipſa acta in vnoquoque Conuentu publicare; acceptare, & inuiolabiliter obſeruare, vtpotè pro communi bono Prouinciarum, Conuentuum, & Fratrum facta. Et, quatenus opus eſſet, authoritate Apoſtolica reuocatam, & annullatam fuiſſe quamcumque conſuetudinem, aut quodcumque aliud in contrarium exiſtens.* Quod fuit confirmatum Mediolani 1622. Admon. 5.

6 Quater in anno in publica menſa legantur. *Ex Conſt. noſt. in Prol. tex. 10. in declar. litt. Q.*

7 Socij Prouincialium, ſeu Diffinitorum tenentur illa ad proprias Prouincias deferre Ianuæ 1305. ord. 1. *Ordinamus quod ſocij Prouincialium, & Diffinitorum pro tempore portent acta Capituli Generalis ad ſuas Prouincias integra, & Socij Priorum Conuentualium deferant ad ſuos Conuentus, tam acta Capituli Generalis, quàm Prouincialis integra ſub pœna, quæ in prædicto Capitulo extiterat ordinatum; imponentes Prioribus, vel eorum Vicarijs quòd ipſa faciant in ſuis Conuentibus quater in anno legi.* Pœna verò in antecedenti Capitulo apud Toloſam 1304. admon. 3. taxata eſt hæc. *Item cum ex ignorantia Actorum tam Generalium, quàm Prouincialium Capitulorum defectus multi proueniant; mandamus diſtrictè, quòd Socij Priorum Prouincialium, & Diffinitorum pro tempore portent acta Generalis Capituli ad ſuas Prouincias integra, & Socij Priorum Conuentualium ad ſuos Conuentus deferant Acta, tam Generalis, quàm Prouincialis Capituli integra, & Suppriores Conuentuales ipſorum admonitiones, & ordinationes ſcribi faciant in quaterno ad hoc ſpecialiter deputato, quòd ſi infra duos menſes ad ſuas Prouincias, vel Conuentus non portauerint, ſeu miſerint, per triennium non poſſint in Socios Prouincialium, ſeu Priorum aſſumi.*

8 Ordinationes poſitæ in Generalium Capitulorum Actis, atque etiam Magiſtri Ordinis; quoad vim pręcepti, & cenſurarum cum ipſis expirant; quoad reliqua verò, durant, donec fuerint reuocatæ ab altero eiuſdem auctoritatis ſuperiore. *Ex prologo Conſtitut. noſt. tex. 9.* Vide de Ordinat. Capitul. num. 2.

De Actis Capitulorum Prouincialium.

1 Capitulorum Prouincialium Acta ad ſingulos eiuſdem Prouinciæ Conuentus defer-

deferre tenentur Socij Priorum Conuentualium ad præfatum Capitulum accedentes. *Vide de Actis Capit. General. ſupra num. 7.*

2 Poſſunt Magiſter Ord. & Priores Prouinciales Capitulorum Prouincialium Acta in vtili cauſa aliquãdo immutare. *Vide de Act. Cap. n. 2.*

3 Interdictum eſt etiã Diffinitoribus Cap. Prouincialis facultatẽ Prouincialibus elargiri, Capitulorum Prouincialium ordinationes immutandi. Romæ 1629. ord. 14. *Ordinamus, & omnino inhibemus omnibus Diffinitoribus Capituli Prouincialis, ne auctoritatem Priori Prouinciali immutandi, diminuendi, augendi, vel alio quouis modo diſponendi Acta Capituli Prouincialis concedant.*

4 Non poſſunt Prouinciales, quæ in Capitulis prouincialibus ſunt ſancita, propria auctoritate immutare. Romæ 1629. ord. 14. *Item prohibemus omnino Prioribus Prouincialibus, ne quæ communi Capituli Prouincialis auctoritate ſancita ſunt, ſua priuata auctoritate reſcindant; quòd ſi ſecus fiat, totum ſit irritum, & inane.* Quod eſt intelligendum iuxta dicta n. 2.

5 Subditos ſuos obligant vſque ad promulgationem aliorum ſubſequentis Capituli Actorum. Romæ 1629. declar. vlt. *Declaramus quòd præcepta Actorum Capituli Prouincialis incipiant ab eorum promulgatione, & durent vſque ad promulgationem Actorum ſequentis Capituli Prouincialis in quolibet Conuentu faciendam.*

6 Ad Generale Capitulum deferenda eſſe ordinatum fuit. Apud Inſulas 1293. ordin. 7. *Item mandat Venerabilis Pater Magiſter Ordinis quòd Diffinitores, vel Socij eorum, Acta Capitulorum ſuorum Prouincialium ſingulis annis portent ſecum ad Capitulum Generale.* Tunc temporis enim ſingulis annis Capitula Generalia, & Prouincialia celebrabantur.

7 Nomina Fratrum defunctorum ponantur in actis Capit. Prouincialium. Pariſijs 1286. ord. 8. *Item volumus, & ordinamus, vt nomina Fratrum defunctorum in actis Capituli Prouincialis ponantur.*

8 Mittantur ad Magiſtrum Ord. ab ipſo videnda, & approbanda. Valentiæ 1647. ord. 19. *Vide de Prior. Prouincial. num. 19.*

De Affiliationibus.

1 Illi Conuentus Fratrum dicuntur, quorum filij exiſtunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 7. tex. 2. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

2 Quilibet Frater illius Conuentus cenſetur filius, pro quo habitum aſſumpſit. Romæ 1451. decl. 3. *Declaramus quod illorum Conuentuum filij habendi ſunt Fratres, pro quibus habitum Ordinis ſuſceperunt.*

3 Affiliationum translationes ad Magiſtrum Ordinis, & Capitulum Generale ſpectant. Valentiæ 1596. Admonit. 7. *Admonemus RR. Adm. Patres Prouinciales, vt omnino abſtineant à translatione Fratrum per affiliationem, potiſſimè ab alijs Prouincijs ad ſuas reſpectiuè, cum translatio iſta ad Generale Capitulum, vel ad ipſum Reuerendiſſimum P. Generale tantummodo pertineat ſecundùm noſtras leges, & Conſtitutiones, ſine quorum auctoritate factas translationes, ſiue affiliationes nullas eſſe decernimus, & Fratres ſic translatos, & affiliatos ad ſuas remittimus Prouincias.*

4 Debent fieri cum conſenſu filiorum vtriuſque Conuentus, ſcilicet à quo, & ad quem tranſire volunt Fratres, in Capitulo congregatorum, atque per ſecreta vota. Romæ 1553. ord. 13. *Ordinamus quod de cætero nullæ fiant affiliationes ex vno ad alium Conuentum, niſi concurrente expreſſo conſenſu maioris partis omnium in Conuentu præſentium Fratrum natiuorum Conuentus vtriuſque reſpectiuè, ſimul in Capitulo congregatorum; quod ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane, exceptis tamen Græcia, & Terra Sancta, & cæteris huiuſmodi Prouincijs deſolatis.*

Quod fuit confirmatum Auenione 1561. conf. 11. vbi huiuſmodi affiliationes peragendas eſſe de conſenſu etiam P. Prouincialis illius Prouinciæ fuit ita ordinatum: *Item* (ſcilicet confirmamus) *quod translationes filiorum de Conuentu in Conuentum non poſſint niſi de conſenſu maioris partis filiorum vtriuſque Conuentus reſpectiuè in Conuentu præſentium fieri, & de conſenſu R. P. Prouincialis, exceptis Prouincijs deſolatis.* Ex Clementis verò VIII. decreto ſancitum eſt illas ob nullam cauſam habendas eſſe. Romæ 1601. ordin. 29. *Ordinamus ex mandato ſimiliter eiuſdem Sanctiſs. D. N.* (ſcilicet Clementis VIII.) *ne fiant affiliationes de vno Conuentu in alium ex quacunque cauſa; ſed tantum maneant filij Conuentus, qui ibidem profeſſionem emiſerunt.* Quæ ordinatio fuit etiã acceptata Valliſoleti 1605. acceptat. 2. in hunc modum. *Acceptamus item illam* (ſcilicet ordinationem) *ex mandato eiuſdem Clementis VIII. ne fiant affiliationes de vno Conuentu in alium ex quacumque cauſa, ſed tantum maneant filij Conuentus, qui ibidem profeſſionem emiſerunt.* Et hoc fuit poſitum in Conſti. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 5. ſub litt. H.

5 Si Affiliationes quandoque ex vna ad alteram Prouinciam transferri contingat, Fratres ſic translati tenentur infra annum ſibi eligere vnum Conuentum, cuius ſint filij, & non plures. Pariſij 1478. ord. 11. *Item ordinamus quòd Fratres, qui obtinuerunt perpetuationes, aut originarij fieri in alijs Conuentibus, infra annum eligere poſſint vnum dumtaxat Conuentum, & non plures.* Si autem non elegerint ad priores Prouin-

cias

cias tranſmittantur. Romæ 1530. declarat. 13. *Declaramus quod Fratres tranſlati de vna Prouincia ad aliam, vel de Congregatione ad Prouinciam, prouideatur ſibi per Prouincialem illius Prouinciæ de Conuentu aliquo in ſua Prouincia cuius ſit filius, vel quod infra annum remittat ad ſuam Prouinciam priorem;* Nunc autem ad Conuentuum filios ſpectat tales acceptare modo in num.4. ſuprad.enarrato.

6 Priores Prouinciales trasferendi affiliationes Fratrum de Conuentu in Conuentum, & de Prouinciá in Prouinciam, auctoritate carent ita fuit ſancitũ Valẽtiæ 1596. Ad.7. *Admonemus RR. Ad.PP. Prouinciales, vt omnino abſtineãt á tranſlatione Fratrũ per affiliationem, potiſſimè ab alijs Prouincijs ad ſuas reſpectiuè; cum trãſlatio iſta ad Gen. Capitulum, vel ad ipſum Reuer.P.Generalem tantũmodò pertineat ſecundùm noſtras leges, & Conſtitutiones, ſiue quorum auctoritate factas tranſlationes, ſiue affiliationes nullas eſſe decernimus, & fratres ſic trãſlatos. & affiliatos ad ſuas remittimus Prouincias.*

7 Nullus in Ordine noſtro Prælatus poteſt affiliationem ſuam ad Conuentum, in quo præſidet, transferre. Romæ 1580. ord.7. *Ordinamus quòd in noſtro Ordine deinceps non fiant tranſlationes affiliationum de vno Conuentu ad alium, niſi per vota ſecreta: Prælatos autem nullo modo volumus recipi poſſe in filios Conuentuum quorum ſunt Prælati, quamdiu prælationis officio funguntur, etiam ſi habuerint omnia vota.*

8 Venetijs autem 1592. conf.7. etiam ad Conuentuum Præſidentes, & locorum Vicarios præfatam ordinationem extendi, fuit ita declaratum. *Confirmamus Ordinationem Romæ* 1580. *factam quòd Prælati, aut Vicarij locorum nullo modo recipi poſſint in filios Conuentuum, vel locorum, quibus præſunt quamdiu Prælationis officio funguntur, etiam ſi habuerint omnia vota.*

9 Nouitij in vno Conuentu ad habitum recepti, & poſtea ad alium tranſmiſſi, ſi profeſſionem emittant, cenſentur filij illius Conuentus in quo habitum ſumpſerunt. Barcinonę 1574. decl. 13. *Item declaramus quòd Nouitius receptus ad habitum in vno Conuentu, ſi tranſmittatur ad alium Conuentum, ſi profitetur, erit filius illius Conuẽtus in quo ſuſcepit habitum, etiam ſi faciat profeſſionem non requiſito illo Conuentu, in quo ſuſcepit habitum.* Quod fuit conf. Romæ 1580. conf.23.

10 Bona immobilia eorum, qui affiliationes de vno in alterum Conuentum transferunt, ad primum Conuentum ſpectant; mobilia verò ad quem tranſtulerunt affiliationes. Peruſij 1478. ord.11. *Ordinamus quod Fratres, qui obtinuerunt perpetuationes, aut originarij fieri in alijs Conuentibus, infra annum eligere poſſint vnum dumtaxat Conuentum, & non plures, quodque bona immobilia Fratribus huiuſmodi, ſeu eorum Conuentibus contingentia pertineant ad primos Conuentus, mobilia verò ad Conuentus electos.* Vide in Conſt. noſt. diſt.14. tex.5. & 6. cum declar. ſuis.

De Alchimia.

1 Alchimiæ arti nedum operam nauare, ſed nec etiam docere illam, neque ſcripta de eadem tractantia habere poſſunt Fratres. Apud Peſtum 1273. ord.10. *Item Magiſter Ordinis de voluntate, & Conſilio Diffinitorum præcipit diſtrictè in virtute Obedientiæ Fratribus vniuerſis, quòd in Alchimia non ſtudeant, nec doceant, nec aliqualiter operentur, nec aliqua ſcripta de ſcientia illa teneant.*

2 Carcerali cuſtodiæ mancipandi ſunt, qui Alchimiam exercent, docent, ſcriptaque de ea habent. Burdegalis 1287. ord.2. *Item Magiſter Ordinis de Conſilio Diffinitorum præcipit in virtute obedientiæ Fratribus vniuerſis, quod in Alchimia non ſtudeant, nec doceant, nec aliquatenus operentur, nec aliqua ſcripta de illa ſcientia teneant, ſed Prioribus ſuis reſtituant quam citiùs poterunt, bona fide, per eoſdem Priores Prioribus Prouincialibus aſſignanda: & qui contra hoc de cætero deprehenſi fuerint, aut conuicti, præter pœnam inobedientiæ carcerali cuſtodia mancipentur.* quod Barchinonæ 1323. ord.7. excommunicationis latæ ſententiæ addita pœna fuit confirmatum.

De Alternatiua Officiorum.

Svnt quam plures in Ordine noſtro Prouinciæ, in quibus pro pace, & quiete Fratrum ſancita eſt diuerſarum nationum, & partium alternatiua in electionibus, tam Prouincialium, quàm Diffinitorum facienda, de quibus in ſecunda parte huius operis ſuis proprijs locis acturi ſumus, hic tantùm, quod pro Ordine in communi circa alternatiuam officiorum ſancitum eſt, referentes.

In illis Prouincijs, in quibus eſt alternatiua in electionibus Priorum Prouincialium, ſi contingat caſſari electionem factam, nouumque ab extra dari, vel inſtitui Prouincialem; talis non eſt numerandus pro rata alicuius illius Prouinciæ parte; Valentiæ 1647. declarat. 8. *Cum ſæpè contingat in Prouincijs habentibus alternatiuam in electione Prouincialium, vt aliquando, vel eligatur, vel inſtituatur Prouincialis aliquis, qui non eſt filius illius Prouinciæ; ad tollendas occaſiones litium, declaramus quòd talis Prouincialatus non debet numerari pro rata alicuius partis illius Prouinciæ, ſed tali Prouincialatu com-*

ſleto tātam pertinere ad illam partem, ad quam pertinuiſſet, ſi aliquis filius Prouinciæ electus fuiſſet tunc cum electus fuit, vel inſtitutus Prouincialis alterius Prouinciæ filius.

De Apoſtatis.

1 QVicumq; apoſtatauerit, ipſo facto ſit excommunicatus, quam ſententiam ferimus ex nunc præſenti ſtatuto. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. Cap. 20. tex. 1. Quæ fuit inchoata Argentinæ 1260. Approbata Barcinonæ 1261. & conſ. Bononiæ 1262.*

2 In præfatam pœnam nequaquam incidit, qui ſtatim ad Ordinem reuertitur; eſt tamen ab excomunicatione abſoluendus, & ad cautelam ad gratias Ordinis reſtituendus. Ex declar. tex. 1. ſupra ad facta. Ianuæ 1305. decl. 8. *Qui Ordinem egreditur, ſubditò quòd reuertitur nō eſt indicandus Apoſtata, nec incidit in pœnam Conſtitutionis; Plures tamen dixerunt quòd Apoſtata eſt, & actum apoſtaſiæ complent, & ad cautelam abſoluendus eſt, & ad gratias Ordinis reſtituendus.* Vide ibid. ſub litt. A. vbi aſſeritur ita fuiſſe declaratum Toloſæ 1328. quid autem ibidem ſit ordinatum vide hic num. 4.

3 Apoſtatas corrigendi, carceribuſque puniendi, tam Prioribus Prouincialibus, quam Conuentualibus facultas conceſſa eſt Pariſijs 1269. *Ex Conſt. noſt. in declar. vbi ſupra.* Et Bononię 1238. ſic fuerat antea mandatum ord. 3. *Item volumus, vt carceres fiant pro Apoſtatis, & Fratribus iniquitatis coërcendis.*

4 Priores tenentur inuigilare circa illos capiendos; ſi verò eos carceribus dare nequáquam potuerint, publica denunciatione excommunicatos declarari curent. Florentiæ 1281. admon. 8. *Item monemus Priores, & Vicarios, quòd laborent diligentiùs pro Apoſtatis capiendis, ex quorum præſentia, & diſcurſu Fratribus ſcandalum generatur, ſi quos tales in ſuis terminis inuenerint; quod ſi facere non potuerint, ipſos ſententia publica excommunicationis denunciari procurent, vt ſic ſaltem ab alijs euitentur.* Quod conf. fuit apud Toloſam 1328. ord. 7.

5 Debent vti auxilio brachij ſecularis Conuentuum præſidentes, quando opus fuerit in illorum ad Conuentus, & Ordinem reductione. Venetijs 1592. Commiſſione 9. *Committimus R.R. Prouincialibus, cæteriſque Conuentuum, & locorum Præſidentibus, vt pro debito officij reſpectiuè quòd ſæpius circa Apoſtatas, & fugitiuos eiſdem mandatum fuit, diligenter exequantur. Curando videlicet eoſdem ad Conuentus reducere (etiam auxilio brachij ſecularis quatenus opus ſit) ac pro qualitate criminum punire, ne rei ſanguinis Fratrum ſuorum coram ſupremo Iudice habeantur.*

6 Quilibet in Ordine noſtro Superior habet facultatem procedendi contra eoſdem, cuiuſcumque Prouinciæ, & Conuentus illi ſint. Palentiæ 1291. ord. 4. *Item licet Apoſtata vnius Conuentus non ſint recipiendi ad Ordinem per Priorem alterius Conuentus, tamen ſunt à Fratribus, in quorum terminis inuenti fuerint, capiendi: propter quod Magiſter Ordinis de conſilio diffinitorum omnibus Prioribus Supprioribus, & eorum Vicarijs, cæteriſque Fratribus vniuerſis, ipſos capiendi auctoritatem tribuit, & liberam facultatem.*

7 Ad expenſas, quæ pro illorum incarceratione fiunt, tenentur Conuentus quorum ſunt filij. Ita ſubditur in præfata ord. 4. Cap. Palentiæ 1291. celebrati. *Et volumus quod capientibus de expenſis, quas in capiendo fecerint ſecundum ordinationem Prouincialis plenius ſatisfiat.* à ſuo autem Conuentu originali debet ſatisfieri ſicut contingit quando aliquis incarceribus detinetur. *Vide de Carcerib. num. 42.*

8 Tanquam Apoſtatæ ſunt in Ordine recipiendi illi, qui obtentis ſubreptitijs Apoſtolicis litteris ex Ordine exeunt, & poſtea ad illum reuertuntur. Romæ 1553. ord. 5. *Ordinamus quòd Fratres, qui de licentia Sedis Apoſtolicæ noſtra Religionis habitum dimiſerunt, nullatenus de cætero recipiantur niſi proceſſu ſuper eorum indulto facto diligenter examinato, & ſi vera, & rationalis cauſa aſſignata, & probata fuiſſe inuenatur; abſque pœnitentia recipiantur; ſi autem cauſa rationalis vera non inueniatur, & conſequenter Breue ſubreptitium, non niſi vt Apoſtatæ recipiantur; Quòd ſi verum eos expoſuiſſe inueniatur, ita quòd ſtante cauſa nunquam verè fuerint noſtræ Religioni obligati, vt cum ante ætatem legitimam, vel per vim, & metum profeſſi fuerint, tunc velut incuti recipiantur, vel magis, vt ad nos minimè pertinentes omnino expellautur.* Quod fuit Confirmatum. Romæ 1558. conf. 13. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. in decl. tex. 1. ſub litt. B.*

9 Qui fuerunt per quatuor annos in Apoſtaſia, non poſſunt ad Ordinem abſque Magiſtri Ordinis licentia recipi. Salmanticæ 1551. ordin. 4. *In recipiendis etiam Apoſtatis & eis, qui per Breuia ad plures annos habitum dimiſerunt, videant ne cum fermento modico totam maſſam corrumpant, & ex nimia miſericordia erga paucos, crudeles in communitatem inueniantur, & ideo, qui fuerunt per quatuor annos ſiue habitu, nolumus poſſe recipi ſine licentia Reuerendiſs. Mag. Ordinis.* Quod fuit confirmatum Romæ 1553. ord. 4.

10 Tanquam Apoſtatæ recipiendi ſunt illi, qui ad ciuitates de hæreſi ſuſpectas acceſſerint. Salmanticæ 1551. ord. 4. *Et illi, qui ad ciuitates ſuſpectas de hæreſi acceſſerunt, vel poſt hac acceſſerint, non recipiantur niſi tanquam Apoſtatæ.*

11 Ad Ordinem reuerſi retinent ſuorum Conuentuum affiliationes: non tamen aſſignan-

gnan-

gnandi ſunt in illis Conuentibus, in quorum terris eſt manifeſta illorum infamia, etiamſi ſint illorum Conuentuum filij. Bononiæ 1564. admon.3. *Item admonemus RR. Prouinciales, vt ſi qnando Fratres Apoſtatas ad Ordinem receperint, qui olim ſcandaloſè vixerunt, ad eos Conuentus tranſmittantnr, in quorum terris non ſit tam manifeſta præcedens eorum infamia, etiam ſi aliornm Conuentunm ſint filij, quorum filiationem uon intelligantur amiſiſſe.*

12 Nudatis humeris in Capitulo cum virgis, ſeu diſciplina recipiendi ſunt ad Ordinem, qui quamdiu Prælato placuerit pœnæ grauioris culpæ ſubiacere debent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 1.*

13 Pœnitentiæ tempore nouiſſimi erunt inter omnes, & dnobus diebus in qualibet ſeptimana per annum in pane, & aqua ieiunabunr. Ita loco ſupradicto *ex Conſt. noſt. tex. 2. quæ fuit incboata Treueris 1266. approbata. Bononiæ 1267. & conſ. Viterbij 1268.*

14 Completa pœnitentia ad priorem profeſſionis locum redire nequaquám poſſunt, niſi per Mag. Ord. vel Capit. Generale, vel Prouinciale fuerit cum eis diſpenſatum: Ita tamen, quòd anni, quibus fuerint in Apoſtaſia non computentur eis quoad locum, ſed ſint ſub omnibus illis, qui habebant plures annos in Ordine quam ipſi habuerint quando ex Ordine exiuere. *Ex Conſt. noſt. eodem cap. & tex. ſuprad. quæ fuit incboata. Bononiæ 1244. approb. Coloniæ 1245. & conſ. Pariſijs 1246.*

15 Quicunque ſemel apoſtatauerit, de cœtero non prædicet, nec audiar Confeſſiones, nec ad aliquam electionem Ordinis, nec ad aliquem tractatum eorum, quæ mittenda ſunt ad Generale, vel Proninciale Capitulum admittatur, niſi per Diſſinitores Capit. Generalis, vel Prouincialis fuerit reſtitutus. *Ex Conſtitnt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4. Quæ fuit incboata Argentinæ 1260. approb. Barcinonæ 1261, & conſ. Bononiæ 1262.*

16 Hæc autem reſtitutio non debet fieri per eoſdem ante tres annos adminus. *Ex eadem tex. Conſt. incboat. apud Burdegales 1287. approb. apnd Lncam 1288. & conſ. Treueris 1289.* Vide declar. textus 4. & de Carcerib. num. 33.

17 Quicumque ſemel apoſtarauerit non poteſt habere officium Prioratus, vel Supprioratus, vel Vicariatus, vel Lectoratus, nec poreſt fieri Diffinitor Capituli Generalis, vel Prouincialis, nec Prædicator Generalis, nec Magiſtri Ordinis Elector ſine Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſtitut. noſt. vbi ſup. quæ fuit incboata Bononiæ 1302. approb. Biſuntij 1303. & conſ. Toloſæ 1304.*

18 Ab audientia Confeſſionum, tam Fratrum, quàm ſæcularium ſunt priuati. Carcaſſonæ 1342. ord. 1. *Cum valde pericnloſum exiſtat, vt Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtrentur ab illis, qui ab execntione ſuorum Ordinum ſunt priuati, mandamns, & imponimns vninerſis Prioribus, & eorum Vicarijs, vt ipſi diligenter adnertant, ne Fratres, qni apoſtatauerunt, vel de lapſu carnis conuicti, vel carceri ſententialiter, & legitimè fuerunt mancipati, confeſſiones Fratrum noſtri Ordinis, vel quorumcnnqne aliorum audire permittant donec ad confeſſionnm andientiam per Generale, vel Prouinciale Capitnlum fnerint reſtituti. & ſi quos ante reſtitutionem huiuſmodi repererint confeſſiones quorumcumque ſæcularium, vel Regularium noſtri Ordinis, vel aliornm audiuiſſe, ſine miſericordia pnniant eos efficaciter tantis, & talibus pœnis, quòd ipſi & alij de cætero talia, vel ſimilia attentare non præſumant.*

19 Appſtatæ ad omnes Ordinis gratias admiſſi, Prælaturæ munus obtinendi ante viginti annorum curſum, ſunt incapaces. Romæ 1569. ord. 12. *Ordinamns, & omnino obſernari volumus, vt Apoſtatæ, qni poſt hac ad Ordinem recipientur, etiamſi ad omnes Ordinis gratias admittantur, nnnquam tamen ad prælatnræ officium aſſumi poſſint ante viginti annos, irritum decernentes ſi ſecus factum fnerit.*

20 Puniendi ſunt poſt ad Ordinem reditū etiam pro alijs patratis delictis in apoſtaſia. Apud Biſuntium 1353. ord. 3. *Licet Apoſtata pro ſola apoſtaſia tamdiu pœnæ grauioris cnlpæ debeat ſubiacere, quamdiu Prælato placuerit; pro alijs tamen culpis in apoſtaſia, ſiue etiam intra Ordinem commiſſis, debet puniri ſecundùm rigorem Conſtitutionum noſt.*

21 Propter peccata in Apoſtaſia commiſſa pari pœna plectantur, ac ſi in Ordine illa patraſſent. Lugduni 1318. ord. 6. *Cum apoſtaſia pœnam non minuat, ſed angeat, & pro quibus criminibus Fratri committenti, circumſcripta omni apoſtaſia debeatnr cuſtodia carceralis, volumus, & ordinamus quod ſi aliquis Frater ante apoſtaſiam aliqnod tale crimen commiſerit, de quo non ſatisfecerit, vel etiam in tempore apoſtaſiæ, rediens ad Ordinem carceri mancipetur.*

22 Apoſtatarum bona ad commune Ordinis depoſitum fuere adiudicata. Romæ 1629. ordin. 10. *Quod quidem commune totius Ordinis depoſitum formetur ex pecunijs, & bonis Fratrnm apnd ſæculares extra Ordinem vbiqne locorum detentis, vel negotiationi, ant lncro expoſitis, vel à Fratribus proprietarijs quomodolibet in vita poſſeſſis, vel poſt eorum obitnm relictis. Ex bonis etiam Fratrum extra Conuentum ſine aſſignatione Provincsalis commorantiom, vel eornm, qui ſine licentia Magiſtri Ordinis manent extra Ordinem, quorum omnium bona, etiam dum viuunt, ipſo facto ſint commnni ^· linis ddpoſito applicata.*

De

De Appellationibus.

1 QVia in noſtris ſacris legibus ſancitum eſt vnumquemque Ordinis noſtri Prælatum, atque officialem à proprijs muneribus abſolui, atque amoueri poſſe, vt ex cap. de Abſolutionibus apparet; hinc eſt quòd ob tales abſolutiones vetitum eſt nobis appellationes habere. Appellationem enim intra noſtrum Ordinem ſub interminatione anathematis fieri inhibemus; cum non venerimus contendere ſed obedire. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 3.* Subditur ibidem tex. 5. Appellans autem ab abſolutione facta, vel facienda ab officijs Prioratus, Prouincialis, vel Conuentualis, aut Vicariatus (etiam prætextu grauaminis) ipſo facto ſit abſolutus ab illo officio. *Quę Conſtit. fuit inchoata Ianua* 1513. *conf. Neapoli* 1515. *& iterum conf. Roma* 1318.

2 Hoc idem vetuit Iulius Papa II. per Breue Mag. Ord. F. Vincentio Bandello directum, quod de verbo ad verbum in declarat. eiuſdem tex. 5. ſub litt. D. extat. Atque hoc idem Bonifatius IX. in ſua Conſtitutione ſanciuit, quæ in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 17. exiſtit tex. 4. In cuius Apoſtolicę Conſtitutionis conformitatem, emanauit decretum à S. Congreg. Regular. quod fuit denunciatum. Romæ 1589. denunc. 3. videlicet. *Denunciamus a S. Regularium Congregatione emanaſſe decretum ann.* 1587. *contra Regulares ad Vrbem temerè, leuique ex cauſa accedentes abſque eorum ſuperiorum licentia, cuius tenor ſequitur, & eſt talis. Quoniam nonnulli Regulares vagandi ſtudio, ſiue dum imminentem admiſſorum criminum pœnam ex ſuis Conſtitutionibus, aut aliàs debitam, ſibi metuunt, falſa & commentitia grauamina cauſati; non ad immediatos ſui Ordinis ſuperiores; ſcilicet à grauamine Prioris ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem prout cuiuſque Religionis Conſtitutionibus diſponitur; ſed ad hanc Romanam Curiam abſque licentia ſæpius fugiunt potiùs, quàm recurrant; ex quo Ordinum diſciplina relaxatur; Prælati contemnuntur; & ipſi in dies audaciores euadunt, placuit Sac. Congregationi ex ordine Sanctiſs. ſtatuere, vt ſi quis Regularium in poſterum temerè leuiuè ex cauſa hanc Almam Vrbem, ſeu Curiam, abſque ſui ſuperioris licentia, & ſupradicta forma prætermiſſa adire præſumpſerit, ad ſuos eoſdem ſuperiores ſeuiori pœna plectendos remittatur.* Extat hoc idem Sac. Cong. decretum in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 5. in declar. ſub litt. P. & Bononiæ 1615. admon. 2. ſic dicitur. *In appellationibus Fratrum (ſi quas fieri contigerit) ſtatuta Sixti Papæ V. quæ in Actis Capitulorũ General. extant, diligenter attendi, & obſeruari volumus.*

3 Valentiæ autem 1647. declar. 9. ſic dicitur. *Declaramus tex. Conſt. diſt. 2. cap. 8. §. 5. de appellationibus ab abſolutione facta, vel facienda ab officio, etiam prætextu grauaminis non admittendis, habere vigorem nedum ex vi Conſtitutionis, quam ex voto profitemur, ſed ex approbatione, & confirmatione fælic. Recordat. Iulij II. per Breue acceptatum in Cap. Gen. Genuenſi an.* 1513. *denunc. 7. per hec verba. Denunciamus omnibus acceptatum eſſe veranimiter Breue fæl. record. Iulij Papa II. infraſcripti tenoris.*

Iulius Papa Secundus. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Expoſuiſti nobis; quod in Ordine Prædicatorum tuæ curæ commiſſo quandoque pax turbatur, & regularis vita impeditur ob appellationes ab abſolutione ab officijs, vel exemptione ab officijs, vel exemptione ab iuriſdictione Priorum Prouincialium, quodque prouidere dignaremur de benignitate Apoſtolica humiliter ſupplicaſti. Nos attendentes, quod non ſolum à Religionis communi ratione, ſed dicti Ordinis proprijs ſtatutis, appellationes diſſonant, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, vt ſi quis Frater dicti Ordinis, aut Soror ſub cura, & habitu eiuſdem, ob abſolutionem ab officio Prioratus Prouincialis, vel Conuentualis, ſeu Monaſterij à quocunque Superiore dicti Ordinis habente poteſtatem abſolutionem huiuſmodi faciendi, facta, vel facienda appellauerit, etiam prætextu grauaminis, aut appellationi huiuſmodi quocunque nomine interpoſitæ inhæſerit: ſit pro ipſo facto, abſque alia declaratione abſolutus, aut abſoluta ab huiuſmodi officio, pro quo appellatum eſt, &c. In contrarium facientibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis dicti Ordinis iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis conſuetudinibus, priuilegijs in ſpecie, vel in genere quibuſuis, quauis auctoritate conceſſis, & in poſterum concedendis, cum clauſulis derogatorijs, & derogatoriarum derogatorijs fortioribus, & inſolitis etiam ſi de eis, eorumque tenoribus, ſpecialis indiuidua, & expreſſa de verbo ad verbum, & non per clauſulas id importantes eſſet mentio habenda, aliſque non obſtantibus quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die quarta Nouemb. Anno M. D. XI. Pontificatus noſtri anno VIII. *Sic ſignatum.* Sigiſmundus. *A tergo.* Dilecto Filio Thomæ de Vio Caietano Mag. Generalis Ordinis Prædicatorum. *Quapropter idem Breue prout ſupra relatum eſt de nouo, quantũ opus eſt acceptantes, & denunciationẽ præfatã prædicti Capituli confirmantes, ad tollendas lites, & ſeruandam pacem in Ordine, Ordinamus eandem Conſtitutionem, & Breue omnino ponendã in viridi obſeruantia: præcipimuſque in cauſa appellationum, omnia in ipſis contenta inuiolabiliter obſeruanda.*

Ex

Digitized by Google

4 Ex quibus omnibus apparer appellationes in noſtro Ordine ab abſolutionibus officiorum, etiam prætextu grauaminis eſſe interdictas; at verò ſi fiant, ſeruetur decretum S.Congregar.Regular.ſuprapoſitum, quod illas gradatim fieri præcipit.

5 A Pœnitentijs, & ſententijs à Reuerendiſs. Magiſtro Ord. & PP. Prouincialibus inſligendis nullus debet appellare; Auenione 1370. declar.vlt. *Item declaramus, quòd appellationes, quæ fiunt in Ordine ſunt ipſo facto nullæ, irritæ, & inanes, maximè à ſententijs, ſiuè pœnitentijs datis per Reuerendiſſimum Magiſtrum, ac RR. Prouinciales.*

6 Præter Apoſtolicam Sedem, ad alia extra Ordinem noſtrum tribunalia appellare, ſeu recurſum habere, ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda interdictum eſt Prælatis: ſubditis verò, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, ac paſſiuæ. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 5. quæ fuit incboata Ianuæ* 1513. *Conſ. Neapoli.* 1515. *& in Conſtit. redacta Romæ* 1518. Et hoc eſt quòd prohibet Iulius II. in ſuprad. ſuo Breui num.3. adducto, quod in Ianuenſi Capitulo denunc. 6. fuit in hunc modum acceptatum. *Item denunciamus acceptatum eſſe vnanimiter Breue fælic.record.Iulij Papæ II. infraſcripi tenoris.* Iulius Papa II. &c. Dilecte Fili &c. Expoſuiſti nobis. &c.

7 Edidit Religio noſtra conſimilem Ordinationem Romæ 1558. in qua ſub excommunicationis latæ ſententiæ, alijſque pœnis vetuit ne ad aliquod tribunal, ſeu Iudicem extra Ornem recurratur, ita enim declar.13. ſancitum eſt. *Admonemus omnes Fratres noſtros, & eis omnibus ac ſingulis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, à qua non poſſint abſolui niſi à ſuis Prouincialibus, præcipimus, ne ad quodcumque tribunal, aut Iudicem extra Ordinem recurrant contra Fratres noſtri Ordinis: declarantes nunc pro tunc, eos qui recurrunt, & dantes eis in bis conſilium, aut patrocinium, incurriſſe pœnas, tam poſitiuas, quam priuatiuas contra excommunicatos in Conſtitutionibus appoſitas.* Magiſtro Ord.& Generali Capitulo Barcinonæ autem 1574. Confirmatæ fuere omnes pœnæ contra huiuſmodi delinquentes emanate conf. 42. *Item confirmamus quod ſæpius contra appellantes ſtatutum eſt, & omnes, tam per ſacras noſtras Conſtitutiones quam per acta Capitulorum Generalium pœnas, & æternas maledictiones inflictas innouamus, & eaſdem ſtatim abſque aliqua declaratione incurrere ſignificamus, quicumque ad tribunal ſeculare appellauerit, vel confugerit, & eas omnes, & ſingulas iam incidiſſe quicumque ab olim lata lege appellati ſunt.* Fuitque hoc idem cenfirmatum Romæ 1629.Conf.2.tali pacto. *Confirmamus id, quod ſæpiſſimè etiam auctoritate Apoſtolica ſtatutum eſt, & ſub formali præcepto ac pœna priuationis vtriuſque vocis, quorumcumque graduum, & officiorum, nec non excommunicationis latæ ſententiæ mandatum, ne ſcilicet Fratres quacumque ex cauſa audeant contra ſeriem noſtrarum Conſtitutionum, & Bonifatij IX. & Congregat. Regularium decreta ad quæcumque tribunalia extra Ordinem conſtituta quoque pacta appellare. Quam legem ſub eiſdem pœnis obſeruandam innouamus.*

8 Electi in Priores, ſi à Prouinciali non confirmentur, appellare ſuper hoc non poſſunt; nullum enim ius in talibus electionibus acquirunt. *Ex Conſt. Noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 3. litt. L.*

De Archiuijs Conuentuum.

IN vnoquoque Conuentu debet eſſe Archiuium, in quo ſcripturæ, priuilegia, contractus inſtrumenta vnà cum inuentario omnium Priuilegiorum ac inſtrumentorum &c. dicti Conuentus aſſeruentur. Romæ 1608. ord. 25. *In omni Conuentu locus tutus cum armarijs, ſiuè capſis habeatur, in quibus ſcriptura, priuilegia, contractus, inſtrumenta, libri profeſſionem Fratrum, & omnia iura ad Conuentum pertinentia, cum ſuo inuentario, ſeu indice aſſeruentur.* Quod fuit Confirmatum Pariſijs 1611. conf. 16.

In eodem Archiuio debet aſſeruari inuentarium omnium bonorum Conuentus, atque Eccleſiæ, ſiue mobilium ſiuè immobilium. Romæ 1608. ord. 25. *Similiter Inuentarium bonorum mobilium, & immobilium, tam Conuentus quàm Eccleſiæ conſcribatur, duplici authentico exemplari, quorum alterum in Archiuio illius Conuentus, alterum verò in Archiuio primarij Prouinciæ, vel Nationis Conuentus diligenter cuſtodiantur.* Quod fuit conf. Pariſijs 1611. conf. 14.

De Archiuijs Prouinciarum.

1 IN Omnibus Prouincijs Ordinis Archiuium habere tenentur, in quo omnia Apoſtolica Priuilegia, Ordinationes Magiſtrorum Ordinis, atque alia ad dictam Prouinciam ſpectantia fideliter cuſtodiantur. Bononię 1615. ord. 15. *Quia multa Priuilegia noſtro Ordini, eiuſque Prouincijs a Summis Pontificibus concedun-*

duntur, & ſingularia pro eiſdem Prouincijs à Magiſtris Ordinis pernceceſſaria præſcribuntur; vt huiuſmodi litteræ, vel Apoſtolicæ, vel Magiſtrorum Ordinis perpetuò conſeruentur, mandamus omnibus Patribus Prouincialibus, quatenus do Conſilio Patrum ſuarum Prouinciarum, prout neceſſitas expoſcet, vnum, vel duos Conuentus primarior pro huiuſmodi litteris conſeruandis deſignent, in quibus Conuentibus omnes Prouinciales finem ſuis officijs imponentes, deſcitu Patrum Prouinciæ tales litteras reponere tenebuntur.

2 Prouinciales, & Vicarij Congregationum habeant ſingularem notiam teddituum omnium, & bonorum Cenuentuum, quæ in libris adnotata communi Prouinciæ Archiuio tradantur. Romæ 1629. Conſ.4. *Confirmamus Ordinationem multoties factam, vt omnes Prouinciales, & Vicarij Congregationum ſedulò curent certam habere notitiam redditnum ſuorum Conuentuum ac locorum, bonorumque omnium tam mobilium quàm immobilium eorundem, quæ libris authenticis diſtinctè, diligenterque ſyndicorum opera ad notata, in communi Archiuio Prouinciæ, ſiuè Congregationis conſeruentur.*

3 Proceſſus Fratrum in communi Prouinciæ Archiuio ſeruandi ſunt ſub pœna grauioris culpæ Venetjs 1592. conſ.5. *Confirmamus Ordinationem alias factam, quòd proceſſus Fratrum originales, aut eorumdem copiæ à quouis Fratre, pœnes ſe retineri non poſſint, nec à Prælatis prælationis expleto officio, ſed in Archiuio communi Prouinciæ reponi debeant ſub pœnis grauioris culpæ, quod & nouiter ſub formali præcepto omnibus & ſingulis Fratribus mandamus.*

De Armis.

1 SI quis intra ſepta Monaſterij, arma portare præſumpſerit, Carcerali cuſtodiæ mancipetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 4.*

2 Pœna grauioris culpæ plectendi ſunt qui arma in itinere deferre præſumpſerint. Auenione 1561. ord. 3. *Ordinamus, & mandamus omnibus Fratribus, ne in itinere deferant arma inuaſiua cuiuſcumque ſint conditionis, & qualitatis; oppoſitum facientes puniantur à ſuis Prouincialibus pœna debita his, qui deferunt arma intra ſepta Monaſterij.*

3 Nec etiam gladios oblongos deferre audeant. Mediolani 1622. ord. 4. *Ordinamus ne Fratres vllo prætextu; nec etiam itineris agendi, gladios oblongos, aut arma ſimilia deferre audeant, ſub poena grauioris culpæ.*

De Aſsignationibus.

1 ASſignationes, ſeu Fratrum mutationes de Conuentu in Conuentum non fiant, niſi ex rationabili caſa. Ita ſancitum eſt Treueris 1289. ord. 11. *Admonemus quòd Priores Prouinciales, & eorum Vicarij non faciant mutationes niſi ex cauſa rationabili. Fratrum.* Quod iam antea fuerat ordinatum Barcinonæ 1261. ord. 3.

2 Prouinciales ante três menſes nouæ electionis Prouincialis non faciant Fratrum aſſignationes. Romæ 1629. ord. 13. *Admonemus P. Prouinciales, eiſdemque præcipimus ne poſtremo ſui officij anno,* præſertim *infra tres menſes ante finem abſque vrgentiſſima neceſſitate Priores à ſuis officijs abſoluant, vel Fratrum mutationes faciant; præter quàm in caſibus in noſtris Conſtitutionibus expreſſis.*

3 Neque etiam duobus menſibus ante Priorum electiones: ſic ex mandato Clementis VIII. ſancitum eſt Romæ 1691. ord. 30. *Ordinamus, ex mandato itidem eiuſdem Sanctiſs. Dom. Noſtri ne duobus menſibus ante tempus electionis Prioris vllę fiant aſſignationes.* Et Valliſoleti 1605. acceptat. 2. ita dicitur. *Item illam* (ſcilicet ordinationem ex mandato Clementis VIII. factam acceptamus) *ne duobus menſibus ante tempus electionis Prioris vllę fiant aſſignationes, vel reuocationes; addentes, quod ſi factæ fuerint, Fratres ſic aſſignati non habeant vocem in quauis electione illius Conuentus donec aliquis fuerit confirmatus.* Vide de Elect. Priorum nu. 16.

4 Fratribus per aſſignationem de vno in alterum Conuentum translatis, tenentur Conuentuum Præſidentes de expenſis pro itinere neceſſarijs (Viaticum dicimus) prouidere, ſub pœna abſolurionis ab eorum officijs. Salmanticæ 1651. ord. 3. & Romæ 1629. admon. vltima. *Vide de Abſol. Prior. num. 31.*

5 Fratres in noſtris Conuent. aſſignati tenentur infra octo dies (niſi tamen in litteris aſſignationis aliud tempus præſigatur) ad illos recto tramite accedere; hocque ſub excommunicationis, & Carceris pœna fuit mandatum Bononiæ 1410. ord. 9. *Item pro obedictia in noſtro Ordine conſeruanda volumus, & mandamus quòd quilibet Frater mutatus de quocumq; Conuētu infra octo dies à notitia mutationis dictæ iter arripere teneatur versùs Conuentum vbi fuerit aſſignatus, & illud congruè continuare quouſque peruenerit ibidem.*

6 Fratres nouiter aſſignati in aliena Prouincia, niſi aliàs eorum qualitates notæ eſſent omnibus, nec Conuentibus, nec Nouitijs, nec ſacriſtiæ, nec ſyndicariæ, nec conſimilibus admini-

Digitized by Google

miniſtrationibus præficiantur. Romæ 1508. ord. 7. *Mandamus diſtrictè vniuerſis Præſidentibus Prouinciarum, Congregat. ac Conuentuum vt nullum ſinè licentia Reuerendiſs. Mag. Ord. aut ſui Prouincialis, vel Vicarij recipiant. Volentes quòd Fratres aliarum Prouinciarum niſi per triennium fuerint in Prouincia, aut aliàs notoriè idonei habeantur, non præficiantur Conuentibus, aut locis, nec fiant Magiſtri nouitiorum, aut ſacriſtæ, aut ſimiles adminiſtrationes habentes.*

7 Aſſignati in aliquo Conuentu àd tempus, ſeu ad officium aliquod, completo officio, & tempore, intelliguntur aſſignati in Conuentibus, quorum ſunt filij, niſi à Superioribus alibi aſſignentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 11. quæ fuit inchoata* Ianuæ 1513. apptobata Neapoli 1515. & conf. Romæ 1518. vbi ſic dicitur. *Item* (ſcil. confirmamus) *quòd Fratres extra Conuentus, quorum ſunt filij aſſignati ad tempus, ideſt ad exercitium, ſeu officium certo, & determinato tempore durans, completo illo certo, & determinato tempore ex quo ſunt abſoluti à tali aſſignatione, intelligantur aſſignati in Conuentibus quorum ſunt filij, niſi eos ſuperior alibi aſſignauerit; aſſignati autem ſimpliciter nunquam intelligantur aſſignati in Conuentibus quorum ſunt filij niſi reaſſignentur.* Quod hoc pacto fuit declaratum. Romæ 1650. decl. 4. *Vt pluribus alijs difficultatibus circa aſſignationes Officialium occuratur. Declaramus aſſignationes Suppriorum, Lectorum, Syndicorum, Confeſſorum Monialium, aliorumque ad huiuſmodi officia (exceptis aſſignationibus Studentium, qui ex alijs Prouincijs aſſignantur in ſtudijs Generalibus, & Moderatorum ſtudij Generalis ad certum tempus deſtinatorum, nec non inſtitutionibus, ac deputationibus Priorum, Vicariorum localium, & Prædicatorum Generalium), non eſſe cenſendas aſſignationes ad officia, ſed aſſignationes ſimpliciter, ita quod ſic aſſignati poſt completa officia remaneant Conuentuales eorundem Conuentuum, in quibus perfuncti ſunt prædictis officijs, donec auocentur; ſalua tamen conſuetudine Conuentus Bononienſis quoad ſtudentes, & Prouinciæ Aragoniæ quoad Lectores, & Suppriores.*

8 Apoſtatæ aſſignandi non ſunt, vbi deliquerunt. Bononiæ 1564. admon. 3. *Vide de Apoſtatis num. 11.*

9 Aſſignationes albæ non relinquantur à Prouincialibus in manibus Præſidentium Conuentuum; quod ſi contrarium fieri contingat eo ipſo illas nullas eſſe habendas ordinatum eſt Venetijs 1592. ord. 29. *Ordinamus, quòd de cætero nullæ à R.R. Prouincialibus aſſignationes Præſidentibus Conuentuum, vel locorum relinquantur, quæ non ſint pro determinata perſona in eiſdem expreſſa; idque ad tollenda quam plurima inconuenientia, quæ ex aſſignationibus, quas vulgò Albas vocant, oriri ſolent, eas irritas, & nullas præſenti ſtatuto decernentes.*

10 Fratres ad pœnas grauioris culpæ damnati in Conuentibus paruis aſſignari nequaquam poſſunt: ſed in Conuentibus maioribus ſuas pœnitentias adimplere tenentur. Romæ 1589. ord. 9. *Ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, vt Fratres ad pœnas grauioris culpæ condemnati, in Conuentibus paruis minimè aſſignentur, ſed in magnis, vbi ſuas pœnitentias humiliter adimplere, & obſeruantiæ regulari meliùs operam dare poſſint.*

11 Abſtineant Prouinciales à multitudine aſſignationum eidem Fratri vnius anni decurſu tribuendarum. Romæ 1589. Admon. 8. *Admonemus RR. Patres Prouinciales, vt omnino abſtineant à multitudine aſſignationum infra annum, vt vagandi occaſio (præſertim iuuenibus) tollatur.*

12 Lectoribus actu legentibus aſſignationes, ſeu remotiones non tribuant Prouinciales, ſed ſuarum lectionum curſum, & tempus perficere ſinant. Romæ 1589. eadem Admon. 8. *Permittant Prouinciales etiam Lectores cum eiſdem diſcipulis in vno eodem Conuentu ſuarum lectionum curſus perficere, neque eos remoueant quoad vſque perfecerint. Hinc enim maximum incommodum, & damnum, tum diſcipulis, tum Lectoribus euenire ſolet dum eorum curſus, & lectiones interrumpunt.*

13 Caueant Prouinciales à mutationibus, ſeu aſſignationibus Fratrum extra Capitulum Prouinciale faciendis; & non niſi maxima vrgente neceſſitate eos à Conuentibus, in quibus à Capitulo fuere aſſignati, remoueant. Romæ 1629. Admon. vlt. *Admonemus Ad. R. R. PP. Prouinciales, eiſdemque mandamus, vt à mutationibus, & aſſignationibus Fratrum extra Capitulum ex quacumque leui cauſa faciendis, omnino abſtineant, & non niſi maxima neceſſitate vrgente eos à Conuentibus, in quibus à Capitulo aſſignati ſunt, remoueant.*

14 Ad Prouincialium arbitrium ſpectat Fratres ex ſuis originalibus Conuentibus remouere. Vnde qui auſus fuerit aſſerere, ſe non poſſe ex natiuo ſuo Conuentu amori, carceri mācipetur. Bononiæ 1410. ord. 9. *Pœnas excommunicationis, & carceris incurrere volumus Fratrem quemlibet publicè aſſerentem, ſe non poſſe, niſi propter crimen, vel ſcandalum à ſuo Conuentu natiuo, vel alio remoueri.*

15 Priores informationem tranſmittant alijs Prioribus, in quorum Conuentibus Fratres diſcoli aſſignantur. Metis 1313. ord. 1. *Cum non expediat Priores ſubditorum ſuorum ignorare conditiones, & mores, volumus, & diſtrictè imponimus Prioribus vniuerſis, quòd de moribus, & vita Fratrum inſolentium cum diſcretorum teſtimonio Priores, ad quos mittuntur, per ſuas litteras ſpetiales informent.* Quod iam antea ordinatum fuerat Pariſijs 1279. ord. 8.

16 Aſſignandi non ſunt in paruis Conuentibus fratres diſcoli, ſed in magnis, in quibus viget

Digitized by Google

get regularis obſeruantia. *Vide de Conuentibus Obſeruantiæ num.5.*

17 Priores non aſſignentur in eiſdem Conuentibus in quibus ſunt Priores, nec etiam in alijs; ſi autem contrarium factum fuerit, voce in ſubſequentium Priorum electionibus non gaudebunt. Ita declaratum fuit. Romæ 1650. decl. 3. *Ad tollendam omnem ambiguitatem naſci ſolitam ex aſſignationibus Priorum ſub curſu ſui officij factis ad Conuentum, cui præſunt, inſiſtentes veſtigijs Capitulorum Generalium Romani 1601. Valliſolleti 1605. & Pariſienſis 1611. declaramus, quòd Prior qui durante ſuo officio aſſignatur per ſimplicem aſſignationem Conuentui cuius eſt Prior, non habeat vocem in electione ſui ſucceſſoris, neque cenſetur ibidem aſſigatus ad eum effectum niſi poſt duos menſes ab expleto offitio. Quod ſi durante officio aſſignatus fuerit ad alium Conuentum, non poterit in illo vocem actiuam prætendere, niſi poſt expletum Prioratum duobus ante electionem menſibus realiter, & bona fide illi Conuentui inſeruierit. Quod etiam obſeruandum in electione Socij, aut Electoris pro Capitulo Prouinciali.*

18 Fratres aſſignati ex vno ad alterum Conuentum decedentes in itinere ante quam ad ſuæ aſſignationis Conuentum perueniant, cenſentur adhuc ſpectare ad primum Conuentum à quo receſſerunt, teneturque ad ſuffragia, & omnes expenſas pro ipſo factas, illiuſque bona inter præfatum Conuentum, & ſuum Originalem ſunt diuidenda. Romæ 1650. decl. 5. *Declaramus iuxta noſtras Conſtit. diſt. 2. cap. 14. tit. 9. Quod ſi Fratrem ab aliquo Conuentu amotum contingat mori priùs quàm ad Conuentum ſuæ aſſignationis pertingat, cenſetur adhuc ſpectare ad Conuentum vnde receſſit, ita vt hic teneatur ei tum ad ſuffragia, tum ad ſoluendas expenſas factas tempore infirmitatis prouictu, & medicinalibus, ipſiſque funeralibus, ſi hæc extra Ordinis Conuentum aliquo cum ſumptu fiant, eodem planè modo ac ſi à præfato Conuentu non fuiſſet amotus. Bona autem eiuſdem Fratris iuxta ibidem ſtatuta debebunt diuidi inter præfatum Conuentum, & eius originalem, quod tamen intelligendum iuxta modificationem Gloſſæ Conſtit. ibid. litt. F.*

De Baccalaureis.

1 NVllus in Baccalaureum ad legendum in aliqua Vniuerſitate aſſumatur, qui per decem annos Theologiam non legerit. Barcinonæ 1574. cap. de ſtudior. promot. ord. 11. quam *Vide de Magiſtri ſludeut num. 7.*

2 Nullus etiam aſſumatur niſi priùs examinatus, & approbatus extiterit. Valentiæ 1566. ord. 15. *Vide inferiùs De Examinandis n. 1. E hicnum. 5.* Qui autem debeant eſſe examinatores vide ibid.

3 Neque etiam, ſi per quatuor annos in artibus non legerit. Romæ 1553. ord. 2. *Ordinamus quòd nullus promoueatur ad Baccalaureatus gradum niſi ſaltim per quatuor annos legerit in artibus.* Quod fuit confirmatum Romæ 1558. conf. 13.

4 Tenentur omnes profeſſionē fidei emittere antequam Baccalaureatus gradum ſuſcipiant. Neapoli 1600. ord. 2. & Valliſoleti 1605. ord. 4. *Vide de Gradibus num. 1.*

5 Nō promoueātur ſi ſuę Prouinciæ petitionē nō habeant. Romæ 1580. ord. 3. Et Romæ 1583. ord. 4. ſic dicitur. *Ordinamus iuxta ordinationem Capituli Generalis præcedentis, quòd nullus deinceps promoueatur ad Magiſterium Sacræ Theologiæ, ſiue Baccalaureatum, niſi petitionem ſuæ Prouinciæ habeat; qua etiam obtenta, non niſi præmiſſo rigoroſo examine per quinque examinatores, & per vota ſecreta ad huiuſmodi gradus admittatur.* Romæ autē 1481. clariori modo idē ita fuerat Ordinatū ord. 2. *Item Ordinamus, & volumus Conſtitutionem, & ordinationem aliàs factam in Cap. Gen. Romano* (ſcil. an. 1468.) *circa ſtudium, & promotiones Fratrum per omnia obſeruari, quæ eſt infraſcripti tenoris. Propter vtilitatem, & ſingularem inſtructionem ſtudentium promouendorum ad ſtudia noſtri Ord. pro forma, & gradu Magiſterij ſiue Biblicatum, ſiue Baccalaureatum, volumus, & Ordinamus, vt nullus promoueatur, nec habilitetur ad præfatos gradus, niſi priùs fuerit per Prouinciales, & Diffinitores ſuarum Prouinciarum, ſeu per eos, quos ipſi deputauerint, præſentatus Capitulo Generali, qui teſtimonium de idoneitate, & ſufficientia ipſorum reddant, irritum declarantes, & inane quidquid in contrarium fuerit per quempiam attentatum; Mandantes Prioribus Prouincialibus cum ſuis Diffinitoribus ſub pœna ſuſpenſionis ab officijs ſuis, ne aliquem inſufficientem promoueant, & exponant: Caſſantes, annullantes, irritantes omnes promotiones extraordinarias per quaſcumque litteras, ſeu etiam Breue Apoſtolicum, aut alio quocumque modo per ſaltum factas vſque ad Magiſterium incluſiuè iuxta Conſtitut. fœl. recordat. Bonifatij Noni Conſtitutionibus noſtris inſertam, quæ per noſtrum Ordinem nullatenus valeat immutari, tenoris infraſcripti. Auctoritate Apoſtolica, &c.* Extat hæc in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 17.

Aduerte tamen lector Capitulum Gen. Romanum 1468. ſuperiùs citatum, fuiſſe acephalum, eo quòd ſine auctoritate in illo præfuerit P. F. Leonardus de Manſuetis Vicarius Generalis Magiſtri Ord. P. Fratris Martialis Auribelli, qui tunc à Romana Curia abſens commorabatur, prout in ſubſequenti Cap. Aucnion. 1470. celebrato fuit declaratum decl. 1. ſub his verbis. *In primis quia Conſtitutiones noſtræ*

ſtra voluit, quòd abſente, vel impedito Magiſtro Ord. Diffinitores vnum de ſuo numero eligant in Vicarium, qui vices Reuerendiſſimi Mag. Ord. gerat, ſitque Capituli Vicarius. Cum igitur Sanctiſſimus Dominus noſter (erat tunc Paulus II.) *ſemper nos voluerit liberos eſſe ſecundùm noſtras Conſtitutiones, quas longa conſuetudo obſeruata firmauit., declaramus. Capitulum Romanum, in quo Magiſter Leonardus de Peruſio non potuit praeſſe, cum non eſſet de corpore Capituli, fuiſſe, & eſſe nullum, ac accephalum, & omnia in illo ordinata nulla eſſe, quarum tamen aliqua in hoc Capitulo maturè reformata ſtatuimus obſeruari, quæ de mente Sanctiſſimi Domini Noſtri videntur emanaſſe.* Vbicumque ergo hoc Capitulum adduci inuenies, ſiue in declarat. Conſt. noſt. ſiue alibi, nullam eidem fidem, vel auctoritatem tribuas.

6 Tam Baccalaurei, quàm Magiſtri per Sedem Apoſt. inſtituti quoad huiuſmodi officia, & gradus ſunt in poteſtate, & iuriſdictione Magiſtri Ord. In Monte peſulano 1456. denunc. 7. *Item denunciamus omnibus, & ſingulis Fratribus Ord. noſtri Reuerendiſſ. Magiſtrum Ord.* (erat tunc P. F. Martialis Auribellus) *à Summo Pont. Domino Nicolao Papa V. Bullam obtinuiſſe reductionis Fratrum ad Ordinis obedientiam, tria principaliter continentem. Primò quòd omnes Vicarij Magiſtri, ſeu Baccalaurei per Sedem Apoſtolicam inſtituti ſimpliciter ſint quoad huiuſmodi officia, & gradus in poteſtate, & iuriſdictionis Reuerendiſſ. Magiſtri Ord. &c.*

7 Tenentur legere per quadriennium pro gradu, & forma Magiſtrij antequam ad talem gradum promoueantur. Neapoli 1600. ord. 12. *Ordinamus in quolibet ſtudio, vel Vniuerſitate; quòd Baccalaurei, ſeu Præſentati omnino teneantur legere pro gradu, & forma Magiſterij per quadriennium, alioquin promoueri non poſſint ad Magiſterium, nec priuilegio Præſentatorum frui.* Quod fuit confirmatum Romę 1601. conf. 14. Vide tamen de Stud. General. nu. 13.

8 Nullus habeatur pro vero Baccalaureo, niſi in aliqua Vniuerſitate curſum ſuum ſecundùm talis vniuerſitatis morem compleuerit. Apud Cenomanum 1491. approbat. 2. *Item quoniam hæc* (ſcilicet ordinatio) *per tria Capitula præcedentia Generalia confirmata fuit, videlicet, quòd nullus habeatur pro Biblico, Baccalario, vel Magiſtro niſi in aliqua Vniuerſitate compleuerit curſum ſuum ſecundùm morem illius Vniuerſitatis, & niſi fuerit præſentatus per Capitulum Prouinciale, vel Priorem Prouincialem Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali; ideo eandem replicantes approbamus; Adijcientes quòd quicumque aliter promotus fuerit ad nullum tractatum Conuentus, vel Prouinciæ admittatur, niſi Mag. Ordinis aliter diſpoſuerit.*

9 In petitionibus, quæ fiunt pro promouendis ad Baccalaureatum, exprimatur quanto tempore, & vbi legerint, ſeruetur que diſtributiua iuſtitia in eorum aſſumptione. Ita auct. Apoſtolica ſancitum fuit. Romæ 1589. cap. *Ordinationes pro ſtudiorum Reformat.* ord. 7. quam uide infra de Graduandis num. 3.

10 Qui in ſuis Prouincijs Baccalaureorum priuilegijs non gaudent, Baccalaureorum nomine potiuntur. Venetijs 1592. decl. 1. *Vide de Gradibus num. 11.*

12 In nullo ſtudio Baccalaurei extraordinarij ſunt admittendi. Salmanticæ 1551. ord. 7. *Ordinamus item, vt de cætero in nullo ſtudio noſtri Ord. Baccalaurei extraordinarij aſſignentur ad legendas ſententias pro forma, & gradu Magiſterij, & minùs vbi in veritate non viget ſtudium Generale.*

12 Nullus ad Baccalaureatum promoueatur, niſi ſit in ætate adminus triginta annorum. Apud Montem Peſulanum 1458. ord. 3. *Præcipientes in virtute Spiritus Sancti, & S. Obed. quatenus nullus cuiuſcumque officij, & gradus, ſeu conditionis exiſtat, aliquem deinceps ad Baccalariatus officium præſentare, ſeu promouere præſumat, niſi quem conſtat ſaltem trigeſimum, vel circa, ætatis ſuę annum attigiſſe, qui verò ante dictum tempus promoti fuerint pro non promotis ſimpliciter habeantur.*

13 Inſufficientes ad legendum ſententias iudicati, pro non Baccalaureis habeantur. Neapoli 1515. ord. 15. *Baccalaurei quoque etiam cum licentia Ordinis incorporati in Vniuerſitate quacumque, qui adeo ignorantes ſunt, vt nunquam ſciuerint legere ſententias, pro non Baccalaureis habeantur in Ordine in omnibus, & per omnia.*

14 Magiſtris in Theologia, atque Baccalaureis, qui ſtatim poſt promotionem ad tales gradus in ſua Prouincia gaudent loco, & voce, a die promotionis computanda eſt eis loci antiquitas, tam in ſuis Prouincijs, quàm in toto Ordine. Illis verò, qui non ſtatim loco, & voce gaudent, ſed acceptatione in ſua Prouincia indigent, à die acceptationis in illa loci antiquitas eſt adſcribenda. Romæ 1608. Decl. 3. *Declaramus iuxta declarationem 10. factam in Capit. Rom. 1589. quòd Magiſtris in Theologia, qui ſtatim in ſua Prouincia gaudere ſolent loco, & voce, & alijs priuilegijs Magiſterij quàm primùm promouentur, antequam etiam acceptentur à ſua Prouincia, computanda eſt eis antiquitas loci, & Magiſterij tam in ſua Prouincia, quàm in toto Ordine à die promotionis eorum. Magiſtris verò, qui in ſua Prouincia non gaudent loco, & voce, & alijs priuilegijs Magiſterij antequam acceptentur à Prouincia, etiamſi ante fuerint promoti, non eſt computanda in ſua Prouincia antiquitas loci, & Magiſterij eorum niſi à die acceptationis in ſua Prouincia. In alijs verò Prouincijs computabitur ipſis à die promotionis eorum. Nec in Ordine loci Magiſtrorum atten-*

denda eſt antiquitas profeſſionis, vel habitus, ſed promotionis, vel acceptationis reſpectiue, vti dictum eſt quomodocumque gradum Magiſterij cum voce, & loco in Prouincia ſua obtinuerint, ſiuè per acceptationem, ſiue per promotionem ad Regentatum in ſtudio Generali Prouinciæ; ſic tamen, vt qui ſimul promoti, vel ſimul acceptati fuerint habeant locum ſecundùm antiquitatem ſuę profeſſionis. Idem prorſus ſeruari volumus in Baccalaureis ſiuè Præſentatis.

15 Qui legitimè incorporati in Vniuerſitate ſententias ſolemniter legerint, aut legunt, poſt Suppriorem vbique in toto Ordine locum habent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 8. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmata Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518.

16 Vt autem nullus Vniuerſitati incorporatus locum teneat niſi actu legat ſententias, vel per annum legerit ſolemniter, declaratum fuit. Romæ 1532. decl. 4. *Item declaramus, quòd nullus Baccalaureus Ordinarius incorporatus teneat locum Baccalarij niſi actu legat ſententias, vel Bibliam, vel legerit in aliquo ſtudio ordinario in quo per annum lecturam fecerit ſolemniter.*

17 Secundùm Ordinem ſuæ promotionis, vel acceptationis illum reſpectiuè, iuxta diuerſarum Prouinciarum conſuetudinem, habere debent. Romæ 1589. decl. 10. *Item declaramus, quòd in Prouincijs, in quibus Magiſtri non gaudent loco nec Priuilegijs Magiſtrorum, niſi ab ipſis Prouincijs ſint acceptati, illi, qui in eodem Prouinciali Capitulo acceptati fuerint, iuxta ſuæ profeſſionis ordinem in tali Prouincia, in qua acceptantur, locum inter ſe tenere debent, vt aliàs declaratum fuit. Verùm in Prouincijs in quibus ſtatim graduati gaudere ſolent loco, & priuilegijs abſque eo quod acceptentur à Prouincia, inter ſe locum habere debent Magiſtri, & Baccalaurei ſecundùm tempus promotionis eorum, prout etiam extra ſuas Prouincias facere conſueuerunt iuxta declaratione aliàs factam.*

18 Qui ſimul pomouentur, & acceptantur, locum inter ſe ſecundùm antiquitatem profeſſionis tenere debent. Romæ 1603. decl. 3. *Magiſtri, qui ſimul promoti, & acceptati fuerint habeant locum ſecundùm antiquitatem ſuæ profeſſionis: Idem prorſus ſeruari volumus in Baccalaureis, ſiuè Præſentatis.*

19 Si in ſtudijs aſſignentur Baccalaurei extraordinarij, tenere debent locum ſecundùm conſuetudinem obſeruatam in illis Conuentibus, in quibus permanent. Romæ 1508. decl. 3. *Volumus omnes aſſignatos Baccalarios extraordinarios, & procurſu, non poſſe incorporari in aliqua Vniuerſitate; in locis tamen, vbi ſunt aſſignati, loca habere iuxta illorum locorum conſuetudinem hactenus ſeruatam.*

20 Nullibi præcedere poſſunt Priores. Ferrariæ 1498. decl. 2. *Item declaramus Suppriores in ſuo Conuentu tantùm ſuum conſuetum locum tenere, & ſimiliter Baccalarios non præcedere Priores Conuentuales etiam aliorum Conuentuum, ſiuè in Capitulis Prouincialibus, ſiuè in quibuſuis alijs locis; ipſos autem Baccalarios vltra Lectores locum vbique tenere debere.*

21 Suppriores extra proprios conuentus præcedunt. Barcinonæ 1574. decl. 11. *Item declaramus quod Suppriores nō habent locum extra Conuentus, quibus præſunt; neque etiam ſuper Baccalaureos ſubditos ſuos, quos ſolent præcedere in ſuo Conuentu, ſi contingat ſuppriorem, & Baccalaureum, eiuſdem Conuentus ad alium Conuentum ſimul declinare.*

22 Qui legunt extraordinariè, cathedram non aſcendant. Mediolani 1278. ord. 1. *Baccalaurei autem, qui legunt extraordinariè, non aſcendant cathedram propter reuerentiam Magiſtrorum.*

23 Nullus Baccalaureus poteſt fieri Prædicator Generalis. Romæ 1533. *Vide de Lectoribus num. 39. & in Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 12. ſub litt. F.*

24 Si eos à legendo impediri contingat, Magiſter ſtudij in eorum locum legat. Valliſoleti 1605. ord. 5. *Quòd ſi contingat in aliquo ſtudio Generali Regentem, vel Baccalaureum aliquo legittimo impedimento legere non poſſe, tunc Magiſter ſtudij loco impediti lectiones habeat.*

Quæ autem ad Baccalaurorum munera ſpectent, fuere ita declarata. Romæ 1569. decl. 6. *Secundum locum in ſtudijs prædictis pertinere declaramus, (quantum attinet ad litteraria exercitia) ad Baccalaureum, ſeu ad ſecundum Lectorem Theologiæ, exceptis illis Vniuerſitatibus, in quibus ſunt duo, vel plures Regentes, in quibus volumus omnes Regentes ſecundùm ſuum ordinem ſe inuicem, & Baccalaureum, ſeu ſecundùm Lectorem Theologiæ præcedere, ac proinde abſente primario Regente vnà cum omnibus alijs Regentibus, ad Baccalaureum pertinet omnia Regentis munia modo prædicto adimplere: Peculiare autem officium eius eſt legere ſecundam Theologiæ lectionem, nec non in quotidianis circulis, aliſque diſputationibus dirigere argumentantes, & eorum argumenta proſequi.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 3. cap. 14. in decl. tex. 3. ſub litt. G.

Plura alia ad ipſos ſpectantia. *Vide de Graduandis, Gradibus, & Magiſtris.*

26 In aſſumendis Baccalaureis ad legendum pro gradu, & forma, non antiquitas in Ordine, ſed ſufficientia in litteris attendatur. Barcinonæ 1574. cap. de ſtud. promot. num. 11. *Vide de Magiſtris ſtudent. num. 2. & 7.*

De

De Barba.

INterdictum eſt omnibus Fratribus noſtris barbam deferre ſub grauibus pœnis. Romæ 1546. ord. 7. *Item Ordinamus ne quis Fratrum noſtrorum barbam deferat ſub pœna priuationis à ſuis officijs, ac ſuorum Graduum, ſi ſint Magiſtri, vel vel Graduati; alij verò ſub pœna taxanda à ſuis Superioribus.*

De Benedictione.

1 FRatres dum ex Conuentibus ſunt egreſſuri etiam recreationis cauſa, benedictionem, & licentiam à Præſidentibus Conuentuum petere tenentur. Valliſoleti 1605. Conf. 28. *Confirmamus, & præcipimus omnium Conuentuum Præſidentibus, grauiterque eorum conſcientias oneramus, vt valde difficiles ſe præbeant in licentijs è domo egrediendi concedendis, præſertim iunioribus. Actu verò ſtudentibus, & Iunioribus nulla ratione concedantur: poterunt tamen Iuuenes ſtudentes ſemel in menſe recreationis gratia egredi domum, ita tamen, vt omnes ſimul, vel ad campum, vel vineam tendant cum licentia, & benedictione ſui Prælati, quibus præcipimus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt ſocium nominent pro qualibet vice, qua licentiam egrediendi concedent.*

2 Non ſolùm quando ex Conuentibus exeunt, ſed etiam quando reuertuntur, benedictionem à ſuo Prælato petant Fratres noſtri. Neapoli 1600. Inchoat. 1. & Romæ 1601. conf. 11. & Romæ 1608. conf. 9. *Fratres verò cum in domum redierint, quam primùm ſe ſiſtere debeant Præſidenti Conuentus, vt accepta ab eo benedictione ipſe ſciat quid de eis actum ſit.*

3 Qui de Via venientes eadem hora (ſi fieri poteſt) benedictionem accipere neglexerint, vel abſque ea plùs vna nocte morati fuerint, pœnæ leui culpæ debitæ ſubiacebunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 16. tex. 2.*

4 In miſſis defunctorum ab Ordinis initio vſque ad annum 1608. Fratres noſtri dabant benedictionem: poſtea autem, vt vniformes in hoc cum Romano eſſemus ritu, fuit id vetitum in Cap. Generali. Romæ habito anno præfato ord. 3. hoc pacto. *Ordinamus, vt Rubrica Miſſalium poſtremò reformatorum ab omnibus Fratribus inuiolabiliter obſeruetur, nimirum, vt in fine Miſſæ pro Defunctis Benedictio populo non detur.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 3.

5 Benedictio in choro poſt Completorium detur à Prælato præſente; ſi autem plures fuerint, ab eo, qui inter illos primum obtinet locum. In Vicariatibus autem ſi aliquis Prior Conuentualis pręſens extiterit, hic etiam coram Vicario illius domus benedictionem det, fideliumque dicat. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in decl. tex. 3. ſub litt. I.*

6 In menſa benedictio ab Hebdomadario danda eſt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 6. tex. 1.* Quam tamen benedictionem ſtando dicere tenetur. Romæ 1257. ord. 9. *Item qui in Refectorio ad colationem dicit:* largitor omnium bonorum, &c. *ſurgens dicat.*

7 Nouitiorum Veſtes benedicantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 15. tex. 2. Quæ fuit facta in Capit. Generaliſſimo ſub B. Iordano Pariſijs anno 1236.* Vbi ſola mentio de Scapulari benedicendo habetur his verbis. *Item ſcapulare Nouitiorum benedicatur hoc modo. Oremus. Domine Ieſu Chriſte, qui tegimen noſtræ mortalitatis induere dignatus es, obſecramus immenſæ largitatis tuæ abundantiam, vt hoc genus veſtimentorum, quod Sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis indicium abrenuntiantes ſeculo ferre ſanxerunt, ita benedicere digneris, vt hi famuli tui, qui hoc vſi fuerint, te induere mereantur Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Poſtea aſpergatur cum aqua benedicta.*

De Bibliothecis:

1 IN omnibus, & ſingulis Conuentibus tenemur habere Bibliothecas, aut aliquas cameras pro libris in communem vſum conſeruandis, ad quas Fratres tempore debito conuenire poſſint. Romæ 1569. ord. 6. *Ordinamus, vt in omnibus Conuentibus noſtris, vbi non ſunt conſtructæ librariæ communes, quam primùm conſtruantur, & vbi deeſt locus ad hoc idoneus, adminus aptetur aliqua camera, in qua libri reponantur, & Fratres conuenire poſſint ad ſtudendum.*

2 Fratrum Defunctorum libri non vendantur, ſed in communi Bibliotheca reponantur. Romæ 1569. ordinat. 6. ſuprad. *Libri Fratrum decedentium nullo modo vendantur, niſi pro emendis alijs libris magis neceſſarijs, extra Ordinem, ſed ſeruentur pro Fratrum, & maximè Iuuenum commoditate: etſi Priores reperti fuerint huiuſmodi libros diſtrahere, ab officio abſoluantur.* Quod fuit conf. Romæ 1601. conf. 16. Et Valliſoleti 1605. conf. 11. ita ſubditur. *Confirmamus illam, qua diſtrictè mandatur, vt libri ab aliquo fratre demortuo relicti, publicæ Librariæ applicentur, ſi in ipſa tales libri non erunt; ad-*

den-

dentes, & Prælatis mandantes, vt ſingulis annis aliquos libros ex modernis, & grauibus Auctoribus pro communi Bibliotheca emant.

3 Committantur Bibliothecæ alicui ex Patribus grauioribus, teneanturque Priores aliquos peculiares aſſignare redditus pro libris, & maxime Auctorum noſtrorum, emendis. Bononiæ 1615. de reformat. ſtud. *Bibliotheca in omnibus noſtris Conuentibus alicui ex grauibus Patribus committantur, pro quibus ſecundùm poſſibilitatem taxandam per Capitula Prouincialia, libros emere, præſertim Auctorum noſtri Ord. tam antiquorum quàm recentiorum ipſi Conuentus tenebuntur.*

4 Nullus, nec Prælatus, nec ſubditus, nec ſecularis, nec regularis ex cuiuſcumque ſit ſtatus, ſeu conditionis poteſt libros ex cõmunibus Bibliothecis noſtris extrahere, nec de licentia etiam Priorum Prouincialium, vel Conuentualium, vel Patrum à Conſilijs, vel ipſius etiam Magiſtri Ordinis. Ex decreto Vrbani VIII. qui id ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ vetuit ipſo facto incurrendę prout denunciatum fuit Toloſæ 1628. denunc. 6. *Denunciamus à Sanctiſ. D. N. per ſuum Breue die 23. Martij 1626. latam fuiſſe excommunicationem in extrahentes, ſeu extrahi permittentes libros, & manuſcripta a Bibliothecis noſtris*, & hoc antea in diuerſis Capitulis ſub eadem pœna vetitum fuerat. Neapoli 1600. ord. 9. Romę 1601. conf. 15. Valliſoleti 1605. conf. 10. & Romę 1608. conf. 4.

5 Virorum illuſtrium defunctorum ex Ord. noſt. ſcripta omnia, vel imprimantur, vel in Bibliothecis ſeruentur. Bononiæ 1615. Conf. 4. *Confirmamus ſæpius factas ordinationes, vt ſcripta omnia virorum illuſtrium defunctorum omnes Prouinciales in ſuis Prouincijs, vel prælo mandent, vel certè ſi id fieri nequit, charactere bono deſcribi, & in librarijs reponi curent.*

De Bonis Conuentuum.

1 IN vnoquoque Conuentu ſit liber peculiaris, in quo omnia ad dictum Conuentum ſpectantia bona diſtinctè deſcribantur, hocque ſub pœna abſolutionis ab officijs omnium Conuentuum Præſidentibus fuit mandatum. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. & conf. Pariſ. 1611. conf. 14. & Valliſoleti 1605. conf. 35. *Vide de Abſol. Priorum num. 23. & infra de Inuentarijs num. 1.*

2 Qui ſemel de furto bonorum Conuentus conuicti fuerint, redduntur inhabiles ab quamcumque adminiſtrationem rerum temporalium. Romę 1583. ord. 7. *Ordinamus, vt qui ſemel fuerint reperti furtum feciſſe de bonis Conuentus, priuentur officio, & inhabiles reddantur ad quamcumque adminiſtrationem rerum temporalium.*

3 Bona ſtabilia habere poſſunt Fratres noſtri ex Apoſtolico indulto Sixti Papę IV. prout denunciatum fuit in Capit. Peruſino 1478. denunc. 2. *Item denunciamus Sanctitatem ſuam* (ſcilicet Sixtum IV.) *ex ſingulari affectione ad ſubſtentationem Ordinis noſtri, & Fratrum; Ad ſupplicationem Reuerendiſs. Mag. Ord.* (ſcilicet Fratris Leonardi de manſuetis) *indulſiſſe per Bullas patentes, vt Conuentus noſtri, & loca, & redditus, & poſſeſſiones retinere poſſint ſalua conſcientia, Conſtitutionibus noſtris, vel alijs in cont. non obſtantibus quibuſcumque. Quin etiam per Breue indulget declarans, vt de pecunijs Fratribus noſtris collatis, bona ſtabilia per nos emi poſſint.* Cuius Breuis initium eſt. *Nuper per noſtras ſub Bulla plumbea litteras, &c.* Dat. apud S. Petrum Romę die 13. Aprilis 1478. Pont. an. 3. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. litt. H.*

4 Qui bona mobilia Conuentus, nempè panem, vinum, & alia ſimilia perſonis extra Ordinem conſtitutis dederint, furti pœna in conſt. noſt. taxata puniantur. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. *Qui autem ſine licentia Præſidentis, panem, vinum, ſeu aliud bonum communitatis ſubtraxerit, ſeu perſonis dederit extra obedientiam noſtri Ord. conſtitutis, furti pœnam incurrant ipſo facto.*

5 Bona immobilia Conuentuum, & etiam mobilia pretioſa intra Europę fines exiſtentium, nulla ratione, nulloque titulo alienari poſſunt abſque ſpeciali Apoſtolicę ſedis indulto. Ita ſancitum eſt a S. Congregatione Cardd. Concilij Trid. interpretum ex mandato Vrbani VIII. Pont. Max. vt denunciatum eſt Toloſę 1628. denunc. 5. *Denunciamus prohibitum fuiſſe Regularibus cuiuſuis Ordinis à S. Congregatione Concilij Tridentini, iuſſu S. D. N. Vrbani VIII. per ſpeciale decretum die 7. Septembris datum, ne bona Conuentuum intra fines Europæ exiſtentium vlla ratione, ſinè ipſius S. Congregat. facultate alienare poſſint.* Vide de Abſol. Prior. n. 24. & in Conſt. noſt. Conuent. 2. cap. 1. in decl. litt. H.

6 Libri, Calices, & paramenta Eccleſiarum (dummodò non ſint ita pretioſa, vt etiam requiratur Apoſtolicum beneplacitum) non vendantur ſine licentia Prouincialis, & Patrum à Conſilijs ſub pœna carceris. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. & Colonię 1428. Ord. vlt. ſic dicitur. *Nullus præſidens, aut Vicarius Conuentus, vel Nationis, vel etiam Frater cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, libros, calices, paramenta poſſeſſiones, redditus, ſeu alia bona Conuentus vendere, diſtrahere, aut alienare præſumat,*

ſumat, nec noua ædificia ſumptuoſa erigere ſine ſpeciali licentia expreſſa Reuerendiſs. Mag. Ord. aut ſui Prouincialis. Contrauenientes verò pœnam Carceris,& priuationem omnium bonorum ad vſum conceſſorum incurrat ipſo facto.

7 Bona temporalia ſtabilia Conuentuum etiam ſuppoſito beneplacito Apoſtolico, non poſſunt commutari, neque alienari ſine Conſilio Patruum,& aſſenſu duarum partium, ex tribus Fratrum eiuſdem Conuentus. *Vide de Conſilio Patrum num. 19.*

8 Abſque Reuerendiſſimi etiam Magiſtri Ord. noſt. licentia non alienentur bona ſtabilia Conuentuum. Romæ 1553. ord. 14. *Quas etiam poſſeſſiones nolumus quòd ab aliquo Prouinciali, vel Præſidente noſtri Ord. vllatenus vendantur, vel alienentur abſque expreſſa licentia Magiſtri Ordinis, niſi ſint aliquæ Prouinciæ, quæ habeant Apoſtolicum indultum in quibus volumus prædicti indulti formam ſi alienentur inuiolabiliter obſeruari. Quod autem de poſſeſſionibus prædiximus, idem etiam in vniuerſis immobilibus bonis., & perpetuis redditibus intelligimus.*

9 Qui bona Conuentuum adminiſtrant, tenentur eorum reddere rationem coram Priore, & alijs Patribus. Treueris 1249. ordin. 6. *Item ordinent ſemper Priores tres Fratres de Conſilio Fratrum, qui cum Priore, & Suppriore, & Procuratore audiant ſemper computationem, & ſciant ſtatum domus quoad temporalia.* Modò autem hoc fit in conſilio Patrum. Vnde apud Nurimberg. 1405. ord. 13. ita dicitur. *Item, vt bona temporalia ordinatè, ac debitè conſeruentur, pertractentur, ac diſpenſentur, ſtatuimus quòd bona temporalia Conuentuum recipiantur, & exponantur non per Præſidentes, ſed per Procuratores, vel Burſarios, aut alios Officiales adhoc inſtitutos iuxta Conſtitutiones Apoſtol. 89. di. c. Quia in quibuſdam, & ordinationem immediatè præcedentis Capituli: Item, vt temporalium, &c. quam cum ſingulis eius clauſulis confirmamus. Volentes quòd nullus Conuentus valeat Præſidenti, vel Fratri de expenſis communibus per eum factis, & introitibus ſiue receptis quietantiam ſufficientem facere abſque aſſenſu Prouincialis, & Patrum, & Fratrum Conuentus eiuſdem.*

De Bonis Fratrum.

1 NVllus ex Ordine noſtro poteſt bona ſibi ad vſum conceſſa, ſaluo paupertatis voto, apud perſonas extra Religionem noſtram conſtitutas aſſeruare. Venetijs 1592. declar. 3. *Declaramus, quod nullus Frater, ſaluo paupertatis voto, poteſt quæcumque bona ſibi ad vſum conceſſa penes quaſcunque perſonas extra Religionem exiſtentes ſub quouis prætextu aſſeruare ſuis inſcijs Superioribus, à quibus facultatem auferimus huiuſmodi licentias concedendi, quæ vt plurimum cedunt in perniciem animarum ſubditorum, & euidens Religionis damnum.* Huiuſmodi autem delinquentes grauiter puniantur. *Vide de Abſol. Prioris Prouincial. nu. 35.*

2 Tenentur Fratres noſtri omnium bonorum apud ſe quomodocumque exiſtentium, ſemel in anno inuentarium ſuis Prioribus fideliter præſentare in communi Conuentus depoſito ſeruandum. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. Argentinæ 1427. ord. 4. Auenione 1442. ord. 4. & Bononiæ 1410. ord. 4. ſic dicitur. *Quilibet Frater noſtri Ordinis det ad minus in ſcriptis ſemel in anno ſuo Præſidenti quæcumque bona ſibi per Ordinem ad vſum conceſſa, ſi quis autem hoc facere contempſerit, vſu ipſarum rerum ſit ipſo facto priuatus.* Et Nouariæ 1465. ord. 2. ſic dicitur. *Item proprietatis vitio, quod ſæpe contingit, nonnulli in laqueum damnationis incidant, pro viribus obuiare cupientes, omnibus, & ſingulis noſtri Ord. Fratribus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ præſentium tenore præcipimus, vt ſecundùm antiquam, ac laude dignam noſtri Ord. conſuetudinem ſemel in anno, hoc eſt in feſto Omnium Sanctorum vſque ad quindecim dies immediatè ſequentes Priori Prouinciali, vel Conuentuali omnia bona eis ad vſum conceſſa in ſcriptis redacta conſignent, tanquam ſe ipſos talibus bonis ex voluntatis propoſito ſpoliantes: Ad quod faciendum Prælati ſubditos ſuos congruo tempore admonere non negligant; ſi qui verò de huiuſmodi conſignatione commoniti tam ſancto inſtituto obedire contempſerint, bonis ipſis tanquam proprietarij priuentur, alijſque pœnis afficiantur, quibus affici à ſuis Prælatis merito videbuntur. Præcipuè tamen quoad hoc ſtatuimus, vt ſi fortè tales inobedientes ita obſtinati deceſſerint, Eccleſiaſtica ſepultura priuentur, vt eorum punitio eſſe debeat alijs inſolentibus in exemplum: huiuſmodi autem bonorum inuentaria ſigillata in communi Conuentuum depoſito conſeruentur, nec vllo modo ſine Reuerendiſſimi Magiſtri Ord. aut Prouincialis Prioris auctoritate, niſi caſus mortis euenerit, aperiantur.* Florentiæ autem 1321. ord. 3. præſcribitur modus omnibus Fratribus reddendi rationem de bonis, quæ habent, tali pacto. *Cum Conſtitutio dicat, quòd Frater reddat rationem ſuis maioribus ſi fuerit requiſitus. Volumus, & ordinamus, quod Superiores ad quos ſpectat talem recipere rationem ipſam ab inferioribus requirant, & audiant cum effectu, imponentes ſingulis Prioribus Conuentualibus, quod ſemel in anno per præceptum à quolibet Fratre ſubdito requirant in ſcriptis, quantum debent, & cui, & quantum ei debetur, & à quo, quantum habet, & vbi, in pecunia, & rebus alijs pretioſis. Qui verò huiuſmodi præcepti tranſgreſſor inuentus fuerit furti iudicio condemnetur: & volumus ea, quæ celauerit conuentui ad quem pertinet applicari. Declaramus autem, quod Inquiſitores*

barc-

*hæreticæ prauitatis, de perſonalibus Priori ſuo Conuentuali, ſed de pertinentibus ad officium Priori Prouinciali (*modò autem S.Congreg.S.Off.*) rationem reddere teneantur: Prior autem Prouincialis ſuis Diffinitoribus non ſolùm de pertinentibus ad Prouincias, ſed etiam ad perſonam.* Vide in Conſt. noſt.diſt.1.cap.14.in decl.tex.4.ſub litt.F.& de Inuentarijs nu.3.4.5.6.& 7.

3 Pecuniæ, & alia bona Fratribus noſtris ad vſum conceſſa, non poſſunt perſonis extra Ordinem mutuari, neque cuſtodienda tradi. Methis 1421.ord.3. *Item volumus, & ordinamus, quòd nullus Frater cuiuſcumque ordinis, gradus, & conditionis exiſtat præſumat quaſcumque pecunias ad ipſius vſum ex gratia Ordinis pertinentes perſonis extra noſtri Ordinis obedientiam conſtitutis mutuare, aut eas ſuper pignora concedere, vel ipſas apud huiuſmodi perſonas quomodolibet cuſtodiendas, ſibi conſeruandas deponere, aut etiam ex ipſis redditus annuales, & perſonales ad vitam emere. Oppoſitum autem faciens alicuius præmiſſorum eo facto omnibus talibus pecunijs, & cæteris bonis priuamus, & eos priuatos eſſe denunciamus: huiuſmodi bona pro medietate Prioribus Prouincialibus, & pro alia ſuo Conuentui natiuo confiſcantes, præſentium tenore adiudicantes.* Quod fuit ita confirmatū Romę 1629.conf.3. *Confirmamus ordinationem alias factam ne Fratres cuiuſcunque gradus, ſtatus, & conditionis fuerint pecunias, vel bona quocunque modo, & ſub quouis titulo ab eis acquiſita, vel quomodolibet habita apud perſonas extra noſtri Ord. obedientiam conſtitutas habere, vel eis mutuò dare, vel ſuper iiſdem negotiari, lucrumque aliquod capere audeant. Mandantes omnibus Prioribus tam Prouincialibus, quam Conuentualibus, locorumque Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs, vt Fratres in hoc delinquentes tanquam proprietarios, & furti reos ſeuerè puniant, eoſdemque omnibus, & ſingulis pecunijs, boniſque priuent, ac ſpolient, eaque omnia ad commune Religionis depoſitum (cui ex nunc omnes pecunias, ac bona præfata adiudicamus) Romam ſub eadem pœna quamprimum tranſmittant.*

4 Fratres annuos redditus quocunque iuſto titulo poſſidentes, eos, non per ſe ipſos, ſed per Conuentus Syndicum, nomine ipſius Conuentus exigant, ita ordinatum fuit Romæ 1629. ord. 21. *Ordinamus iuxta diſpoſitionem Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 15. cap. 2. vt Fratres redditus annuos quocunque titulo habentes eos non per ſe, ſed per Syndicum nomine Conuentus exigant, ac de eiſdem in libro communis depoſiti, tam pro receptis, quam pro expenſis rationem reddat ipſe Syndicus; contra facientes verò pœnam proprietarijs debitam, nec non etiam amiſſionis pecuniarum, & quorumcunque bonorum ipſo facto incurrant.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. tex. 4. in decl. ſub litt. H. & hic nu. 14.

5 Nulli ex Ordine noſtro in infirmitate conſtituto concedatur licentia diſponendi de ſuis rebus; quod ſi aliquid in contrarium factum fuerit totum ſit irritum. Bononiæ 1410. ord. 5. & Argentinæ 1417. ord. 4. ſic dicitur. *Item prohibemus ne alicui concedatur licentia de ſuis rebus tempore ſuæ in infirmitatis, vel poſt mortem eius diſponendi: & ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane.*

6 Quæcumque pecuniæ, & bona omnia Fratrum apud ſeculares extra Ordinem vbique detenta, ſeu aſſeruata: negotiationi, aut lucro expoſita, vel à proprietarijs Fratribus quomodolibet in vita poſſeſſa, vel in morte relicta, extra Conuentum ſine aſſignatione Prouincialis commorantium, vel ſine licentia Mag. Ord. manentium extra Ordinem: Euntium ex vna Prouincia, vel Congregatione ad aliam, atque in itinere decedentium; In aliena Prouincia vitam cum morte commutantium, & ex Indijs Orientalibus, vel Occidentalibus pecunias, aurum, & gemmas cont. Apoſt. Conſt. deferentium vltra ea, quæ ſibi neceſſaria ſunt pro itinere, ad commune Ordinis depoſitum ſpectant, Romæ 1629. ordinat. 10. *Vide de Depoſito Ord. num. 1.*

7 Fratres noſtri omnia bona, & pecunias ſub quocunque prætextu ſibi à quauis perſona traditas, ſiue à Parentibus, & Conſanguineis; ſiue prætextu Prædicationum, Lectionum, Confeſſionum, Miſſarum, &c. ſub pœna proprietarijs debita fideliter ſuis Præſidentibus, & Prælatis præſentare tenentur. Venetijs 1592. ord. 9. *Cum Religioſi quilibet memores voti paupertatis emiſſi nil prorſus habere debeant, quod indiuiſum cum reliquis non ſit, & in commune redactum, Superioris arbitrio pro cuiuſque neceſſitate diſtribui, & diſpenſari non poſſit, ad peſſimum proprietatis vitium (quantum cum domino poſſumus) à fratrum noſtrorum cordibus eradicandum, diſtrictè mandamus omnibus, & ſingulis noſtri Ord. fratribus, cuiuſcumque gradus & conditionis ſint, conformiter ad ea quæ ſæpeſæpius ſancita fuere, quatenus debeant fideliter & quantocius ſub pœna proprietarijs debita ſuperioribus ſuis ſemper præſentare quamcumque pecuniarum ſummam ad eorum manus vndecunque venientem, ſiuè prætextu Prædicationum, Lectionum, Confeſſionum, ſiue Miſſarum, ſiue quolibet alio, etiam propriæ perſonæ intuitu à conſanguineis, vel quibuslibet alijs; quod & de qualibet alia re faciendum eſſe mandat S.P. Auguſt. in Regula, ne furti iudicio quis condemnetur. Eorumdem proinde ſuperiorum officium erit, ne diſſipatores potius, quam diſpenſatores fideles inueniantur, ita de præfatis bonis pro vnius cuiuſque ſibi ſubditi neceſſitate miniſtrare, vt alius non egeat dum alius abundat. Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in declarat. tex. 4. ſub litt. H.*

8 Bona, quibus priuantur Fratres in viſitationibus, niſi ad aliquem Conuentum, vel Fratrem particularem ſpectent, ſuis originalibus Conuentibus applicentur. Bona vero incarcerato-

rato-

ratorum eiſdem ſunt reſeruanda. Apud Nurimberg.1405.ord.14.*Pecunia, aliaque bona quibus fratres in viſitationibus, aut aliàs eorum exigentibus meritis per ſuos Præſidentes iudicialiter priuari contigerit, ſoli de quo fuerint, vel ſuo originali Conuentui applicentur: Bonaque fratrum incarceratorum eiſdem reſeruentur, niſi ſuo, vt præmittitur Conuentui fuerint applicata.*

9 Nullus audeat, tam in morte, quàm in vita cametas teſtari. *Vide de Cellis nu.7.*

10 Caueant Fratres noſtri ne procurent, quòd alij fratres ſibi ſanguinis vinculo coniuncti, vel quicumque alij, poſt mortem in libris ſeu bonis quibuſcumque ſuccedant. Apud Inſulas 1293. ord. 6. *Item monemus, quòd fratres non procurent quòd alij fratres eis attinentes; vel alij quicumque eis poſt mortem in libris, vel alijs rebus ſuccedant, & quòd tales gratiæ de cætero à Prælatis Ordinis minimè concedantur.* Vide inferius num.17.

11 Fratres noſtri bona nequaquam emant ex quibus percipiantur fructus, tantùm eorum vita durante; qui autem oppoſitum fecerint talibus bonis priuentur. Valentiæ 1337. ord. 9. *Item cum redditus ad vitam emere noſtræ profeſſioni obuiet, & noſtram deformet notabiliter paupertatem, diſtrictione, qua poſſumus, inhibemus, ne frater quicumque præſumat hoc deinceps ſuo, vel alio nomine attentare: quòd ſi ſecus actum fuerit à quocumque, ſeu ante præſentem ordinationem in hoc inuenti fuerint deliquiſſe, ipſo facto omni perceptione illorum redditnum ſit priuatus, & ex nunc totum illud Conuentui applicamus: imponentes Prioribus, & Conuentibus quòd redditus, qui ad eos ex iſta cauſa obuenerint ſtatim vendant, & ad vſum communem Conuentus applicentur, & quidquid receperint ex eiſdem.*

12 Bona Conuentuum in commune bonum ordinata, nullus ad proprium vſum aſſumere audeat ſub pœna grauioris culpæ. Mediolani 1505. ord. 8. *Mandamus omnibus, & ſingulis fratribus noſtri Ordinis cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtant in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ac ſub pœna grauioris culpæ, quatenus nullus eorum audeat de bonis ad communitatem Conuentus quouis modo pertinentibus ſibi aliquid vſurpare, aut appropriare.*

13 Fratres noſtri bona ſibi ad vſum conceſſa non vendant, alienent, ſeu commutent; & ne nomine proprio cenſus, poſſeſſiones, redditusque emant, negotiationeſque exerceant ſub pœna grauioris culpæ, & priuationis omnium bonorum. Mediolani 1505. eadem ord. 8. *Item quia communitas omnium rerum maximè confert ad reformationem Conuentuum; ideo vt perfectè paupertatis votum ſeruetur, & vitium damnatæ proprietatis à Fratribus excludatur, volumus, & ordinamus, ac ſub pœna grauioris culpæ, & priuationis omnium bonorum ſibi conceſſorum diſtrictè prohibemus, quas pœnas quilibet contrafaciendo ipſo facto incurrat, ne aliquis Frater noſtri Ord. cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, aliqua bona temporalia, niſi ad vſum tantùm, & de licentia ſuorum Prælatorum habeat: nec ea vendere, donare, pignorare, commutare, vel quouis modo alienare, nec pecunias, aut bona apud mercatores, aut campſores, ſeu apud perſonas extra obedientiam noſtri Ord. conſtitutas tenere, aut mutuare, ſeu debitum aliquod cõtrahere ſine licentia, &c. aut artem alchimiæ exercere, aut animalia in ſocitam tenere, aut de pecunijs Ord. poſſeſſiones, ſiue prouentus, vel quæcumque alia bona immobilia, non nomine Conuentus, ſed nomine ſuo, vel parentum, vel amicorum, vel quorumcumque aliorum emere præſumat.* Vide ſuperius num.6.

14 Omnia bona immobilia, & quicumque annui redditus Fratrum particularium ex Concilij Trident. decreto intelliguntur incorporata cum alijs bonis Conuentus. Ex Capite *De S. Concil. Trident. decretis* exiſtentibus in Act. Capit. Gener. Bononiæ 1564. *Quoniam ad extirpandum proprietatis vitium præcipuè S. Synodus intendiſſe videtur, ne quod in Fratribus noſtris illius veſtigium ſuperſit, omnibus noſtri Ord. profeſſoribus harum ſerie denunciamus, quòd omnia bona immobilia, & quicumque annui redditus, vel prouentus vndecumque aduenire ſoleant, communi noſtri Ord. vtilitati incorporata, & applicata ſunt, ſicut etiam nos præſenti decreto applicamus, & incorporamus, & illis Conuentibus noſtri Ord. incorporata, & applicata cenſeantur, quibus ſecundùm iura, & noſtras Conſtitutiones potiſſimùm debentur. Quòd ſi in hac cauſa dubium acciderit, cui Conuentui applicari debeant, Reuerendiſs. Generalis, vel ſuperior Prælatus illius Prouinciæ, aut Congregationis, quid in hac parte faciendum ſit, de maturo diſcretorum conſilio quàm citiùs decernat.* Et Romæ 1569. declarat. 2. ita ſancitur. *Declaramus omnes Fratres, qui redditus particulares habent contra decreta Sacroſancti Concilij Tridentini, & declarationem Capituli Bononienſis, eſſe proprietarios, & pœnis proprietarijs debitis ſubiacere. Præcipientes in virtute Spiritus Sancti & S. Obedientię Prouincialibus Prouinciarum, & Vicarijs Congregationum, ac Vicariarum, vt omni diligentia adhibita ſtudeant hos tales cognoſcere, & pœnis debitis punire, & vt omnis ſpecies proprietatis tollatur, ordinamus, vt in toto Ordine, & maximè apud Fratres Prouinciarum vtriuſque Regni, & Vicariarum in Italia eleemoſynæ confeſſionum, & prædicationum communitati fideliter conſignentur ad vſum communitatis fideliter conuertendæ.* In cuius decreti corroborationem. Romæ 1589. admonit. 3. ſic dicitur. *Admonemus pariter omnes, & ſingulos noſtri Ord. profeſſores, qualiter Generale Cap. Anno Dom. 1564. Bononiæ celebratum innixum decre-*

tis S. Concilij Trident. incorporauit, & applicauit, ſeu potiùs incorporata declarauit omnia bona immobilia, & quoſcumque annuos redditus, ſeu prouentus quorumcumque Fratrum, & vndequaque aduenientium, illis Conuentibus noſtri Ord. quibus ſecundùm iura, & noſtras Conſtitutiones debentur; Idcirco huiuſmodi bona, & annui redditus debent à Conuentuum Procuratoribus, ſeu ſyndicis, & non à Fratribus ſingularibus exigi, vtpote bona ipſorum Conuentuum, & non proprietates particularium Fratrum, ſicut & nos eiuſdem S. Concili Trident. ſtatuta ſequentes præcipimus, ne pro libito valeant Fratres tales exigere cenſus, ſed ſyndici, vel Procuratores nomine Conuentuum eos accipiant, & deinde Prælati pro cuiuſque indigentia, & neceſſitate in ipſorum Fratrum religioſos vſus in totum, vel in partem eoſdem cenſus, ſeu redditus conuertere poterunt.

15 Si aliquis habuerit pecunias, & bona, & ignoretur, vbi, & quomodo ea acquiſiuerit, per præceptum inquiratur veritas facti, & inuentus mendax, priuatione vtriuſque vocis, ac carcere puniatur. Ianuæ 1513. decl. 4. *Vide de furto num. 4.*

16 Omnes Ordinis noſtri profeſſores, qui non habent animum paratum ponendi realiter omnia bona ſua ad pedbs proprij Prælati, ſunt in ſtatu damnationis æternæ. Romæ 1501. ord. 13. & 1508. decl. 2. *Item declaramus, omnes Fratres, & Moniales Ordinis, niſi habeant animum paratum in veritate ad ponendum omnia, quæ habent ad pedes ſui Prælati, eſſe in ſtatu damnationis æternæ.*

17 Nullus audeat per modum teſtamenti, ſeu donationis de bonis ſibi ad vſum conceſſis diſponere. Mediolani 1505. ord. 8. *Prohibentes ſtrictiſſimè ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ omnibus, & ſingulis Sororibus, & Fratribus noſtri Ord. cuiuſcumque conditionis exiſtant, ne aliquis eorum præſumat duas cameras, aut duas habitationes in diuerſis Conuentibus tenere, niſi ſit actu Regens in ſtudio Generali, aut Inquiſitor hæreticæ prauitatis, nec etiam de bonis ſibi ad vſum conceſſis per viam teſtamenti, aut donationis diſponere, & qui in aliquo prædictorum defecerit, ipſo facto prædictam pœnam incurrat, à qua non poſſit abſolui, vel diſpenſari niſi per Magiſtrum Ord.*

18 Qui non ponunt ad pedes ſuorum Prælatorum omnia bona, quæ habent, ſed in proprietatis vitio decedunt, omnibus Ordinis ſuffragijs atque Eccleſiaſtica ſepultura priuantur. Romæ 1501. ord. 13. *Volentes etiam ſub eodem præcepto quòd omnes, & ſinguli fratres teneantur ſaltem ſemel in anno de menſe Nouembris omnia bona eis ad vſum conceſſa ad pedes ſui Prælati realiter ponere, vel ſaltem omnia integraliter, & fideliter in ſcriptis redigere, & ſuis Præſidentibus, tanquam ſe ipſos omni rerum proprietate expoliantes præſentare. Qui verò hoc facere neglexerint, ſint omnibus bonis ſibi conceſſis tenore præſentium priuati. Et ſi contingit eos cum tali proprietate mori: omnibus beneficijs Ordinis, & Eccleſiaſtica ſepultura priuamus, & tanquam proprietarios priuatos eſſe denunciamus.*

De Bonis Fratrum Defunctorum.

1 BOna Fratris defuncti quoad illa, quæ ab aliqua Prouincia, vel Conuentu habuit, ſint illius; quæ verò aliter acquiſiuit, ſint Conuentus, cuius eſt filius, ſi in alio Conuentu non eſt aſſignatus in perpetuum, ſed ad tempus propter ſtudium, vel officium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 5. quæ fuit incboata Ianuæ 1513. conf. Neap. 1515. & in Conſt. redacta. Romæ 1518.*

2 Omnia Priorum Conuentualium, Conuentuum Præſidentium, ſeu Vicariorum locorum, atque ſtudentium bona totaliter ad eorum originales Conuentus ſpectant. Barchinonæ 1574. decl. vlt. *Item declaramus, & declarando omnino præcipimus, vt in distributione bonorum fratris defuncti ſeruetur Conſtitutio, videlicet: ſi contingat aliquem non ſimpliciter, ſed ad tempus propter ſtudium tantùm, vel officium aſſignatum mori; Ex vi Conſtitutionum in cap. 14. diſt. 2. bona illius fratris demortui ſint totaliter illius Conuentus, cuius eſt filius, vti frequenter contingit de fratribus, qui de ſuo Conuentu originali ad Prioratum aſſumuntur.* Licet autem illorum bona ad originalem conuentum ſpectent, Conuentus tamen, in quibus decedunt ad ſuffragia pro eiſdem tenentur. Romæ 1580. ord. 5. *Ordinamus quod quando aliquis frater moritur Prior in aliquo conuentu, cuius non eſt filius, teneatur etiam ille conuentus, in quo erat Prior ad ſuffragia pro eius anima non obſtante, quod bona illius omnia ad conuentum pertineant cuius eſt filius.* Et idem intelligendum eſt de Vicarijs locorum.

3 Aliorum fratrum, qui in Conuentibus ſimpliciter aſſignati dicuntur, bona mobilia apud eoſdem exiſtentia, diuidenda ſunt æqualiter inter Conuentum originalem, & illum, in quo ſunt aſſignati, dum è viuis excedunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 5.* quæ fuit facta in Capitulis ſuprad. Vbi in declarat. litt. I. ſic dicitur. *Declaramus quòd hæc recens Conſtitutio in hoc vſu verſatur, quòd ſi quis Frater in aliquo Conuentu ſimpliciter aſſignatus ſit: bona omnia poſt eius mortem apud ipſum inuenta, quæ viuens ab alio Conuentu non habuit, in duas partes diuiduntur; quarum altera datur Conuentui originali illius; altera*

tera verò Conuentui,in quo moritur aſſignatus. Qui verò cenſeantur ſimpliciter aſſignati. *Vide de Aſſignationib. num.* 7. Ex quo fit vt bona, mobilia quæ habent fratres, non apud ſe, ſed alibi; nempè in alia Ciuitate, ſeu Conuentu (intra Ordinem tamen) non ſint diuidenda, ſed totaliter ad originalem Conuentum ſpectent; illa enim non habent apud ſe; ſi verò illa habeant in eadem Ciuitate, vel loco, in quo ſunt aſſignati depoſitata apud fratres alterius noſtri Conuentus, vel Moniales noſtras de ſuperiorum licentia, illa bona omnia ſunt æqualiter diuidenda, vt ſupra. Si verò ſine ſuperiorum licentia illa depoſitata habeant, ſiue in eadem, ſiue in alia Ciuitate, vel loco extra Ordinem apud ſeculares, vel alterius profeſſionis Regulares, ad commune Ordinis depoſitum pertinent. *Vide de Depoſito Ordinis num.* 1. *& de Bonis fratrum num.* 6.

4 Bona tam Magiſtrorum, quàm Procuratorum Ordinis in ſuis muneribus decedentium, quæ in ſuis officijs adepti fuere, pro medietate ad ſuos originales conuentus ſpectant; pro altera verò ad Ordinem. Prouincialium autem, pro medietate ad ſuos originales Conuentus, & pro altera, ad Prouinciam. Quæ verò ante eorum officia, tam Generales, quam Procuratores Ordinis, & Prouinciales acquiſierant, totaliter ad ſuos originales Conuentus ſpectant. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 2. *cap.* 3. *tex.* 11. *quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmata Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta. Romæ* 1518. Hæc autem Conſtitutio fuit ita declarata. Romæ 1532. decl. 3. *Declaramus conformiter ad acta Cap. præcedentis* (quod fuit Romæ 1530. inchoat. 1.) *quod vbi in Conſtitutionibus dicitur, quod bona relicta per Generalem, ſeu Procuratorem defunctos media pars pertineat ad Conuentum originalem, & media alia Ordini: intelligantur tantùm de bonis, quæ ad manus ſuas iam peruenerunt, ſed Contributiones non exactæ à Prouincijs, & equi, & mulæ cum vtenſilibus domus, & lectiſternijs pertineant ad Generalem, ſeu Procuratorem reſpectiuè.* Hæc eſt ad Generalem, ſeu Procuratorem futurum.

5 Libri fratrum defunctorum in communibus Bibliothecis aſſeruentur. *Vide de Bibliothecis num.* 2.

6 Cellę, & alia bona fratrum defunctorum nulli alteri ad vitam concedi poſſunt abſque licentia Prioris Prouincialis, & duarum partium fratrum ad illum Conuentum ſpectantium. Argentinæ 1417. ord. 4. *Aduertentes quòd libri, Cellæ, Cameræ, aut alia bona quæcumque Conuentuum, vel Sororum, vel in quibus ſuccedunt Conuentus ratione fratrum defunctorum, aut alia quauis cauſa nullatenus ad vitam alicui concedantur per Præſidentem quemcumque ſine licentia duarum partium Conuentus illius ad quem ſpectauerint huiuſmodi, cum aſſenſu Prioris Prouincialis ſuæ Prouinciæ; Quæ Cameras, & Cellas concedi minimè volumus cuicumque niſi fuerint pro infirmis, aut officialibus Ordinis deputatæ.*

8 Nullus audeat procurare, vt alij fratres ſibi ſanguinis vinculo aſtricti in libris, ſeu alijs quibuſcumque bonis poſt mortem ſuccedant; nec Prelati huiuſmodi licentias concedant. Apud Inſulas 1293. ord. 6. *Vide de Bonis Fratrum num.* 10.

9 Bona Fratrum decedentium in itinere, dum ex vno Conuentu remoti ad alium, in quo fuerant aſſignati properabant, ſpectant pro medietate ad ſuum Conuentum originalem, & pro altera ad Conuentum à quo receſſerunt, & fuerunt remoti. Ita declaratum fuit Romę 1650. declarat. 5. *Vide de Aſſignationibus num.* 18.

10 Decedentium Fratrum apud Monaſteria Monialium bona ad ſuos Conuentus originales ſpectant totaliter. Mediolani 1505. declarat. 18. *Item declaramus quòd bona Fratrum morientium apud Monaſteria Monialium ad ſuos Conuentus natiuos pertinere debeant.* Hoc autem intelligendum eſt de illis, qui non ſunt aſſignati in aliquo Conuentu, cui earundem Monialium cura ſit annexa, vt contingit Neapoli in Monaſterio S. Sebaſtiani, & Romę, vbi Monaſterium Monialium noſtrarum S. Marię Magdalenę in Quirinali eſt immediatè ſubditum Prouinciali Romano, & Confeſſarius earundem cum ſuis ſocijs manentes apud ipſas in nullo peculiari Conuentu ſunt aſſignati.

13 Ea, quę hęreditario iure Fratribus obueniunt, erunt ſui prioris Conuentus originalis, etiam ſi poſtea alterius Conuentus facti fuerint filij. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 2. *cap.* 14. *tex.* 5. *quæ fuit ſancita in Capitulis ſupra num.* 1. *&* 3. *citat.* Quod iam antea Perulij 1478. ord. 11. fuerat in hunc modum Ordinatum. *Item ordinamus quòd Fratres, qui obtinuerint perpetuationes, aut originarij fieri in alijs Conuentibus, infra annum eligere poſſint vnum dumtaxat Conuentum, & non plures. Quòdque bona immobilia Fratribus huiuſmodi, ſeu eorum Conuentibus contingentia pertineant ad primos Conuentus, mobilia verò ad Conuentus electos.* Vide in Conſtit. noſt. loco ſuprad. ſub litt. I.

14 Vt ſi aliquis moretetur extra ſuam Prouinciam, dimidia pars bonorum, quę in alia Prouincia acquiſiuit, ad illam ſpectaret: altera verò medietas ad ſuum Conuentum originalem niſi aliàs Magiſter Ord. diſpoſuiſſet, ordinatum fuerat Venetijs 1587. vt expreſsè aſeritur in Conſt. noſt. loco ſuprad. nunc autem ex ordinatione 10. Capituli Romani 1629. ad commune Ordinis depoſitum, pro eiuſdem communi bono, ſpectant. *Vide de Depoſito Ord. num.* 1.

15 Bona Fratrum proprietariorum relicta poſt mortem; illorum, qui extra Conuentum ſine aſſignatione Prouincialium commorantur:

ſi a extra Ordinem ſine Magiſtri Ord. licentia permanent; cuntium ex vna ad alteram Prouinciam, vel Congregationem, atque in itinere decedentium, ad commune Ordinis depoſitum ſpectant. Romæ 1629. ord. 10. *Vide de Depoſito Ordinum.* 1.

16 Bona eorum, qui de licentia Sedis Apoſtolicæ, ac cum beneplacito ſuperiorum beneficijs Eccleſiaſticis affecti extra Ordinem commorantur, ad ſuos originales Conuentus pertinent Peruſij 1478. ord. 12. *Item cum Sanctiſs. D.N.* (erat tunc Sixtus Pada IV.) *oportunam prouiſionem fecerit, vt ſuperius patet, circa illos, qui à Sede Apoſtolica habilitationem ad beneficia obtinent, nos etiam quantum in nobis eſt paci Conuentuum, quorum Fratres officiandi quamdiu ſic extra Ordinem licentiam habent, prouidere volentes, ſtatuimus, & ordinamus, vt dicti Fratres quamdiu ſic extra obedientiam officiauerint, nec Cellam, nec vocem actiuam, vel paſſiuam in Conuentibus Ordinis habere poſſint, nec Conuentus eis, teneantur niſi ad ſuffragia in morte. Succedant autem in bonis dictorum Fratrum iuxta Conſtitutionum noſtrarum tenorem. Et hæc eadem circa primariò extra Vrbem vbilibet volumus intelligi, & ſeruari.*

17 Bona Prouincialium in ſuo munere decedentium, quæ habuerunt per prouiſionem Ordinis à Prouincia, vel etiam ab aliquo Conuentu antequam eſſent Prouinciales, vel in ipſo Prouincialatus officio ad Prouinciam, vel Conuentum vnde habuerunt ſimpliciter pertinebunt: ea verò, quæ acquiſiuerunt tempore Prouincialatus ad Prouincias, quarum erant Priores ſpectabunt pro medietate, & pro medietate ad Conuentus ſuos, quorum ſunt filij. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 11. quæ fuit ſancita in Capitulis ſuperiùs num. 1. & 3. citat.*

18 Nullus Prouincialis audeat aliquid à Conuentibus exigere, vel recipere ratione Fratrum defunctorum ſub pœna ſuſpenſionis à Prouincialatus officio ipſo facto incurrenda. Mediolani 1505. ord. 8. *Mandantes etiam Prioribus Prouincialibus ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs, quam contrafaciendo ipſo facto incurrant, ne aliquis eorum de cætero ratione Fratrum defunctorum præſumat aliquid à Conuentibus exigere, vel accipere.*

19 Vt autem ſupradicta omnia à Capitulis ſancita omnino obſeruentur, ita mandatum fuit. Romæ 1530. decl. 3. *Declaramus circa ſucceſſionem bonorum relictorum per Fratres, quòd ſeruentur Conſtitutiones in his, in quibus Cõſtitutiones ſunt claræ, ſicut de his, qui ſunt aſſignati in Conuentibus, & Prouincijs, &c.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 5. ſub litt. I.

De Bullis Pontificijs.

1 PONtificias Bullas quomodolibet ad Ordinem noſtrum ſpectantes, Præſidentes Conuentuum habere tenentur penes ſe. Neapoli 1600. ord. 4. *Ordinamus omnibus Præſidentibus Conuentuum, ac locorum, quòd ſollicitè procurent habere penes ſe Bullas Pontificias quomodolibet Ordinem noſtrum concernentes, & Acta Capitulorum ſimul collecta, ad hoc, vt ſciant quomodo ſe habere debeant in bono ſui Conuentus, vel loci regimine, abſque eo quod ignorantiam aliquando, & cum rubore prætendere poſſint.*

2 Bullam in Cœna Domini penes ſe habeant Fratres ad ſecularium Sacramentales Cõfeſſiones audiendas expoſiti, atque illius tenorem obſeruent, ſub pœna priuationis ſui muneris. Romæ 1569. admon. 1. *Admonemus omnes Prouinciales noſtri Ordinis etiam ſpeciali iuſſu S.D.N. vt publicari faciant Bullam, quæ legitur in Cœna Domini in ſuis Conuentibus, prouiſo quod omnes Confeſſores habeant penes ſe copiam illius, & eius tenorem fideliter obſeruent, & ſi qui illam non habuerint, confeſſionum audientia priuentur.*

3 Bis in anno in ſingulis Conuentibus publicè præfata Bulla legatur, atque illius exemplar in Sacriſtia affixum ſemper permaneat. Romæ 1571. conf. 13. *Item confirmamus & (ſi opus eſt) innouamus, quod in præcedenti Cap. Gen. Romæ celebrato S.D.N. præcipiente ſtatutum eſt, vt in Conuentu quolibet bis in anno publicè recitetur Bulla de Cœna Domini coram toto Conuentu, & in Sacriſtia ſemper maneat affixa, & vnuſquiſque Confeſſor teneantur exemplar illius apud ſe habere: teneantur etiam Prælati ſub pœna abſolutionis dare operam, vt omnes Confeſſores explicitè intelligant, quæ in præfata Bulla continentur.* Quod fuit conf. venetijs 1592. ordin. 1. & Barcinonæ 1574. conf. 11.

4 Earum, quæ in dies emanant, & ad noſtrum Ordinem aliquo modo ſpectant, exemplaria ad ſingulas Prouincias à P. Procuratore Ordinis ſunt tranſmittenda, Romæ 1583. admon. vlt. *Admonemus R.P. Procuratorem Ordinis, vt quando emanauerint Bullæ ad noſtrum Ordinem pertinentes, vel ad rectam gubernationem ad Prouinciales omnium Prouinciarum mittere velit, ſeu eos admouere de eo, quod factum eſt.*

5 Ex eiſdem, ac alijs Priuilegijs formandum eſſe Bullarium ordinatum fuit. Neapoli 1600. ord. 5. hoc pacto. *Ordinamus, & præcipiendo mandamus omnibus, & ſingulis Præſidentibus Conuentuum, & locorum, & Monaſteriorum Monialium, quod infra ſpatium 6. menſium debeant tranſmittere R. P. Procuratori Ord. in Curia Rom. copiam authenticam omnium Bullarum, Breuium,*

De-

Decretorum, Priuilegiorum, Conceſſionum, Indulgentiarum à Sede Apoſt. à Regijs Maieſtatibus, Congregationibus, à Legatis, vel Nuncijs Apoſtolicis à Principibus quomodolibet obtentarum, vel conceſſarũ, pro communi totius Ordinis, Prouinciæ, &c. adhoc, vt quàm primùm omnia in vnum debito quodam ordine redacta ad totius Ordinis vtilitatem, & commodum imprimantur. Quod tamen poſtea formatum non eſt.

6 Neque Fratres noſtri, neque aliorum Ordinum profeſſores vti Priuilegijs Bullæ Cruciatæ quantum ad Confeſſoris electionem, & reſeruatorum caſuum abſolutionem poſſunt. Ita declaratum fuit per Breue Clementis VIII. quod extat denunciatum Romæ 1601. denunc. 1. hoc pacto. *Denunciamus Sanctiſs. D. N. Clementem VIII. conceſſiſſe Breue quoddam tenoris ſequentis.* Clemens, &c. Romani Pontificis circumſpecta benignitas, &c. exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Gen. Ordinis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & alijs Priuilegijs, quæ ab Apoſtolica Sede concedi ſolent, detur facultas eligendi Confeſſorem idoneum, ab Ordinario approbatum, qui poſſit Chriſtifideles à caſibus ordinario reſeruatis, & a quibuſdam etiam quæ dictæ Sedi ſeruata ſunt, Religioſi dicti Ordinis, ſeu eorum nonnuili etiam ijs facultatibus vti præſumunt, & illorum prætextu eligunt Confeſſorem aliquando, præter eos, qui à ſuis Prælatis, eorumque confeſſionibus deputati ſunt, quod aliquando in ſpeciale eorum vergit detrimentum. Quare prædictus Procurator Generalis humiliter nobis ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati talem conceſſionem S. Cruciatæ, & aliorum indultorum particularium quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſorem, & abſoluendi à caſibus reſeruatis cum Fratribus, & Monialibus Ordinis prædicti, ac aliorum quorumcunque Ordinum, & Congregationum cuiuſuis inſtituti Mendicantium, & non Mendicantium tam Prouinciæ quam extra eam vbilibet locum minimè habere, neque cenſeri, ſed noſtræ intentionis exiſtere, quod ijdem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, ſeu Confeſſionis adminiſtrationem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubiecti ſint; Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuò declaramus, &c. Dat. Romæ, &c. die 23. Nouemb. 1599. Pontif. an. 8.

7 Illas nullus prædicare audeat ſine Magiſtri Ord. licentia: Ferrariæ 1494. conſ. vnica. *In primis confirmamus hanc, quòd nullus Frater cuiuſcunque conditionis exiſtat audeat quæſtus facere, aut Bullas aliquas prædicare, niſi de licentia Magiſtri Ord. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ſedentes pro tribunali ferimus in his ſcriptis, vnica pro trina Canonica monitione præmiſſa, & ſub priuatione omnium bonorum communitati applicandorum, & hac habent tria Capitula Generalia.* Quod fuerat inchoatum Venetijs 1487. & approbatum apud Cenomanum 1491.

De Capitulo Generaliſſimo.

Bina tantum in Ord. noſtro fuere Generaliſſima Capitula celebrata, & hæc in Ordinis eiuſdem primordijs ſub B. Iordano: primum Pariſijs anno 1228. ſecundum verò ibid. 1236. Tertium autem conuocatum fuit Romæ præteritis annis, nempe 1644. ex Vrbani VIII. mandato, quod tamen eiuſdem Pont. Max. decreto vim tantum Generalis Capituli obtinuit, vt in eodem Capitulo denunciatum fuit denunc. 2.

1 Generaliſſimum Capitulum non conuocetur, niſi quando maior pars Prouinciarum petierit, vel Magiſtro cum media parte Prouinciarum viſum fuerit expedire. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 10. tex. 1. quæ fuit fancita in Generaliſſ. Capit. Pariſijs habito* 1236. Vide ibid. ſub litt. A.

2 Prouinciæ, quæ illud petunt, ſcribant cauſas quare petunt: de his tamen Capitulum Generale non habebit iudicare vtrum ſufficientes ſint, vel non, ſed tamen ſcribantur, vt Fratres de his ante Capitulum conferre valeant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 10. tex. 1. quæ fuit facta in Capit. Generaliſſ. 1236. Pariſien. vbi ſup.*

3 Priores Prouinciales ſinguli cum duobus ſocijs à Capitulo ſuo Prouinciali electis à pluribus medietate omnium eligentium tale Capitulum celebrabunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. facta ibid.*

4 Duobus annis ante pronuncietur *niſi* (in originali autem Capituli Pariſien. ſuprad. dicitur *vbi*) vrgens fuerit neceſſitas. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. fact. in eodem Capit. Pariſien.*

De Capitulis Generalibus.

1 Capitula Generalia in Ordinis exordijs ſingulis annis celebrabantur, & meritò, vt omnia, quæ ad illius incrementum neceſſaria videbantur, ordinarentur, & perpetua lege ſancirentur. In Cap. autem Romæ 1370. auctoritate Gregorij IX. ſancitum fuit, vt Generalia Capitula de biennio in bienniũ celebrarentur,

aut

aut ſaltem de triennio in triennium. Deinde Romę pariter in Cap. 1553. Iulij III. auctoritate, vt de triennio in triennium celebrarentur decretū eſt, niſi ex legitima cauſa illa quandoq; præuenire, vel poſtponere Magiſtro Ordinis, ac Definitoribus neceſſarium eſſe videretur, & niſi obitus Mag. Ord. accederet. Fuitque hoc Romę 1558. & Auenione 1561. confirmatum. Vnde in Conſtitutione redactum eſt, vt conſtat *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 1.* vbi dicitur. Capitulum Generale de triennio in triennium celebretur.

2 Semel vltra montes, altera verò vice citra montes alternatim ſunt pro communi Ordinis commodo celebranda. *Ex Conſt. noſt. vbi ſupra. Quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. Neapoli 1515. confirm. & Romæ 1518. in Conſt. redacta.*

3 Poteſt autem Magiſter Ord. cum Diffinitoribus, vel cum diſcretorum maturo conſilio ex vrgentiſſima, & legitima cauſa illa alibi aſſignare. *Ex eodem tex. Conſt. noſt. ſuprad.*

4 Prorogationem illorum à Sanctiſſimo petere vltra triennium, fuit interdictum Mag. Ord. idque ſi ex vrgentiſſima cauſa fieri contingat, non niſi de Prouincialium conſenſu hoc à Sanctiſſimo petatur, & fiat. Romę 1629. admon. 4. *Admonemus Reuerendiſs. P. Mag. Ord. ne vnquam impoſterum petat diſpenſationem à Sum. Pont. prorogandi celebrationem Capituli Generalis vltra tempus à noſtris Conſtitutionibus præfixum. Quòd ſi aliquando ſumma rei neceſſitas prorogationem huiuſmodi videbitur poſtulare, id non faciat niſi præmonitis Patribus Prouincialibus de huiuſmodi prorogationis cauſis, & tunc tantùm de maioris partis Prouincialium authentico aſſenſu à Sum. Pont. huiuſmodi prorogationis gratia petatur: Cuiuſcumque autem Apoſtolico priuilegio, ſeu conceſſione in contrarium obtenta in omnibus tenore præſentium renuntiamus.* Hæc autem admonitio cum ſit expreſsè contra tex. Conſt. noſtrarum aliquo moderamine neceſſariò indiget.

5 Duabus vicibus Diffinitores, & tertia Prouinciales in eiſdem Capitulis diffinire debent. *Ex Conſt. noſt. vbi ſupra. Quæ fuit inchoata Treueris 1289. approbata Ferrariæ 1290. & conf. Palentiæ 1291.*

6 In eiſdem Capitulis, nec Prouinciales, Diffinitoribus; neque Diffinitores Prouincialibus præiudicium aliquod ſuis diffinitionibus audeant generare: hocque illis fuit in meritum S. Obedientiæ, & ſub interminatione anathematis prohibitum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 11.* At tunc ſolùm tale præiudicium accederet, quando Prouinciales aliquid contra Diffinitorum auctoritatem decernerent, vel illam eis limitarent, aut auferrent; aut Diffinitores eadem Prouincialibus præſtarent, quod ſolùm Apoſtolica auctoritate fieri poteſt. Nullum autem præiudicium infertur Diffinitoribus, ſi aliquid in eorum Capitulis diffinitum à Prouincialium Capitulis reuocetur iuſtis de cauſis. *Vide ibid. declarat. tex. ſuprad. litt. M.*

7 Diffinitores Capituli Generalis Dominica infra octauam Aſcenſionis Domini, vel Sabbatho pręcedenti locum Capituli intrare teneātur, & tunc in Choro, & alibi ordinatè loca ſua teneant, quouſque tempus ſuæ diffinitionis expiret. *Ex Conſt. noſt. vbi ſupra. tex. 8.* Quæ fuit facta Bononiæ 1410. dum Apoſtolica auctoritate, in eo ſancita, conſtitutionum vim obtinuere.

8 In Vigilia Pentecoſtes Diffinitorum auctoritas incipit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 9. tex. 1. Quæ fuit inchoata Florentiæ 1272. approb. apud Peſtum 1273. & conf. Lugduni 1274.*

9 Eorum verò auctoritas expirat in Sabbatho Pentecoſtes, tamen ex rationabili cauſa poteſt per vnum, vel duos ad ſummum protrahi dies. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 9. tex. 7. Quæ fuit inchoata Pariſijs 1264. approb. apud Montempeſulanum 1265. & conf. Treueris 1266.* In cuius rei declarationem Bononiæ 1564. declarat. 5. ſic dicitur. *Declaramus quòd Diffinitores Capituli Prouincialis ſuam auctoritatem vltra duos dies prorogare non poſſunt; ita quòd à die electionis eorum, vſque ad diem, quo illorum auctoritas ſpirat, nunquam ſint niſi decem dies; cum in Conſtitutionibus noſtris hic numerus dierum Diffinitoribus Capituli Generalis aſſignetur, & ibidem habeatur, quod Capitula Prouincialia intra prætaxatum numerum dierum terminentur.*

10 Prouinciales, & Diffinitores locum inter ſe ſecundùm Prouinciarum ordinem tenere debent. Neque vllo modo Prouinciali illius Prouinciæ, in qua Generale Capitulum celebratur, primus locus concedatur. Valentiæ 1596. decl. 2. *Declaramus ad difficultates tollendas circa locum in Capitulis, tam Generalibus, quam Prouincialibus, vt in Capitulis Generalibus debeant Prouinciales, & Diffinitores ſuo tempore reſpectiuè locum tenere inter ſe ſecundùm ordinem ſuarum Prouinciarum, nec vllo pacto primum deberi locum Prouinciali, vel Diffinitori Prouinciæ in qua ipſum celebratur Capitulum. Idem dicimus de Diffinitoribus Capituli Prouincialis, in quo ſecundùm ordinem Conuentuum Priores in Diffinitores electi alios præcedent, vel ſubſequentur; niſi cauſa Magiſterij aliquis ipſorum alios non Magiſtros neceſſariò præcedere habeat.*

11 Quando ab illis ob aliquam cauſam abeſt Magiſter Ordinis, Diffinitores vnum de corpore Capituli eligere tenentur in Vicarium, qui eidem præeſſe debet, & Magiſtri Ord. vices gere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 2.*

12 Ad illa tenentur Prouinciales in anno, quo ipſi diffiniunt, accedere; quòd ſi ex vrgenti cauſa id præſtare non poſſunt, illam ſub pœna ſuſpenſionis ab eorum officijs, Magiſtro Ordinis ſignificare tenentur. Valliſoleti 1605. admon. 3. *Admonemus omnes Patres Prouinciales*

pro tempore, vt ad Capitula Generalia Prouincialium perſonaliter ſe conferant, niſi legitime fuerint impediti, de cuius impedimenti cauſis tenebuntur Reuerendiſs. P. Noſtrum Generalem quam primum poterunt certiores facere, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per tres menſes. Vide de Cap. Prou. num. 6.

13 Si Prouinciales ad Capitula non acceſſerint, in eorum anno, Socij illis à Diffinitoribus dati cum alijs Prouincialibus ad omnia tractanda, diffinienda, & ordinanda admittantur. *Ex Conſtitutionibus noſtris diſt. 2. cap. 8. tex. 11.*

14 Prædicti Socij Prouincialium poſt Prouinciales, iuxta ſuarum Prouinciarum ordinem, locum habent. Valentiæ 1596. decl. 4. *Declaramus quòd ſicut in Capit. General. Diffinitorum, Diffinitores ipſi locum habent ſuper omnes Prouinciales; Ita & in Capit. General. Prouincialium Socij, qui loco Prouincialium adſunt, immediatè poſt Prouinciales iuxta ordinem, & antiquitatem ſuarum Prouinciarum locum obtinebunt.*

15 Si in anno Diffinitorum, definitores ipſi ad Capitulum accedere non valuerint, Socij eorum loco ipſorum Diffiniant: quod ſi Socij definire incæperint, & diffinitores ſuperuenerint; Socij eorum diffiuire deſiſtant, & diffinitores incaptas diffinitiones proſequantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 6. quæ fuit inchoata Bononiæ 1140. conſ. Pariſijs 1241. & in Conſt. redacta Bononiæ 1242.*

16 Si autem aliquis Diffinitor fuerit in Prouincialem electus, & confirmatus, loco eiuſdem Socius ad diffiniendum in Gen. Cap. admittatur. *Ex eadem Conſt. ſupradicta, quæ fuit inchoata Bononiæ 1240. & Conſ. Pariſijs 1241. ac Bononiæ 1241. in Conſt. redacta.*

17 Fratres particulares ad Generalia, ſeu Prouincialia Capitula nullo modo audeant accedere ſub pœna priuationis vocis act. & paſſ. per annum; ſine licentia tamen Mag. Ord. aut Prioris Prouincialis. Treueris 1289. ord. 2. *Item quia diſcurſus Fratrum irregulatus, & inutilis quamplurimum ad Capitula Gen. vel Prouincial. venientium, qui non ſunt de corpore Capitulorum in Ordinis turbationem, & proximi deædificationem, expenſarum inutilium effuſionem, & Ordinem noſtrum grauat, & diſſolutionem inducit quam plurimam: Ideo inhibet Magiſt. Ordin. & ordinat de aſſenſu Diffinitorum, ne aliquis, qui non eſt de corpore Capit. General. ſine licentia Magiſt. Ordin. ſpeciali veniat ad Capit. General. vel ad Capit. Prouinc. ſine licentia Magiſtri, vel Prioris Prouincialis; ſi autem aliquid contra hanc ordinationem fecerint, vltra pœnam in Conſtitut. debitam, ſint per annum omni voce priuati; niſi in accuſatione propria.*

18 Ad ſolum Magiſtrum Ordinis ſpectat, accedendi ad Generalia Capitula, licentiam impertiri fratribus particularibus. Nulluſque alter, nec Prouincialis, nec Diffinitor id præſtare audeat. Prouincialis tamen, in cuius Prouincia General. Capit. celebratur, poteſt ſuæ Prouinciæ Fratribus talem licentiam impertire. Toloſæ 1504. ord. vlt. *Declaramus quòd nullus poteſt dare licentiam veniendi ad Capit. Generale niſi Magiſter Ordinis & Prouincialis, in cuius Prouincia fuerit Capit. celebrandum fratribus ſuæ Prouinciæ; & ideo Magiſter Ord. inhibet quòd nullus Prouincialis, vel Diffinitor, vel quilibet alius frater quocumque prætextu det alicui licentiam veniēndi ad Generale Capit. volens, & ſtatuens quòd, qui deinceps cum tali licentia venire auſi fuerint incurrant pœnam quam incurrunt ſine licentia venientes.*

19 Si autem auſu temerario aliqui ad Capitulū acceſſerint, ex Capituli loco ſtatim eijciendi ſunt, & puniendi. Apud Burdegalam 1287. ord. 9. *Item prohibemus diſtrictè, ne aliquis frater de cætero veniat ad Cap. Generale vel Prouinciale, vel ad loca propinqua Capituli ſine Magiſt. Ordin. vel Prioris ſui Prouincialis licentia ſpeciali; & qui de cætero contrarium fecerint, ſtatim eijciantur de loco Capituli; & nihilominus iniungatur eis pœnitentia ſecundùm ſuorum exigentiam meritorum. Et Priores Prouinciales non ſint faciles ad tales licentias concedendas.*

20 Priores, in quorum Conuentibus Generalia, vel Prouincialia Capitula habentur, ſuperfluitates in cibis, & potibus euitare tenentur. Sic enim Ordinatum fuit Pariſijs 1256. ord. 13. *Item caueant omnes Priores, in quorum domibus fient Capitula Generalia, vel Prouincialia, ne occaſione Capitulorum aliquam notabilem ſuperfluitatem faciant in potibus, & in cibis.* Toloſæ autem 1258. ord. 10. determinatum fuit quid in Capitulis eſſet Fratribus in cibum dandum his verbis. *In Cap. Gen. & Prouinc. non dentur ad plus niſi duo pulmenta præter pulmentum, & fructus.*

19 Vocales ad Generalia Capitula accedentes ſuperfluas euitent expenſas, ne Prouinciæ grauentur. Aqud Nurimbergum 1405. ord. 14. *Vide de Prouincial. num. 14.*

20 Capitula Generalia noſtra perpetuis Indulgentijs ditauit Alexander Papa V. Ita enim denunciatum fuit Bononiæ 1410. denunc. 4. *Item denunciamus Reuerendiſs. Magiſtrum* (erat tunc P. F. Thomas de Firmo) *à præfato D. Alexandro Papa V. impetraſſe pro Fratribus in quibuſcumque Generalibus Capitulis præſentialiter exiſtentibus, vel ad quodcumque huiuſmodi Capitulum iter arripientibus, ſi à proſequutione ipſius itineris fuerint impediti, Indulgentiam Plenariam in mortis articulo; Et perſonis benefacientibus cuicumque huiuſmodi futuro Capitulo, de Indulgentia tres annos, & quinque quadragenas. Et oro quadraginta perſonis eligendis per Reuerendiſs. Magiſtrum Ordin. vel Priorem Conuentus Capitulum*

recipientis qninqne annos, & quinque quadragenas, & Indulgentiam perpetuam trium annorum, & trium qnadragenarum ſingulis annis viſitantibus Eccleſiam, in qna recipietnr quodcumque Capitnlnm Generale futurnm.

21 Diſputationes, quæ tam in Generalibus quam Prouincialibus Capitulis habentur, ſint de pertinentibus ad Sacram ſcripturā, & Theologiam ſpeculatiuam, ſiuè moralem. Bononiæ 1564. ord. 5. *Item ordinamns quòd in publicis diſpntationibns, quæ deinceps in noſtris Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus habendæ ſunt, aſſertiones proponantur de pertinentibus ad Sacram Scriptnram, ſiue ad Theologiam moralem, aut ſpeculatiuam. Alia verò, quæ curioſitati ſunt potius quam vtilitati, aut parcè inſerantur, aut omnino prætermittantur.*

De Capitulis Prouincialibus .

1 DVm Generalia Capitula ſingulis annis in noſtro Ordine celebrabantur, celebrabantur pariter, & Prouincialia Capitula quolibet anno, & ſtatim poſt Genarale Capit. Acta illius in Prouincialibus Capitulis publicabantur; Poſt quam verò Apoſtolica auctoritate, nempe Gregorij IX. ſancitum fuerat biennalia eſſe illa, biennalia quoque Prouincialia Capitula extitere. At verò in Capit. General. Romæ 1629. Ordinatum eſt Capitula Prouincialia eſſe quadriennalia, (exceptis Prouincijs in quibus eſſet Apoſtolicum indultum incontrarium) in quibus eligendi ſunt Prouinciales, & loco intermedij Capituli debere fieri intermedias Congregationes. Ita enim ſancitum eſt ord. 11. *Ordinamus, vt cum Iulius II. diſpoſuerit, ne Prouinciales vltra quadrienninm in officio Prouincialatus perſeuerent, ad vniformitatem durationis ſuperiorum in noſtro Ord. ſeruandam, & regimen Prouinciarnm, & Conuentuum eiuſdem vtiliter, & quietè adminiſtrandum, Prouinciales durent in ſuis officijs quadriennio, & Priores Conuentuales triennio, exceptis Prouincijs in quibus eſt ſpeciale indultum Apoſtolicum. Dictum verò Prouincialium quadriennium ab ipſo electionis Capitulo, & Priorum Conuentualium triennium à die, & hora acceptationis eorundem incipiat.* Et de Congregationibus intermedijs ibidem ſubditur ord. 12. *Ordinamns, in quadriennio Priorum Prouincialium habendā Congregationem intermediam ex certo Vocalium nnmero: qui ex Patribus Prouinciæ, antiquioribus Magiſtris, & præcipuorum Conuentuum Prioribus à Prouinciali in qualibet Prouincia deſignandorum conſtet. In huiuſmodi Congregatione fiet ſcrutinium de abſolutione, vel confirmatione Prouincialis Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Capit. General. tranſmittendum, cæteraque ad commune Prouinciæ bonum ſpectantia tractentur. Non tamen in ea liceat Diffinitores Prouincialis, aut Capituli Generalis eligere, vel petitiones Prouinciæ formare, vel Prædicatores Generales inſtituere, niſi in illis Prouincijs, in quibus eſt circa hoc ſpecialis diſpoſitio ex indulto Apoſtolico. Inſtante verò electione Magiſtri Ordinis fiet Capitulum Prouinciale pro eligendo Diffinitore, & Electore.*

2 Inſtante Prouinciali Capitulo, in quolibet Conuentu habeatur Capitulum pro tractandis his, quæ ad Prouinciale Capitulum ſunt mittenda, & pro amotione, vel confirmatione Prioris Conuentualis. Treueris 1266. ord. 2. *Monemus quòd Suppriores, vel loca eorum tenentes ſingulis annis in ſingulis Conuentibus in dic tractatus eorum, quæ ad Capitulum Prouinciale ſunt mittenda diſquirant voluntates ſingulorum fratrum coram omnibus de abſolutione, & repetitione Prioris Conuentualis.*

3 Aſſignandus eſt dies determinatus à Suppriore, & Vocalibus, qua tractanda ſint ea, quæ ad Prouinciale Capitulum ſunt mittenda. Londonis 1263. ord. 8. *Dicimus quòd aſſignatio diei, quo tractari debent, quę ad Capitulum Generale, vel Prouinciale mittenda ſunt, pertinet ad Suppriorem, & ad Conuentum.* Hoc eſt, ad Suppriorem cum maioris partis Vocalium conſenſu.

3 Tractatus eorum, quæ ad Capitulum ſunt mittenda vltra vnam diem non prolungetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 9. tex. 4. quę fuit inchoata Bononiæ 1252. approbata Budæ 1254. & conf. Mediolani 1255.* Vide etiam ibid. cap. 3. in decl. tex. 5. ſub litt. E.

4 Ad Prouincialia Capitula Magiſtri in Theologia in illa Prouincia acceptati, Priores Conuentuales cum ſuis Socijs, & Prædicatores Generales accedere debent Prouincialem electuri. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1.*

5 Puniendi ſunt Priores, qui ex leui cauſa ad Prouincialia Capitula accedere recuſant. Toloſæ 1304. ord. 8. *Cum receperimus querimonias multas, quòd Priores ex leui cauſa ſe à ſuis Capitulis Prouincialibus ſubtraxerint; ordinamus quòd Priores Prouinciales, & Diffinitores Cap. Prouinc. puniant Priores, qui ex leui cauſa à ſuis Cap. Prouincialibus ſe ſubtrahunt.*

6 Vocales, tam Capitulorum Generalium, quàm Prouincialium, ab eiſdem abſque vrgenti neceſſitate, non ſe alienent. Viterbij 1268. ord. 7. *Item cum in Capit. Generalibus, & Prouincialibus negotia Ordinis pertractentur; Priores, & Fratres, qui venire tenentur, ſine vrgente neceſſitate non remaneant ab ijſdem.*

7 Fratres vocales ad Capitula ſpectantes, mutuò aſſociati ad illa procedant. Apud Infulas

ſulis 1293. ord. 6. *Tam Priores, quàm alij Fratres ſpectantes ad Capitulum, mutuò ſe aſſocient, exceptis Diffinitoribus Cap. General. & Socijs ſibi à Capitulo deputatis, & Viſitatoribus, qui poterunt ſecum adducere ſocios ſibi datos.*

8 Prouinciales difficiles ſe exhibeant in danda licentia Fratribus non vocalibus ad Capitulum, ſeu propinqua loca eiuſdem accedendi. Apud Burdegalam 1287. ord. 9. *Vide de Cap. General. num. 19.*

9 Accedentes ad Prouinciale Capitulum Fratres non vocales ſine debita licentia, vtraque voce ſunt per annum priuandi. Treueris 1288. ord. 2. *Vide de Cap. General. num. 17.*

10 Inſtante Capit. Prouincialis celebratione; hoc eſt per tres menſes ante noui Prouincialis electionem, Prouinciales non poſſunt Conuentuales Priores à ſuis officijs amouere, niſi ex urgentiſſima cauſa. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 60.*

11 Imminente tractatu eorum, quæ ad General. vel Prouincial. Capit. ſunt mittenda, nec mutationes Fratrum, nec priuationes vocum fiant, niſi ex cauſa vrgenti. Pariſijs 1286. ord. 5. *Item imminente electione, vel tractatu eorum, quæ ad Generale, vel Prouinciale Capitulum ſint mittenda, Fratres non remoueantur è ſuis Conuentibus, nec priuentur voce, niſi ex cauſa rationabili, & vrgenti.*

12 In ſingulis Capitulis Prouincialibus eligantur quatuor Diffinitores, qui cum Prouinciali, ſeu Vicario Prouinciæ omnia diffiniant, & determinent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1. Quæ fuit inchoata Pariſius 1279. Conſi Oxoniæ 1280. & Florentiæ 1289. in Conſtitutionem redacta.*

13 Eligantur Diffinitores in die proximo præcedente diem aſſignationis Capituli Prouincialis, & ex tunc incipiat auctoritas eorundem: *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex.* 4. Vide de Diffinit. Cap. Prouinc.

14 Ante electionem Diffinitorum legantur litteræ Magiſtri Ordinis, ſi aliquæ ſunt coram omnibus vocalibus in Capitulo congregatis. *Ex Conſt. noſt. vbi ſup. in decl. tex. 3.*

15 Examinatores ſcrutiniorum Vocalium, in illis Prouincijs, in quibus Diffinitores eliguntur per Nationes, etiam ipſi ſcrutatores eligantur per Nationes à Patribus Prouinciæ tantùm, In alijs verò, in quibus non eliguntur per nationes, præfati examinatores proponantur à Prouinciali, ſeu Vicario Prouinciæ, approbandi ab ipſis Patribus Prouinciæ. *Ex decl. Conſti noſt. vbi ſup.* Ita enim Ordinatum fuit Pariſijs 1611. ord. vltima. *Ordinamus, vt in omnibus Prouincijs, in quibus Diffinitores Capit. Prouincialis eliguntur per Nationes, examinatores ſcrutiniorum Patrum Vocalium electorum pro Capit. Prouinciali eligantur etiam per Nationes à Patribus Prouinciæ tantùm, qui ſcrutatores in Natione P. Prouincialis proponantur ab eodem Prouinciali; in alijs autem Nationibus à Patribus Magiſtris antiquioribus ſecundùm profeſſionem. In Prouincijs verò in quibus Diffinitores non eliguntur per Nationes, præfati examinatores ſcrutiniorum proponantur à Patre Prouinciali, ſeu Vicario Generali Prouinciæ de conſilio Patrum Prouinciæ, præcipientes omnibus, tam Prælatis, quàm ſubditis ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ne quidquam in contrarium attentare audeant, quacumque conſuetudine non obſtante. In Prouincia tamen Lombardiæ nihil propter hanc ordinationem volumus innouari.*

16 In Capitulis Prouincialibus, ſeu Congregationibus intermedijs fiat ſcrutinium ſuper abſolutionem, vel confirmationem Prioris Prouincialis. *Vide de Abſol. Prior. Prouinc. nu. 21.*

Prouinciales, & Diffinitores in quolibet Capitulo Prouinciali determinent tempus ſequentis Capituli, ante quod Fratres ad locum Capituli nullo modo accedant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 6. Quæ fuit inchoata Bononiæ 1262. approbata Londonis 1263. & conf. Pariſijs 1264.*

17 Diffinitorum Capituli Prouincialis auctoritas non protrahatur, niſi ad ſummum per duos dies ad inſtar Capituli Generalis. *Vide de Capitul. General. num. 9.*

18 Prouinciales, Diffinitores, & Priores diligenter aduertant, ne fiant in Capitulis ſuperfluitates in conuiuijs. *Pariſijs* 1256. *ord.* 13. *& Toloſæ* 1258. *ord.* 10. Vide de Cap. Gener. num. 20.

19 Si ex rationabilibus cauſis Capitulum Prouinciale de priori Conuentu, in quo fuerat aſſignatum, ad alium transferre ſit neceſſe, talis tranſlatio à Prouinciali, ſeu Prouinciæ Vicario fiat de conſilio diſcretorum Patrum. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 1. Quæ fuit inchoata Pariſijs* 1276. *approb. Burdegalis* 1277. *& conf. Mediolani* 1278.

21 Omnia feſta occurrentia in celebratione Capitulorum Prouincialium, à prima vſque ad vltimam diem, ſiue ſimplicia, ſiue trium lectionum ſint, ſub feſto duplici, propter Capituli ſolemnitatem celebrentur. Romę 1580. ord. 17. *Ordinamus quòd quando celebratur Capitulum Prouinciale in quauis Prouincia noſtri Ordinis, durante Capitulo omnia Feſta, quæ interuenerint in dicto tempore, ſiue ſimplicia, ſiue trium lectionum, celebrentur ſub feſto duplici propter Capituli ſolemnitatem, & concurſum fidelium ad Eccleſias noſtras.*

22 Capitulorum Prouincialium præcepta, illarum Prouinciarum Fratres, vſque ad promulgationem Actorum ſequentis Capituli Prouincialis obligant. Romæ 1629. decl. vlt. *Declaramus quòd præcepta Actorum Capit. Prouincialis incipiant ab eorum promulgatione, & durent vſque ad promulgationem Actorum ſequen-*

tis Capituli Prouincialis in quolibet Conuentu faciendam.

23 In Capitulis Prouincialibus nõ fiant de facili aſſignationes, & mutationes Fratrum, ſed eas faciant Diffinitores pro euidenti neceſſitate, & vtilitate Ordinis. Barcinonæ 1261. ord. 3. *Caueant Fratres Diffinitores Prouincialium Capitulorum ne ſint faciles ad mutandum per ſuas diffinitiones Fratres de Conuentibus ad Conuentus, niſi pro euidenti neceſſitate, vel vtilitate*: Et idem ordinatum fuerat Pariſijs 1256. ord. 10.

24 Fratres occaſione pergendi ad Capitula, nec equitent, nec quadrigent, nec carnes comedant. Pariſijs 1239. ord. 11. *Vide de Hoſpitibus num.* 1.

25 Euitentur à Vocalibus ſuperflæ expenſæ, ne Conuentus grauentur apud Nurimberg 1405. ord. 14. *Vide de Prior. Prouincial. nu.* 14.

De Capitulo Electionis Prouincialis.

1 SI poſt Prouinciale Capitulum Priorem Prouincialem mori, vel amoueri contigerit, qui eius locum obtinet teneatur conuocare quantocyus poterit Electores, & in die ad eligendum aſſignata Prior Prouincialis eligatur, vel poſtuletur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 4. Quæ fuit inchoata Mediolani* 1270. *confirmata apud Montempeſulanum* 1271. *& in Conſtit. redact. Florentiæ* 1272. Quando eodem anno poſt electionem Prouincialis, ipſe moritur, vel abſoluitur, tunc tenetur Vicarius Prouinciæ intimare Capitulum pro electione noui Prouincialis celebranda, in quo Capitulo (quod alio nomine Congregatio appellatur) ſola Prouincialis electio eſt facienda; in ipſo enim, nec ſunt Diffinitores eligendi, nec Fratrum aſſignationes faciendæ, nec aliquid aliud ex ijs quæ in Capitulis Prouincialibus fiunt, exequendum. Vnde ſtatim ac fuerit completa Prouincialis electio, Capitulum cenſetur ſolutum. Si autem eodem anno Prouinciale Capitulum non fuerit celebratum, illud celebretur more ſolito, atque in ipſo Prouincialis eligatur.

2 Tenetur Vicarius Prouinciæ infra menſem poſt mortem, vel amotionem Prouincialis conuocare Capitulum pro electione noui Prouincialis facienda, ſub pœna abſolutionis ab officio. Romæ 1629. ord. 20. *Ordinamus, vt in caſu mortis, vel amotionis Prioris Prouincialis teneatur Vicarius Prouinciæ infra menſem indicere futuri Capituli Prouincialis conuocationem, & cum primùm conſtiterit mors, vel amotio Prouincialis, tractio duodecim, vel ad minus octo Patrum grauiorum Prouinciæ conſilio tempus, locum, & cætera ad futuram electionem ſpectantia determinabit, ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda.*

3 Tres Priores Conuentuales, qui primitus habitum noſtri Ordinis ſuſceperunt, erunt in tali electione ſcrutatores. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. c. 3. tex. 6. de qua re vide etiam in decl. eiuſdem tex. 6. ſub litt. F.*

4 Talis electio ſpectat ad Priores Conuentuales, Magiſtros in Theologia, Prædicatores Generales, & vnum Fratrem de quolibet Conuentu adhoc ſpecialiter electum, qui Elector nuncupatur. *Ex ſuprad. Conſt. tex. 3. quæ fuit inchoata Salmanticæ* 1551. *conf. Romæ* 1553. *& in Conſt. redacta Romæ* 1558.

5 Talis Elector eſt eligendus per diſquiſitionem Supprioris, vel eius Vicarij (ipſo Suppriore tamen abſente) & duorum Fratrum, qui primitus habitum noſtri Ord. ſuſceperunt, nec poſt profeſſionem ſuam vllatenus à noſtro Ordine diſceſſerunt, omnibus Fratribus ad Conuentum illum pertinentibus conuocatis. *Ex ead. Conſt. & tex. ſuprad.*

6 In eadem electione Electoris, licet Prior non ſit vocum ſcrutator, tamen debet habere vocem, & cum alijs Electorem eligere. Lucæ 1288. decl. 1. *Declaramus quòd in electione Electorum Prioris Prouincialis Prior Conuentualis habet primam vocem.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. D. Vbi falſum eſt quod ibidem aſſeritur fuiſſe hoc confirmatum Argentinæ 1299. nam illo anno non fuit celebratum Capitulum Generale, eo quia Magiſter Ord. P. F. Nicolaus Bocaſinus menſe Decembris antecedentis anni 1298. fuerat à Bonifacio Papa VIII. S. R. E. Cardinalis creatus; cum ergo eius amotio facta fuerit poſt feſtum S. Michaelis, non potuit iuxta noſtrarum Conſtitutionum tenorem ſequenti anno, neque Argentinæ, neque alibi Capitulum celebrari. In cuius rei teſtimonium poſt Acta Capituli Generalis apud Methim celebrati an. 1298. hæc ſubduntur verba. *Anno Dom. 1298. menſe Decembris factus fuit Presbyter Card. Tit. S. Sabinæ Venerabilis Pater, ac memoriæ recolendæ Magiſter Ord. Prædicatorum F. Nicolaus de Taruiſio Nonus noſtri Ordinis Mag. & ideo non fuit celebratum Generale Capitulum, qui talis ac tantus, & etiam ampliùs fuit, qualis, & quantus deſcribitur in tenore duarum ſequentium litterarum. In pace, & æquitate rexit Ordinem duobus annis cum dimidio, &c.* Quomodo ergo aſſeritur, id fuiſſe declaratum etiam in Cap. Argentinæ 1299.?

Quare autem in electione Electoris Priores voce gaudeant, non verò in electione ſocij; ratio eſt, quia in electione Socij fit ſcrutinium de retentione, vel amotione Prioris, & ipſe ſocius debet ad Capitulum tale ſtrutinium deferre, & querelas Fratrum contra eundem Priorem

Digitized by Google

iem Diſſinitoribus manifeſtare, vnde vt Vocales poſſint liberè petere abſolutionem, vel confirmationem Prioris, non debent Priores ad talem electionem accedere: quia verò in electione Electoris non debet fieri ſcrutinium præfatum, debent Priores in illa vocem habere.

7 Si ante mortem, vel amotionem Prouincialis aliquis Conuentus Socium elegerit pro Capitulo, & electio Prouincialis ad Electores poſtea ſpectet, nouus Elector eligendus erit pro tali electione; Ita enim fuit declaratum apud Briuam 1346. *Si ante mortem, vel amotionem Prioris Prouincialis aliquis Conuentus ſocium pro Capitulo elegerit, & contingat poſtea electionem Prouincialis per Electores fieri, & non per Prouinciale Capitulum, talis ſocius electus non erit Socius, ſed poſt mortem, vel amotionem Prouincialis alius eligetur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. in declar. tex. 5. ſub litt. E.

8 Talis Elector debet eſſe aſſignatus in eodem Conuentu; non autem eſt neceſſe quòd ſit præſens in Capitulo adhoc vt eligatur, de quo vide inferiùs de Electione Socij Prioris num. 5. vbi plura alia ibidem, & de Electionibus in cõmuni inuenies, quæ pro Electoribus Capituli electionis etiam dicta cognoſces.

De Capitulo de Culpis.

1 CApitulum de Culpis, Capitulum quotidianum nominabatur antiquitus à noſtris Patribus, eò quod ſingulis diebus poſt matutinas preces, ſiue poſt Primam, habebatur, vt ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 6. apparet. At quia ſtudium ſatis ſuperque impediri decurſu temporis agnouere Patres, illud ſaltim ſemel in ſeptimana à Prioribus habendum eſſe ſanxere apud Nurimberg. 1405. ord. 14. quod iam antea mandatum fuerat apud Biſuntium 1353. & poſtea fuerat conf. apud Sauilianum 1439. De quo vide declarat. tex. ſupradicti. At quia etiam hoc modo aliqualiter ſtudium impediri cognouere; ad minus ſemel de quindena in quindenam ſub pœna ſuſpenſionis ab officijs habendum eſſe declarauere Mediolani 1505. ord. 7. *Cum noſtra Religio merito, & numero floruerit, quamdiu Capitula quotidiana habebantur, ideo mandamus omnibus Præſidentibus Conuentuum ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs, vt ſaltim de quindena in quindenam Capitulum de Culpis teneant quatenus ex frequentibus admonitionibus praui mores extirpentur, & Fratres in melius reformentur.*

2 Cœterum cum in hoc munere exequendo lento pede incederent Priores, ſub pœna abſolutionis ab officijs fuit illis hoc iniunctum, additumque vt illud pro gratijs Deo reddendis de receptis beneficijs, delinquentibus charitatiuè corripiendis, ſubditiſque de regulari obſeruantia monendis congregarent. *Vide de Abſol. Priorum Conuentual. num. 6.*

3 Culpæ Fratrũ in illo debent audiri, ſaltim vnius chori, & alia vice alterius. Venetijs 1592. ord. 19. Valẽtię 1596. cõf. 4. & Romę 1601. conf. 2. ſi dicitur *Confirmamus illã* (ſcil. ordinationem) *de Capitulo habendo de quindena in quindenã, quin etiam mandamus id fieri qualibet hebdomada, in quo inter reliqua tenebuntur Præſidentes culpas ſubditorum audire vnius chori adminus.* Et nouiſſime Romæ 1650. ita dicitur conf. 5. *Recolentes, iuſtoque animi ſenſu ponderantes concordem tot Generalium Capitulorum ſolicitudinem, qua toti Religioni quotidiana culparum (vt vocamus) Capitula tam anxiè commendarunt, vt Biſuntinum 1353. Sauilianenſe 1439. &c. eaque ſaltim vltra quindenam nunquam differenda conſtituerunt, vt Aueniouenſe 1570. Romanum 1501, & 1601. Venetum 1592. & Valentinum 1596. Valliſoletanum 1605. ac Mediolanenſe 1505. cuius hæc leguntur verba prægnantiſſima.* Cum noſtra Religio merito, & numero floruerit quamdiu Capitula quotidiana habebãtur, ideo mandamus, &c. vt ſaltim de quindena in quindenam Capitulum de Culpis teneant, quatenus ex frequentibus admonitionibus praui mores extirpentur, & Fratres in melius reformentur: *In horum conformitate ſtatuimus, & innouando confirmamus, vt vbi ſtudia litterarum, aliauè euidentia impedimenta crebriorem, vt par eſſet eiuſmodi Capitulorum celebrationem non facile permittunt, ad minus ea ſingulis quindenis indiſpenſabiliter celebrentur: pœnam verò ſuſpenſionis ab officio ibidem contra Superiores hac in re negligentes taxatam augemus in pœnam abſolutionis ab officio irremiſſibiliter à Prouincialibus (quorum deſuper conſcientias aggrauamus) infligendam. Neque ſat fuerit obiter ad menſam ſub Fratrum refectione defectus aliquos corrigere, quem abuſum magnopere deteſtamur, ac ſeriò inhibemus, ſed peculiari ſigno in hunc finem conuocanda eſt communitas ad locum idoneum, vbi commode per Choros dici queant ſolitæ orationes particulares, fieri veniæ, ac proſtrationes, ac ſingulorum culpa audiri per ordinem cum impoſitione pœnitentiæ ſalutaris.*

4 In Capitulis verò apud Montempeſſulanum 1456. ord. 2. & apud Nouiomagum 1459. ord. 2. ſancitum antea fuerat, vt ad minus ſemel in menſe tale Capitulum à Prioribus haberetur, à quo nullus ſub quouis prætextu abſque vrgentiſſima cauſa remaneret ſub pœna priuationis egreſſus ex Conuentu per octo dies. In vtroque Capitulo hæc eadem habentur verba. *Ordinamus quatenus ſinguli Priores Conuentuales in ſuis Conuentibus ſaltim ſemel in menſe Capitulum de Culpis teneant, à quo nullus cuiuſcunque gradus, ac conditionis exiſtat, excepta notabilis in-*

infirmitatis, aut ardua occupationis cauſa remaneat, ſeu deficiat. Priores verò, qui in hac re negligentes inuenti fuerint ab eorum officio ipſo facto per octo dies immediatè qualibet vice ſint ſuſpenſi, cui ſuſpenſioni ſubiaceant, Fratres verò, qui pro occupationibus rationabilibus, & arduis eidē Capitulo nequiuerint intereſſe à Præſidente Conuentus teneantur, aut ante Capitulum ſpecialem licentiam petere, aut ſaltem poſt Capitulum legitimam occupationis ſuæ cauſam eidem quantocius, & ad tardius infra diem naturalem intimare, qui verò huiuſmodi Capitulis neglexerint intereſſe, ab egreſſu à Conuentu per dies octo ſint priuati. Vide Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 6. cum ſuis declarat.

De Carceribus.

1 IN vnoquoque Conuentu debent eſſe carceres tuti pro delinquentibus corrigendis. Romæ 1546. ord. 3. *Item ordinamus, quòd in quolibet Conuentu pro corrigendis, quantum opus fuerit delinquentibus habeantur carceres bene tuti, & hoc ſub pœna taxanda à Superioribus.* Vide de Abſol. Prior. num. 72.

2 Tenentur originales Conuentus ad expenſas, quæ fiunt pro detentis in carcere à die quo in carcerem conijciuntur. Ita declaratum fuit Neapoli 1600. decl. 11. *Declaramus, quòd ad perſoluendas expenſas pro carceratis quomodolibet factas, & faciendas, tenebuntur Conuentus, quorum ipſi carcerati erunt filij, incipiendo à die ipſius carcerationis vſque ad diem eductionis ab ipſis carceribus.*

3 Fratres carceribus addicti ob delicta, charitatiuè pertractentur, & Sacramenta, quando fuerint neceſſaria, tribuantur eis. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. *Incarceratos volumus cum modeſtia macerari, taliter quòd ex inedia, ſeu alia afflictione non conſurgat conſimilis metus de morte, aut graui eorum infirmitate, quæ tamen ſi emerſerit, aut imminebit, Sacramenta Eccleſiæ minimè denegentur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 5. litt. P.

4 Nullus eſt carceris pœna pecuniendus, niſi in iudicio conuictus, vel confeſſus. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 5. quæ conſtitutio fuit incboata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta. Romæ 1618.*

5 Carceribus ſunt puniendi, qui Fratrum noſtrorum crimina perſonis extra Ordinem conſtitutis auſi fuerint reuelare; quòd ſi Prælati præfata pœna eos punire neglexerint, à ſuis officijs abſoluantur. Romæ 1546. ord. 8. *Item ordinamus conformiter ad noſtras Conſtitutiones quod reuelantes crimina, & peccata Fratrum noſtrorum perſonis extraneis, tanquam deſtructores Ordinis incarcerentur; Prælatique non punientes eiuſmodi ſcienter, à ſuis officijs abſoluti intelligantur ipſo facto.*

6 Qui ad Vrbem accedunt ſine Mag. Ord. licentia. Salmaticæ 1551. conf. 1. *Confirmamus ordinationem factam in cap. præcedenti* (ſcilicet Rom. 1546. ord. 2.) *quòd nullus Fratrum noſtrorū accedat ad Curiam Romanam ſine expreſſa licentia ſui Prouincialis habita in ſcriptis* (modo autem debet eſſe Magiſtri Ord. vt de acceſſu ad Vrbē num. 1. conſtat.) *& hoc ſub pœna carceris ſtatim incurrenda: quam ordinationem etiam ad Fratres Rom. Prouinciæ extendi volumus.*

7 Qui contra Superiores ſuos crimina euulgare præſumpſerint, in quorum probatione deficiunt. Romæ 1580. ord. 13. *Si qui autem de Superioribus ſuis crimina, quæ probari non poterunt euulgare præſumpſerint, volumus eos per triennium carcerali cuſtodiæ mancipari.*

8 Qui crimen commiſerint capitale, pro quo in ſeculo pœna mortis eſſent plectendi, ab illis autē liberari non poſſunt niſi per Cap. Generale; quod ſi ſecundò recidiuauerint carceri perpetuo mancipentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 3.*

9 Perpetuo etiam carceri addijciendi ſunt, qui nefandum crimen concubitus contra naturam, homicidij, vel propinati veneni cōmiſerint etiam effectu non ſubſequuto, à quo nullo modo ante viginti annos poteſt liberari. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. c. 18. tex. 9. quæ fuit ſancita Romæ* 1518.

10 Qui ad ſacros Ordines abſque debita Superiorum licentia promoti fuerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 3.*

11 Qui contra obedientiam appellare præſumpſerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 4.*

12 Qui prædicauerint, etiam in Villulis, vel confeſſiones ſecularium non approbati in Ordine audierint. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 1.*

13 Qui in publica prædicatione, vel coram ſæcularium multitudine Sum. Pontificem, vel ipſius facta diffamauerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 1. quæ fuit ſancita Parpiniani* 1327. Apoſtolica auctoritate. Ita enim in Actis præfati Capituli poſt ordinat. 18. ſubditur. *Sciant omnes Fratres Ord. noſtri, quod omnes ordinationes ſupradictæ vim Conſtitutionum noſtrarum habent auct. D. N. Summi Pontificis non obſtante, quod non habent niſi præſens Capitulum Generale, & omnes in fine libri Conſtitutionum noſtrarum integrè conſcribantur.*

14 Qui in Ordine ſingularem, ſeu vitioſam duxerint vitam. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 3.*

15 Qui fuerint ita ſcandoloſi, & periculoſi, vt eorum conuerſatio communitati noceat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 19. in textu, & decl. eiuſd.*

16 Qui in peccatum carnis lapſi fuerint: litteras, vel ſigillum Mag. Ord. ſeu Priorum

Pro-

Prouincialiū falſificauerint, vel falſificatis ſcienter vſus fuerint: In Prælatum ſuum violentas manus iniecerint: Aliquē grauiter percuſſerint, infra ſepta Conuentus arma inuaſiua detulerint, vel aliquod præfatorum fieri mandauerint. Si Ordini noſtro, vel alicui Fratri crimē falsò impoſuerint, ex quo accuſatus carcere dignus eſſet; aut quæcunque crimina extra Ordinem conſtitutis reuelauerint, ex quo infamia, vel damnum Ordini, vel Fratri ſubſequatur carcerali cuſtodia puniantur. *Ex Conſt. noſt. diſt.1. cap.18. tex.4. & 5.*

17 Qui inuenti fuerint ad taxillos luſiſſe, aut in ſententiam excommunicationis à quocumque Iudice noſtri Ord. latam, inc idiſſe. *Ex Conſt. noſt. loco vbi ſup. tex.6.*

18 Qui alicui extra Ordinem aliquam notabilem ſummam pecuniæ debuerint, de qua creditores conquerantur. Valentiæ 1496. ord. 19. Et Romæ 1601. conf. 9. ita dicitur. *Confirmamus illam* (ſcilicet Ordinationem) *quòd ſi aliqui Fratres reperti fuerint, qui alicui extra Ordinem ſummam pecuniarum per notabile tempus debeant, vel de quibus debitores conquerantur, actiua paſſiuaque voce per ſuperiores priuari debebuat, & nihilominus carceri, quouſque debitum ſoluerint, mancipari:* Quod fuit conf. Valliſoleti 1605. conf.7. vbi hoc additur. *Addeatcs etiam ſub eadem pœna ne Fratres debita contrahant, maximè cum facultatibus abſque licentia ſui Prælati, cui tenebuntur ſuæ neceſſitatis cauſam prius ſignificare.*

19 Qui alicui in carceribus conſtituto fugam ſuaſerint, aut auxilium ſuper hac porrexerint, grauiter puniantur; qui autem carceres aliquo modo fregerint, carceri per tres menſes ſint addicti. Ianuę 1513. ord.8. & Neapoli 1515. ord. 12. ſic dicitur. *Ordinamus quòd ſuadens alicui fugam ex carcere, aut quomodolibet adiuans adhoc ſit ipſo facto priuatus voce actiua, & paſſiua, & pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat per dies decem inſ. a menſem adimplenda, frangentes autem ſeram propterea, carceri per tres menſes deputentur, ita quòd elapſis tribus menſibus poterit à Prælato liberari.*

20 Qui ſine licentia ſuorum Prælatorum ex Prouincijs ſuis ad alias tranſierint. Romæ 1583. conf.2. *Confirmamus etiam ordinationem factam in Capit. General. de anno 1680. ne quis extra Conuentum, & Prouinciam ſuam ſine litteris dimiſſorijs ſuarum Prælatorum diſcurrat; & qui huiuſmodi faceriat, carcerali cuſtodiæ mancipentur; & puniti ad ſuos Conuentus, vel Prouincias remittantur Precipientes omnibus Conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, ne tales fugitiuos retinere audeant.*

21 Qui libros, Calices, paramenta Eccleſiarum, vel alia bona Conuentus alienauerint. *Vide de Bonis Conuentuum num.5. & 6.*

22 Qui alchimiam exercuerint, vel docuerint. *Vide de Alchimia numero 2.*

23 Qui auſi fuerint aſſerere ſe non poſſe ex proprio Conuentu originali à Superioribus amoueri. *Vide de Aſſignationibus num.14.*

24 Qui aſſignati in alio Conuentu, ad illum non perrexerint, ſed hinc inde diſcurſus habuerint. *Vide de Aſſignationibus nu. 5.*

25 Qui emendicatis ſecularium fauoribus ſuorum Superiorum correctiones effugere procurant; Vel Ordinem infamant; vel conſpirationem contra ſuos Prælatos faciunt: Coloniæ 1428. ord.4. *Item nonnulli ſuæ ſalutis immemores per perſonas extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutas Præſidentium correctiones, & ordinationes impedire, & fugere non vereatur, omnes, & ſingulitaliter delinquentes pœnam carceris ipſo facto incurrant. Idem intelligentes de iis, qui apud perſonas ſeculares Fratres, vel Ordinem notabiliter ex propoſito, iudicio Prælatorum infamare præſumpſerint, vel aduersùs Prælatos conſpirationem faciunt, qui ſecundùm noſtrarum ſeriem Conſtitutionem pœnam culpæ grauioris incurrunt; & de cætero in omni vita ſua extremum locum ſui ordinis tenere debent: diſtrictè mādantes Prioribus vniuerſis, quatenus huiuſmodi tranſgreſſoribus, poſt quam eis conſtiterit legitimè, prædictam pœnam infligant ſine defectu, alioquin à ſuis Prioratibus per Prouinciales ſuos abſoluantur.*

26 Fugitiui Fratres ex proprijs Conuentibus, ſeu Prouincijs ſine teſtimonialibus Superiorum ſuorum litteris egreſſi, in Conuentibus, ad quos declinauerint, in carceribus detineantur. Nouariæ 1465. ord.6. *Item quorundam Fratrum inſolentiam, & temeritatem compeſcentes, memoratis Præſidentibus iniungimus, vt aliorum Conuentuum, & Prouinciarum Fratres, qui teſtimoniales litteras ſuæ vagationis, aut itineris non oſtenderint, non recipiantur vllo modo; immò diſcurſus, & itineris cauſas ſciſcitari diligentiſſimè ſtudeant: Et ſi ſcandaloſi, & fugitiui eſſe deprehenſi fuerint, carceribus mancipentur.* Vide de Diſcurſu Fratrum nu.5. 6. & 8.

27 Qui quæſtus in alienis terminis ſine licentia Præſidentis, ad quem ſpectant, fecerint. Coloniæ 1428. ord. 8. *Si qui in alienis terminis ſine licentia Præſidentis, ad quem ſpectant termini illi quæſtum facere præſumpſerint, ab eodem Præſidente carceri mancipentur.*

28 Præſidentes Conuentuum, qui ſumptuoſa ædicia erexerint ſine Magiſtri Ordini, vel Prioris Prouincial. licentia ſpeciali: Coloniæ 1427. ord. vlt. *Nec noua ædificia ſumptuoſa nullus Præſidens; aut Vicarius Conuentus, aut Nationi vel etiam Frater cuiuſcumque gradus, aut conditionis, noua ædificia ſuntuoſa erigere præſumat ſine ſpeciali licentia expreſſa Reuerendiſſ. Magiſt. Ordin. aut ſui Prouincialis: contrauenientes verò pœnam carceris, & priuationem omnium bonorum ad vſum conceſſorum incurrant ipſo facto.*

29 Qui cum Cerretanis conuerſati fuerint, aut

Digitized by Google

aut eorum Indulgenſias prædicauerint. Apud Nouimagum 1459. ord. 6. *Vide de Cerretanis num. vnico.*

30 Carceris etiam pœna per ſex menſes puniri poſſunt, qui abſque debitis licentijs ad Monialium monaſteria cum ipſis alloquturi acceſſerint. *Vide de Monialibus num. 9.*

31 Tantùm illi intelliguntur in Conſt. noſt. carceri mancipati, qui per diffinitiuam ſententiam ſunt ad carceres condemnati. Apud Rothomagum 1320. approbat. 1. *Declaramus autem quòd carceri mancipati intelliguntur, qui per diffinitiuam ſententiam ſunt carceri deputati.*

32 Nullus Ordinis noſtri Prælatus poteſt aliquem in Carceribus recludere ſine maturo conſilio diſcretorum Patrum; inde verò non educatur ſine Prioris Prouincialis, & Diffinitorum conſilio. Argentinæ 1296. ord. 3. *Item volumus, & ordinamus, ac diſtrictè iniungimus Prioribus vniuerſis, quòd in ſingulis conuentibus firmi, & ſecuri carceres habeantur; Fratres autem pro culpis ſuis non incarcerentur abſque deliberatione prænia, & conſilio diſcretorum; poſtquam autem ſic incarcerati fuerint, inde non educantur de facili, & ſine Prioris Prouincialis, & Diffinitorum conſilio, & aſſenſu.*

33 Ille, qui aliquando ad carceres ſententialiter, & legitimè fuerit condemnatus, de cætero non prædicet, nec audiat confeſſiones, nec ad aliquam electionem Ordinis admittatur; niſi per Magiſtrum Ordin. vel Diffinitores Capit. General. aut Prouincialis fuerit reſtitutus; Quæ reſtitutio nõ fiat per eoſdem ante tres annos ad minus. Etſi fuerit Prædicator Gen.tali officio non fungatur: Nec poteſt habere officia Prioratus, Supprioratus, Vicariatus, vel Lectoratus, nec poteſt fieri Diffinitor Cap. Generalis aut Prouincialis, nec Elector Magiſtri Ordin. nec Prædicat. Generalis ſine licentia Magiſtri Ord. ſpeciali. *Ex Cõſt. noſt. diſt. 1. c. 20. te. 4.* Ex quibus clarè colligitur, reſtitutos ad gratias, &c. ante tres annos, dicta reſtitutione, & gratijs frui nequaquam poſſe, niſi poſt triennium à Conſtitut. ſancitum; & reſtitutos ad omnes gratias Ordinis indigere etiam ſpeciali licentia, vt fiant Priores, &c. *Vide de Lapſu Carnis nu. 5.*

34 Carceribus etiam puniendi ſunt, qui communi ſigillo Conuentus abſque Patrum, ſeu illius Conuentus Fratrum licentia in firmandis ſcripturis, ſeu litteris vſi fuerint. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. *Similiter pœnam carceris incurrant, qui ſcripturas, vel litteras aliquas cum communi Conuentus ſigillo, abſque ipſius Conuentus capitulariter congregati conſenſu ſigillauerint.*

35 Qui in Carceribus propter veritatis inquiſitionem includuntur, ac detinentur, non dicuntur propriè carcerali cuſtodiæ mancipati, ſed ſeparati ab alijs, ſeu arreſtati. Apud Rhotomagum 1230. approbat. 1. *Declaramus autem, quòd carceri mancipati intelliguntur, qui per diffinitiuam ſententiam ſunt carceri deputati.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 19. in decl. tex. 4. litt. P. & infra de Furto num. 2.

36 Bona Fratrum carceribus quocumque modo addictorum nullo pacto alienentur, ſed fideliter conſeruentur vſque quo ex carceribus fuerint erepti. Perpiniani 1327. ord. 11. *Item declaramus, volumus, & mandamus diligentius obſeruari, quòd Fratres incarcerati non ſint rebus ſuis de facto priuati, ſed ſequeſtrentur, & reſeruentur, vt eis poſſint ſuo tempore reſtitui, ſi hoc viſum fuerit ſuis Supprioribus expedire.*

37 Si quis furtum commiſerit, quod ſit notabile iudicio diſcretorum, carcerali cuſtodiæ mancipetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 4.*

38 Conuentus paruo clauſuræ circuitu affecti, eximuntur ab obligatione habendi carceres. Bononiæ 1302. ord. 3. *Item ordinamus, & volumus, quòd quilibet Conuentus ſecurum habeat carcerem, niſi loci impediat notabilis arctitudo.*

39 Carceris pœna ſunt etiam puniendi, qui procurauerint aliquem Fratrem ex Prouincia expelli per perſonam extra obedientiam Ordinis noſtri conſtitutam. Apud Rhotomagum 1320. ord. 16. *Item volumus, & ordinamus, quòd nullus Frater, directè, vel indirectè, per ſe, vel per alium extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutum procuret, quòd Frater aliquis, de Prouincia, vel Conuentu expellatur, vel capiatur: quicumque autem contrarium fecerit, cum legitimè conſtiterit, per Priorem Prouincialem, vel Conuentualem carceri mancipetur.*

40 Eandem pœnam ſuſtinebunt, qui aliquem lethaliter, vel grauiter, vel atrociter percuſſerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 4.* Vide de Percuſſoribus num. 3.

41 Prouinciales habent facultatem liberandi ſibi ſubditos à carceribus, quibus propter culpas addicti fuerint. Romæ 1530. denunc. 1. *Vide de Prouincialibus num. 43.*

42 Tenentur originales Conuentus ad expenſas quę fiunt pro Fratribus ſuis extra ipſos in carcerandis. Perufij 1478. declarat. 1. *Item declaramus, & volumus quòd quando contingit Fratres aliquos ſuis demeritis ordinatione Prælatorum ordinariorum incarcerari extra ipſorum Fratrum Conuentus originales, ipſi originales Conuentus teneantur præfatis Conuentibus in expenſis, quas in huiuſmodi incarceratione, aut detentione fieri contigerit, ad ipſorum Ordinariorum arbitrium.* Et Neapoli 1600. decr. 11. ita dicitur. *Declaramus quod ad perſoluendas expenſas pro carceratis quomodolibet factas, & fiendas, tenebuntur Conuentus, quorum ipſi carcerati erunt filij.*

filij, incipiendo à die ipſius carcerationis vſque ad diem eductionis ab ipſis carceribus.

Ex quibus colligitur non ſolum teneri Conuĕtus originales ad expĕſas, quæ pro Fratribus ſuis fiunt dum capiŭtur, vt hic diximus, ſed etiă dum ſunt in carceribus, vt diximus ſupra nu. 2.

De Carnibus.

1 PVlmenta noſtra ſint vbique ſine carnibus in Conuentibus noſtris, præterquam in infirmarijs. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 5. tex. 3. quæ fuit inchoata Treueris 1249. conf. Londonis 1250. & in Conſt. redacta metis 1251.*

2 Extra clauſtrum pulmenta cocta cum carnibus comedere licet Fratribus noſtris, ne ſint hoſpitibus onerosi. *Ex Conſt. vbi ſup.*

3 In Conuentibus, nec etiam ratione minutionis, licet alibi, quam in infirmarijs, vel in hoſpitio pulmenta ſagimine condita manducare. Pariſijs 1269. ord. 4. *Item diſtrictius inhibemus ne alibi, quam in infirmarijs, vel in domibus recreationis, etiam occaſione minutionis, ſeu alterius cauſæ cuiuſcunque pulmenta cocta cum carnibus, vel condita ſagimine comedantur.*

4 Cum debilibus, ſenibus, Regentibus, Baccalaureis, & Lectoribus actualibus diſpenſare poſſunt Priores, vt carnes aliquando comedant. Florentiæ 1321. ord. 7. *Cum eſus carnium in nonnullis Prouincijs, & Conuentibus nimis faciliter concedatur; volumus, & ordinamus, quòd in Conſtitutione de non comedendo carnes, niſi cauſa infirmitatis, non poſſit diſpenſari, niſi cum euidenter infirmo, vel debili de conſilio Medici, exceptis vniuerſaliter antiquis, Lectoribus, & continuantibus lectiones cum quibus poſſit diſpenſari per duas quindas* (hoc eſt quindenas) *in anno; Lectoribus autem in ſtudio Generali, tertia, Magiſtris, & Baccalaureis in Theologia quarta poterit ſuperaddi.* Narbonæ autem 1393. ita ſubditur. *Admonemus Priores ne diſpenſent, niſi cum infirmis, vel euidenter indigentibus, quamuis etiam extra caſum infirmitatis poſſint cum aliquibus diſpenſare, vt cum notabiliter antiquis, & cum debilibus, & Lectoribus; non tamen hoc regulariter, & quotidie facere debent, ſed aliquibus diebus, & cum diſcretione.*

5 Prioribus ſub abſolutionis pœna interdictum eſt ne diſpenſent, aut permittant, vt carnes in Refectorio, vel in Aduentu ab aliquibus comedantur. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. nu. 29.*

6 Vbi piſcium, aut lacticiniorum caritas viget, poſſunt Priores cum Fratribus diſpenſare (non tamen omni die) vt carnes manducent. Peruſij 1478. ord. 7. *Mandamus vniuerſis Prioribus Prouincialibus, ac Conuentualibus quatenus omnes Conuentus, & Fratres eis ſubditos efficaciter verbis, & exemplis, ac opere reformare procurent, tam in ſubſtantialibus votis; quam etiam in ceremonialibus, & præſertim quoad communitatem, & vniformitatem vitæ; indulgentes tamen in locis in quibus eſt notabilis penuria piſcium, aut lacticiniorum, vt Fratres extra Refectorium, prout expediens fuerit, ſic carnibus recreentur, vt poſſint labores Ordinis ſuſtinere, quemadmodum ex Conſtitutionibus ſumitur.*

7 Feria 2. & 4. cum nemine in eſu carnium diſpenſetur. Bononiæ 1410. ord. 4. *Præcipimus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus vniuerſis, cæteriſque Præſidentibus, quatenus cum diligentia faciant in ſuis Prouincijs, & Conuentibus Conſtitutiones noſtri Ord. obſeruari, nolentes quod de eſu carnium, potiſſimè in 2. & 4. feria cum aliquo Fratre diſpenſetur, niſi ſubſit legitima cauſa.* In alijs autem diebus non diſpenſetur cum toto Conuentu. Mediolani 1505. ord. 3. *In alijs autem diebus* (ſcilicet præter feriam 2. & 4.) *poterunt Præſidentes Conuentuum ſecundum quod iudicauerint expedire cum Fratribus indigentibus diſpenſare* (hoc eſt in eſu carnium) *ita tamen quod nunquam diſpenſetur cum toto Conuentu, ſed ſemper ſint aliqui tenentes Refectorium, in quo nullo vnquam tempore comedantur carnes.* Apud Nurimberg. autem 1405. ord. 9. mandatum fuit puniendos eſſe grauis culpæ pœna, qui 2. & 4. feria abſque infirmitatis cauſa carnes comederint. *Vide de Graui culpa num. 3.* Romæ etiam 1501. ordin. 10. Fratribus in pauperibus Conuentibus degentibus conceſſum eſt, vt tribus diebus in hebdomada carnibus veſci poſſint. *Quotieſcunque Conuentus aliquis ſcandalosè viuens, neceſſariò reformandus veniret ad petitionem Principum, vel Communitatum, Reuerendiſs. Magiſter Ord. per ſuas patentes litteras Prouinciali, in cuius Prouincia Conuentus ille exiſtit inſinuabit, vt illum reformet in eſſentialibus, & præcipuè in communitate omnium bonorum, & in stricta clauſura, & ceremonijs Ord. quantum humana permittit fragilitas, & eſu carnium tribus diebus in hebdomada, maximè vbi Conuentus propter ſuam paupertatem, aut loci ſituationem piſces facile habere non poſſet.* Apud Nurimberg. vero 1405. ord. 9. ſublata eſt facultas Conuentuum Præſidentibus diſpenſandi 2. & 4. feria in eſu carnium. *Item, vt regularis obſeruantia noſtræ Religionis congruè reformetur, volumus, & ordinamus, quod ſecundis, & quartis ferijs per totum annum, & in Aduentu quotidie, ab eſu carnium Fratres abſtineant infirmis exceptis, nolentes quod quicunquè Præſidens in hoc, vel in ieiunio ſextæ feriæ cum Conuentu valeat quomodolibet diſpenſare. Præſidens autem, qui oppoſitum fecerit, à ſuo ſit officio ſuſpenſus per menſem.* Et Argentinæ 1417. ord. 3. ita confirmatur. *Aduertentes quod de eſu carnium in 2. & 4. feria niſi ſubſit legitima cauſa cum aliquo Fratre minimè diſpenſetur.*

8 Neque Prouinciales, neque Conuentuum

Præ-

Digitized by Google

Præſidentes poſſunt cum toto Conuentu, vt in communi ordinariè carnes comedantur, diſpenſare. Salmanticæ 1551. decl. 3. *Item declaramus nullum Prouincialem, vel Vicarium habere poteſtatem diſpenſandi ordinariè cum vno, vel pluribus conuenientibus ſuper eſu carnium in communi; eſſeque hanc cenſendam, non pro cauſa, diſpenſationem, ſed magis ipſarum Conſtitutionum immutationem.*

9 Qui carnibus indigent, extra conuentus non exeant. Bononiæ 1240. ord. 10. *Item qui adeo debiles, & infirmi fuerint, quod neceſſe habeant carnibus recreari, ſiuè ſint Priores, ſiuè alij, extra clauſtrum non exeant.*

10 Poſſunt Superiores noſtri cum ſibi ſubditis, etiam extra infirmitatis caſum, ex cauſa tamen rationabili, vt carnes comedant diſpenſare. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 17. in decl. tex. 2. ſub litt. E.*

Ex quibus omnibus, voluiſſe Patres noſtros Religionis iugum nobis ſuaue eſſe, & onus illius leue, manifeſtè colligitur.

De Cantu.

1 HOræ Canonicæ cum cantu, panſa, & inclinationibus deuotè dicatur. Romę 1481. ord. 1. Vide de Honis Cannnicis num. 3.

2 Chorali cantu perſoluantur. Bononiæ 1615. ord. 5. *Ne dum nimium ſecularium deuotioni indulgemus inordinatus à nobis cultus Deo Opt. Max. reddatur, cum præſertim paupertatis, & inſtituti noſtri memores eſſe debeamus, vtpotè diuina officia, ex præſcripto noſtrarum Conſtitutionum cantu chorali breuiter, & ſuccintè, pro qualitate tamen, & varietate ſolemnitatum taliter perſoluatur ne Fratres deuotionem amittant, aut eorum ſtudium impediatur, diſtrictè præcipimus conſciencias Prælatorum aggrauantes, vt muſicæ in Eccleſijs noſtris moderatiſſimæ fiant.*

3 Muſicalis cantus rarò in noſtris Eccleſijs habeatur. Ita ſubditur in ſuprad. ord. 5. Capit. Bononien. 1615. *Vide de Muſica num. vnico.*

4 Diſcantus in noſtris Eccleſijs non fiant. Bononiæ 1252. ordin. 4. *Item* (ſcilicet Ordinamus) *he aliquo modo fiant diſcantus à Fsatribur in Eccleſijs noſtris, vel alienis.*

5 Neque etiam aliquid in octaua cantetur. Londonis 1250. ordin. 7. *Item prohibemus ne Fratres noſtri cantent niſi in ea voce, in qua cantus inchoatus eſt, non in octaua.*

De Cauſis:

1 IN Cauſis, quæ in Ordine noſtro tractandæ occurrunt, ſufficit vt fiat iudicium ſecundùm regulas à noſtris legibus, & Conſtitutionibus præſcriptas, procedendo ſummariè ſine ſtrepitu iudicij, ſola facti veritate inſpecta. Ita ex Apoſtolico Clementis VIII. indulto Ordinatum fuit. Romæ 1601. ord. 24. *Quoniam experientia nos docuit in proceſſibus formandis, & cauſis tractandis, ſi apices iuris ſeruentur, cauſas in infinitum protrahi, & Fratrum imperfectiones, & delicta apud ſeculares diuulgari, Ordinamus ex conceſſione Sanctiſſ. Dom. Noſt. vt in cauſis, quæ in Ordine tractandæ occurrunt, ſufficiat, vt fiat iudicium ſecundum regulas à noſtris legibus, & Conſtitutionibus præſcriptas, procedendo ſummariè, ſimpliciter; & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſolum facti veritate inſpecta.* Idem etiam ex conceſſione Bonifatij Papæ VIII. habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 4. ſub litt. P.

2 Cauſarum commiſſiones, arbitria, ſiue iudicia, non ſuſcipiant Fratres noſtri. Pariſijs 1234. ordin. 2. *Item* (ſcilicet admonemus) *ne Fratres commiſſiones cauſarum; arbitria, ſiue iudicia, nec etiam pignora, ſiuè obſides recipiant; ſed neque per iuriſdictionem Epiſcopalem aliquos coërceant; nec eligant Poteſtatem, nec ducant, ſiuè reducant, & qui contra fecerint grauiter puniantur.*

De Cellis.

1 NVllus (Magiſtro Ord. excepto) qui in communi tollerari poſſit, habeat ſpecialem locum ad iacendum, niſi propter rerum cuſtodiam: Lectoribus tamen ſecundùm diſcretionem Prioris prouideatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 9. tex. vnico. Quæ fuit facta in Cap. Generaliſs. Pariſijs* 1236.

2 Nemini in primordijs Ordinis noſtri particularis cella, ſeu camera, excepto Magiſtro Ordinis, & Lectoribus actu legentibus, concedebatur. Vnde Mediolani 1255. interdictum fuerat Prouincialibus, & Lectoribus actu non legentibus eam habere. Sic enim dicitur in admonitione prima, ſeu vt melius dicam, ordinarione prima (nam antiquitus pro eodem habebantur in Capitulis Ordinationes, & Admonitiones, vt ex eiſdem Capitulorum Actis apparet). *Admonemus, ne*

Prio-

Priores Prouinciales propriam cameram habeant ad tacendum. Item Lectores, qui officium Lectoris actu non exercent, proprias cameras non habeant.

3 Erfordiæ verò 1403. eiſdem Prouincialibus particulares cellæ permiſſæ fuere, & apud Pragam 1359. Magiſtris in Theologia, Fratribus emeritis, & Inquiſitoribus conceſſæ ſunt. Tandem Fratrum honeſtati, & quieti conſulturi Patres noſtri, vt commodiùs ſtudijs vacare poſſemus Venetijs 1592. ordinatum eſt, vt omnes cellam habeant peculiarem, vnaque ſint contenti, ita enim aſſeritur ordinat. 7. *Ordinamus, vt omnes Fratres, cuiuſcunque gradus, & conditionis ſint, in communi dormitorio, non in ſeparatis ædiculis, vel cameris habitent, vnica tantum paupere cella contenti, Prælato & grauiori aliquo Patre exceptis, quibus duæ ad ſummum concedi poterunt, ſi hactenus tot habuere.*

4 Prælati, qui non abſtulerint à Fratribus cellas religioſam formam, & paupertatem excedentes, à ſuis officijs abſoluantur. Romæ 1569. Cap. *de Clauſtralium, ſeu Conuentualium Reformatione*: num. 3. *Cameras inſuper, & habitationes à communi cellarum religioſarum forma excedentes, præſenti Conſtitutione, & ſpeciali Sanctiſs. D. N. Papæ* (erat Pius V.) *mandato auferimus. Mandantes Prælatis, vt eas redigant ad conſuetam Regularium formam, & ſi id fieri commodè non poterit, in commune vſum redigantur, & vnuſquiſque tali cella in communi dormitorio nullo apparatu ornata contentus ſit, & ita infra menſem à præſentium notitia, tam Prælati, quam huiuſmodi cameris abutentes executioni mandare præſens ſtatutum teneantur, & qui contrafecerint pœnas abſolutionis ab officijs, & amiſſionis cuiuſcunque, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ incurrant, quas pœnas nunc pro tunc illis infligimus, & inflictas declaramus.* Fuit in præfato Capitulo Clauſtralitatis peſtis tandem aliquando eradicata, mortiſque beneficio ab Ordine penitus eliminata, perſeuerauit hæc diu inter noſtros maxima cum Regularis obſeruantiæ iactura, vt in 2. parte fuſius enarrabimus: cuius ſemen, ad meliorem tamen frugem redactum, noſtris vidimus temporibus in Tyburtino Conuentu, virum longæua ætate ditatum P. F. Gregorium Aldogatrum, qui anno 1630. diem vidit extremum. Pro extirpanda igitur hac zizania, Patres in Generalibus Comitijs Romæ 1569. habitis ex Sanctiſſimi Pontificis Pij V. noſtri Ordinis nobilis germinis decreto, ab eiſdem Clauſtralibus, recipiendi Nouitios ad habitum, & profeſſionem, facultatem amouere: Omnia Monialium Monaſteria ſub eorum cura conſtituta in Ordinariorum manibus renunciauere, atque vt nonniſi ex obſeruantibus Fratribus Vicarium ſibi elegerent, mandauere. Vnde factum eſt, vt ipſis, vel viam vniuerſæ carnis ingredientibus, vel meliorem viuendi formam aſſumentibus priſtinus regularis vitæ nitor fuerit Ordini reſtitutus.

5 Defunctorum Fratrum cellæ nulli ad vitam concedantur. Argentinæ 1417. ord. 4. *Vide ſupra de Bonis Fratrum Defunct. nu. 6.*

6 Studentibus determinatæ Cellæ aſſignentur. *Vide de Studentib. num. 36.*

7 Ab illis omnes ſuperfluitates, atque profanæ imagines eliminentur. Romę 1608. ord. 26. *Amoueantur à cellis Fratrum omnes imagines, quæ non ſunt ſacræ, aut piæ; item illæ quæ propriam Fratris, vel alterius, non ſancti, aut pij effigiem exprimunt.* Hocque confirmatum fuit in ſubſequenti Cap. Pariſien. 1611. conf. 16. Venetijs verò 1592. ordin. 7. ſic dicitur. *Ab his verò* (hoc eſt cellis) *ſuperfluitates omnes, ornamenta vana, pretioſa quæque, & omnia tandem, quæ religioſam paupertatem non ſapiunt, omnino auferantur.*

8 Superiores amoueant quandoque Fratres ab illis, in quibus habitant, vt proprietatis vitium ab illis eliminent. Venetijs 1592. ord. 7. *Valebuntq; Superiores ipſi, etiam immediati, dum expediens illis videbitur pro vitio proprietatis à cordibus ſubditorum eradicando, eos met ab vna cella ad aliam transferre, & mutare.*

9 Nullus audeat cellas ſibi conceſſas vendere, ſeu teſtari poſt mortem; quando autem à Superioribus aliquæ determinatæ cellæ alicui ad vſum concedantur, ſemper in litteris patentibus apponatur particula, *ad beneplacitum Superiorum*. Salmaticæ 1551. ord. 8. in qua ſic dicitur. *Reprobamus abuſum quorundam Clauſtralium, ſiue Conuentualium de vendendis, aut etiam teſtandis poſt mortem cameris, irritantes quaſcunque conceſſiones, ſi quæ ſunt ſuper his hactenus factæ, & ordinantes, vt ſi de cætero vſus illarum conceſſus fuerit viuentibus, ſemper ponatur in litteris concedentis, ad beneplacitum noſtrum, & noſtrorum ſucceſſorum.* Quod fuit confirmatum Romæ 1553. conf. 6. & 1558. conf. 12. & Auinione 1561. conf. 4. Lugduni autem 1536. ord. vlt. idem confirmatum fuit his additis. *Nullus audeat vendere cellas ſuas, etiam ſuis ſumptibus aptatas.*

10 Nullus in alterius cellam ingrediatur, nec duo in eadē dormiāt. Mediolani 1505. ord. 3. *Ordinamus, vt nullus Fratrum alterius cellam ingrediatur, niſi in caſu neceſſitatis, vel niſi ſint Prælati, vel Præceptores; nec duo dormiant in eadem cella, vel ſaltim non in eodem lecto; qui autem in hoc deliquerit, in vno prandio ſedeat in terra in pane, & aqua indiſpenſabiliter, vel etiam alijs pœnis ſecundùm conditionem perſonæ puniatur.*

11 Pro infirmis debent eſſe aliquæ determinatæ. *Vide de Abſolut. Prioris Conuentual. num. 39.*

12. Pro hoſpitibus etiam ſint aliquæ particulares aſſignatæ. Venetijs 1592. Commiſſione 8. *Committimus RR. Prouincialibus, & omnibus*

G

bus Conuentuum, & locorum Præſidentibus, vt omnem adhibeant diligentiam, quatenus cameræ aliqua pro Fratribus hoſpitibus cum debita licentia ad ipſos venientibus, recipiendis, deputentur; quorum cura alicui Fratri diſcreto, & charitatiuo committatur; qui eoſdem omni cum benignitate, & humanitate recipiat, illiſque neceſſaria pro poſſe procuret.

13 In cellis Fratres non comedant, niſi cauſa infirmitatis. Ita Ordinatum fuit Argentinæ 1418. ord. 3. Coloniæ 1428. ord. 3. & apud Montempeſulanum 1456. ord. 10. ſic dicitur. *Statuimus, & Ordinamus quòd nullus Frater cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat præſumat comedere, ſeu menſam tenere in Cella, niſi cauſa infirmitatis, ſed omnes aut in Refectorio, aut in Hoſpitio conueniant pro refectionibus opportunis, ſuper quo Priores Prouinciales inuigilent diligenter, & contrauenientibus pœnitentias duras, & notabiles imponant, præcipuè quòd nec panem, nec vinum, nec pictantiam habeant de Conuentu: etſi obedire recuſauerint, voce, & gratijs Ordinis priuentur, non obſtantibus in oppoſitum conceſſis gratijs quibuſcumque. Poterunt autem plerùmque aliquæ notabiles perſonæ Eccleſiaſticæ, vel ſæculares ad aliquam refectionem in Camera alicuius Fratris admitti, & hoc rarè, & de Præſidentis licentia ſpeciali.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 5. in decl. tex. 2. ſub lirt. C.

14 Lumen in dormitorijs habeatur. Bononiæ 1240. ord. 20. *Item à Prioribus procuretur, vt lumen maius in noſtris dormitorijs, & cameris priuatis vniuerſaliter habeatur.* Vt ſcilicet poſſint ſtudijs vacare.

De Cenſuris.

1 QVamuis excommunicationis gladius neruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobriè tamen, magnaque circumſpectione exercendus eſt, cum experientia doceat, ſi temerè, aut leuibus de cauſis incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potiùs parere, quàm ſalutem. Inquit Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. Vnde in primo Generali Capitulo poſt præfatum Concilium Bononiæ celebrato 1564. ſic habetur de ſententia excommunicationis. *Et quoniam in huiuſmodi ſententijs ferendis ſancta Synodus moderamen eſſe voluit, deinceps attendant RR. Prouinciales, & Diffinitores, vt niſi pro grauioribus cauſis, quæ præſentaneum exigunt remedium, non imponantur; Priores etiam Conuentuales quàm rariſſimè, & matura deliberatione cenſuris vti debent; & qui in hoc faciles inuenti fuerint, à ſuis Superioribus corrigantur.* Ex Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 6. ſub litt. M. Idque iam antea ordinatum fuerat Ferrariæ 1290. ord. 2. & Romæ 1583. admon. 1.

2 Omnes cenſuræ, ſingulaque præcepta, tam Capitulorum Generalium, quàm Magiſtri Ord. cum ipſis expirant. *Ex prol. Conſt. noſt. tex.* 9. Atque ita fuit declaratum. Romæ 1589. decl. 7. *Vide de Excommunicat. num. 2.*

3 Omnes ordinationes auctoritate Apoſtolica, à Magiſtris Ordin. vel Commiſſarijs, ſeu Viſitatoribus factæ, atque Eccleſiaſticis cenſuris munitæ, fuerunt ad terminum Conſtitutionum, & ordinationum redactæ facultate ab Vrbano VIII. P. M. elargita in hunc modum. Vrbanus Papa Octauus. *Cum, ſicut nobis nuper exponi feciſti, celebratio Capituli General. &c. Nos votis tuis quantùm cum domino poſſumus annuere, &c. Tibi vt in continuatione Capit. Generalis huiuſmodi omnia, & ſingula, quæ, vt præfertur, iuxta temporis exigentiam ordinata, & per tuos in huiuſmodi Generalatus officio prædeceſſores, ſeu Protectores, aut Viſitatores, ſeu Cōmiſſarios præfatos publicata fuerunt, & quæ pro fœlici eiuſdem Ordinis gubernio, vel reuocanda, vel limitanda, ſeu vt præfertur, ad terminos præfatarum Conſtitutionum Ordinis reducenda erunt, reuocare, limitare, vel pro vt præfertur, reducere poſſis, & valeas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Anulo Piſcatoris die 4. Iunij 1629. Pont. noſt. an. 6.* A tergo *Dilectio Filio Nicolao Rodulfio Magiſtro Generali Ordin. Fratrum Prædicator.* Qua facultate ſuppoſita, hæc in Capitulo. Romæ 1629. celebrato denunc. 3. ſancita fuere. *Pro felici igitur Noſtri Ordinis gubernio, & vt faciliori remedio conſcientijs Fratrum noſtrorum conſulere poſſimus, auctorit. & facultate Apoſtol. nobis, vt ſupra conceſſa, omnes, & ſingulas Ordinationes auctoritate Apoſtolic. roboratas, tam pro toto Ordine quàm pro particularibus, Prouincijs, & Conuentibus à Magiſtris Ordinis, Protectoribus, Viſitatoribus, ſeu Commiſſarijs Apoſtolicis huc uſque editas, & publicatas, ad terminos Conſtitutionum, & Ordinationum noſtri Ordinis reducimus, & limitamus, vt impoſterum, vim quidem Ordinationum, non autem auctoritate Apoſtolica roboratarum, & publicatarum, obtineant, ac proinde in eis, earumque cenſuris, & pœnis Magiſter Ord. eiuſque ſucceſſores pro tempore, ſeu illi quibus ab ipſis commiſſum fuerit, ſicut in cæteris omnibus noſtri Ord. Conſtitutionibus, & Ordinationibus ex rationabili cauſa diſpenſare, & abſoluere poſſint, & valeant.*

Magi-

4 Magiſtri Ordini, Priores, Suppriores. & Vicarij, poſſunt Fratres à cenſuris abſoluere. *Vide de Confeſſ. Fratrum num. 14. 15. & 16.*

De Cerretanis.

1 FRatres noſtri Cerretanorum conſortium (qui vulgo Bianti dicuntur) illorumque quæſtuandi modum omnino euitare tenentur. Caueantque Prædicatores ne illorum indulgentias prædicent. Apud Nouimagium 1459. ord. 7. *Mandamus in Virtute Spiritus Sancti & S. Obedientiæ; & ſub pœna excommunicat. latæ ſentent. quam ſcriptam in Diffinitorio tulimus, & per præſentes ferimus, quatenus nullus cuiuſcumque gradus exiſtat, præſumat de cætero quaſcumque Indulgentias per Cerretanos, ſeu Clericos officij, ita appellatos, ſibi exhibitas, aut eorum nomine quocumque medio præſentatas, quocumque modo prædicare, aut cum prædictis Cerretanis, aut eorum modum quæſtuandi quocumque modo ſectantibus incedere; familiaritatem ratione quæſtus contrahere; aut quocumque pacto tacito, vel expreſſo incedere; vel antidoto qualitercumque percipiendo, quamcumque Indulgentiam prædicare ſeu publicare. Oppoſitum verò facientes ipſo facto ſint excommunicati, & tenore præſentium carceri mancipentur, & omnibus gratijs Ordinis ſint priuati, quos ex nunc prout ex tunc priuamus præmiſſis.*

De Cœmeterijs.

1 IN Cœmiterij noſtris, vel ambitu iuxta Eccleſiam non permittantur fieri emptiones, aut venditiones rerum, præſertim in ſolemnitatibus, & feſtis diebus. Apud Nurimberg. 1405. ord. 4. *Item quia cœmeteria ſecundùm iura eadem gaudent immunitate, qua Eccleſiæ, de quibus vendentes ejci debent, & ementes, nec in diebus ſolemnibus, & feſtiuis licitè poſſunt fieri mercantiæ; ideone fauores exhibeamus violatoribus Eccleſiarum, cuiuslibet Conuentus Præſidentes, & Fratres requirimus, & monemus, vt in Eccleſia, Cœmeterio, vel ambitu iuxta Eccleſiam, in quo ſingulariter noſtræ iubent Conſtitutiones ſilentium ſeruari, & exiſtunt defunctorum ſepulturæ, forum venditionum, vel emptionum nullatenus permittant, quantum in eis fuerit, præſertim diebus ſolemnibus, & feſtiuis aliquatenus exerceri.*

2 In Cœmeterijs noſtris ſepultorum Anniuerſarium vbique fiat duodecima Iulij. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 3. tex. 1.* Vide de Suffragijs Mortuorum.

3 In illis nullæ fiant repræſentationes, neque prophanæ, neque ſacræ. Bononiæ 1615. ord. 6. *Cum domum Dei deceat ſanctitudo, ac inde nedum prophana, ſed etiam religioſa ſpectacula, ſiue repræſentationes arcendæ ſint: præſertim cum pro illis loco, qui domus orationis eſt minimè congruant, idcirco ab Eccleſijs, & Cœmeterijs noſtris ſub pœna grauioris culpæ tam Prælatis quàm ſubditis eliminanda præcipimus quacumque in contrarium conſuetudine, quæ potiùs abuſus eſt, non obſtante.*

De Choro.

1 IN Choris noſtris notabiles ſuperfluitates non fiant, & ſi quæ ſint, amoueantur. Bononiæ 1240. ord. 21. *Item notabiles ſuperfluitates à Choris noſtris penitùs amoueantur, & amodò in noſtro Ordine talia nunquam fiant.*

2 Nullus ſub quocumque prætextu eſt exemptus à ſequela Chori, exceptis Magiſtris in Theologia, & Lectoribus actu legentibus, ac Prædicatoribus actu prædicantibus. Ita Ordinatum fuit apud Nouimagium 1459. ord. 1. Nouariæ 1465. ord. 1. Venetijs 1592. ord. 2. quod fuit etiã confirmatũ Valentiæ 1596. conf. 3. Romæ 1601. conf. 1. Pariſijs 1611. conf. 25. & nouiſſime Romæ 1629. conf. 1. ſic dicitur, *Confirmamus id, quod pluries ſancitum eſt, vt nullus prætextu Prælaturæ, aut Lecturæ præteritæ, Prædicaturæ Generalis, ſiue alterius cuiuslibet officij; ſiue etiam titulo paternitatis à ſequela Chori, & hebdomadariæ diu noctuque ſe exiſtimet exemptum, Magiſtris in Theologia, & Lectoribus actu legentibus, ac Prædicatoribus actu prædicantibus dumtaxat exceptis, circa quos laudabiles Prouinciarum conſuetudines ſeruentur.*

3 Magiſtri in Theologia tamen ad Completorium, & officium mortuorum accedere tenentur, Lectores actu legentes, & Prædicatores, ſicut & omnes alij Fratres. Ita ordinatum fuit in pluribus, Capit. ſuprad. & ſpecialiter. Romæ 1629. conf. 1. ſic dicitur. *A Completorio verò, Salue Regina, & Officio mortuorum nullus eximatur: reuocantes omnem licentiam, et conſuetudinem in contrarium.* Vbi loquitur etiam de ijs, qui aliàs ſunt à choro exempti, vt Magiſtri omnes, Lectores actu legentes, & Prædicatores actuales, de quibus ſupra nu. 2. diximus.

4 Deficientibus verò à choro pro ſingu-

lis horis canonicis, vel B. V. impoſita fuit peculiaris pœnitentia. Apud Nurimberg. 1405. ord. 1. *In primis à diuino cultu ſumentes exordium, ſtatuimus quòd Fratres abſque licentia, vel ratione legitima iudicio Præſidentis, deficientes à Matutinis B. V. Mariæ, vel diei, Miſſa Conuentuali, Veſperis, vel Completorio, aut proceſſione olim per S. memoriæ Mag. Iordanem ordinata, &c. pro quolibet prædictorum, pro vice qualibet diebus immediatè ſequentibus in vno prandio abſtineant in pane, & aqua; non ſacerdotes verò ſedeant ad terram; ab alijs verò horis Canonicis etiam de B. V. deficientes, à vino; non ſacerdotes in pane, & aqua.*

5 Omnes, tam Magiſtri, quàm cœteri Patres ad Officia in ſolemnitatibus, & feſtis ſanctorum notandi ſunt. Sic enim ſancitum eſt apud Sauilianum. 1439. ord. 4. *Omnes notentur in tabula ad Officia, exceptis illis, qui legunt, aut prædicant, aut libros componunt, aut vtiliter circa temporalia occupantur.*

6 Illi Prædicatores, qui aſſignantur in aliquo Conuentu ad concionandum per totum annum, & de facto concionantur, non tenentur ad ſequelam chori, niſi contraria conſuetudo in illa Prouincia vigeat. Pariſijs 1611. conſ. 25. *Per Prædicatores actu prædicantes* (de quibus dicitur quòd ſint diſpenſati à choro, & hebdomadaria) *intelligimus illos, qui in aliquo Conuentu deſignati ſunt ad conciones habendas per totum annum; quas & habent, quòd ſi in aliquibus Prouincijs nec iſti exempti ſunt, non ſint virtute huius declarationis exempti.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. tex. 1. in decl. litt. D.

7 Abſoluendi ſunt Prælati, qui permittunt Fratres gaudere diſpenſatione à choro, quibus de iure tales diſpenſationes non debentur. Venetijs 1592. ord. 2. *Ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari volumus, quod aliàs ſæpe ordinatum fuit, & in declarat. noſt. Conſt. diſt. 1. cap. 1. continetur, quòd videlicet omnes Fratres cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, teneantur ad ſequelam chori die, noctuque, & ad cætera omnia Fratrum officia, ac grauamina, nec non & ad hebdomadariam reſpectiuè: Magiſtris in Theologia, Lectoribus, ac Prædicatoribus, actu legentibus, aut prædicantibus dumtaxat exceptis, circa quos legitimæ Prouinciarum conſuetudines obſeruentur. Reliqui verò tam Lectores, quàm Prædicatores nullis prorſus gaudeant priuilegijs, & exemptionibus; nec eiſdem gaudere illos permittant Prælati ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ.*

8 In Choro omnes in eodem tono cantent, & nullus in octaua. Londonis 1250. ord. 7. *Item prohibemus ne Fratres noſtri cantent niſi in ea voce, in qua cantus inchoatus eſt, non in octaua.*

9 Neque Diſcantus fiant. *Vide de Cantu num. 4. ſupra.*

10 In Eccleſijs noſtris ſint intermedia diuidentia chorum ab Eccleſia laicorum. Treueris 1249. ord. 7. *Vide de Eccleſijs num. 13.*

11 Dum in Choro dicitur Laudate Dominum omnes gentes, Fratres non ſedeant. Pariſijs 1236. conſt. vlt. *Item quando dicitur* Laudate Dominum omnes gentes *Fratres non ſedeant, & eo finito ſedeat chorus ille, qui prius ſedere debuerat.*

De Chronicis.

NE temporum iniuria ex hominum memoria labantur ea, quæ in Ordinis noſtri decus, & incrementum cedere poſſunt, fuit in pluribus Capit. General. Ordinatum ſingulis Prioribus, & Conuentuum Præſidentibus, confici per eos, vel alios Patres ſuorum Conuentuum exactiſſimum rerum memorabilium chronicon eorumdem Conuentuum. Romæ 1644. ord. 18. *Iniungimus ſingulis Conuentuum Prioribus in meritum S. Obedientiæ, vt quanto citiùs per ſe, vel per alios ad hoc idoneos procurent confici exactiſſimum Chronicon omnium rerum memorabilium ſuæ Domus. Ac deinceps illud in annos ſingulos continuari faciant; & quidquid acceſſerit hiſtoriarum quotannis A. R. P. Prouinciali tranſmittant, qui id ipſum opportunis vicibus Reuerendiſs. Magiſtro Ord. communicabit.* Idem etiam fuit Valentiæ 1647. confirmatum ord. 13. *Ad hiſtoriam Ordinis totius tam intenſe ab omnibus deſideratam plenè, & perfectè diſponendam cum ſit neceſſarium, vt Prouinciæ omnes propria ſingulorum Conuentuum ſedulo requirant, & ordinent, totique communicent Religioni, inhærentes ijs, quæ ordinata fuerunt à Reuerendiſſimo Magiſtro Generali prædeceſſore noſtro Fratre Hyppolito Maria Beccaria de anno 1697. mandamus, & diſtricte præcipimus Patribus Prouincialibus, & Vicarijs Congregationum, vt vnuſquiſque illorum alicui viro docto, & prudenti, & iudicij perſpicacis committat, vt hiſtoriam ſuæ Prouinciæ, ſeu Congregationis ordinet, imprimat, ſicut in effectu factum fuit in Prouincijs Hungariæ, Aragoniæ, & Philippinarum; mandantes inſuper, vt ſtatim de huius decreti executione, & dicta commiſſione admoneant Magiſtrum Ordinis. Eiſdem etiam committimus, vt vnuſquiſque deputet aliquem Patrem, qui colligat auctores omnes, qui in ſua Prouincia, & Congregatione ab initio Ordinis, vſque ad hæc tempora ſcripſerunt de quacunque materia, & Romam mittat, exprimendo diſtinctè quidquid ſcripſerint, & quando, & ſub quo Generali, & in quo loco editi libri, ſi ſint impreſſi, vel vbi ſcripta reperiantur, cum alijs circunſtantijs, quæ opportunæ videbuntur. Et quia ad fidelium excitandam deuotionem erga Deiparam Dominam noſtram Roſarij Reginam Mariam,*

riam, maximam vim habere conſtat, ſi gratiæ, fauores, & miracula per eius interceſſionem patrata ſæpius legantur, & fidelibus euulgentur: committimus eiſdem Patribus Prouincialibus, ſeu Vicarijs vt curent, quod miracula præfata in idiomate ſuæ Prouinciæ, ſeu Congregationis imprimatur. Quod ob eandem cauſam volumus fieri de illis, quæ per interceſſionem Sancti Patris noſtri Dominici in Suriano Dominus tam abunde operantur.

Quod cum ad hæc vſque tempora non fuerit executioni donatum; Reuerendiſs. P. Magiſter Ord. F. Io: Baptiſta de Marinis Deo dante præſtabit, ipſe enim Sanctiſs. D. N. Alexandro PP. VII. pro Archiuio Vaticano luſtrando, exeribendiſque, quæ ad Ordinem noſtrum ſpectant, ſupplicibus libellis exhibitis, voti compos effectus, eadem quæ à prædictis Capitulis Romano 1644. atque Valentino 1647. mandata fuere, in ſuis litteris, pro congregando Generali Capitulo in feſto Pentecoſtes futuri anni 1656. datis, adimplenda, atque ad idem Capitulum deferenda ſummo zelo iuſſit, Romanæque Prouinciæ texendam hiſtoriam mihi demandauit.

De Cibo.

1 Singulis diebus dúo cocta pulmenta, ſi fieri poteſt, habeant Fratres noſtri; poterit autem Prior ſuperaddere, prout opus eſſe iudicauerit, & facultas permiſerit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 5. tex. 3.* Vide decl. tex. litt. E.

2 Extra Conuentum non comedant Fratres noſtri, niſi raro cum Epiſcopo, vel in domibus Religioſorum; quando autem extra Conuentum comedunt, pulmenta cocta cum carnibus, ne ſint hoſpitibus oneroſi, comedere poſſunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſupræd. tex. 3.*

3 In Aduentu lacticinijs non veſcantur Fratres noſtri. Venetijs 1297. decl. 1. *Declaramus quod in prima Dominica Aduentus non licet nobis lacticinijs vti, ſicut nec alijs diebus.*

4 Pulmenta noſtra ſint vbique ſine carnibus in Conuentibus præterquam in infirmarijs. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 5. tex. 3.*

5 Nulla fiat particularis pictantia alicui, quæ non fiat cœteris Fratribus. *Ex eodem loco Conſt. tex.* 2. In cuius Conſtitutionis conformitatem Mediolani 1505. ord. 4. mandatum fuit, vt omnes Fratres, tam Priores, quam Magiſtri, & alij (niſi ſint infirmi) vtantur iiſdem cibis, nec alicui fiant particularitates, niſi ſint hoſpites, vel ratione laboris, aut alterius neceſſitatis. *Vtantur omnes eiſdem cibis, nec alicui fiant particularitates, niſi quia ſunt hoſpites, vel ratione laboris, aut alterius neceſſitatis.*

6 Solus Prior poteſt Fratribus pictantiam mittere; reliqui verò Fratres, nequaquam. *Ex Conſt. noſt. ibid. tex.* 2.

7 Nec panis, nec vinum, nec pictantia detur illis, qui in cellis comederint. *Vide de Cellis num.* 13.

8 In Paraſceue per totam diem in pane, & aqua abſtinemus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. tex. 2. quæ fuit inchoata Pariſijs 1256. Approbata Florentiæ 1257. & in Conſt. redacta Toloſæ 1258.*

De Clauſura Conuentuum.

1 Clauſura in Conuentibus noſtris ita ſeruanda eſt, vt ante Solis occaſum portæ claudantur, ſicut & in prandio, claueſque Superiori tradantur. Ita ordinatum fuit apud Nurimberg. 1405. ord. 10. *Item, vt clauſura domus, & dormitorij vbique honeſtè, ac debitè conſeruetur: ſtatuimus quòd portæ conuentuales ante occaſum Solis claudantur, clauſeque maneant vſque ad primum ſignum Primæ, caſu, iudicio Præſidentis Conuentus neceſſario ceſſante, quorum claues ſimul cum clauibus dormitorij deferantur ad cellam Prioris, vel Supprioris per Fratrem idoneum, & circumſpectum, cui Prior id commiſerit.*

2 Clauſura Conuentuum ita eſt ſeruanda, vt ſeculares in illos liberè ingredi nequaquam poſſint. Apud Montempeſſulanum 1456. ord. 9. & apud Nouimagium 1459. ord. 6. ſic dicitur. *Item Religioni, & honeſtati Fratrum, & ſecularium ædificationi intendere cupientes, volumus, & ordinamus, quòd clauſura Conuentuum taliter vbique ſeruetur, quòd perſonæ ſeculares liberè non valeant intrare Conuentum, nec Fratres, niſi ex cauſa rationabili, & vtili, & cum expreſſa licentia exeant ad Ciuitatem.*

3 Horti ſint clauſi, ſicut, & loca alia communia, vt clauſura debitè ſeruari poſſit. Oxoniæ 1280. ord. 17. *Item cum clauſura conueniens multum ad Religionis pertineat honeſtatem; monemus Priores; & eorum Vicarios, quod ad claudendum hortos, & loca noſtra dent operam efficacem.*

4 Æſtiuo tempore, à Paſchate ſcilicet, vſque ad feſtum S. Crucis, ab hora prandij vſque poſt Nonam nullus ex Conuentu egrediatur, debentque fores eo tempore eſſe clauſæ, nulluſque extraneus ingrediatur. Auenione 1470 ord. 2. *Volumus quòd ab hora prandij vſque poſt Nonam nullus Frater egrediatur à Conuentu ſine magna neceſſitate, & tali tempore ſtent Conuentus clauſi, ita quòd non pateat aditus extraneorum ad ipſos Conuentus, & ſtet vnus cuſtos tali tempore maximè*

ad

ad partæ cuſtodiam, ſitque tempus iſtud à feſto Paſchæ, vſque ad feſtum S. Crucis de Septembri; alio verò tempore ſemper porta Conuentus cuſtodiatur.

5 Abſoluendi ſunt Conuentuum Præſidentes, qui permiſerint mulieres in clauſuram Conuentuum ingredi. *Vide de Abſol. Prior. Conuentual. num. 55.*

6 Ad oſtium Conuentus debet eſſe tabella in qua ſingulorum Fratrum nomina ſint conſcripta, atque in ea exeuntes adnotentur. Valliſoleti 1605. ord. 21. *In oſtio Conuentus tabula collocetur, nomina, & cognomina omnium Fratrum Conuentus continens, in qua aliquo ſigno notet Oſtiarius Fratrem domum egredientem, vel regredientem, vt ſic Oſtiarius de quæſitis Fratribus rationem reddere queat.* Quod fuit conf. Romæ 1608. conf. 8.

7 Nullus audeat per fores Eccleſiæ, vel per alias, quam præter communem ianuam Conuentus exire ſub pœna grauioris culpæ. Valliſoleti 1605. ord. 21. *Mandamus ſub pœna grauioris culpæ, ne quis extra Conuentum egredi audeat per fores Eccleſiæ, vel per alias, ſed ſolum per commune oſtium.* Quod fuit conf. Romæ 1608. conf. 8.

8 In vnoquoque Conuentu ſtatuatur ſenioliquis Frater Clericus, vel Conuerſus diſcretus, maturus, & ſecurus, qui ſit portarius, & diligenter ea, quæ ad officium portarij pertinent, exequatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 6. quæ fuit inchoata Treueris 1249. approb. Londonis 1250. & conf. Metis 1251.* Vide ibid. declarat. tex. ſub litt. L.

9 Non permittant Oſtiarij, ſeculares ad Fratrum cellas accedere, ſed illos ante oſtium detineant, & grauibus, pijſque ſermonibus entertiant quoadvſque vocatus Frater accedat. Valliſoleti 1605. ord. 21. *In omnibus Conuentibus, maximè præcipuis, ſemper ad oſtium cuſtos aſſiſtat aliquis Sacerdos, vel Conuerſus ſimul cum aliquo iuniore, diſcretus, & maturus, qui ſeculares aduentantes benignè recipiat, & de rebus ſpiritualibus colloquendo eos detineat, donec Frater ab eis petitus, & à iuniore Oſtiario vocatus adueniat; nec permittat ſeculares per Conuentum diſcurrere, nec ad cellas Fratrum accedere, niſi eſſet perſona grauis. Oſtium autem ita introrſus ſit occluſum, vt nulla ratione à foris venientes poſſint aperire.*

10 Mulieres poſſunt in primum Clauſtrum ingredi tempore proceſſionum, & in Capitulum, atque alias Capellas, quæ in eodem Clauſtro ſunt, ad audiendum Miſſas ex Pij V. Pont. Max. indulto. Romæ 1571. denunciat. 5. *Item denunciamus ab eodē Sanctiſs. D.N.* (erat Pius V.) *motum proprium emanaſſe circa ingreſſum mulierum in Conuentus noſtros, quem ſua Sanctitas viua voce declarauit non eſſe intelligendum de ingreſſu mulierum ad Clauſtrum primum tempore proceſſionis, aut etiam ad Capitulum, & alias Capellas, quæ in Clauſtro eodem haberi ſolent, gratia audiendi Miſſas; in reliquis verò ſua Sanctitas declarauit in omnibus Conuentibus noſtri Ordinis, quoad omnia ſeruandum eſſe ſub pœnis ibidem expreſſis.*

11 Grauiter puniendi ſunt extra clauſuram Conuentuum delinquentes. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 6. cum declarat.*

12 Introducentes mulieres in clauſuram Conuentuum, vltra excommunicationis pœnam, alias grauiſſimas incurrunt. Cenomanis 1491. ord. 2. *Vide de Lapſu carnis nu. 3. & de Mulieribus num. 1. & 2.*

De Comædijs.

1 COmœdias fieri in noſtro Ordine fuit in pluribus Capitulis interdictum, Superioribus, eas permittentibus, iniuncta abſolutionis pœna. Aueniono 1561. ord. 4. *Ordinamus, & ordinādo præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ RR. PP. Prouincialibus, Vicarijs, Prioribus, ſeu Præſidentibus quibuſcunque noſtri Ord. ne permittant quod Fratres in Conuentibus noſtris, ſiue Sorores in Monaſterijs deinceps faciant comœdias, ſiue repreſentationes cuiuſcunque generis; oppoſitum facientes à Superioribus à ſuis officijs in pœnam abſoluantur.* Quod fuit confirmatum Bononiæ 1564. ord. 8.

2 Neque etiam Tragediæ fieri permittantur, ſub eadem pœna. Venetijs 1592. conf. 16. *Confirmamus iiſdem de cauſis ordinationes alias factas de Comœdijs, Tragedijs, & quibuſcumque alijs Repræſentationibus a Fratribus noſtri Ord. non faciendis. Quarum cauſa ſecularium veſtes perquirere neceſſe eſt, ſubindeq; plurima oriuntur inconuenientia: Superioribus mandantes ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs reſpectiuè ne oppoſitum fieri permittant.* & in eodem Capitulo conf. 15. antecedenti pro Galliarum Prouincijs ſpecialiter hæc fuere ſancita. *Confirmamus ordinationem alias factas, & inhibendo præcipimus Fratribus noſtris, in partibus Galliarum ſpecialiter, ne in feſtis SS. Nicolai, Innocentum, vel aliorum, in quibus theatrales cerimoniæ fieri ſolent, Epiſcopales, aut Sacerdotales induant veſtes, quod populi ſcandali potius, quam ędificationis occaſio ſit.* & Barchinone 1574. ord. 17. ita mandatur. *Ordinamus ſub pœna abſolutionis ab officijs Prælatis, reliquiſque Fratribus priuationis vtriuſque vocis, ne de cætero audeant repræſentare per iocum Epiſcopi perſonam vti conſueuit fieri in feſtis Innocentium, &c.*

3 Repræſentationes, etiam ſacræ in Cœmeterijs noſtris nullo modo permittantur. *Vide de Cœmeterijs num. 3.*

De

De Commiſſarijs.

1 Commiſſarijs, Viſitatoribus, & Vicarijs Generalibus in aliquam Prouinciam Miſſis præfigendum eſt tempus à mittente illos in litteris patentibus ſuorum officiorum, vltra quod eorum auctoritas non protrahatur. Neapoli 1600. ord. 7. quod fuit etiam conf. Romæ 1601. conf. 13. *Item confirmamus illam, quod quando contigerit mittere Viſitatores, Commiſſarios, & Vicarios Generales in aliquam Prouinciam, vel pro aliqua cauſa, debeat ſibi in litteris patentibus præfigi tempus vltra quod non poterunt protrahere viſitationem.*

2 Ne electorum libertas vllo modo violetur, caueant Superiores ne Commiſſarios mittant ad inquirendum an electores voce, nec ne gaudeant. Toloſæ 1628. decl. 3. *Declaramus, inſtante electione non poſſe mitti Commiſſarios ad inquirendum, an Vocales ritè, & ſecundùm ius gaudeant voce, ſed procedendum eſſe ad electionem, & dubia, ſi quæ fuerint, ad Confirmatorem eſſe mittenda.*

De Commiſſario S. Officij.

1 Commiſſarij Generalis S. Inquiſitionis munus in Romana Curia inſtitutum, atque noſtro Prædicatorum Ordini ab Apoſtolica Sede perpetuò demandatum, multis gaudet præeminentijs tam in Vrbe, quam in Ordine noſtro.

Vnde in Capitulo Generali Romæ in Conu. S. Mariæ ſuper Mineruam celebrato anno 1580. datus eſt eidem ſuper omnes Prouinciales Priores (excepto illo in cuius Prouincia extiterit) locus, in declaratione 3. ſub his verbis. *Declaramus etiam locum A. R. P. Commiſſarij S. Inquiſitionis in Vrbe eſſe immediatè poſt A. R. P. Prouincialem Romanum; cum in Vrbe commorari contigerit, & poſt alios Prouinciales, cum ad alias Prouincias proficiſci eum oportuerit.*

De Communione.

1 Omnes Fratres non Sacerdotes ſingulis diebus Dominicis in Aduentu, & Quadrageſima ad Communionem Generalem debent conuenire; alijs verò temporibus, de quindena in quindenam. Barcinonæ 1574. ord. 3. *Communionem Generalem haberi volumus omni die Dominico Aduentus, & Quadrageſimæ, cætero verò tempore de quindena in quindenam.*

2 Sacerdotes, qui ob aliquod impedimentum ad celebrandum inhabiles redduntur, Sacram Eucharistiam, præmiſſa Sacramentali Confeſſione ſumere debent. Barcinonæ 1574. eadem ord. 3. *Item ſi quiſunt Sacerdotes, qui vel ſenio, vel alio quocunque impedimento perpetuo, vel ordinario detenti celebrare non poſſunt, teneantur ſaltem in omni Communione Generali Sacram ſumere Eucharistiam præmiſſa Sacramentali Confeſſione.*

3 Eadem die, qua Generalis Communio habetur, fiat ab eo, qui Conuerſorum curam gerit, vel altero Patre, ſermo coram ipſis, quo eos ad deuotionem prouocet. Budæ 1254. ord. 2. *Prouideant Priores quòd in diebus Communionis Fratres Conuerſi ſermonem habeant in vulgari.*

4 Fratres, dum Sacram Communionem ſumunt, Cappa ſint, propter maiorem reuerentiam, induti. Salmanticæ 1551. ord. 11. *Item ordinamus pro vniformitate noſtri Ordinis, vt Cappa in Conuentu à Paſchate Reſurrectionis, vſque in feſtum Omnium Sanctorum nonniſi in Communione, & à ſeruitoribus Miſſarum portentur.*

5 Feria quinta in Cœna Domini tenentur Fratres omnes de manu ſuorum Superiorum Sacram Communionem ſumere, ad quam Patres Sacerdotes cum Stola omnes accedant. Mediolani 1622. ord. 2. *Ordinamus, vt Feria quinta in Cœna Domini omnes Patres Sacerdotes cum ſtola ad Sacram Communionem accedant.*

De Confeſsione Sacramentali.

1 Fratres non Sacerdotes tenentur frequenter confiteri, ſaltem ſemel in hebdomada; etiamſi non teneantur Sacram Communionem ſumere, *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in declar. tex. 2. litt. C.*

2 Patres Sacerdotes tenentur confiteri quan-

quando debent celebrare, & qui in hoc inuenti fuerint negligentes, à Suprioribus ſeuerè puniantur. *Ex eodem loco Conſt. noſt. vbi ſupra.* Et Mediolani 1505. ord. 2. ſubditur quòd ſaltim ſemel in ſepeimana ſub pœna grauioris culpæ id præſtent. *Vide de Grauiori culpa num. 16.* Bononiæ autem 1252. ſic dicitur ord. 4. *Cum quidam Fratres dicantur negligentes eſſe in confitendo, Priores, & Suppriores inquirant frequenter, qui ſunt huiuſmodi, & eos ſuper hoc diligenter corrigant, ſtatuentes eiſdem certum tempus infra quod confiteri debeant, ſecundùm quod eis videbitur expedire.*

3 Conſiderent Priores, atque inquirant, num ſæpè confiteantur Iuuenes, & quibus; quòd ſi eos in hoc notabiliter deficientes inuenerint, certos & peculiares illis Confeſſores debent aſſignare, ſicut ordinatum fuit apud Montempeſulanum 1271. ord. 1. *Volumus, & monemus quòd Priores Conuentuales diligenter inquirant quoties, & quibus Fratres Iuuenes confiteantur; & ſi eos inuenerint notabiliter negligentes, certos Confeſſores aſſignent eis.*

4 Omnes dum confitentur peccata ſua, genuflexi ante Confeſſarios id præſtare tenentur Aueniene 1561. ord. 5. *Ordinamus quòd Fratres propter reuerentiam Sacramenti pœnitentiæ etiam Sacerdotes, dum confitentur peccata ſua, flectant genua ante Confeſſorem.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 2. litt. C.

5 Sedeat Confeſſarius dum Sacramentales Confeſſiones ſuſcipit, & pœnitens diſcooperto capite, & genuflexus ante eum, ob tanti reuerentiam Sacramenti, peccata ſua illi confiteatur. Romæ 1569. ord. 1. *Confeſſio autem, ſiue reconciliatio, fiat Confeſſore ſedente, & pœnitente genuflexo, diſcoopertoque capite.*

6 Nullus ſacris veſtibus indutus ad Sacramentalem Confeſſionem accedat. Romæ 1569. ord. 1. *Ante omnia Sacerdos celebraturus, antequam induat ſacras veſtes confiteatur; nec vlli vnquam confiteri liceat tam illas induto.*

De Confeſſoribus.

PRiùs in audientia Confeſſionum Sacramentalium ſunt Fratres noſtri inſtruendi, antequam ad illas audiendas exponantur. Bononiæ 1235. ord. 1. *Admonemus quòd Fratres diligenter inſtruantur in officio audiendarum Confeſſionum antequam fiant auditores earum.*

2 Non niſi Fratres diſcreti, & in matura ætate conſtituti, ſunt ad confeſſiones exponendi. Pariſijs 1236. ord. 3. *Itē admonemus Priores, quòd cōfeſſores maturos ponāt, diſcretes, et ſecretos.*

3 Ad Sacras Confeſſiones exponantur illi, qui ſunt, tam in litteris, quàm in moribus ad tale munus ſubeundū apti. Romæ 1571. ord. 3. quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 17. *Item confirmamus (quod etiam mandante Sanctæ, & æternæ memoriæ Pio V. ordinatum fuit vt Prælati; & examinatores confeſſorum Ord. noſtri omnem adhibeant diligentiam, vt ad hoc officium ſaluti animarum adeo neceſſarium non admittant, niſi moribus, & ſcientia idoneos, memores diuini iudicij, in quo rationem ſunt reddituri de periculo animarum, quod defectu Confeſſorum damnationem incurrerint.* Quod etiam fuit conf. Romę 1580. conf. 5. & Valentię 1647. ord. 6. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. decl. tex. 2. ſub litt. B.*

4 Ad confeſſiones quarumcumque perſonarum audiendas nullus admittatur, niſi per quinque examinatores, vel tres adminus fuerit approbatus per vota ſecreta: caueantque examinatores ne inſufficientes approbent ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Romæ 1589. ex auctoritate Apoſtolica Sixti V. ita ſancitum eſt, prout habetur in ordinationibus Apoſtolica auct. editis ordinatione 4. *Nullus admittatur ad ſecularium, vel Fratrum confeſſiones audiendas, niſi pariter per quinque examinatores, vel vbi tot non ſuppetunt idonei Patres, per tres ad minus, ſufficiens iudicatus fuerit: præcipientes ipſis, ſiuè Prædicatorum, ſiue Confeſſorum examinatoribus reſpectiuè ſub eodem præcepto formali, eademque excommunicationis latæ ſententiæ pœna, vt per vota ſecreta ſua dantes ſuffragia ſecluſo omni particulari affectu, inſufficientes excludant, & ſufficientes, ac idoneos tantummodò admittant.* Quod fuit conf. Venetijs 1592. conf. 2. additūq; eſt etiā debere approbari per vota ſecreta hoc modo. *Confirmamus, & quatenus opus ſit nouiter ordinamus, quòd nullus poſſit ſecularium, vel etiam Fratrum confeſſiones audire, niſi priùs fuerit à deputatis examinatoribus per vota ſecreta approbatus, ſuſpendimuſque quoslibet non approbatos, vt ſupra ab audientia confeſſionum quouſque modo, quo ſupra, fuerint approbati.* Idem fuit confirmatum. Romæ 1601. conf. 5. Valliſoleti 1605. conf. 3. & Pariſijs 1611. conf. 27. vbi ita additur. *Volumuſque eandem ordinationem inuiolabiliter obſeruari ſub pœna excommunicationis, tam à Præſidentibus Conuentuum, ne quemquam aliter ad prædicandum, aut confeſſiones audiendum admittant, quàm à Prædicatoribus, & Confeſſarijs, ne aliter dictis officijs fungi præſumant.*

5 Sedeant Confeſſarij dum Sacramentales confeſſiones ſuſcipiunt. *Vide de Confeſſione Sacrament. num. 5.*

6 Eleemoſynas, quas recipiunt, ſuis Prælatis conſignare quantocius debent. Venetijs 1592. ord. 9. *Vide de Prædicatoribus num. 7.* & de Bonis Fratrum num. 14.

7 Confeſſionum ſecreta, nec directè, nec indirectè manifeſtare audeant Confeſſarij; oppoſitum autem facientes grauiſſimè puniantur. Mediolani 1278. ord. 10. *Prohibemus diſtrictè ne ſecreta Ordinis, & maximè confeſſionum Fratres noſtri, nec directè, nec indirectè audeant reuelare; & qui circa hoc inuenti fuerint culpabiles, & incauti acriùs puniantur.*

De Confeſſore Regis Hiſpaniarum.

INter alia, quæ noſtra Dominicana Religio à Potentiſſimis Hiſpaniarum Regibus conſequuta eſt beneficia, ac Priuilegia, primum ſibi vendicat locum quod ſibi ſemper in Confeſſarios Ordinis noſtri alumnos aſſumant; quod munus tanquam præſtantiſſimum in maximum Religionis noſtræ vertit decorem, & incrementum; iure merito ergo eidem à Patribus in Comitijs Generalibus Valliſoleti 1605. habitis locus ſuper omnes Prouinciales, præter illum, in cuius Prouincia reperitur, fuit elargitus conceſſione 1. *Concedimus Reuerendiſs. Patri Confeſſori potentiſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici pro tempore exiſtenti locum ſuper omnes Fratres, etiam Prouinciales, excepto Prouinciali Prouinciæ, in qua ſe reperit.*

De Confeſſoribus Fratrum.

1 TEnebantur Fratres noſtri peccata ſua Prælatis proprijs confiteri, alijs verò non niſi de licentia eorumdē id præſtare poterant, vt habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in declarat. tex. 2. ſub litt. C. At verò Clemens VIII. Apoſtolico decreto denunciauit non licere Regularium Superioribus ſuorum ſubditorum confeſſiones recipere, niſi propter caſum reſeruatum, vel ſi ipſimet ſubditi id expoſcant. Tenentur tamen Superiores in ſingulis Conuentibus plures Confeſſarios inſtituere, quibus cæteri Fratres ſua peccata Sacramentaliter valeant manifeſtare. *Vide in Conſt. noſt. loco ſupradict. & in Prologo Conſt. in decl. tex. 10. ſub litt. S.*

2 Fratres in itinere conſtituti, vel extra Ordinem ex quacumque cauſa exiſtentes, vbi non ſunt Confeſſores ex Ordine noſtro, poſſunt, & Sacerdotibus ſæcularibus, & Regularibus ab Ordinarijs approbatis, ſua peccata confiteri, ex decreto Apoſtolico Innocentij VII. Pont. Max. *Ita habetur in Conſt. noſt. primo loco ſupradict.*

3 Poſſunt Magiſtri Ordinis ex Apoſtolicæ Sedis indulto concedere licentiam Fratribus noſtris, vt confiteantur quibuſcumque Sacerdoribus, aliàs legitimè expoſitis, quando copiam confeſſariorum noſtrorum non habent. Ita enim indulſit Sixtus Papa IV. prout denunciatum eſt. Romæ 1481. denunc. vlt. *Item denunciamus quòd idem Sanctiſſimus Dominus noſter Sixtus Papa IV. ex ſua innata, & benigna clementia conceſſit Reuerendiſſimo Magiſtro Ordinis Generali, Prioribus Prouincialibus, & Diffinitoribus ad pedes ſuę Sanctitatis petentibus, quòd poſſint licentiam dare Fratribus Ordinis, vt confiteantur Sacerdotibus quibuſcumque tempore neceſſitatis, quando copiam Fratrum noſtri Ordinis habere non poſſunt. Et idem Reuerendiſs. Magiſter Prouincialibus eandem facultatem conceſſit.*

4 Priores poſſunt concedere licentiam ſibi ſubditis, vt confiteantur peccata ſua Fratribus noſtris alterius Conuentus, non autem confeſſarijs ſæcularibus, vel alterius Ordinis. Ita enim declaratum eſſe Toloſæ 1329. habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 2. litt. C. Veruntamen ann. 1329. Generale Capitulum fuit celebratum apud Ciſteriacum, & Toloſanum Capitulum fuit celebratum ann. 1328. at in vtriuſque Capituli Actis nec verbum quidem de hac re reperitur.

5 Priores Prouinciales poſſunt ſibi eligere in Confeſſarios quoſcumque Fratres Sacerdotes. Ita enim illis conceſſum eſt Bononiæ 1238. admonit. vlt. *Item concedimus, vt Priores Prouinciales eligant ſibi Confeſſores.*

6 Nouitij ſoli proprio Magiſtro ſua peccata confiteri debent; liceat autem Superiori etiam locali, ſi tamen illi ita videbitur expedire, per ſe, vel per alterum ab eo deputandum, aliquando eorum Confeſſiones audire. Ita ordinauit Clemens VIII. in ſua, *De Nouitiorum inſtitutione* Conſtitutione.

7 Poſſunt Prælati abſolutionem reſeruare ſibi aliquorum peccatorum, atque Confeſſarijs determinare grauem pœnitentiam delinquentibus iniungendam, non ſolùm pro reſeruatis, ſed etiam pro non reſeruatis peccatis quibuſdam. Peccata verò, quæ ſibi Superiores reſeruare poſſunt determinata fuere à Clemente VIII. in ſua Conſtitut. Apoſtol. prout habetur. *Ex Conſt. noſt. in Prologi declarat. tex. 10. litt. S.* vbi aſſignantur caſus reſeruabiles à Superioribus.

8 Caueant Prælati ne ea cognitione in regimine vtantur, quam de aliorum peccatis

in confeſſione, tam ante, quàm in ipſo regimine habuere. *Ex eadem decl. Conſt. vbi ſupra.* Quod fuit etiam ordinatum. Romæ 1608. ord. 17. ſub his verbis. *Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarij, qui ad Prælaturæ gradum aliquando conſcenderint caueant diligentiſſimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem Fratrum gubernationem vllo modo vtantur.* Fuit etiam hoc idem confirmatum Pariſijs 1611. conſ. 10.

9 Non poſſunt Fratres noſtri, neque Moniales abſque Superiorum licentia Bullis Pontificijs, vel litteris Apoſtolicis vti quantùm ad abſolutionem à caſibus reſeruatis; (niſi aliàs in eiſdem litteris à Papa Regularibus omnibus hæc gratia largiatur ſpecialiter, vt contingere ſolet in Bullis Iubilæi extra Annum Sanctum concessi, in quibus ſolent Summi Pontifices omnibus vtriuſque ſexus Regularibus facultatem elargiri, vt Confeſſorem eligant, qui eos à reſeruatis etiam caſibus abſoluere valeat, dummodo ea, quæ in eiſdem Apoſtolicis litteris mandantur, ad implenerint). Ita Anct. Apoſtol. Iulij II. declaratum eſt Ianuæ 1513. denunciat. 1. *In primis denunciamus Reuerendiſs. Magiſtrum (voluntatem ſuam, qua voluit Apoſtolica auctoritate ſibi conceſſa perſonas Ordinis confeſſionalibus, vel Indulgentiæ litteris, etiam per Sanctam Sedem emiſſis, vel emittendis gaudere non poſſe quoad abſolutionem à caſibus per Prælatos ſuos reſeruatis ſine ſua expreſſa licentia petita, & obtenta) reſtringere, tenore præſentium ad Fratres in Conuentibus, ſeu non ext a Ordinem manentes, Ita tamen quòd de licentia Priorum Prouincialium, vel Vicariorum Generalium, aut Nationum liceat omnibus vti ſupradictis.*

10 Bullæ Cruciatæ vigore, non poſſunt Fratres noſtri à caſibus reſeruatis, neque abſoluere noſtros, neque abſolui: Ita enim declarauit Clemens VIII. Apoſtolica Conſtitutione. *Vide de Bullis Pontiſ. num. 6.*

11 Magiſter Ordinis plenariam habet ſuper omnes Fratres noſtros ligandi, atque ſoluendi auctoritatem, poteſtque vigore Apoſtolicorum priuilegiorum ſibi ſubditos abſoluere ab omnibus cenſuris, & Caſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, niſi eſſent hæretici relapſi, vel ſchiſmatici, vel Apoſtolicarum litterarum falſificatores, aut ad Infideles prohibita detuliſſent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 2. litt. C.*

12 Priores Conuentuales in ſuis Conuentibus, nedum ſibi ex familia ſubditos, ſed etiam aduenientes ex Ordine hoſpites, cum habeant auctoritatem quaſi Epiſcopalem, poſſunt ex Auct. Apoſt. ab omnibus peccatis, atque qualibet ſententia iuris, & Iudicis generaliter, & non in particulari prolata abſoluere, niſi forte talis eſſet exceſſus, vt meritò Apoſtolica ſedes eſſet conſulenda. *Ex Conſt. noſt. eadem diſt. 1. cap. 14. in textus 2. declaratione litt. C.*

16 Suppriores, vel Vicarij Conuentuum in Priorum abſentia poſſunt, & ipſi aduenientes hoſpites ab omnibus ſupradictis cenſuris, vt Priores, abſoluere, dummodo non in fraudem, & data opera ad eos propter hoc acceſſerint. Mediolani 1505. *Declaramus, quòd Fratres hoſpites poſſunt à Prioribus, & in eorum abſententia a Supprioribus, vel Vicarys Conuentuum, ad quos declinauerint abſolui ab omnibus peccatis, & Cenſuris, tam ab homine, quàm à Iudice generaliter prolatis, non reſeruatis Sedi Apoſtolicæ; dummodo non in fraudem ad eos acceſſerint; non tamen poſſunt ab eis abſolui à ſententia lata à Iudice Ord. noſtri, niſi fortè ille Iudex fuerit inferior Priore.*

17 Priorum auctoritas ſupradicta à nullo Superiore minui, neque arctari poteſt. *Ex eodem loco ſuprad. Conſt. noſt.*

De Confeſſoribus Monialium.

1 Qvi ad audiendas Monialium confeſſiones aſſignantur, ſint exemplaris vitæ, ætate graues, maturi, diſcreti, religioſiſque moribus ditati. Venetijs 1592. ord. 8. *Admonemus Ad. RR. Patres Prouinciales, vt nonniſi perſonas ætate graues, maturas, ac diſcretas religioſiſque moribus ornatas in Monialium Confeſſores præficiant, vt earum ſaluti ſpirituali, & profectui in via Dei conſulere poſſint.* Quod iam antea Senis 1462. ord. 5. fuerat ſancitũ, & poſtea Valliſoleti 1605. ord. 20. confirmatum.

2 Vnicus tantùm aſſignetur Confeſſarius in ſingulis Monialium monaſterijs, vel ad ſummum duo, ſi Monialium copia id exigat. Vlyſſiponæ 1618. ord. 4. *Ordinamus, vt vnus tantùm Confeſſarius ordinarius cuicumque Monaſterio Monialium deputetur, aut duo ad ſummum, ſi ob multitudinem Monialium id neceſſe fuerit.*

3 In magnis ſolemnitatibus bis, aut ter in anno extraordinarius Confeſſarius illis offeratur. Valliſoleti 1605. ord. 20. *Nullus Monialibus Confeſſor aſſignetur, niſi ſit ſufficientis, ætatis, & vitæ exemplaris, cui omnes ordinariè peccata ſua confiteantur: præter ordinarium autem Confeſſorem iuxta decretum Concilij Tridentini extraordinarius bis, aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat: Quod ſi aliquando alicui Moniali ob peculiarem, & ſpi-*

& ſpiritualem neceſſitatem aliquis detur Confeſſeſſarius, id tamen ſeruata antiqua Ordinis conſuetudine fieri mandamus. Quod fuit confirmarum Vlyſiponæ 1618. ord. 4. Bononiæ autem 1564. Admonit. 7. ſic dicitur. *Admonemus tamen omnes earum* (ſcilicet Monialium) *Præfectos, vt ſtatutum Sacri Concilij de extraordinarijs Confeſſoribus mittendis diligentiſſimè obſeruetur.*

4 Duorum tantùm annorum ſpatio Confeſſarij earum in ſuo officio permaneant. Romæ 1583. ord. 11. *Ordinamus, quod alias ordinationibus Capitulorum Generalium cautum eſt in omnibus Prouincijs, quòd Confeſſarij Monialium non maneant vltra biennium.* Ex quibus conſtat Priores Prouinciales non poſſe diſpenſare cum aliquo, vt tertio anno in officio Confeſſarij Monialium perſeueret in eodem Monaſterio, cum ipſi ſuper ordinationes Capitulorum Generalium diſpenſandi auctoritate careant.

5 Completo triennio (ſi tertius annus ex diſpenſatione Mag. Ord. habeatur) ſtatim ſunt omnes Confeſſarij à Monaſterijs amouendi. Ex decreto Clementis VIII. quod exrat in Actis Capit. General. Romæ 1601. inter Apoſtolicas editas ordinationes de regimine Monialium ordin. 33. ſub his verbis. *Confeſſarij Ordinarij amoueantur completo quolibet triennio, & alij in loco illorum ſubrogentur.*

6 Nulla Sanctimonialis confiteatur peccata ſua Sacerdori extraneo, tam regulari, quàm ſæculari, abſque expreſſa proprij Præſidentis licẽtia. Bononiæ 1564. Admon. 7. *Item quòd nulla ſoror noſtri Ordini alicui Sacerdoti Regulari, ſiue ſæculari extra obedientiam noſtri Ordinis conſtituto confiteatur abſque expreſſa licentia proprij Præſidentis, & quæ contra feciſſe deprehenſæ fuerint, ſeuerè puniantur.*

7 Tenentur ſub pœna grauioris culpæ Monialium Confeſſarij eleemoſynas pro miſſis ſibi datas infra vnius diei ſpatium Prælato ſuo manifeſtare. Romæ 1589. ord. 8. *Ordinamus, & ſub pœna grauioris culpæ mandamus, vt Confeſſores Monialium quaſcumque eleemoſynas pro miſſis ſibi datas, ac illorum numerum infra vnius diei terminum ab earum receptione Prælatis ſuis manifeſtare teneantur.*

8 Non ingrediantur Monaſteria niſi in caſibus neceſſitatis, & ad eorum munera ſpectantibus. Romæ 1583. cap. Ordinationes pro Monialib. *Confeſſores etiam non niſi in caſibus neceſſarijs, & ad eorum officium ſpectantibus ingrediantur, &c. Quandocumque autem ſupradictos ingredi neceſſarium fuerit, non morentur in aliquo loco, vbi à ſocijs videri non poſſint.*

9 Non pernoctent in hoſpitijs Monaſteriorum niſi illud ſit ab eis ſeparatum. Romæ 1583. loco ſuprad. *Nullus etiam Confeſſor dormiat, aut pernoctet in hoſpitio Monaſteriorum Monialium niſi illud ita ſeparatum ſit, vt colloqui, aut conuerſari inde cum Monialibus nullo modo poſſit.* Vide de Monialib. num. 17.

10 Eiſdem miſſas celebrent, & pro Capellanis deſeruiant. Ex eodem Capit. Rom. 1583. loco dicto. *Confeſſores Monialium eiſdem Miſſam celebrent, & pro Capellanis deſeruiant, neque alij admittantur, niſi vbi fuerint aliquæ cappellaniæ, aut Parochiæ conſtituta, Confeſſoreſue præ ſenio pro Cappellanis deſeruire poſſunt; aut etiam ſi ſecundùm Monaſterij conſuetudinem plures miſſæ celabrari ſolent; tunc enim alij adſciſci poterunt noſtri Ordinis Regulares, aut Clerici ſeculares, quibus etiam non licebit cum Monialibus loqui ſub pœnis in prima ordinatione contentis.* In prima autem ordinatione eſt iniuncta pœna, excommunicationis.

11 Loquantur cum Monialibus tantùm de ſpectantibus ad ſuum officium. In eodem Capit. Rom. 1583. loco ſuprad. *Prælatis autem, & Confeſſoribus ipſarum Monialium licebit in caſibus neceſſarijs pro ratione officij cum Monialibus loqui; quod ſi in hoc exceſſerint Prælati, in pœnam abſoluantur: Confeſſores verò pœna grauioris culpæ puniantur.*

12 Abſente Prouinciali, & Priore, poſſunt, & debent ad habitum, & profeſſionem recipere Moniales. Toloſę 1628. *Vide de Monialibus num.* 4.

13 Abſentibus Priore, & Confeſſario, Confeſſarius alterius Monaſterij eiuſdem loci remanet etiam illarum Monialium Vicarius, quo deficientẽ eligatur Vicarius à Conſilio Patrum. *Vide ibid. de Monial. num.* 5.

14 Abſentibus Prioribus, non Suppriores, ſed ipſi Confeſſarij Monialium remanent earum Vicarij. Ex decreto S. Congreg. Regularium. *Vide de Monialib. num.* 5. *& infra P. 2. Pro Prouin. Aragoniæ num.* 28.

De Confeſſoribus Secularium.

1 NVllus ſecularium Confeſſiones audiat ſine licentia ſui Prælati, & Epiſcopi. Budæ 1254. ord. 1. *Nullus Fratrum prædicet, vel Confeſſiones audiat ſine licentia ſui Prælati ſpeciali. Quicumque autem habuit licentiam à Prælato ſuo audiendi confeſſiones, non recipiat ad confeſſionem aliquem niſi de licentia Epiſcopi.*

2 Conuentuum Præſidentes inuigilent ne ſibi ſubditi confeſſiones extraneorum audiant ſine Ordinariorum licentia, quod & ipſi obſeruare tenẽtur. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. n.* 32.

 Nul-

3 Nullus exponendus eſt ad audiendas ſecularium confeſſiones niſi priùs ab examinatoribus deputatis examinatus, approbatus fuerit. Romæ 1481. ord. 6. Romæ 1484. ord. 2. Venetijs 1592. conf. 2. Romæ 1601. conf. 5. & Pariſijs 1611. conf. 27. ſic dicitur. *Confirmamus, & renouamus ordinationem illam factam in Capit. Generali Romæ celebrato 1589. de Prædicatoribus, & Confeſſarijs rigorosè per quinque Patres deputandos examinandis, & per vota ſecreta approbandis.* Quod ſub præcepto formali, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ fuit iterum ſancitum Valentiæ 1647. ord. 6.

4 Debent nedum in ſcientia, ſed etiam in moribus approbari. *Vide de Confeſſoribus nu. 3.*

5 Debent eſſe in ætate matura. Bononiæ 1564. ord. 3. *Item ordinamus, vt in examinandis, & exponendis Confeſſoribus, & Prædicatoribus magna diligentia adhibeatur, & ſecundùm Priorum diſcretionem nonniſi in ætate matura ad audiendas confeſſiones extraneorum aliquis exponatur.*

6 Fratres ignorantes, & inhabiles nullo modo pro Sacr. Confeſſionibus Diœceſanis præſententur ſub pœnis priuationis vocis act. & paſſ. omniumque gratiarum Ord. apud Nurimberg. 1405. ord. 1. *Fratres ignorantes, & inhabiles nullatenus pro audiendis confeſſionibus extraneorum Diœceſano præſententur: qui autem oppoſitum fecerit, voce & omnibus gratijs Ordinis ſit priuatus.*

7 Nullus ad ſecularium confeſſiones eſt exponendus, niſi caſus ab Epiſcopo, in cuius Diœceſi debet audire confeſſiones, reſeruatos calleat. *Vide de Abſol. Prioris num. 32. & infra num. 20.*

8 Prompto animo tenentur Fratres noſtri examen coram Epiſcopis, ſeu Ordinarijs locorum ſubire prò ſacris confeſſionibus audiendis, quando hoc eis benè viſum fuerit. Bononiæ 1564. cap. *De Sac. Concil. Trident. decretis* in hunc modum. *Diligenter attendant Prælati noſtri Ordinis, & quicumque alij Fratres omnia, quæ circa Reuerendiſs. Epiſcoporum obſeruantiam à S. Synodo fuerunt ſtatuta, & ſi examinare velint expoſitos ad confeſſiones audiendas, aut promouendos ad Ordines, humilitèr pareant; neque ipſis contradicentibus etiam in noſtris Eccleſijs prædicare præſumant; & ſi in aliquo horum durius aliquando cum Fratribus noſtris agere videantur, æquo animo ſuſtineant, nec ſuper ea re quæſtiones habeant, aut lites intendant. Cæterum ſi non ferenda grauamina interim occurrant, conſulatur Reuerendiſs. Generalis, vel illius Prouinciæ Superior Prælatus, vt ſecundum eorum conſilium de opportuno remedio prouideatur.*

9 Non poſſunt Epiſcopi, ſeu locorum Ordinarij ſemel ab ipſis approbatos pro Confeſſionibus Fratres noſtros ſine noua cauſa ab illis ſuſpendere. Ex decreto Sac. Congregat. Epiſcop. & Regularium, quod denunciatum fuit Romæ 1629. denunc. vltima in hunc modum. *Item denunciamus Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium decreuiſſe Archiepiſcopos, Epiſcopos, cæteroſque locorum Ordinarios, ad quos Confeſſarios approbandi ius ſpectat, non poſſe ſuſpendere ab audiendis confeſſionibus Regulares Confeſſarios aliàs ab ipſis liberè approbatos, niſi noua ſuperueniente cauſa ad ipſas confeſſiones pertinente, vel ob non ſeruatum interdictum ab eiſdem Ordinarijs impoſitum.*

10 Neque etiam poſſunt auferre facultatem ab omnibus vnius Conuentus Fratribus ne confeſſiones audiant, ſed tenentur aliquos in noſtris Eccleſijs exponere, vt ad eas accedentes poſſint à peccatis abſoluere; Ex decreto eiuſdem S. Congregationis denunciato pariter Romæ 1629. eadem denunc. vltima ſub his verbis. *Item ſtatuit* (ſcil. Sac. Congregatio) *eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, Ordinarioſque nullo modo adimere poſſe facultatem confeſſiones audiendi omnibus Regularibus vnius Conuentus ſimul Sacra Congregatione inconſulta.*

11 Decretum autem S. Congregationis emanatum eſt ſub his verbis. *Statuit inſuper eoſdem Archiepiſcopos, Epiſcopos, locorumque Ordinarios, confeſſiones audiendi facultatem omnibus ſimul vnius Conuentus Regularibus Confeſſarijs eadem Sac. Congregatione inconſulta nullo pacto adimere poſſe: Quod quidem decretum, vt idem Illuſtriſſimi Patres opportunum, & neceſſarium duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obſeruari Romæ 10. Nouembris 1615. A. Mar. Epiſcop. Hoſtienſ. Card. Gallus. V. Theat. Secr.*

12 Priores Prouinciales, & Conuentuales de Confeſſarijs doctis Eccleſijs noſtris prouidere tenentur, qui ſint prudentes, & probatæ vitæ, vt charitatiuè, & patienter fidelibus pœnitentiæ Sacramentum adminiſtrare valeant; poſſuntque adhoc munus ſubeundum compelli omnes Magiſtri, & Graduati, etiam pœnis iniunctis. Valentiæ 1647. ord. 3. *Cum Ordo noſter ad inſeruiendum populis in ijs, quæ ad ſalutem pertinent, ſit inſtitutus; ſalus autem proximorum in adminiſtratione Sacramenti Pœnitintiæ maximè procuretur: Ordinamus PP. Prouincialibus, & Prioribus, vt Eccleſijs ſuis prouideant de Confeſſarijs, qui ſint probæ vitæ, prudentes, & docti, & qui patienter, & charitatiuè pœnitentes audiant; volentes vt ſi opus fuerit ad hoc officium etiam Graduatos, & Magiſtros cuiuſcunque conditionis per pœnas ſibi benè viſas compellant.*

13 Tenentur huiuſmodi Confeſſores, qui non ſunt Graduati, nec à Generalis ſtudij moderatoribus in Lectores, vel Prædicatores approbati, per tres vices de triennio in triennium examinari. Valentiæ 1647. ord. 4. *Conſiderantes quòd nonnulli poſtquàm ſemel approbati fuerint ad audiendas confeſſiones non amplius ſtudent*

Digitized by Google

dent caſibus conſcientiæ; vnde & minùs habiles in dies magis, ac magis redduntur, Ordinamus quòd, qui impoſterum approbandi erunt ad audiendas confeſſiones tam Fratrum, quam ſecularium, & Monialium, niſi aliàs ſint Graduati, vel in ſtudio generali Prædicatores, vel Lectores inſtituti, tribus vicibus de triennio in triennium in aliquo Conuentu, vbi vigeat ſtudium Theologiæ examinentur, & ſolum poſt tertium examen, ſimpliciter approbati eſſe cenſeantur; declarantes quòd aliàs quantum ad formam, & locum examinis ſeruetur vſus Prouinciarum.

14 Nullus exponatur ante trigeſimum ætatis annum. Senis 1462. ord. 5. *Præcipimus Fratribus noſtri Ord. vniuerſis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ vna pro trina canonica monitione præmiſſa, quam ipſo facto contrauenienda incurrant, ne quis ante trigeſimum annum confeſſiones tam virorum, quam mulierum ſecularium audire præſumat; quod ſi fecerit, eum excommunicat. ſententiam ex nunc, prout ex tunc incurriſſe denunciamus*: & Romę 1608. ord. 20. ſic dicitur. *Non admittantur Fratres ad confeſſiones mulierum audiendas, niſi ipſi fuerint triginta annorum. Quòd ſi in aliqua Prouincia de his fuerit arctior conſuetudo, ea ſeruetur.* Quod etiam fuit conſ. Pariſijs 1611. conſ. 12. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 2. ſub litt. B.*

15 Extra confeſſionalia nunquam mulierum confeſſiones audire præſumant Fratres noſtri, ſub pœna ſuſpenſionis ab eodem officio. Vlyſſiponæ 1618. ord. 3. *Ordinamus, & diſtrictè præcipimus Patribus Confeſſoribus ſub pœna ſuſpenſionis ab audientia confeſſionum, vt ob tanti decentiam Sacramenti mulierum confeſſiones ſemper ex confeſſionalibus per minuta laminæ ferreæ, vel alterius ſolidæ materiæ foramina excipiant; nunquam verò extra confeſſionalia, neque aperta facie; quòd ſi qui hanc ordinationem, & mandatum violare præſumpſerint, mandamus Patribus Prioribus. eorum conſcientias aggrauantes, vt eadem ſuſpenſionis pœna tales inobedientes puniant.* Et Venetijs 1592. ord. 1. ita dicitur. *A lateribus Eccleſiæ extra Capellæ maioris ambitum loco aperto, patentique, Confeſſionalia ſecundùm formam à Viſitatoribus Apoſtolicis præſcriptam conſtituantur, et nemo Confeſſariorū audeant ſub pœna ſuſpenſionis ab audientia confeſſionum mulierum confeſſiones, niſi ad feneſtellam crate ferrea, vel lignea, aut alterius materiei munitam, & cum cappa ſemper audire.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 10. in declarat. tex. 1. ſub litt. C.

16 Caueant Confeſſarij ne, dum confeſſiones audiunt, eleemoſynas à pœnitentibus recipiant, ſub pœna priuationis eiuſdem muneris. Romæ 1608. ord. 21. *Cum in actu Confeſſionis, vel proximo, pœnitens eleemoſynam dare voluerit, eam non recipiat Confeſſarius, ſed ſignificet reponendam in communi Arcula Eccleſiæ. Qui contrafecerit ipſo facto ſit priuatus officio Confeſſarij per triennium.* Quod fuit conſ. Pariſijs 1611. conſ. 12.

16 Nullus ad ſecularium confeſſiones ſuſcipiendas eſt admittendus, qui non ſit in caſibus conſcientiæ optimè verſatus, hocque de diſcretorum conſenſu fieri debet. Apud Brinianı 1346. ord. 5. *Ad confeſſiones ſecularium audiendas nullus Frater exponatur niſi de conſilio diſcretorum, & ſit peritus in caſibus conſcientiæ.* Si autem in alijs ſcientijs ſit optimè verſatus, ignoret tamen ea, quæ ad conſcientiæ caſus ſpectant, nullo modo pro ſecularium confeſſionibus exponatur. Ianuæ 1513. ord. 4. *Prouinciales, Vicarij, & Viſitatores examinent per ſe, vel per alium in domibus ad eos ſpectantibus omnes (pro confeſſionibus extraneorum) quos non conſtat manifeſtè eſſe doctos in caſibus conſcientiæ, etiam ſi ſint docti in alijs.* Quod etiam ſancitum eſt Neapoli 1515. ord. 8.

17 Nullus ſecularium confeſſiones, non approbatus, audire præſumat ſub pœna carceris. *Vide de Carceribus num.* 12.

18 Incurrunt excommunicationis pœnam examinatores approbantes inſufficientes ad confeſsiones audiendas. *Vide de Confeſſoribus num.* 4.

19 Caueant Confeſſarij ſub grauiſſimis pœnis ne pœnitentes à reſeruatis caſibus, tam Apoſtolicæ Sedi, quàm Epiſcopis, prætextu quorumcunque priuilegiorum abſoluere præſumant præterquàm in mortis articulo. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 2. litt. B.*

20 Caſuum reſeruatorum à Diœceſanis; quos Confeſſores ſcire tenentur, catalogus publicè in Sacriſtia ſit affixus. Neapoli 1515. ord. 8. *Item mandamus diſtrictè ſub pœna abſolutionis ab officio Præſidentibus Conuentuum, vt vigilent adhoc, vt nec ipſi, nec alij audiant confeſſiones extraneorum, niſi præſentati Epiſcopis locorum, & ſciant caſus reſeruatos, qui in aliqua ſchedula in Sacriſtia, vel in alio loco patenti conſcripti aſſigantur.*

21 Bullæ Cœnæ copiam apud ſe habeant omnes ad ſecularium confeſſiones ſuſcipiendas expoſiti, ſub pœna priuationis eiuſdem muneris. *Vide de Bullis Pontificijs num.* 2.

22 Non inducant Confeſſarij pœnitentes in ſuis confeſſionibus ad ſibi, vel Ordini aliquid elargiendum. Barcinonæ 1261. ordin. 2. *Item caueant Fratres Confeſſores, ne in confeſſionibus inducant pertinentes ad dandum aliquid ſibi, vel Ordini, vnde poſſint probabiliter de cupiditate notari.*

23 Plura alia ad hanc materiam ſpectantia vide in Conſt. noſt. diſt. 1. de Nouitijs cap. 14. in decl. tex. 2. ſub litt. C. & diſt. 2. de Prædicatoribus cap. 12. in decl. tex. 2. ſub litt. B.

In

De Congregationibus Intermedijs.

IN Prouincijs, habentibus Prouinciales quadriennales, habendæ ſunt Congregationes intermediæ ex Patribus Prouinciæ, antiquioribus Magiſtris, & præcipuorum Conuentuum Prioribus à Prouincialibus in qualibet Prouincia deſignandorum, in quibus fiant ſcrutinia de abſolutionibus, vel confirmationibus Prouincialium Magiſtro Ord. vel Generali Capit. Diffinitoribus transſmittenda, & ea, quæ ad commune Prouinciæ bonum ſpectant, tractentur. Non tamen licet in illis Diffinitores Cap. Generalis, aut Prouincialis eligere, vel petitiones Prouinciæ formare, ſeu Prædicatores Generales instituere. Ita enim ordinatum eſt. Romæ 1629. ord. 12. *Vide de Capit. Prouincial. num. 1.*

De Conſeruatoribus.

1 CОnſeruatores habere debemus, qui nos contra noſtra Priuilegia moleſtantes cohibere valeant. Pariſijs 1279. ord. 11. *Quia in multis partibus contra noſtra Priuilegia moleſtamur, admonemus Priores Prouinciales quòd ſint ſolliciti procurare in Curia Romana Conſeruatores in diuerſis partibus ſuæ Prouinciæ, & qui moleſtatores huiuſmodi valeant cohibere.*

2 Ioannes Papa XXII. primus omnium extitit, qui quoſdam Epiſcopos à ſe ſpecialiter nominatos in ſuo Priuilegio 1. Conſeruatores pro Ordine noſtro inſtituit his verbis. *Nos Magiſtri, & Fratrum Prædicatorum prouidere quieti, & malignorum conatibus obuiare volentes, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per ſe, vel per alium, ſeu alios, etiam ſi ſint extra loca, in quibus vos deputati eſtis Conſeruatores Iudices, eidem Magiſtro, & Fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eos à quibuſcunque moleſtari, vel eis damna, violentias, iniurias, vel moleſtias irrogari: factum eiſdem Magiſtro, & Fratribus cum ab eis, vel Procuratoribus eorum fueritis requiſiti, de quibuſcunque moleſtijs, violentijs, iniurijs, & damnis præſentibus in illis, quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs verò prout qualitas exegerit iuſtitiæ complementum. Moleſtatores, et iniuriatores huiuſmodi, necnon, & contradictores quoslibet, & rebelles cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, vel conditionis extiterint: etiamſi Pontificali præfulgeant dignitate quotieſcunque expedierit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus litteris Bonifacij VIII. in quibus cauetur, ne aliquis extra ſuam Ciuitatem, & diœceſim, niſi in certis caſibus vltra vnam dietam, &c. in iudicium euocetur, &c. Cæterum volumus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus.*

3 Idem priuilegium Sixtus IIII. in Mari magno nobis conceſſit, & Pius V. datis Apoſtolicis litteris confirmauit, vt habetur in Actis Cap. Generalis Romę 1571. denunc. 7. *Item denunciamus, inter cætera S. D. N. Pium V. Ordini noſtro contuliſſe nouam facultatem eligendi Conſeruatores, prout in Breui ſuæ Sanctitatis expreſſius continetur.*

De Conſilio Patruum.

1 IN ſingulis Conuentibus noſtris debent eſſe deputati aliqui Patres à Conſilijs, Viri prudentes, cum quorum aſſenſu poterunt Priores grauiora Conuentuum negotia complere. Romę 1569. ord. 11. *Ordinamus, vt in quolibet Conuentu noſtri Ord. ſint deputati Patres aliqui à Conſilijs, viri prudentes, ſine quibus non liceat Prioribus grauiora Conuentus tractare, prout in Conſtitutionibus, & ordinationibus præſcribitur.*

2 Ad Conſilium Patrum vocandi ſunt Magiſtri, ſcilicet acceptati in ſuis Prouincijs; Qui fuerunt Priores in illo Conuentu; Lectores primi; Vicarij Nationum: Qui in ſtudio Generali ſententias legerint; Suppriores, atque adhoc inſtituti à Magiſtro Ord. vel Prioribus Prouincialibus. Mediolani 1505. decl. 1. *Declaramus quòd ad Conſilia vocandi ſunt Fratres, qui ſunt Magiſtri in Theologia, vel fuerunt Priores in illo Conuentu, vbi deputantur conſiliarij, vel Lectores principales, vel Vicarij Nationum, vel in ſtudio Generali ſententias legerint, vel qui ſunt actualiter Suppriores, vel qui per Magiſtrum Ordinis, vel Priorem Prouincialem inſtituti fuerint, niſi propter aliquod crimen demeruerint priuari, ſicut etiam alias declaratum fuit.*

3 Qui fuerunt in illa, vel alijs Prouincijs Prouinciales. Valliſoleti 1605. decl. 5. *Concedimus autem omnibus Patribus, qui in aliqua Prouincia fuerunt Prouinciales, vt ſint Patres à Conſilijs in quibuſcumque Conuentibus, in quibus fuerint aſſignati, etiam ſi ſint alterius Prouinciæ ab*

illa

Digitized by Google

illa in qua fuerunt Prouinciales.

4 Magiſtri Nouitiorum. Pariſijs 1611. ord.4. *Ordinamus igitur, vt poſt hac Magiſtri Nouitiorum, qui ſex ſaltem habebunt ſua curæ commiſſos Clericos Nouitios, ſiue profeſſos, ſiue ſimplices, quamdiu illud exercebunt officium, ſint Patres à Conſilijs exempti ab officijs hebdomadariæ.* De quibus omnibus vide in Conſt.noſt. diſt.1. cap.13. in decl.tex.1. ſub litt.A. vbi inter Patres à Conſilijs numerantur Inquiſitores, & dicitur ita fuiſſe ordinatum Venetijs 1592. & Valliſoleti 1605. in quibus Capitulis nec verbum quidem de Inquiſitoribus habetur, vt videre eſt in eorundem Actis, quorum prima, nempè Veneti Capituli fuere impreſſa Mantuæ apud Oſanam, poſteriora verò Romæ apud Vvllietum. In Capitulo autem Neapolitano 1600. de eiſdem fit ſermo, vt ex ſequenti ordinatione apparet.

5 Vt in Conſilio Patrum votum ſuum emitterent, & loquerentur Primò loco Prior, qui Conſilium dirigit; Secundò Magiſtri in illa Prouincia acceptati; Tertiò, qui fuerint in aliqua Prouincia Prouinciales. Quartò Inquiſitores. Quintò Baccalaurei. Sexto Prædicatores Generales. Septimò Supperiores; Octauò qui fuerunt Lectores primi in eodem Conuentu. Nonò qui fuerunt in illo, vel alijs Conuentibus Priores. Decimò autem actualis Conuentus Lector; inter hos autem octauo nono, & decimo loco recenſitos profeſſionis antiquitas in loquendo præcedat, quod & inter alios ſubſequentes obſeruari debet. Ita enim expreſsè declaratum eſt Neapoli 1600. declarat.8. *Declaramus ordinationem 17. Capit. Veneti 1592. ſic intelligendam eſſe, quòd Lectores primi, qui Doctores Conuentuum nuncupantur, primum poſt Graduatos, ideſt poſt Magiſtros, poſt eos, qui fuerunt Prouinciales illius, vel alterius Prouinciæ; Inquiſitores; Baccalaureos; Prædicatores Generales; Suppriorem, ac poſt eos, qui fuerunt Lectores primi in eodem Conuentu; imò & poſt illos, qui fuerunt Priores ibi, vel alibi in Religione ipſis antiquiores, in Patrum Conſilijs votum habeant.* Romæ autem 1650. abſque huius declarationis reuocatione facta eſt alia declaratio in contrarium circa Prædicatores Generales, & dicitur non habeant vocem niſi ſecundùm Ordinem ſuę profeſſionis. Ita habetur declaratione 7. *Vide de Prædicator. General. num. 21.*

6 Patres à Conſilijs duodenarium numerum non excedant; excepto tamen Priore, qui Conſilij caput exiſtit. Romę 1553. ord.7. *Ordinamus quòd numerus Patrum à conſilijs in nullo Conuentu, excepto Pariſienſi ob multitudinem Graduatorum, duodenarium numerum excedat.*

7 Ad illud nullus admittatur ante quadrageſimum ętatis annum, exceptis tamen ijs, qui ſunt Patres de iure. Romę 1553. ord.7. & Romę 1558. confirmat. 13. ita dicitur. *Item confirmamus, quòd numerus Patrum in nullo Conuentu (excepto Pariſienſi ob multitudinem Graduatorum) duodenarium numerum excedat; & quòd Patres Conuentus ante ætatem quadraginta annorum nullatenus admittantur, his exceptis, qui Patres de iure ſunt.* Vide infra num.9.

8 Prioribus interdictum eſt ſub pœna abſolutionis ab officijs, aliquem ſupra duodenarium numerum ad illud admittere. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num.50.*

9 Illi ſoli poſſunt à Prouincialibus, & Magiſtro Ordinis ex gratia in Patres à Conſilijs inſtitui, qui ſunt in matura ętate Conſtitutati, atque quadrageſimum attingunt annum, niſi alias eiuſdem Reuerendiſſimi accedat diſpenſatio. Romæ 1553. ord.7. *Ordinamus, quod numerus Patrum in nullo Conuentu excepto Pariſienſi ob multitudinem Graduatorum duodenarium numerum excedat, & quod Patres Conuentus ante ætatem quadraginta annorum nullatenus eligantur, his exceptis, qui Patres de iure ſunt, vt Suppriores, & principales Lectores, & qui Prioratum in ijſdem Conuentibus egerunt.* Quod fuit conf. Romę 1558. conf.13.

10 Priores non poſſunt ex proprio beneplacito aliquem ad Conſilium Patrum admittere, vel ab eo excludere; Prouinciales autē poſſunt ex gratia aliquos pro eodem determinare, dummodo tamen ſint ętatis 40. annorum. Romę 1569. ord.11. *Nec poſſunt Priores ad libitum Patres à Conſilijs inſtituere, vel deſtituere, ſed munus hoc ad Prouincialem pertineat, & præter eos, qui ſecundùm Conſtitutiones munere hoc fungi conſueuerunt, Prouincialis alios etiam ſubſtituat, dum numerum tamen duodenarium non excedant, quemadmodum in alijs etiam Capitulis Generalibus eſt ordinatum.*

11 In illo debet eſſe Secretarius ab eiſdem Patribus per vota ſecreta eligendus, cuius munus erit omnia, quę in illo pertractantur, in libro ad hac ſpecialiter deputato regiſtrare: talis autem Secretarius ſolùm conſultiuum votum, non verò deciſiuum habet: niſi aliàs eſſet de iure vnus de eodem Conſilio. Omnia autem, quę in Conſilio tractantur, per vota ſecreta approbentur. Neapoli 1600. decl.8. *Quæ in eiſdem Conſilijs tractabuntur, per vota ſecreta, vt aliàs ordinatum fuit, concludantur, & in libro ad id deputato omnino regiſtrentur per aliquem ex Patribus à Conſilijs, vel ex aſſignatis in Conuentu Sacerdotem loco Secretarij à Patribus per vota ſecreta electum, qui ſi non fuerit ex Patribus à Conſilijs non habeat vocem deciſiuam, ſed conſultiuam tantummodo, & nihilominus tenebitur ad ſecretum ſicut omnes Patres à Conſilijs tenentur.*

12 Quicumque auſus fuerit ea, quę in

illo

illo tractantur, reuelare, ex quò damnum aliquod oriatur, ſit in perpetuum tali munere priuatus. Barcinonæ 1574. ord. 19. *Item ordinamus quòd qui reuelauerit ſecreta Conſilij, vnde praiudicium aliquod, vel iuſtitiæ, vel correctioni, ſiue etiam perſonæ cuiuſcumque, aut quomodocumque inſeratur, ſint præſenti ſtatuto in perpetuum priuati paternitate; nec admitti poſſint niſi per Capitulum Generale, vel Reuerendiſs. Magiſtrum Ord.* Quod fuit confirmatum. Romæ 1580. conf. 20.

13 Cum Conſilio Patrum Nouitij reijciendi remittantur ad ſęculum. Venetijs 1592. declarat. 4. *Declaramus Priorem non poſſe ſine Patrum Conſilio Nouitios non profeſſos ad ſaeculum remittere.* Quod etiam Romę 1589. decl. 8. ordinatum fuerat.

14 In eodem recipiendi ad habitum, ſeu profeſſionem, examinentur. Bononiæ 1615. ord. 7. *Ordinamus, vt recipiendorum ad habitum clericalem, tum ad probationis annum, tum ad profeſſionem, à deſignatis iuxta Conſtitutiones noſtras examinatoribus coram Patrum Conſilio examen fiat.*

15 In eodem eſt à Priore inſtituendus Supprior. Budę 1254. ord. 3. *Item cum Supprior aliquis conſtituitur, non fiat per ſcrutinium, ſed de Conſilio diſcretorum, qui coram Priore conferant in communi.*

16 Abſolutio Superioris in eodem etiã facienda. Valentiæ 1596. declarat. 7. *Declaramus declarationem duodecimam factam in Capit. Barchinonenſi ann. 1574. in qua dicitur Priorem poſſe abſoluere Suppriorem ſuum non modò à ſe inſtitutum, verùm etiam à Prouinciali, intelligendam eſſe de Patrum Conſilio per vota ſecreta.*

17 Inſtitutio, vel amotio Magiſtri Nouitiorum, dum fit extra Capitulum, in Conſilio Patrum fieri debet. *Vide de Abſolut. Prior. num. 52.*

18 Ædificia notabilia facienda in eodem ſunt pertractanda: ex ordinationibus Apoſtolica auctoritate Sixti V. à Card. Alexandrino editis, atque in Capit. Generali Rom. 1589. receptis admon. 3. *Tertiò Sanctitas ſua confirmat, & ordinat (ſi opus eſt) de nouo id, quod aliàs in ſupradicto Ordine fuerat ordinatum, videlicet quòd non fiat ædificium aliquod, vel conſtructio notabilis in aliquo Conuentu (notabilis inquam reſpectiuè iuxta Conuentus quantitatem, & qualitatem) niſi de aſſenſu maioris partis Patrum à Conſilijs, & cum Conſilio peritorum, ſimul etiam cum licentia Prouincialis. Rurſus quod ab vno Prælato inceptum eſt, ſubſequens proſequatur, ita quod non poſſit noua ædificia inchoare, ſi priora non ſint finita. Præcipit etiam id ipſum ſeruari in Monaſterijs Monialium, ita quòd non poſſint Priориſſæ ædificium notabile inchoare ſine aſſenſu maioris partis Matrum à Conſilijs ſimul cum licentia Prouincialis, & cum peritorum Conſilio, nec vllo modo ædificia alia aggrediantur, quouſque iam inchoata ſint finita. Prior autem Prouincialis, vel Conuentualis, vel Prioriſſa, ſi contra ordinationem iſtam agere præſumpſerint, ipſo facto excommunicationem incurrant, & officio priuentur. Vi autem huius prohibitionis non interdicitur, quin poſſint inchoari illa ædificia, quibus reparatur aliqua pars Conuentus collapſa, vel quæ in ruinam tendit; nec ædificia illa, quæ extra Conuentus fiunt, quibus annui redditus creſcunt, & promouentur, dummodo in iſtis etiam conſtructionibus, ſi ſint notabiles, præcedant conſenſus, & licentia iuxta ſupradicta.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 1. ſub litt. L.

19 Alienatio bonorum immobilium, eorumque commutatio fieri nequaquam poteſt (ſuppoſito etiam Apoſtolico indulto) ſine aſſenſu Conſilij Patrum, & duarum partium omnium Fratrum eiuſdem Conuentus. Valliſoleti 1605. ord. 27. *Cum ſæpe numero in graue Conuentuum detrimentum ſoleant Priores facile licentiam alienandi bona temporalia petere, volumus & præcisè mandamus, vt nulli Domui, vel Conuentui vnquam liceat à Superioribus licentiam petere alienandi, vel commutandi quæuis bona ſtabilia, quin priùs in viſitatione Prouincialis, vel Viſitatoris habito præmaturo Patrum Conſilio, & aſſenſu duarum partium Fratrum Conuentus, ita expedire iudicatum fuerit.*

20 Depoſitarij Conuentus in Patrum Conſilio ſunt eligendi. Valliſoleti 1605. ord. 17. & Romæ 1608. conf. 7. *Confirmamus ordinationem illam Capituli Valliſoletani immediatè antecedentis, de his, quæ pertinent ad commune depoſitum Conuentus, nimirum vt in quolibet Conuentu, vel domo deputetur aliquis locus fortis, & ſecurus, quod depoſitum commune appelletur, cuius clauem habeat ſemper Prior, vel principalis Præſidens Conuentus; in quo depoſito conſtituatur Arca fortis, & validè compacta, quæ tribus ſeris claudatur, quarum claues habeant ſinguli ſingulas; videlicet Prior, vel principalis Præſidens Conuentus, & duo Patres depoſitarij, moribus & fidelitate probati, quos maior pars patrum à Conſilijs ad hoc munus aptiores eſſe iudicantes, elegerint.*

21 In eodem concedantur licentiæ, quando neceſſe fuerit, exeundi ex Conuentibus vltra dietam. Romæ 1569. admon. 4. *Admonemus omnes Priores Conuentuum, ne faciles ſe præbeant ad dandum licentiam vagandi, & per Prouinciam diſcurrendi; & vt aliquod remedium ad tollendos diſcurſus adhibeatur, ſtatuimus vt licentię exeundi extra Conuentus vltra dietam non ſint penes Priores ſolos, ſed dentur de Patrum Conſilio, & in ſcriptis, & qui ſine huiuſmodi licentia repertus fuerit, tanquam fugitiuus puniatur, prout etiam in S. Synodo Trident. cauetur.*

In

Digitized by Google

22 In eodem fiant teſtimoniales litteræ de litteris, & moribus Fratribus ad ſtudia Generalia, ſeu Collegia accedentibus, concedendæ. Romæ 1589. Cap. *Ordinat. pro Studiorum Reformat.* ord. 6. *Ordinamus etiam, & ſub eodem formali præcepto præcipimus, vt nullus ad Collegia, vel Studia Generalia admittatur, niſi à Patribus Conuentus, in quo vixit, & à quo diſceſſit, doctrinæ, & morum fidem, & teſtimonium ſecum detulerit.*

23 In eodem Conſilio eligendi ſunt Prædicatores pro erigendis ſocietatibus Sanctiſs. Roſarij, & Nominis Dei. Venetijs 1592. ord. 12 *Nunquam erigentur dictæ Societates* (ſcil. Sanctiſs. Roſ. & Nom. Dei) *niſi ad inſtantiam, & petitionem Vniuerſitatis, vel Communitatis loci, conſentiente etiam Plebano, aut eiuſdem loci Eccleſiaſtico Superiore, adhoc vt pacificus ſit ingreſſus. Quæ quidem petitio Priori Conuentus, in cuius diœceſi, vel diſtrictu erunt erigendæ facienda erit per authenticum memoriale à præfatis Vniuerſitate, & Parocho ſubſcriptum, qui priùs diligenter ſe informabit an dictus locus diſtet per ſpatium duorum circiter miliarium ab alio habente dictas Societates legitimè iam erectas, quo ſtante, & non aliter, deputabit Reuerendiſſimi Mag. M. Ordin. nomine de Patrum Conſilio vnum Sacerdotem idoneum ex aſſignatis, vel vicinioris Conuentus de eiuſdem Prioris conſenſu, qui pro illa vice tantùm habebit, ſicut per præſentes illi damus, & concedimus, auctoritatem, & facultatem fundandi, & erigendi dictas Societates.* Vide in Conſt. noſt. vbi ſup.

24 In eodem approbandi ſunt Fratres, tam pro ſecularium, quàm Fratrum noſtrorum Sac. confeſſionibus ſuſcipiendis. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

25 Item omnia ea, quæ in publicis Capitulis pertractanda ſunt, prius in Conſilio Patrum ſunt proponenda, & approbanda. *Ita etiam expreſsè habetur in Conſt. noſt. loco ſupradicto.*

26 Tenentur Priores priùs admonere Patres ante Conſilij conuocationem de negotijs grauioribus in illo pertractandis. Romæ 1629. decl. 5. *Vide num. ſequentem.*

27 Item Patres in Conſilijs, nedum conſultiuum, verum etiam deciſiuum votum habent; vnde in eodem Cap. Romæ 1629. decl. 5. ſic dicitur. *Declaramus quòd in ijs, quæ de Conſilio Patrum tractanda ſunt, & determinanda per vota ſecreta, Patres à Conſilijs habent votum non ſolùm conſultiuum ſed etiam deciſiuum. Vndè quando Priores grauiora negotia habent diſcutienda, de ipſis Patres à Conſilijs præmonere teneantur, vt maturiùs ea decernant.*

28 Dum coram Conſilio Patrum habentur ratiocinia de redditibus Conuentus, ac expenſis, ſemper manifeſtentur debita, ſi quæ ſunt, ac perſonæ quibus pecuniæ debeantur, vel qui aliquid ſoluere teneantur. *Vide de Debitis Conuentuum num. 2.*

29 Nullus ob quemcumque defectum eſt carceribus ſubiciendus ſine maturo Patrum Conſilio, nec poſtquam fuerit incarceribus detentus indè de facili amoueatur. Argentinæ 1296. ord. 3. *Vide de Carceribus nu. 32.*

30 Patres à Conſilijs locum vbique ſuæ profeſſionis, niſi aliàs ex aliquo titulo maiorem ſibi vendicent, tenere debent. Mediolani 1505. decl. 2. *Patres verò de Conſilio, niſi fuerint graduati, locum ſuæ profeſſionis vbique teneant.*

De Conſpirationibus:

1 CONſpirationes, quæ ſunt malitioſæ contra aliquem concordiæ, in noſtro Ordine pœnitus interdicuntur, & maximè contra Superiores noſtros. Vnde in hoc delinquentibus iniungitur pœna grauioris culpæ in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 8. & ſubduntur ibidem aliæ grauiſſimæ pro ipſis pœnæ; vt ſcilicet habeant extremum in omni vita ſua locum ſui Ordinis (hoc eſt, ſi fuerint Sacerdotes, inter Sacerdotes, ſi Conuerſi, inter Conuerſos vltimum locum teneant, &c.). Vocem in Capitulo non habeant, neque eis committatur aliqua obedientia, niſi per Diffinitores Capit. Generalis, aut Prouincialis fuerint reſtituti. *Vide ibid. ſub litt. X.* Romæ autem 1525. ord. 1. ita dicitur. *Ordinamus 1. ad tollendas rebelliones, diſſenſiones, & conſpirationes, vt nullus ad Superiores recurrat contra Prouincialem pro eius amotione impetranda, aut pro impetrando Viſitatore, niſi habeat commiſſionem à maiori parte Priorum illius Prouinciæ: oppoſitum verò facientes ipſo facto pœnæ grauioris culpæ ſint ſubiecti.*

2 Tenentur Prælati ſub pœna abſolutionis ab officijs pœnas in Conſtit. noſt. taxatas conſpirationes facientibus contra Superiores infligere; ita enim ſancitum eſt. Coloniæ 1428. ord. 3. *Vide de Carceribus num. 25.*

3 Ad tollendas conſpirationes contra Prouinciales, ordinatum fuit. Romæ 1525. vt nullus Viſitatorem pro eius abſolutione petat, niſi talem commiſſionem à maiori parte Priorum illius Prouinciæ habeat, ſub pœna grauioris culpæ. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num. 31.* Lugduni verò 1536. ita ſubditur conſ. 2. *Subditi non audeant recurrere ad ſuos Superiores pro amotione Prælati per viam coniurationis per ſingnorum manualium mendicationem, vel per alios modos priuatos contra conſuetudinem noſtrarum Conſtitutionum.* Vi-

Digitized by Google

de in Conſt.noſt.diſt.1.cap.17.textum 8. cum ſua declarat.

De Conſtitutionibus.

1 PRincipaliores Conſtitutiones noſtræ in Generaliſſimis Capitulis Pariſieſibus ſub B. Iordano an.Dòm.1228.& 1236.ſancitæ,atque in vnum redactæ fuere: ad quod Capitulum octo Priores Prouinciales (tot enim erant tunc Prouinciæ ordinis) cum duobus Diffinitoribus à ſingulis Prouincijs electis, accelerere. Prouinciales autem fuere Hiſpaniæ, Prouinciæ, Franciæ, Lombardiæ, Romanæ, Theutoniæ, Vngariæ, & Angliæ, quibus in eodem Capitulo quatuor aliæ erectæ, & adiunctæ fuere,nempe Poloniæ, Grecię, Datię, & Terrę Sanctę, vt apparet ex Act. Capit. Gener.in Archiuio Mag.Ord.aſſeruatis, & dicetur in 2.p.

2 Conſtitutiones noſtrę non obligant nos ad culpas ſed tantùm ad pœnam temporalem à Superioribus infligendam. Ex Prol. Conſt. noſt. tex.4. quæ fuit ſancita Pariſijs in ſecundo Cap. Generaliſs. an. 1236. Primum enim celebratum fuerat Pariſijs pariter ab eodem B.Iordano an 1228.vt ſupra dictum eſt num.1. *Vide in Conſtit.noſt.diſt.1.cap.16.tex.1.in decl.litt.A.*

3 Poſſunt Prę̄lati in ſuis Conuentibus cum Fratribus diſpenſare in Conſtitutionibus, maximè in his, quæ ſtudium, prędicationem, vel animarum fructum videntur impedire. *Ex eodem Prol.Conſt. noſt. tex.3. Vide decl. litt. F. ibidem.*

4 Caueant tamen Prę̄lati, ne diſpenſent in illis ſine cauſa. Barcinonę 1261. ord. 7. *Priores non ſint faciles ad faciendum diſpenſationes, niſi cum cauſæ rationabiles hoc expoſcunt.* Vide in decl.Prol.Conſt. noſt. tex.3. quando, quomodo, in quibus, & cum quibus poſſint Prę̄lati diſpenſare.

5 Priores cum ſe ipſis diſpenſare poſſunt ſuper Conſt. prout cum alijs diſpenſant. *Ex Prol.Conſt.noſt.tex.3.*

6 Fratres ſubditi non poſſunt cum ſe ipſis diſpenſare in his, quę in Conſtitut. ſunt ſancita, ſed ſuperiorum diſpenſationibus indigent. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. in decl. litt. K.*

7 Interpretationes Regulę, & Conſtitut. factę à Generali Capit. non habent vim Conſtitut. niſi per tria Capit. Generalia continua per modum aliarum Conſtit. nempe per viam Inchoationis, & in duobus ſubſequent. confirmationis continuatę fuerint approbatę. *Ex eodem Prol.Conſt. noſt. tex.8. quæ Conſt. fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518. Vide ibid. in declar. litt. R.*

8 Tenentur Fratres noſtri Conſtitutiones ſeruare,& Prę̄lati illarum tranſgreſſores ſeuerè punire. Romę 1580. Admon. 2. *Admonemus omnes Fratres noſtri Ord.tam Prælatos,quàm ſubditos,vt memores ſint quàm maximè fieri poſſibile eſt, ſeruare noſtras Conſtitutiones, & Prælati, quos viderint negligentes,& culpabiles, ſeuerè puniant iuxta pœnas in eiſdem Conſtitutionibus taxatas.*

9 Tranſgreſſores Conſtit. de lineis non deferendis ſubuculis punire prętermittentes ipſi Pręſidentes Conuentuum, ſunt à ſuis officijs in pœnam abſoluendi. *Vide de Abſol. Prior. Conuent.num.19.*

10 Tenentur Priores ſub eadem pœna facere, vt in lectione menſę inſeratur lectio vnius Capituli Conſtitutionum noſtrarum cum ſuis declarationibus, & ordinationibus Capitulorum Generalium. *Vide de Abſol.Priorum num.38.* Bononię autem antea ordinatum fuerat, vt bis vel ter in anno in communi menſa legerentur,ſub pœna abſolut. ab officijs Pręſidentibus Conuentuum iniuncta 1564.ord.1. *Vide de menſa num.4.*

11 Abſoluendi ſunt Priores, & Suppriores qui Conſtitutiones noſtras non habent in ſuis Conuentibus. *Vide de Abſol.Priorum Conuent.num.76.*

12 Conſtitutiones, & Ordinationes, quę ad Conuerſos ſpectant,quatuor vicibus ſingulis annis ab eorum Magiſtris coram illis legantur.Palentię 1291.ord.2. *Conſtitutiones, & admonitiones* (hoc eſt Ordinationes; nam pro eodem habebantur in antiquis Capitulis) *etſi non omnes, tam illæ, quæ magis competunt Conuerſis, ſaltem quater in anno per Magiſtrum Conuerſorum, vel alium Fratrem, exponantur eiſdem.*

13 Ambiguitates in Conſtitutionibus noſtris poteſt Magiſt.Ord.ex Auct. Apoſt.à Iulio III.illi conceſſa declarare. *Ex Prol.Conſt.noſt.in decl.tex.8.litt.Q.*

14 Priores abuſus contra Conſt.noſtras in communi permittentes ſunt in pœnam à ſuis officijs abſoluendi. *Vide de Abſol. Prior.Conuent.num.3.*

De Conſuetudinibus.

1 LAudabiles conſuetudines Prouinciarum ſeruandę ſunt.Romę 1583.ord.14. *Laudabiles Prouinciarum conſuetudines antiquæ conſeruentur.*

Con-

2 Conſuetudines particulares pręter Regulam, Conſtitutiones & ordinationes Capitulorum Generalium ſunt fugiendę. *Ex Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 1. litt. C.*

3 Priores inducentes conſuetudines in communi noſtris legibus contrarias, ſunt in pœnam à ſuis officijs abſoluendi. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 3.*

4 Qualeſcumque conſuetudines Prouinciarum non tollunt obligationem acceptandi Acta Capitulorũ Gener. *Vide de Actis Cap. General. num. 5. & in decl. tex. 8. Prol. Conſt. noſt. litt. Q.*

5 Communes conſuetudines non ſunt immutandę. Bononię 1233. ord. 3. *Item volumus, & mandamus, vt Prior Prouincialis, & Diffinitores non addant nec diminuant ijs, quæ à Fratribus communiter tenentur.*

6 Conſuetudines diu in Ordine approbatas, neque Magiſter Ord. neque Priores Prouinciales poſſunt immutare. Pariſijs 1241. approbat. 1. *Generale ſtatutum Ordinis, vel conſuetudinem diu obtentam, & communiter in Ordine approbatam, nec Magiſt. Ordin. neque Priores Prouinciales aliquatenus valeant immutare, niſi per tria Capitula Generalia ſimiliter fuerit approbatum.*

De Contributionibus.

1 MAgiſtro Ordinis atque Procuratori Generali in Curia Romana exiſtenti contributiones ſunt elargiendę, vt ſe, ſocioſque ſuos, omniaque ea, quę ad eorum exequendum munus ſpectant commodè ſuſtentare, atque exequi valeant. A Prouincijs autem tales contributiones dandas eſſe ſancitum eſt à prędeceſſoribus S. Patribus noſtris; Taxa autem earum fuit Salmanticę 1551. ordin. 13. facta; deficiente verò ob hęreſes, & bella Prouinciarum numero earumque contributionibus, in ijs, quę remanſerant, fuere hę pro Reuerendiſs. Magiſtro Ord. auctę Romę 1589. ord. vlt. & tandem Venetijs 1592. in hunc modum ſancitę ſunt ord. 9.

Taxa Contributionum, quas ſingulę Prouincię Reuerendiſsimo Noſtro Magiſtro Ordinis ſingulis annis perſoluere tenentur.

Prouincia Hiſpaniæ. ſcuta aurea quinquaginta ſex.
Lombardiæ. ſcuta aurea quinquaginta ſex.
Romana. ſcuta aurea viginti, & lib. 12.
Regni. ſcuta aurea triginta duo.
Thentoniæ. ſcuta aurea duodecim.
Poloniæ. ſcuta aurea ſexdecim.
Graciæ. ſcuta aurea octo.
Aragoniæ. triginta quatuor ſcuta aurea.
Trinacriæ. ſcuta aurea quadraginta.
Portugalliæ. ſcuta aurea viginti quatuor.
Beticæ. ſcuta aurea quinquaginta.
S. Thomæ. ſcuta aurea triginta.
Calabriæ. ſcuta aurea triginta.
Toloſana. ſcuta aurea decem, & octo.
Franciæ. ſcuta aurea viginti.
S. Crucis. ſcuta aurea tredecim.
S. Iacobi de Mexico. ſcuta aurea viginti quinque.
S. Io: Baptiſtæ del Peru. ſcuta aurea ſexaginta.
S. Vincentij de Chiappa. ſcuta aurea viginti quinque.
S. Antonini de Nouo Regno. ſcuta aurea viginti quinque.
S. Dominici. ſcuta aurea decem, & nouem.
S. Catherinæ Martyris de Quito ſcuta aurea ſexdecim.
S. Laurentij de Chile. ſcuta aurea decem.
Vngariæ. ſcuta aurea ſex.
Prouinciæ. ſcuta aurea decem.
Bohemiæ. ſcuta aurea ſex.
Dalmatiæ. ſcuta aurea ſex.
Germaniæ Inferioris. ſcuta aurea decem, & octo.
Occitana. ſcuta aurea ſexdecim.
Sanctiſſimi Roſarij. ſcuta aurea duo.
S. Hypoliti Martyris de Guaxaca. ſcuta aurea viginti quinque.
Congregatio Gallicana. ſcuta aurea triginta duo.
Raguſina. ſcuta aurea ſex.
Indiarum Orientalium. ſcuta aurea decem.
Aprutina. ſcuta aurea ſex.
Germaniæ Superioris. ſcuta aurea octo.
Vicaria S. Petri Martyris (quę modò erecta eſt in Prouinciam) *ſcuta aurea ſexdecim.*
Romana (quę cum Prouincia Romana modò eſt vnita) *ſcuta aurea quatuor.*

Conuentus S. Crucis, & omnium Sanctorum de Boſco Prou. Vtriuſque Lombardiæ ex ſpeciali Commiſſione Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. Card. Alexandrini Protectoris Ord. noſtri ſoluet quotannis Reuerendiſs. Generali ſcuta aurea centum. Conuentus verò S. Petri Martyris de Neapoli, alijque Conuentu eius Prouinciæ, Vicariæ, & Congregationes reſpectiuè iuxta alias decreta ſoluere tenentur.

Conuentus S. Petri Martyris de Neapoli ſoluere tenetur ſingulis annis Reuerendiſs. Magiſt. Ordin. ducatos de camera centum; eſtque propterea exemptus ab omnibus alijs collectis, & contributionibus extraordinarijs, & à reſidentia Prouincialium, qui ſemel tantùm

in anno viſitationis cauſa quindecim diebus in eo commorari poſſunt. Auenione 1561. ord. vlt. *Ordinamus, & præcipiendo mandamus Priori, ſeu Præſidenti pro tempore Conuentus S. Petri Martyris de Neapoli, vt pro ſubuentione Reuerendiſs. Magiſt. Ordinis, quia multis Prouincijs deſolatis exigere non valet contributiones ſibi debitas, ſingulis annis in perpetuum incipiendo in præſenti anno ſoluere debeat eidem Reuerendiſs. ſummam ducentorum centum de camera; quem tamen Conuentum ob id liberamus ab omni collecta extraordinaria, quæ à Prouincia Regni quacunque de cauſa imponi contigerit, & à reſidentia Prouincialium in eodem Conuentu, niſi ſemel in anno gratia viſitationis ordinariæ per quindecim dies.*

Taxa contributionum perſoluendarum Ad. R. P. Procuratori Ord.

Prouincia Hiſpaniæ. ſcuta aurea tredecim.
Lombardiæ. ſcuta aurea tredecim.
Romana. ſcuta aurea ſex.
Regni. ſcuta aurea decem.
Theutoniæ. ſcuta aurea ſex.
Poloniæ. ſcuta aurea quatuor.
Græciæ. ſcuta aurea duo.
Aragoniæ. ſcuta aurea octo.
Trinacriæ. ſcuta aurea octo.
Portugalliæ. ſcuta aurea ſex.
Bæticæ. ſcuta aurea duodecim.
S. Thomæ. ſcuta aurea ſeptem.
Calabriæ. ſcuta aurea ſeptem.
Toloſanæ. ſcuta aurea quatuor.
Franciæ. ſcuta aurea quatuor.
S. Crucis. ſcuta aurea quatuor.
S. Iacobi de Mexico. ſcuta aurea ſex.
S. Io: Baptiſtæ del Peru: ſcuta aurea duodecim.
S. Vincentij de Chiappa. ſcuta aurea ſex.
S. Antonini de Nouo Regno. ſcuta aurea ſex.
S. Dominici. ſcuta aurea quinque.
S. Catharinæ Martyris de Quito. ſcuta aurea quatuor.
S. Laurentij de Chile. ſcuta aurea quatuor.
Vngariæ. ſcuta aurea duo.
Prouinciæ. ſcuta aurea quatuor.
Bohemiæ. ſcuta aurea duo.
Dalmatiæ. ſcuta aurea quatuor.
Germaniæ inferioris. ſcuta aurea quatuor.
Occitana. ſcuta aurea quatuor.
Sanctiſſimi Roſarij. ſcutum aureum vnum.
S. Hippoliti Martyris de Guaxaca. ſcuta aurea ſex.
Congregatio Gallicana. ſcuta aurea octo.
Raguſina. ſcuta aurea duo.
Indiarum Orientalium. ſcuta aurea quatuor.
Aprutina. ſcuta aurea quatuor.
Germaniæ Superioris. ſcuta aurea duo.
Vicaria S. Petri Martyris. ſcuta aurea quatuor.
Romana. ſcuta aurea duo.

2 Si autem prædictæ Contributiones reddantur inexigibiles, ſuppleat Religio; quod etiam in extraordinarijs expenſis præſtare tenetur. Ita declaratum fuit in ſupradicto Capitulo, & ordin. *Quod ſi contigerit præfatas contributiones rationabilibus ex cauſis exigi non poſſe, vel expenſas aliquas neceſſario à Reuerendiſs. Generalibus, vel Ad. R. P. Procuratoribus Ordinis pro Religionis ſeruitio, aut beneficio fieri, Religio ipſa ſupplere tenebitur, quando eidem in Capitulo Gener. de præfatis conſtabit.*

3 Ad. R. P. Procuratori Ord. litterarum expenſæ perſoluantur. Ita ſubditur loco ſuprad. *Et quia litterarum expenſæ in immenſum propemodum excreſcunt, vt ſupplere non ſit poſſibile, mandamus Prouincijs omnibus, & ſingulis quatenus Ad. R. P. Procuratori Ord. in Curia Rom. expenſas, pro litteris per curſores miſſis perſoluere faciant, vel eaſdem francas, vt vocant, tranſmittere teneantur.*

Hæc ſunt, quæ circa contributiones Reuerendiſs. Mag. & Ad. R. P. Procuratoris Ordinis ſunt ſancita ordine, & modo ſupradicto in præfato Capitulo. Veneto 1592. ord. 9.

4 In eodem Capitulo, & ordinat. fuit iniũctũ omnibus Diffinitoribus Capituli Prouincial. vt cum præcipuis ſuarum Prouinciarum Patribus, contributiones a ſingulis Conuentibus ſuis Prouincialibus perſoluendas determinarent. *Idem curabunt R. P. Diffinitores cum præcipuis Prouinciæ Patribus in qualibet Prouincia circa contributiones R. P. Prouinciali debitas agere, quod nos egimus circa eas, quæ Reuerendiſs. P. Generali, & Ad. R. Procuratori Ord. debentur.*

5 Nullus Prouincialis poteſt contributiones iam taxatas augere in ſua Prouincia abſque Mag. Ord. licentia. Bononiæ 1615. ord. 13. *Nullus omnino Prouincialium, inconſulto Mag. Ord. contributiones pro ſui officij vſu, & neceſſitatibus in Prouincia augere valeat. Expenſas vero extraordinarias pro communi bono Prouinciæ, de conſilio Cap. Prouincialis, aut Patrum Prouinciæ, ideſt Magiſtrorum Prouinciæ, & eorum, qui fuerunt Prouinciales conſtituere poterit.*

6 Conuentus, qui de vna ad alteram Prouinciam, vel Vicariam, &c. tranſeunt, tranſeũt etiam cum eodem onere contributionum Superioribus illarum perſoluendarum. Neapoli 1515. ord. 3. & Romæ 1518. ord. 2. ita dicitur. *Ordinamus quod ſi contigerit aliquem Conuentum de cætero eximi, vel ſubtrahi à iuriſdictione, & cura Prioris Prouincialis, tranſeat cum onere ſuo integraliter tam quoad contributiones, quàm quoad collectas pro expenſis Deffinitorum euntium ad Capit. Generale, non obſtante quacunque conſuetudine, & quocunque priuilegio, ita quod ſemper intelligatur transferri, & acceptari cum onere ſuo integro, vt dictum eſt.*

7 Parem ſoluant contributionem omnes hoſpites cuiuſcunque ſint Prouinciæ in hoſpitijs

tijs Conuent. SS. Thomæ Matriti, & Pauli Hiſpalenſis. Toloſæ 1628. ord. 7. *In Hoſpitijs Conuentuum S. Thomæ Matriti, & S. Pauli Hiſpalenſis maiorem non ſoluant contributionem hoſpites aliarum Prouinciarum quàm illi, qui ex eiſdem ſunt Prouincijs Hiſpaniæ, & Bæticæ.*

8 Tam Magiſter Ord. quam reliqui Prouinciarum Præſidentes ſint contenti communibus, & ſolitis contributionibus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 7.*

9 Conuentus obſeruantiæ Prouinciali ſuæ Prouinciæ conſueras contributiones perſoluere tenentur. Romæ 1484. ord. vlt. *Item volumus, & ordinamus, vt Conuentus reformati, qui aliàs Prioribus Prouincialibus contributiones ſoluerunt, quòd nunc etiam eaſdem contributiones, & collectas pro rata eorum ſoluere teneantur. Mandantes Præſidentibus dictorum Conuentuum ſub pœna abſolutionis à ſuis offitijs, quam contrafacientes ipſo facto incurrant, quatenus ad requiſitionem Priorum Prouincialium dictas contributiones, & collectas integre ſoluant.*

10 Contributiones Magiſtri, & Procuratoris Ordinis non exactæ ad eorũ ſucceſſores deuoluuntur. *Vide de Bonis Frat. Defunct. n. 4.*

De Conuentibus.

1 NOn recipiant Fratres noſtri loca pro conſtruendis nouis Conuentibus ſine Mag. Ordinis, vel Generalis Cap. licentia: oppoſitum facientes ſint voce actiua, ac paſſiua priuati. Florentiæ 1281. ord. 9. *Item diſtinctè inhibemus ne Fratres recipiant loca, aut Conuentus ædificandos ſine licentia Capituli Generalis, quod ſi contrarium attentatum fuerit, ſtatuimus quod talis receptio ſit ipſo facto irrita, & inanis, & receptores huiuſmodi, niſi in ſua accuſatione, omni voce ſint priuati.* Quod etiam fuit confirmatum Ferrariæ 1290. ord. 15. Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 1. in declarat. tex. 1. ſub litt. B. vbi talis facultas etiam Ordinis Magiſtro conceditur. Auenione autem 1470. commiſſione 2. fuerat talis facultas etiam Prouincialibus elargita in hunc modum. *Item committimus quòd RR. Prouinciales in ſuis Prouincijs poſſint recipere loca pro Ordine, ſi tamen eis ſint per Apoſtolicã Sedem conceſſa.* Veruntamen poſtea determinatum eſt ad Capitulum Generale, & Magiſtrum Ord. tantum pertinere talem licentiam dare, vt habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad.

2 Nulla domus concedatur niſi à Priore Prouinciali, & à Diffinitoribus Capituli Prouincialis fuerit poſtulata; nec conceſſa ponatur, nec poſita transferatur, niſi vbi prædicti viderint expedire. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 1.*

3 Bonifacius VIII. interdixit Mendicantibus Religioſis noua loca, & Conuentus recipere, recepta mutare, aut alienare, ſeu dimittere ſine licentia Apoſtolicæ Sedis. Metis autem 1298. inhibitione vlt. ſancitum eſt, ne aliquis ad Sedem Apoſtolicam ad hunc effectum accedat ſine Magiſtri Ord. licentia. *Item cum D. Papa in 6. lib. Decretal. decreuerit, quòd Religioſi Mendicantes noua loca non recipiant, nec recepta mutent abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali; Inhibemus diſtrictiùs ne aliquis Frater pro huiuſmodi licentia ad dictam Sedem accedat, vel quomodolibet procuret, Magiſtro Ord. inconſulto.*

4 Ex decreto Concilij Trid. ſeſſ. 25. de Reg. c. 3. de Epiſcopi tantum licentia licebat Regularibus vtriuſque ſexus noua loca, Conuentus, & Monaſteria erigere. *Ex decl. tex. 1. diſt. 2. cap. 1. litt. A.* At Clemens VIII. Epiſcopis iniunxit per Apoſtolicum diploma, ne talem facultatem elargirentur ſine conſenſu illorum Regularium, qui in eiſdem locis ſunt. *Ex decl. eiuſdem tex.* Innocentius X. autem in ſua Conſtitutione Apoſtolica edita ann. 1652. pro ſuppreſſione paruorum Conuentuum in Italia, Inſuliſque adiacentibus fieri nouas Conuentuum conſtructiones abſque Apoſtolicæ Sedis facultate interdixit.

5 Quando domus, vel Conuentus conſtruendi à Prouincijs petuntur, exprimantur loca, & cauſę ob quas tales Conuentus, & domus petantur. Barchinonæ 1261. ord. 9. *Item Prouinciæ, quæ petunt domos à Capit. Generali nominent certa loca, in quibus petunt eas, & cauſas, quæ mouent eos ad domos huiuſmodi faciendas.* Cœteras conditiones ad receptionem nouorum Conuentuum requiſitas Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 1. litt. B.

6 Nullus Conuentus, ſeu locus cum grauibus conditionibus, atque in congruis oneribus eſt recipiendus. Pariſijs 1246. ord. 2. *Item caueant diligentiſſimè ne amodo domus aliqua cum grauibus conditionibus recipiatur.*

7 Neque recipiendus eſt, niſi liberæ diſpoſitioni Superiorum iuxta noſtrarum Conſtit. tenorem relinquatur. Valentiæ 1596. ord. 17. *Ordinamus, vt nullus recipiatur Conuentus, qui liberæ Superiorum diſpoſitioni non relinquatur, conformiter ad leges, & Conſtitutiones noſtras; & ſi ſecus factum fuerit irritum ſit, & nullum.*

8 Neque ſi petãtur in eo fieri cœremoniæ, pœnitentiæ, ordinationes, & alia, quæ à noſtris Conſtit. ſint aliena. Valliſoleti 1605. ord. 19. *Cum ſingularitates, quæ ſpiritum ſuperbiæ parere ſolent, execrabiles apud antiquos Patres ſemper fuerint: Ordinamus, vt nulla vnquam domus, vel Conuentus, tam Fratrum, quàm Monialium deinceps conſtruatur, etiam ad petitionem*

cy-

cuiuſcunque Principis, in quibus nouæ ceremoniæ, leges ordinationes, pœnæ pœnitentiæ, modus viuendi, vel veſtiendi, vel alia quæuis, quæ ab Ordine noſtro videantur aliena, contraria, vel diſſona, vel præter noſtras Conſtitutiones obſeruari debeant, ſed Conſtitutiones noſtræ, quæ adeo à S. Pontificibus fuerunt commendatæ, & approbatæ, vt earum perfecti obſeruatores meritò veniant canonizzandi, ad vnguem, & adamuſſim rigorosè cuſtodiantur. Quod ſi ſecus recipiatur, ipſo facto receptio ſit nulla, nulliuſque valoris; ſicut de facto nunc pro tunc nullam decernimus, & declaramus.

9 Neque ſi duodecim Fratres alere non poſſit; quòd ſi contrarium factum fuerit, Epiſcoporum, ſeu Ordinariorum correctioni ſit ſubditus. Ex Sac. Congregat. decreto, quod fuit denunciatum Toloſæ 1628. denunc. vlt. *Denunciamus emanaſſe decreta à Sac. Congregat. Concilij de celebrat. Miſſarum, vt deinceps Monaſterium, Conuentus, domus, Congregatio, vel Societas Religioſorum, ſeu Regularium nullibi recipiatur, niſi præter alia ad id requiſita in ſingulis huiuſmodi locis duodecim ſaltim Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi degere, & ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis detractis omnibus detrahendis competenter ſuſtentari valeant ad præſcriptum fœl. rec. Gregorij XV. hac de re editi; alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſt hac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra ſuſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non habitauerint, Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur.*

10 Ex his duodecim Fratribus, decem ad minus ſint ſacerdotes, vel Clerici profeſſi, atque inter hos etiam Prior, & Lector eſſe debent. Nec poſtquàm receptus fuerit, præfatus numerus minuatur, & ſi aliquis inde ſubtractus fuerit loco illius alius aſſignetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 2. Quæ fuit inchoata Oxoniæ 1280. conf. Florentiæ 1281. atque Viennæ 1282. in Conſtitut. redacta*. Quomodo autem hoc debeat fieri vide in decl. eiuſdem tex. ſub litt. E.

11 Conuentus, qui præfatum numerum Fratrum non habuerit, ad ea, quæ tractanda ſunt in Capit. Prouinciali, ſiue in electione Prioris Prouincialis nullatenus admittatur. *Ex Conſt. noſt. loco ſupra cit.* Vide in declarat. eiuſdem tex. de Electione Prior. Prouincial. num. 5.

12 Numerum ſenarium tantum ſufficere ad conſtituendum Conuentum in Prouincijs Indiarum, Auct. Apoſt. diſpenſatum eſt Salmanticæ 1551. decl. 5. Quod indultum etiam ad reliquas Ordinis Prouincias extenſum fuit poſtea Romæ 1553. decl. 1. & confirmatum fuit etiam Romæ 1558. conf. 7. hoc pacto. *Item confirmamus declarationem in præcedenti Capit. factam, videlicet quòd Conuentus, qui nunquam habuerunt numerum ſaltim ſenarium Fratrum vocalium, pro non Conuentibus haberi debeant, & ab eis ſubtrahendum titulum Prioratus, quem ex vi præſentis ſtatuti ſubtrahimus (ſi tamen poteſt fieri ſine ſcandalo.)*

13 Qui aliquando habuerunt ſenarium vocalium numerum, & modò ex rationabilibus cauſis non habent quatuor Fratres vocales cum Priore, Prioratus titulo gaudeant; attamen Socium pro Prouinciali Capit. eligere nequaquam poſſunt; quòd ſi ſecus factum fuerit totum ſit irritum, & inane. Ita declaratum, & confirmatum eſt in Capitulis Romanis locis ſupradict. in quibus ſubditur. *Qui autem aliquando numerum integrum habuerunt, & modò adhoc redacti ſunt, quòd quatuor Fratres vocales cum Priore non habent, permittantur interim gaudere titulo Prioratus; Socium verò pro electione Prouincialis, vel pro Cap. Prouintiali, nequaquam eligant, quòd ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane.*

14 In Conuentibus, vbi non ſunt ſex vocales, non eligendus eſt Socius Prioris pro Cap. Prouinciali, ita enim ſancitum eſt Pariſijs 1611. ord. 10. *In Conuentibus autem vbi non ſunt adminus ſex vocales, non eligatur Socius illo anno pro Capitolo Prouinciali.*

15 Sex autem vocales debent eſſe numerato inter ipſos Priore, & quinque ad electionem Socij conuenire. Ita declaratum eſt Neapoli 1600. declar. 9. *Declaramus quòd vbi non ſunt quinque vocales, excepto Priore, non poteſt eligi Socius pro Cap. Prouinciali, & ſi ſecus factum fuerit electio nulla erit.* Ex quibus conſtat quod ſi ex quinque vocalibus vnus renunctier, & quatuor tantum ad electionem Socij conueniant, talis electio erit irrita, & nulla non enim in tali caſu eligendus poteſt habere vnum votum cum dimidio vltra medietatem, niſi alias eligeret ſe ipſum.

16 Qui ſunt in deſolatis Prouincijs conſtituti, & aliquando habuerunt ſufficientem vocalium numerum pro electione Prioris, nunc autem illo carent, Prioratus titulo, non autem, voce in electione Prouincialis gaudeant. Ita ex Apoſt. Auct. Pij V. conceſſum eſt illis Romæ 1571. conceſſ. 2. *Item conceſſit ſua Sanctitas* (erat Pius V.) *vt in eiſdem Prouincijs deſolatis Conuentus, qui requiſitum numerum Fratrum olim habuerunt ad eligendum Priorem; nunc verò pro tenuitate alere non poſſunt, titulo Prioratus gaudeant, ſic tamen quòd vocem in electione Prouincialis ſoli poſſint habere, qui iuxta noſtrarum Conſtit. ſeriem alias ſolent admitti.* Ab alijs autem Conuentibus titulum Prioratus ſubtrahendum eſſe, declaratum eſt Romæ 1553. decl. 1. & Romæ 1558. conf. 7. vbi ita ſubditur. *Si tamen poteſt fieri, ſine ſcandalo*: Vide hic ſupra nu. 12.

In

17 In Prioratus non ſunt erigenda loca, quæ poſtea iuxta noſtras Conſtitut. taxatũ Fratrum numerum alere nequaquam poſſint. Vnde per integrum annum duodecim Fratres prius tenentur alere antequam in Prioratus erigantur. Romæ 1596. ord. 11. *Ordinamus, vt poſſibilis adhibeatur diligentia, ne in Conuentus, & Prioratus erigantur Loca, quæ poſtea taxatum numerum Fratrum iuxta noſtras Conſtitutiones ſuſtentare nequeunt; vt in poſterum nulla domus in Prioratum erigatur, aut erecta intelligatur quantumcumque conceſſio qualibet facta fuerit, niſi per annum integrum ante duodecim Fratres religioſè aluerit, & pro religioſis neceſſitatibus plenè prouiderit.*

18 Conuentus parui, ſeu Loca, in quibus Religio nequaquam foueri valet, ſed potius regularis diſciplina eneruatur, ſunt relinquendi. Barcinonæ 1574. commiſſione 2. *Item committimus, & mandamus RR. Prouincialibus, vt ſi quæ repererint Loca, vel Vicariatus, in quibus Religio minùs aptè foueri poſſit, quæ potiùs otij, & diſſipationis Religionis ſint fomenta, & occaſiones ſcandali; ex meliori quo poterunt modo, conſultis grauioribus Patribus reſignare, & relinquere omnino debeant, cum ex his malum, & noſtræ Religionis detrimentum ſequatur.*

19 Loca deſerta, ſeu Conuentus, propter infidelium incurſus vaſtatos poſſunt Fratres noſtri deſerere ex Apoſtolica Pij V. Auctoritate, & bona illorum mobilia cum Filijs ad tales Conuentus ſpectantibus ad viciniores Conuentus transferre; ita tamen, vt ſi aliquando contigerit loca illa deſerta iterum inſtaurari, & erigi in Conuentus, ablata bona vnà cum filijs illis integrè reſtituantur. Romæ 1571. Conceſſione 1. *Conceſſit Sanctiſſimus D. N. in Prouincijs deſolatis bona mobilia deſtructi Conuentus ad viciniorem Conuentum eiuſdem Prouinciæ transferenda eſſe; bona etiam immobilia ſub eiuſdem Conuentus cura redigenda eſſe cum facultate percipiendi fructus: ſic tamen, vt præfatus Conuentus vicinior teneatur excipere, & alere Fratres ad deſtructum Conuentum pertinentes, & ſubire alia onera, quæ deſtructo Conuentui, vel Eccleſiæ fuerant annexa; & hoc Sua Sanctitas declarauit tamdiu durare velle, donec ſit commoditas inſtaurandi deſtructos Conuentus, quæ ſi fortè contigerit, integrè ſua bona, quæcumque extant reſtituenda eſſe.*

20 Cum antiqui deſeruntur, & ad nouos incolendos tranſeunt Fratres poſſunt omnium ædificiorum materiam, ſacram ſuppellectilem, atque omnia alia bona ad nouos Conuentus transferre, antiquoſque cum ſolo, & alijs ad illos ſpectantibus (exceptis tamen Eccleſijs) vendere, eorumque pretium in propriam vtilitatem conuertere, non obſtantibus quorumcumque contradictionibus. Ita enim habetur in Bulla, quæ Mare Magnum dicitur. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 22 cap. 1. in decl. tex. 1. litt. C.*

21 Fratres ad noua recepta loca miſſi, intelliguntur in illis aſſignati; quantùm autem ad ſuffragia pro eiſdem, tenentur Conuentus ex quibus fuerunt aſſumpti, & ipſi etiam tenebuntur mutuò ad eadem ſuffragia pro Fratribus decedentibus in Conuentibus, ex quibus fuere aſſumpti, quouſque in Conuentus erigantur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. D.*

22 In Conuentibus Monialium, ſeu in Vicarijs Conuentibus annexis exiſtentes Fratres, cenſentur quantùm ad ſuffragia aſſignati in Conuentibus, quorum ſunt filij, ita vt mutuò ad eadem inter ſe teneantur. Idemque cenſendum eſt de Fratribus qui de Prælatorum noſtrorum licentia cum Epiſcopis, vel alibi commorantur. Romæ 1571. declar. 7. *Declaramus, quòd Fratres noſtri qui ſunt in Vicarijs,* (ſcilicet annexis Monaſterijs ſeu Conuentibus) *aut in Conuentibus Monialium, cenſeantur aſſignati in Conuentibus, quorum ſunt filij quantùm ad ſuffragia, vt inuicem ſibi teneantur. Et idem cenſendum eſt de Fratribus, qui de licentia Prælatorum cum Epiſcopis, vel alibi extra Ordinem commorantur.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.

23 Ad nouos Conuentus, ſiue loca, ſolùm Fratres exemplares, & nullo modo diſcoli mittantur. Apud Pæſtum 1273. ord. 4. *Fratres diſcoli, & indiſciplinati ad Conuentus nouos, & paruos non mittantur, & miſſi per Priores Prouinciales reuocentur, & ponantur in quibus meliùs poterunt ſub diſciplina teneri.*

24 In vnoquoque debet eſſe determinatus numerus Fratrum à Priore Prouinciali de grauiorum Patrum Conſilio determinandus iuxta redituum, & eleemoſynarum qualitatem, qui ab eiſdem Prouincialibus augeri nequaquam poteſt. Ita fuit ordinatum Pariſijs 1611. ord. 9. *Ordinamus vt (iuxta decreta Sedis Apoſtolicæ, aliàs promulgata) præſcribatur in vnoquoque Conuentu à Prouinciali de conſilio grauiorum Patrum iuxta facultatem redituum, & copiam eleemoſynarum ordinariè oblatarum, numerus determinatus Fratrum, qui debeant manere, & ali in illo Conuentu, nec poſſit Prouincialis plures ibidem aſſignare, ne grauetur debitis; nec Priores ſe difficiles exhibeant ad taxatum numerum ſuſtentandum, ne bona, quæ poſſent prodeſſe pluribus, à paucioribus exhauriantur: In Prouincijs verò deſolatis, quæ non habent numerum Fratrum requiſitum fiat omni meliori modo, & ſincerè, ac fideliter; meminerintque, tam Prouinciales, quàm Priores Conuentuum ſe pro animabus Fratrum, bonisque Ordinis perperam adminiſtratis ſtrictiſſimam Deo reddituros rationem.*

25 Notabilia ædificia in eiſdem non fiant ſine

ſine Conſilio Patrum, & incepta ab vno Priore, alius proſequatur; ſicut Auctorit. Apoſtol. Sixti V. mandatum eſt. Romæ 1589. admon. 3. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 7. ſub litt. M.* & de Conſilio Patrum num. 18.

26 In quolibet ex principalioribus ſint lectiones Sac. Theol. Bibliæ, vel Philoſophiæ; in reliquis autem concluſiones caſuum conſcientiæ, vel in ſtudio Sac. Scrip. verſentur Fratres. Salmanticæ 1551. ord. 9. *Item ordinamus, vt in qualibet Prouincia præter generalia ſtudia ſint lectiones in Conuentibus, præſertim principalioribus, & Sac. Bibliæ, & Theologiæ, vel Philoſophiæ ſaltem, in quibus iuuenes exerceantur: Et in minoribus Conuentibus, vbi hæc ſeruari non poſſunt, teneantur, vel concluſiones aliquæ de caſibus conſcientiæ, vel ſtudioſum exercitium Sac. Scripturæ, ſuper quibus aggrauamus conſcientias Prouincialium, vt hæc ſeruari curent, & Priores, quos contra hoc negligentes inuenerint abſoluant.*

27 Caueant Superiores ne Conuentuum officinas, cameras, ſeu loca ſecularibus concedant. Romæ 1571. ord. 11. *Item præcipimus omnibus Prælatis Ordinis noſtri ſub pœna abſolutionis ab officio, ne officinas, & loca Conuentui neceſſaria ſecularibus vlla ratione concedant; etiam prætextu cuiuſcumque Fraternitatis; & ſi quid ſecus hactenus conceſſum fuit, auctoritate noſtra reuocamus, irritam præſenti ſtatuto decernentes huiuſmodi conceſſionem.*

28 In illis in quibus ſunt Iuuenes, debent eſſe Lectores, qui eos grammaticam (ſi in ea non ſint ſufficienter verſati) vel Artes, hoc eſt Philoſophiam, doceant iuxta illorum capacitatem. Romæ 1553. ord. 1. & ibidem 1558. conſt. 13. & Auenione 1561. conſ. 5. ſic dicitur. *Confirmamus ordinationem diſponentem, quòd in Conuentu vbi ſunt Iuuenes, ſit aliquis Lector, qui eos doceat Grammaticam, vel Artes iuxta eorum capacitatem.*

29 Debent eſſe etiam in eiſdem Lectores Caſuum Conſcientiæ. Ita in eodem Cap. Auenionen. loco ſuprad. ſubbitur. *Sint etiam in Conuentibus Lectores caſuum conſcientiæ, & aſſiduè de ipſis collationes fiant.*

30 Nullus Conuentus, ſeu Locus de vna in alteram Prouinciam transferatur niſi per tria Cap. fuerit approbatum. Mediocres domos, & humiles Fratres noſtri habeant, nec in illis curioſitates, aut ſuperfluitates fiant, quæ paupertatem noſtram deformant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 3. Quæ fuit ſancita in Capit. Generaliſſ. Pariſijs* 1236. Vide ibid. in decl. litt. F. & G.

31 Conſtruendi Conuentus formula cum maturo conſilio peritorum fiat, neque illam variare cuiquam ex ſuperioribus liceat. *Ex Conſt. noſt. vbi ſupra tex. 7.*

32 Mulieribus ingreſſus in illos eſt ſub excommunicationis vinculo interdictus; in clauſtrum autem, & chorum quandoque ingredi illis conceſſum eſt ex Apoſtolico indulto. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 5.* Vide de Clauſura Conuentuum num. 10.

33 In eiſdem ſit vnus, vel plures Fratres, qui Portarij munus exerceant. *Vide de Clauſura Conu. num. 4. & 8.*

34 In pauperibus Conuentibus poſſunt diſpenſare Priores cum Conuentu tribus diebus in hebdomada in eſu carnium. *Vide de Carnibus num. 7.*

35 Nullus audeat Conuentus noſtros à iuriſdictione Prouincialium eximere abſque Sum. Pontif. vel Magiſtri Ord. auctoritate; & hoc fuit ſub pœna excommunicat. latæ ſententiæ vetitum Neapoli 1515. ordin. 19. *Item præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub pœna excommunicat. latæ ſentent. quam contra facientes ipſo facto incurrant; quamque vna pro trina canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis, ne quis ſubtrahat Conuentus à iuriſdictione Prouincialium ſine auctoritate Sum. Pontificis, aut Reuerendiſſ. Magiſtri Ordin.*

36 In inchoatis Conuentuum fabricis Priores, ſeu Conuentuum Præſidentes duos tantum aureos expendere ſine Capituli conſenſu valent: cum illius verò conſenſu tantùm decem, quòd ſi maiorem pecuniæ ſummam in illis conſumere ſit neceſſe, id non fiat ſine Prioris Prouincialis licentia. Romæ 1608. ord. 24. *Priores Conuentuales in fabrica aliqua Monaſterij iam inchoata non poſſint ſine conſenſu ſui Capituli expendere vltra duos aureos; cum conſenſu verò capituli poterunt expendere vſque ad decem aureos; vltra quam ſummum ad eſſe debebit licentia Prouincialis.*

37 In illis non ſint canes, qui ſecularibus ad illos aduentantibus poſſint nocere. Bononiæ 1244. ord. 8. *Item non ſint in domibus noſtris canes tales, qui ſint in periculum perſonarum; & ſi qui tales ſint amoueantur.*

38 In vnoquoque Infirmaria, Hoſpitium, Carcer, & Calefactorium ſint. Lugduni 1536. ordin. 6. *Volumus etiam, ac mandamus, quòd in quolibet Conuentu ſint iſtæ officinæ, ſcilicet Hoſpitium, Infirmariæ, Carcer, & Calefactorium cum vtenſilibus requiſitis.*

39 Pro eorum reparatione Prouinciales in ſuis viſitationibus aliquas pecunias ſequeſtrent annuales. Romę 1569. commiſſ. 1. *Committimus RR. Prouincialibus, vt in viſitatione Conuentuum ſequeſtrent aliquas pecunias annuales pro reparatione fabricæ Conuentuum, qui paſſim deſtruuntur.*

40 In illis non detineantur ſeculares. Auenione 1470. ord. 2. *Prohibemus ne aliquis de cætero aliquem, vel aliquos ſeculares retineat in conuentibus in grauamen, & ſcandalum Conuentuum,*

A pran-

41 A prandij hora vſque ad Nonam clauſantur. Auenione 1470. eadem ord. 2. *Volumus quod ab hora prandij vſque poſt Nonam nullus Frater egrediatur a conuentu ſine magna neceſſitate, & tali tempore ſtent conuentus clauſi, ita quod non pateat aditus extraneorum ad ipſos conuentus, & ſtet vnus cuſtos, tali tempore maximè ad portæ cuſtodiam, ſitque tempus iſtud à feſto Paſchæ vſque ad feſtum S. Crucis de ſeptembri; alio verò tempore ſemper porta conuentus cuſtodiatur.* Plura alia vide de Clauſura Conuentuum.

De Conuentibus Obſeruantiæ.

1 IN qualibet Prouincia Ord. noſtri ſint vnus, vel plures Conuentus in quibus regularis obſeruantia vigeat, Conſtitutionesque & Regula cũ omni rigore à cunctis in illis permanentibus obſeruentur, nec cum aliquo in eſu carnium, vel alijs regulari vitæ repugnantibus, diſpenſetur. Ita in quamplurimis Capitulis Generalibus ſancitum eſt, & ſpecialiter Romæ 1553. ord. 14. Ibidem 1558. conſ. 13. Ibidem 1580. conſ. 33. Auenione 1561. conſ. 12. Bononiæ 1564. cõſ. 8. Barcinonę 1574. conſ. 2. Romę 1608. conſ. 1. Pariſijs 1611. conſ. 22, & Valliſoleti 1605. ord. 16. ſic dicitur. *Ordinamus, & ſtrictiſſimè mandamus omnibus RR. Ad. P. P. Prouincialibus, vt vnus quiſque in ſua Prouincia vnum, vel plures Conuentus iuxta qualitatem, & numerum Fratrum deputet, in quibus Regula, & Conſtitutiones Ordinis noſt. cum omni rigore ab omnibus illic degentibus ad vnguem obſeruentur, nec cum aliquo ibi commorante in carnibus, vel alijs regulari vitæ repugnantibus quoquomodo, aut quouis prætextu, vel colore, niſi propter actualem infirmitatem dumtaxat diſpenſari poſſit.* Vide inferiùs nu. 12.

2 In Conuentibus obſeruantiæ nullus inuitus detineatur, nec volens in illis vitam degere, amoueatur. Valliſoleti 1605. ord. 16. *In quibus Conuentibus, & Locis* (ſcilicet obſeruantię) *nemo inuitus cogatur manere; nec aliquis nolens à ſuo retrahatur feruore, niſi quem iam arrepti propoſiti, & cœptæ obſeruantiæ pœnituerit.*

3 Subduntur correctioni, viſitationi, & in omnibus alijs ipſius Prouinciæ Prouinciali, ſicut & cæteri Conuentus illius. Valliſoleti 1605. eadem ord. 16. *Volumus, & præſenti ſtatuto in perpetuum ordinamus, quòd omnes in præfatis Conuentibus* (ſcilicet Obſeruantię) *commorantes in omnibus, & per omnia ſuis Prouincialibus conſeantur, & ſint ſubditi, qui viſitare, aſſignare, & remouere poſſint ſicut antea conſueuerunt, & omnia alia, tam in dictis Conuentibus, quàm Fratribus facere valeant, quæ dicto viuendi modo, & Regulari obſeruantiæ non repugnent.*

4 In illis Fratres eadem forma, & figura habitus vtantur, ac cœteri Fratres Ord. Nec poſſeſſiones, cœteraq; immobilia bona ad illorum Conuentus ſpectantia abſque ſpeciali Magiſtri Ord. licentia alienare pręſumant. Valliſoleti 1605. eadem ord. 16. *Diſtrictè etiam mandamus, ne Fratres in talibus Conuentibus* (ſcilicet obſeruantię) *commorantes, quouis modo poſſint habitum, vel formam eius tranſmutare, ſed tali vti, qualis in Capitulo Rom. proximè præterito, & in hoc Capitulo fuit decreta. Nec poſſeſſiones, cæteraque immobilia, & pretioſa abſque ſpeciali Reuerendiſſimi licentia alienare audeant.*

5 In illis alię ceremonię. & obſeruantię, quàm in Ordine receptę, & approbatę, non induceantur. Romę 1608. conſ. 1. *Confirmamus illam ſanctiſſimam ordinationem olim à B. Raymundo de Capua Magiſtro Ordinis factam, & à fœlicis recordat. Bonifatio Papa VIII. approbatam, & in multis Generalibus Capitulis, præſertim proximè antecedente Valliſoletano innouatam atque in pluribus Prouincijs iam executioni mandatam, vt RR. AA. PP. Prouinciales vnuſquiſque in ſua Prouincia vnum, vel plures Conuentus deputent, in quibus Regula, & Conſtitutiones noſtri Ord. in omni rigore, & quàm exactiſſimè, ſiuè ad vnguem obſeruentur: In quibus tamen Conuentibus Fratres non niſi ſpontanei, & voluntarij aſſignentur, nec eis vllo pacto liceat conſuetum Ordinis habitum, vel formam eius immutare, ſeu alias ceremonias, & obſeruantias, quàm in Ordine receptas, & approbatas inducere, nec poſſeſſiones, cæteraque immobilia, & pretioſa bona Conuentus abſque ſpeciali Magiſtri Ord. licentia alienare audeant.*

6 Fratres diſcoli in Conuentibus, in quibus viget regularis obſeruantia aſſignandi ſunt. Romę 1608. ord. vlt. *Ordinamus, quòd etiam aliàs ordinatum fuit, vt Fratres diſcoli, & parùm religioſi nullo modo aſſignentur in Conuentibus paruis, ſed in maioribus, vbi viget obſeruantia regularis, vt ibi eorum cura cautior eſſe poſſit, & ipſi rectius in officio contineri valeant.*

6 Nullus in aliquo ſtrictioris obſeruantię conuentu profeſſus poteſt alibi detineri abſq; Reuerendiſs. Magiſtri Ord. licentia. Romę 1589. conſ. 6. *Confirmamus etiam ordinationem illam, quòd nullus Frater in aliquo Conuentu ex reformatis profeſſus poſſit alibi recipi, ſiuè detineri, ſine ſpeciali licentia Reuerendiſs. Patris Generalis.* Quod etiam fuerat antea ordinatum. Romę 1481. ord. 7. & ibidem 1484. ord. 4. *Vide infra num. 9.*

6 Soluant contributiones Prouinciali-

K bus

bus, ſi illas antea ſoluere conſueuerunt. Romę 1484. ordinat. vlt. *Vide de Contributionibus num. 9.*

7 In illis recipiantur Prouinciales, & charitatiuè pertractentur. Romæ 1484. ord. 4. *Adijcientes, quòd Fratres obſeruantiales RR. Priores Prouinciales pro tempore ad eos declinantes ſuſcipiant, & eos charitatiuè pertractent.*

8 Nullus audeat Fratres in eiſdem permanentes moleſtare, aut illis aliquo modo detrahere: neque huiuſmodi Fratres de alijs obloqui præſumant ſub pœna Grauioris culpæ, ac priuationis vocis. Coloniæ 1428. ord. 7. *Item quorundam temeritatem Deum præ oculis non habentium compeſcere, & delere cupientes qui Fratribus Recollectis Regulam, & Conſtitutiones ſeruare intentis detrahere non metuunt, quos debent affectuosè diligere, & charitatiuè fouere, exhorrentes miſeri ſanctum regularis obſeruantiæ nomen, tam in ſcriptura, quam in noſtris Conſtitutionibus honoratum, & titulo Magiſtro Ordinis in ſalutationibus debito, & reuerenter aſſumpto, omnes, & ſingulos tali verbo, opere, ſeu quocumque alio modo Fratribus ſic regulariter viuentibus, & viuere affectantibus, impedimentum, moleſtias, ſubſanationes ex hoc quomodolibet inferentes tanquam Religionis inimicos, & noſtri Ordinis deſtructores voce priuamus, & priuatos eſſe denunciamus. Mandantes inſuper Præſidentibus; in quorum Conuentibus tales, vt prædictum eſt delinquere contigerit, quatenus eos, cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, pœnam grauioris culpæ per dies 8. inuiolabiliter facere compellant. Ipſi autem caueant diligenter ne cæteros Fratres infament extra Ordinem, nec dicant eos eſſe Fratres de proprietate, aut non eſſe in ſtatu ſalutis, alioquin pœna conſimili puniantur.*

9 Nullus Frater in alijs Conuentibus profeſſus eſt in iſtis recipiendus ſine ſui Prioris Prouincialis licentia. Romæ 1481. ordinat. 7. *Item propter pacem, & vnionem noſtri Ordinis ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus Frater, qui recepit habitum, vel profeſſionem fecerit in Conuentibus, qui reformati dicuntur, de cætero recipiatur in Conuentibus ſuæ Congregationi non ſubiectis, Mandantes omnibus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ quòd tales non recipiant. Fratribus autem obſeruantialibus mandamus, vt non recipiant alios Conuentuales ſine licentia ſui Prioris Prouincialis, aut Reuerendiſſ. Mag. Ordinis. Adijcientes quòd Fratres obſeruantiales RR. Priores Prouinciales pro tempore ad eos declinantes ſuſcipiant, & charitatiuè pertractent.* Et Nouariæ 1465. ord. 6. ita mandatur. *Fratres vitæ regularis, qui de Congregatione Fratrum ad Conuentus vitæ communis ſine ſuorum licentia Vicariorum, & habita facultate, transfugerint, ad ſuos Conuentus, & Prælatos penitus remittantur.*

10 Prædicatoribus ex his Conuentibus nulla tribuatur eleemoſyna pro prædicationibus, ſed neceſſitatibus eorum ſubueniatur. Romæ 1513. ord. 15. *Ordinamus quòd Prædicatoribus in vita regulari nullum ſtipendium detur; prouideatur tamen eis ſecundùm diſcretionem Prælati, & eorum neceſſitatem.*

11 Habent vocem in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus ex mandato Clementis VIII. Romæ 1601. decl. 10. *Declaramus ex mandato Sanctiſs. D. N. Clementis Octaui, Fratres reformatos Neapolitanos, vel quoſcumque alios ſimilem viuendi normam impoſterum ſectaturos, ad eaſdem Prouincias pertinere, ad quas ante reformationem ſpectabant, & habere vota in Capitulis Prouincialibus, & Generalibus ſicut alij Fratres earundem Prouinciarum reſpectiuè, licet Prouincialibus non ſint ſubiecti, ſed ſuis tantùm Superioribus, ſicut hi Reuerendiſs. P. Generali.*

12 Prouinciales tales Fratres omni charitate foueant, atque adiuuent. Romæ 1608. conſ. 1. *Hortamur nihilominus eoſdem Prouinciarum Præſidentes, vt Fratres in prædictis Conuentibus commorantes omni charitate foueant, adiuuent, neque eis in ſuo feruore ſint impedimento, ſed ſuſceptam ab illis arctioris obſeruantiæ viam diligenter conſeruare, & augere procurent.*

13 Nullus audeat in Ordine noſtro ſibi Reformati nomen aſſumere. Toloſæ 1628. ord. vlt. *Quoniam vbi perfectio eſſe nequit vbi præcipue virtus humilitatis non viget (cum Chriſtus totius perfectionis exemplar dicat, diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde) titulus autem* Reformati *diſtinctionem quandam, & eminentiam ſuper alios, qui eo titulo minime nuncupantur indicare videtur, ad omnem occaſionem elationis, & aliorum contemptus remouendam, & ad omne diuiſionis veſtigium, etiam quantum ad nomen in Ordine noſtro propter ſuam inuiolatam vnitatem celeberrimo præcauendum, volumus quidem, inſiſtimus, & vrgemus, vt arctiſſimam noſtrarum Conſtitutionum obſeruantiam ſolemni profeſſione promiſſam omnes amplectantur, & ſtudioſiſſimè tueantur. Cæterum diſtrictè ordinamus, & prohibemus ne vllus ſeipſum, vel alium, aut alios quoſcumque Fratres noſtros, nec domum, Conuentum, Prouinciam, Monaſterium, Congregationem ſuam, vel alienam hoc titulo* Reformati, *verbo vel ſcripto nominare audeat.*

14 Tales Conuentus non poſſunt eximi à Prouincialium regimine. Ex ſeq. Breui Iulij II. denunciato Mediolani 1505. decl. 19. Iulius Papa II. &c. *A fide dignis nuper accepimus quod multi tui Ordinis Fratres reformationem per te ſalubriter inſtitutam libentius auidiuſque amplecterentur ni dubitarent à Conuentibus ſuis poſt huiuſmodi reformationem expelli. Quapropter nos pro Dei laude, & Religionis honore &c. Vniuerſis, & ſingulis antedicti Ordinis Fratribus de obſeruantia nuncupatis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna diſtrictius inhibemus*

mus

mus ne Conuentus per te reformatos, & reformandos directè, vel indirectè à regimine Priorum Prouincialium, quibus iuxta Conſtitutiones dicti Ord. ſubijci debent diſtrahere, aut eximere curent ſine tua ſpeciali licentia. Decernentes nihilominus quaſcumque litteras ſuper exemptionem regiminis antedicti in poſterum, etiam per Sedem Apoſtolicam faciendas nullius roboris, vel momenti fore, niſi in illis de tua licentia ſpecialis mentio fiat. In cont. facientibus non obſtant. quibuſcumque. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcat. die 18. Martij 1505. Pontif. noſt. ann. 2.

Sigiſmundus.

A tergo. Dilecto filio Generali Magiſtro Fratrum Ord. Prædicatorum, qui tunc erat P.F. Vincentius Bandellus.

De Conuerſis.

1 EOdem tempore ſurgant Conuerſi, quo & alij Fratres, & eodem modo inclinent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 15. tex. 1.*

2 Pro matutinis in profeſtis diebus dicant viginti octo pater noſter, &c. *Vide quid dicere teneantur loco officij, in Conſt. noſt. loco ſuprad. & in decl. eiuſdem tex. 1. litt. A. & B.*

3 Tenentur in ieiunijs, cibis, abſtinentijs, & alijs omnibus obſeruare Cōſtitutiones, ſicut & alij Fratres. *Ex Conſt. noſt. ibid tex. 3.*

4 Soli non incedant per vrbes, & loca, ſed cum ſocio ſemper ire debent. *Ex Conſt. noſt. ibid. quæ fuit facta in Capit. Generaliſſ. Pariſijs 1236.*

5 Pſalteria, nec etiam alios libellos habere debent. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

6 In noſtris Conuentibus eſſe debent, vt illis inſeruiant, atque ſeculares omnes ab ipſis excludantur Venetijs 1592. ord. 22. *Ordinamus quòd in vnaquaque Prouincia curent Prouinciales Conuerſos, vel Tertiarios ad habitum recipi, qui religioſè educati Conuentibus in manualibus exercitijs inſeruire poſſint, ſicque ſæcularium, quoad fieri poterit, commercia, plurium malorum radices, tollantur.*

7 Sunt in Capitulo, ſicut & alij Fratres recipiendi, cum conſenſu tamen Prioris, & duarum partium vocalium eiuſdem Conuentus, pro quo fuerint induendi. Nec Conuentus illos recipiant ſine licentia Prioris Prouincialis. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 3.*

8 Tam ad habitum, quàm ad profeſſionem, non recipiantur ſine examine, & aſſenſu Prioris, atque duarum partium ex tribus omnium vocalium in Capitulo adhoc congregatorum. Ita declaratum eſt Toloſæ 1328. declarat. vnica. *Declaramus quòd in receptione Fratris Conuerſi ad profeſſionem requiruntur duæ partes Conuentus cum conſenſu Prioris, ſicut in receptione ad eius probationem.* Circa eorum examen verò vide infra de Recipiendis num. 4.

9 Non recipiantur infra decem, & octo annos; nec recepti fiant Clerici niſi de licentia Magiſtri Ord. ſpeciali. At Clemens VIII. decreuit recipiendos non eſſe ante vigeſimum annum, & niſi ſciant præcipua Doctrinæ Chriſtianæ capita. *Ex Conſt. noſt. ibid. tex. 4.* Vide decl. eiuſdem ſub litt. K.

10 Non recipiantur, niſi ſint in aliqua arte inſtructi. Toloſæ 1628. ordin. 6. *Non recipiantur in Conuerſos, qui in aliqua arte non ſint periti, qua Religioni valeant inſeruire.*

11 Qui recipiuntur, non tenentur in domo nouitiorum cum ipſis nouitijs commorari. Romæ 1629. decl. 4. *Declaramus circa cap. 15. diſt. 2. noſt. Conſtit. quòd Conuerſi in conuentibus, in quibus poſſunt recipi, non obligantur educari in domo Nouitiorum, neque comprehenduntur in decretis de Nouitijs, ſed ſeruetur circa illos Bulla Sixti V. qua præcipitur, vt habeant viginti annos completos, & ſint in Doctrina Chriſtiana ſufficienter inſtructi. Ita declarauit Congregatio Regularium die 20. Iulij 1602.*

12 Vt nulli habitus daretur, niſi priùs in Tertiariorum extitiſſet toga per quatuor annos, vt illius probarentur mores, etſi ſcapulari dignus eſſet, agnoſceretur, ordinatum fuerat ſub pœna abſolutionis ab officijs Prioribus, ac Conuentuum Præſidentibus Valentiæ 1596. ord. 21. quod tamen fuit reuocatum. Neapoli 1600. reuocat. 2. At verò poſtea Bononiæ 1615. ſancitum eſt, vt ad Conuerſorum habitum nullus recipiatur, niſi per duos annos antecedenter Conuentui inſeruierit in Tertiarij habitu, vbi eſt conſuetudo Tertiarios recipiendi; vbi verò talis conſuetudo non viget, niſi in Conuerſorum habitu duobus pariter annis priùs id præſtiterit; completo verò biennio annus tertius pro probatione illi aſſignetur in habitu Conuerſorum exiſtenti. Ita enim in Capit. ſuprad. ord. 8, ſic dicitur. *Vbi eſt conſuetudo recipiendorum Tertiariorum, ſtatuimus vt nullus ad habitum Conuerſorum recipiatur, niſi priùs per duos annos in habitu Tertiarij Conuentui inſeruierit, vt ſic ſpiritus atque vires, quibus præcipuè in Fratribus conuerſis Ordo noſter opus habet, probentur. Vbi verò conſuetudo non eſt recipiendi Tertiarios, ordinamus, vt recepti ad habitum Conuerſorum primò duobus annis integris habitum Conuerſorum deferant, quo biennio, eorum vires, & obſequia videantur, & probentur an idonei ſint ad labores: Deinde verò poſt biennium annus tertius in eodem habitu pro probatione illis aſſignetur; ita quòd ſi*

benè, vt par eſt, ſe geſſerint, ad profeſſionem poſt tertium annum recipiantur. Et Neapoli 1600. in Reuocat. 2. ſuperius citata ita dicitur. *Item aliam* (ſcilicet ordinationem in Capit. Valentino proximè præterito factam reuocamus) *quòd nullus recipiatur ad habitum Conuerſorum, qui prius per quadriennium ad minus in habitu Tertij Ordinis probatus non fuerit; & volumus in qualibet Prouincia Conuerſos expleto anno probationis admitti ad profeſſionem, aut ſpoliari habitu religioſo.*

13 Dum recipiuntur, in Capitulo coram congregatis Fratribus induantur cum Hymno, *Veni creator Spiritus*; non tamen in cantu, ſed ſubmiſſa voce. Londonis 1250. ord. 11. *Item ordinamus, quòd Conuerſi recipiantur in Capitulo Clericorum, & idem* Veni Creator Spiritus *legendo dicatur*. Vide in Conſt. non. diſt. 2. cap. 15. in decl. tex. 2. litt. C.

14 Non ſunt recipiendi ad habitum Tertiarij, ſeu alij quicumque à ſeptuageſima vſque ad octauam Paſchæ, ſi notabilis pars Patrum à conſilijs eo tempore pro Sac. Concionibus habendis à Conuentu abſit. Valentiæ 1647. ord. 6. *Volentes quòd ſi à tempore ſeptuageſimæ vſque ad octauam Paſchæ notabilis pars Patrum à Conſilijs ſit extra Conuentum, in eo tempore non poſſit aliquis recipi ad habitum, tam Clericorum, quàm Conuerſorum.*

15 Illis aſſignandus eſt Magiſter ſpecialis, qui eos in ceremonijs Ordinis, Diuino cultu, atque alijs ad eorum profeſſionem ſpectantibus inſtruat. Valliſoleti 1605. confirm. 42. *Confirmamus, quòd aliàs ordinatum fuit, vt videlicet detur Fratribus Conuerſis ſpecialis Magiſter, qui eos inſtituere poſſit in cultu diuino, & ceremonijs Ordinis, & de alijs, quæ ad eorum ſtatum, & officium pertinent.*

16 Tempore probationis elapſo, qui digni iudicati fuerint, atque vigeſimum annum compleuerint, ad profeſſionem poſſunt recipi, alijs tamen conditionibus ſupradictis impletis. *Ex Clementis VIII. decreto prout habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 4. litt. K.*

17 Eorum profeſſio ſicut, & Clericorum in libro adhoc deſignato ab eiſdem met, & propria manu adnotetur. Quòd ſi aliqui eam ſcribendi incapaces extiterint, ſignum Crucis in eodem libro apponant ſub profeſſionis atteſtatione aliena manu conſcripta. *Ex Clementis VIII. decreto, prout habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. in decl. tex. 4. litt. L. ſuprad.*

18 Tot habeant indumenta quot cæteri Fratres, præter Cappas, loco quarum habeant ſcapularia longa, & lata vſque ad iuncturam inter pugnum, & brachium, quæ non ſint alba ſicut tunicæ, ſed ſimilis coloris Cappis Clericorum, nempe nigra. Poſſunt, & breuia ri ſei coloris habere ſcapularia ad menſuram ſcapulariorum noſtrorum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 15. tex. 2. & 3.*

19 Nullo modo deferant habitum album, ſed tantum nigrum, vel griſeum. Apud Montempeſulanum 1294. ord. 8. *Item cum in Capit. apud Montem Peſulanum proximo celebrato prohibitum fuerit ne Conuerſi ſcapularia quaſi alba deferant, & hoc à pluribus appareat non ſeruatam, non ſolùm Priores pœnitentiam ferant pro diſſimulatione, ſicut in actis prædictis eſt expreſſum, ſed & ipſi Conuerſi pœnam luant duplicatam.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 15. in decl. tex. 2. litt. C.

20 Eorum ſcapularia non ſint lata vltra medietatem brachij inter manum, & cubitum. Florentiæ 1257. ord. 5. *Scapularia Fratrum Conuerſorum ſuperiora non ſint lata vltra medietatem brachij inter cubitum, & manum, & quæ aliter habent per Priores, vel eorum Vicarios vſque ad ſeptem dies ex quo admonitionem iſtam ſciuerint corrigantur; & caueant ne inferiora ſcapularia eorum tendant ad albedinem, ſed ſint griſei coloris ſicut dicit Conſtitutio.*

21 Eorum caputia non ſint nimis lata, & talia habentibus reuigantur ad formam in Conſt. taxatam. Barcinonæ 1261. ord. 5. *Item Priores vbique faciant redigi caputia Fratrũ Laicorum, quæ ſunt nimis lata, ad formam ſecundùm Ordinem ſtatutam.*

22 Non habeant lata ſcapularia in ſcapulis ſciſſa, & diuiſa ad modum cappæ clauſæ. Treueris 1289. ordin. 10. *Item iniungimus Prioribus vniuerſis, quòd non permittant Conuerſos habere lata ſcapularia in ſcapulis ſciſſa, & diuiſa ad modum cappæ clauſæ.*

23 Non deferant in itinere ocreas, nec Feltrum, ſeu penulam. Sed pedeſtres incedant. Venetijs 1592. ord. 10. *Pedeſtres proinde ibunt omnes, Conuerſi maximè, quòd ſi neceſſitas equitandi aderit alicui, licentiam in ſcriptis à ſuo Superiori obtinebit, quam & oſtendere poſſit requiſitus. Ocreas nihilominus & penulam (quod vulgò dicitur feltrum) nemo deferet, præſertim Conuerſi, ſed religioſè incedent omnes, ita, vt habitus patenter feratur, & pro Religioſis, vel ex ipſo dignoſci poſſint. Contra facientes autem, præter ammiſſionem dictorum mobilium, pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, vel ſcapularis per biennium, vel ſedendi ter in terra in pane, & aqua reſpectiuè puniantur.*

24 Vt qui recipiuntur pro inſeruiendo Monialibus noſtris, non deferrent habitum ſecundùm morem noſtrorum Conuerſorum. Mediolani 1255. ord. 12. ità fuerat ſancitum. *Item prouideant Priores Prouinciales quòd Conuerſi, qui recipiuntur à Sororibus commiſſis Ordini, non portent habitum ſecundùm habitum*

Fra-

Digitized by Google

Fratrum noſtrorum Conuerſorum. Modò autem omnes Conuerſi eadem habitus forma vtuntur.

25 Nullus in Conuersũ eſt ſub habitu albo recipiendus ad Ordinem. Bononiæ 1564 ord. 8. *Ordinamus item, quòd de cætero nullus Conuerſus ſub habitu albo in noſtro Ordine recipiatur*.

26 Nulli Fratri Conuerſo eſt ſcapulare album concedendũ, neque Moniali Conuerſæ velum nigrum, ſed omnes in ſua permaneant vocatione. Romæ 1589. ord. 11. *Ordinamus vt nullus Frater Conuerſus ſcapulari albo donetur, neque Monialis Conuerſa velo nigro, ſed omnes ſuo habitu contenti religioſè Deo viuant, & in ſua vocatione maneant: Rogantes Reuerendiſs. P. Generalem (penes quem talis poteſtas ſolummodò reſidet) vt huiuſmodi licentias in nulla vnquam Prouincia concedat, quandoquidem experientia ipſa compertum eſt, magna inde ſequi inconuenientia*.

27 Nullo modo ad ſtatum clericalem transferantur, niſi de Magiſtri Ord. licentia ſpeciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 4. Quæ fuit inchoata Viennæ 1282. approbata in Monteſpeſulano 1283. & conf. Bononiâ 1285*. Idemque etiam ſpecialiter ordinatum fuit Bononiæ 1564. ord. 8. Barcinonæ 1574. conf. 44. Romæ 1580. conf. 13. Neapoli 1600. decl. 10. Pariſijs 1611. conſ. 18. Bononiæ 1615. conf. 8. & Romæ 1608. ord. 27. ita dicitur. *Ordinamus, vt ſæpe aliàs ordinatum fuit, vt nullus Conuerſus, ſiue in ſua, ſiue in aliena Prouincia fiat Clericus, aut habitum clericalem ſuſcipiat niſi de licentia Magiſtri Ord. obnixèque Reuerendiſs. Magiſtrum Ord. rogamus, vt huiuſmodi licentias rarò, & niſi in commune Religionis bonum concedat; cum alioqui inde maxima incommoda oriri ſoleant*. Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. L.

28 Caueant ne dent operam literis, vt Clerici fiant. Romæ 1608. ita in eadem ord. 27. ſubditur. *Diſtrictèque prohibemus, ne Conuerſi dent operam literis, vt Clerici fiant*.

29 Conuerſos appellare Patres nullus præſumat; qui autem oppoſitum fecerit pane, & aqua puniatur. Romę 1608. in eadem ord. 27. ſuprad. *Nec vllus eos Patres appellet: qui in hoc deliquerit, ſedeat in terra in pane, & aqua*.

30 Qui ad Conuerſorum, habitum ſunt recepti, nec etiam in ipſo probationis anno, poſſunt ad clericalem habitum tranſire. *Ità auctoritate Clementis VIII. ſancitum eſſe habetur in Conſtitut. noſt. diſt. 1. cap. 13. in decl. tex. 4. litt. L.*

31 Nullus Conuentus recipiat aliquem in Conuerſum ſine licentia Prioris Prouincialis. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 3.*

32 Qui fuerint ſine Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali Clericali habitu induti, tali ſtatim priuentur, & ad priſtinum ſtatum redire compellantur. Romæ 1580. conſ. 13. *Quicumque Conuerſus, Tertiarius, & Oblatus ſine huiuſmodi Reuerendiſſimi licentia repertus fuerit ad clericalem habitum aſcendiſſe, omnino exuatur, & ad priſtinum ſtatum redire omnino cogatur*. Quod fuit confirmatum Bononiæ 1615. conſ. 8. additis pœnis priuationis ſcapularis, & carceris. *Confirmamus ordinationes in Capitulis Bononiæ 1564. Barcinonæ 1574. & Romæ 1589. factas vt nullus Conuerſorum ad habitum clericalem recipiatur; Quod ſi aliquis per ſe, vel per alium ſibi habitum clerici dari procurauerit, & de eo conuictus fuerit, ſcapulari per ſex menſe priuetur, conuentumque per annum pro carcere habeat*. Idem habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad.

33 Ipſo facto priuationem officij, & perpetuam vocis paſſiuæ amiſſionem incurrunt omnes Prælati, qui Conuerſum, vel Tertiarium ad Clericalem habitum ſine Magiſtri Ord. licentia ſpeciali recipiunt. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num. 33.*

34 Conuerſi ad Clericalem habitum cum licentia Magiſtri Ord. recepti, non poſſunt ad ſacros Ordines ſuſcipiendos mitti, ſine noua ſpeciali licentia eiuſdem Mag. Ord. ſed ſunt, vt priùs in officijs Conuerſorum occupandi. Romæ 1608. ord. 28. & Pariſijs 1611. conf. 16. dicitur: *Confirmamus illam* (ſcilicet Ordinationem) *ne Conuerſi recipiantur ad habitum Clericorum ſine licentia Magiſtri Ord. & recepti non mittantur ad Ordines ſacros, ſed occupentur, vt priùs, in officijs Conuerſorum, niſi noua accedat licentia Reuerendiſſimi*.

35 Nullo modo procurent clericalem habitum conſequi; quòd ſi contrarium fecerint, ſcapulari per ſex menſes priuentur; & per annum Conuentum pro carcere habeant. Bononiæ 1615. conf. 8. *Quòd ſi aliquis Conuerſus per ſe, vel per alium, ſibi habitum Clerici dari procurauerit, & de eo conuictus fuerit ſcapulari per ſex menſes priuetur, Conuentumque per annum pro carcere habeat*.

36 Si quis ſe Clericali habitu indure auſus fuerit; & quod peius eſt, ſacros Ordines ſuſceperit fraudulenter, habitu Conuerſorum priuetur, & Tertiarius toto tempore vitę ſuę permaneat, & aliàs ſeuerè puniatur. Neapoli 1606. declarat. 10. *Quòd ſi quis Conuerſus ſe ipſum tali habitu* (ſcilicet clericali) *induere auſus fuerit, & quod peius eſt, Ordines ſacros fraudulenter ſuſceperit, hic habitu etiam Conuerſorum omnino exuatur, & ſic Tertiarius toto tempore vitæ ſuæ, ab executione dictorum Ordinum ſit ſuſpens, perpetuòque inhabilis, neque ab aliquo poſſit reſtitui niſi à Cap. Gener. & nihilominus iuxta leges ſeuerè puniatur*.

37 Conuerſi ad Clericalem ſtatum tranſlati, locum & vocem in electionibus, & tractatibus eorum, quæ mittenda ſunt ad Capit.

Pro-

Prouinciale, vel Generale, habeant poſt omnes Fratres Clericos, qui eos in ſtatu clericali præceſſerunt. Apud Biſuntium 1303. ord. 10. *Item ordinamus quòd Fratres Conuerſi, qui tranſeunt ad ſtatum clericalem ſint poſt omnes Fratres illos Clericos quantùm ad vocem, & locum in electionibus, & tractatibus, qui eos in ſtatu præceſſerunt clericali.*

38 In canonicis autem electionibus voce gaudeant poſt duodecim annos à ſuſceptione clericalis habitus. Valliſoleti 1605. decl. 6. *Declaramus; quòd ſi contingat aliquem Conuerſum profeſſum admitti ad habitum clericalem, habeat vocem in electionibus canonicis poſt duodecim annos à ſuſceptione habitus clericalis.* Quod fuit confirmatum Romę 1629. declarat. 9. his verbis. *Declaramus ordinationem Valliſoleti 1605. ſtatuentem Conuerſos ad habitum Clericorum receptos non habere vocem niſi poſt duodecim annos à ſuſceptione habitus clericalis, eſſe inuiolabiliter obſeruandam, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus:*

39 Conuerſi dum per vrbes panem petituri incedunt, non ſe ſeparent ab inuicem. Bononię 1244. ord. 9. *Item Conuerſi petentes panem, vadant ſimul ita, quòd poſſint inuicem ſe videre.*

40 Non tangant Calices, vel corporalia nuda manu, quòd etiam Iuuenes in ſacris non conſtituti obſeruare tenentur. Palentię 1291. ord. 9. *Item nullus Conuerſus, ſiue Clericus in Sac. Ordinibus non exiſtens Calicem nude tangat, vel corporalia, vel patenam.*

41 Raſuræ ſubijciantur; ita vt circulus eis fiat ſuper aures, qui aliquantulum in poſteriori parte declinet; qui autem hoc exequi recuſauerint, ſcapulari priuentur. Valentiæ 1596. ord. 22. *Ordinamus, vt Conuerſi raſuræ ſubijciantur, ita vt circulus eis fiat ſuper aures, qui aliquantiſper à poſteriori parte declinet, per digitum ſcilicet. Qui verò ſe hoc modo accommodari non fecerit, pro qualibet vice per menſem ſcapulari priuetur à Priore, nec ante ei poſſit reſtitui.*

42 Sunt ſcapulari per menſem priuandi, ſi titulum Paternitatis, vel Reuerentiæ ſibi dari optauerint à Fratribus, ita vt illis aliàs inſeruire recuſent. Fratres autem, qui eos talibus titulis appellare præſumpſerint, ſedeant in terra in pane, & aqua. Valliſoleti 1596. ord. 22. *Vide de Abſol. Prior. Conu. num. 33.*

43 In officijs, & miniſteriis ſunt taliter occupandi, vt alijs Fratribus inſeruientes, in ſudore vultus ſui veſcantur pane ſuo. Florentiæ 1281. ord. 7. *Item, ne Conuerſi otio torpeſcant, monemus Priores, & eorum Vicarios, quòd curam adhibeant, quod ipſi in certis officijs, & miniſterijs occupentur.*

44 In coquina etiam ſpecialiter occupentur. Pariſijs 1286. ord. 6. *Item prouideant Prælati, ſeu eorum Vicarij, vt aliquis Frater Conuerſus ponatur in coquina, & in alijs competentibus ſibi de aſſignatis officijs occupentur.*

45 Nullo modo ſe intromittant in iudicio dando circa infirmos de vrina, & pulſu. Metis 1251. ord. 5. *Item* (ſcil. ordinamus) *quod Fratres noſtri Medici curam tã aliorum Infirmorum quàm Fratrum noſtrorum non ſuſcipiant. Et quòd Fratres Conuerſi Ordinis noſtri de iudicandis pulſibus, & vrinis ſe nullatenus intromittant.*

46 Conuerſis in die Communionis fiat ſermo vulgari idiomate ab aliquo Patre à Superiore deputando. Budæ 1254. ordin. 2. *Item prouideant Priores quòd in diebus Communionis Fratres Conuerſi ſermonem habeant in vulgari.*

Vide plura alia de Conuerſis in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. in declar. tex. 4. ſub litt. K. & L. & diſt. 2. cap. 15. in decl. tex. 1. & 2. ſub litt. A. B. & C.

De Curijs.

1 CVrias Regum, & Principum abſque maxima neceſſitate, atque animarum fructu Fratres noſtri non petat. Ita enim ordinatum eſt. Pariſijs 1239. ord. 8. *Admonemus, ne Curias Regum, vel Principum abſque magna neceſſitate, ſeu fructu animarum frequentent.* Quod fuit etiam confirmatum Bononiæ 1240. ord. 5.

2 Pro communi Conuentuum, ſeu Prouinciarum bono ad Curias pergentibus, ſoluantur à mittentibus expenſæ; alijs verò, nequaquam. Romæ 1601. ord. 20. *Ordinamus etiam, quòd ſi aliqui Fratres in Curiam, vel Curias eundo, vel redeundo, aliquas pecunias expenderint, nihil omnino de expenſis illis ſoluatur, niſi fortè propter bonum commune Conuentus illas adierint.*

3 Fratres in Prælatorum, & Principum Curijs permanentes cum Superiorum licentia, Religioſè conuerſentur, atque aliquando ad Conuentus noſtros pro Capitulo de Culpis pergant. Venetijs 1297. ord. 3. *Fratres quoque qui cum Prælatis, vel cum Principibus commorantur, honeſtè, & religioſè ſtudeant conuerſari, & declinent ſæpiùs ad Conuentus, vitamque communem ſectentur, ſeque in Capitulis repræſentent, vt accuſari, & corrigi valeant prout fuerit opportunum.*

4 Fratres in eiſdem permanentes negotia litigioſa non ſuſcipiant, nec placita ſecularium aſſumant; contrarium verò facientes, grauiter puniantur. Apud Patauium 1308. ord.

Digitized by Google

ord.7. *Item inhibemus diſtinctè ne Fratres in Curijs quorumcunque Baronum, vel Principum de negotijs litigioſis, & placitis ſecularium ſe nullatenus intromittant. quòd ſi ſecus ab aliquo fuerit attentatum, à ſuis Prioribus Prouincialibus, vel Conuentualibus grauiter puniantur.*

5 Quod fuit etiam confirmatum, & ſub formali præcepto mandatum Carcaſſonę 1312 ord. 13. *Eadem præcepti diſtrictione Magiſter prohibet de prædictorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quòd nullus Frater ad Curias Regum, ſeu Dominorum Legatorum, vel Prælatorum ſecularium, Poteſtatum, Principum, vel Baronum accedat, vt cauſis litigioſis, ſeu quibuſuis negotijs de ſe odioſis ſecularium perſonarum intendat.* Cæſarauguſtæ autem 1309. idem fuerat antea ordinatum ord.8. his additis. *Quod ſi ſecus ab aliquo fuerit attentatum, à ſuis Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus grauius puniantur.* Pœna autem priuationis vocis fuit trāſgreſſoribus impoſita etiā Placentię 1310.ord.12. *Nullus ad Curias Regum, ſeu DD. Legatorum, ſeu ſecularium Principum, Poteſtatum, vel Baronum accedat, vt cauſis litigioſis, ſeu quibuſcunq; perſonis negotijs de ſe odioſis ſecularium perſonarum intendat: quicunque verò contrarium feciſſe deprehenſus fuerit, omni voce priuetur, & nihilominus alijs pœnis grauibus puniatur.*

6 Fratribus in Regum, Legatorum, & aliorum Principum Curijs exiſtentibus aſſignandi ſunt Socij viri graues, ac moribus religioſis ornati. Cæſarauguſtæ 1309. ord. 9. *Volumus autem, & diſtrictè iniungimus, quòd ijs Fratribus, qui in dictis Curijs commorantur, tales Socij aſſignentur, qui ſint vita, ætate, ac moribus approbati.*

7 Quicumque ad ſeculares Curias contra Fratres noſtros appellauerint, vel recurſum ad ſeculare iudicium habuerint, omnibus gratijs Ordinis ſint priuati. Lugduni 1336. ord.12. *Quicumque ad noſtri Ord. diuiſionem laborantes appellauerint contra Fratres noſtros ad curias ſeculares, vel quomodocumque concurſum habuerint ad ſeculare iudicium ſine ſcitu, & conſenſu Magiſtri Ord. vel ſui Prouincialis, ipſo facto ſententiam excommunicationis, & priuationem omnium gratiarum Religionis incurrant, nec per alium quàm per Generalem reſtitui poſſint.* Circa Romanam Curiam. *Vide de Acceſſu ad Vrbem*, & in Conſt. noſt. diſt.2. cap.13. tex.4. in decl. ſub litt.F.

De Curioſitatibus.

1 IN Conuentibus noſtris non fiant curioſitates, vel ſuperfluitates notabiles in ſculpturis, picturis, pauimentis, & alijs ſimilibus, quæ paupertatem noſtram deformant. In Eccleſijs tamen permitti poterunt; oppoſitum autem facientes pœnæ grauioris culpæ ſubiacere debent. *Ex Conſt. noſt. diſt.2. cap.1. tex.3. Quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ* 1518. Vide ibid. ſub litt.G.

2 Curioſitates autem particulares à Fratribus ſunt omnino amouendæ. Argentinæ 1260. ord. 7. *Cultelli curioſi, vel ſumptuoſi, & tabulæ cum ſpeculo, vel Crucifixo, vel aliàs curioſæ, & almutiæ pretioſæ, & capelli omnibus Fratribus infra quindenam à Prioribus, vel eorum Vicarijs auferantur, nec deinceps habeantur.* Pariſijs autem 1276. ord. 9. hæc mandantur. *Item admonemus quòd Priores Prouinciales, & Vicarij, etiam Viſitatores aduertant diligenter, ſi quas inuenerint curioſitates in picturis, & cælaturis lapidum, vel lignorum, in corrigijs, fibulis, ſigillis, baculis, veſtibus, & eiuſmodi exceſſus diligentiùs corrigant, & emendent.* Bononiæ vero 1285. ita ſubditur ord.7. *Item Fratres burſas, & capſellas amoueant, & eiſdem de cætero non vtantur.*

De Debitis Conuentuum.

1 CONuentuum Præſidentes debita non contrahant, & contracta ſoluere procurent. Treueris 1249. ord.1. *Caueant Priores, & Conuentus diligentiſſimè omnes ne contrahant debita periculoſa, & dent operam, vt contracta ſoluantur.*

2 Si aliquando debita non parua contrahere fuerit neceſſe, hoc non faciant Priores abſque Fratrum conſenſu. Valencenis 1259. ord.3. *Priores non contrahant debita magna ſine conſenſu Conuentuum ſuorum, & in computationibus ſemper ſciatur, quæ ſint debita domus, & etiam perſonarum, quibus debentur, vel qui debeant aliquid domui.*

3 Neque etiam notabilem quantitatem pecuniarum, ſeu aliarum rerum mutuam accipiant abſque beneplacito maioris partis Fratrum Conuentus eiuſdem. Lemouicis 1334. ord.4. *Adijcientes quòd mutuum quodcumque notabile non contrahatur ab aliquo Priore, niſi de maioris partis ſui Conuentus beneplacito, & aſſenſu; decernentes illud in hac materia notabile, quod Fratres illius conuentus conſueti vocari ad conſilia, notabile iudicabunt.*

4 Diffinitores Capit. Prouincialis, & Pro-

Prouinciales tenentur inuigilare ne conuentus debitis grauentur. Bononiæ 1244. ord. 1. *Admonemus Priores Prouinciales, & Capitula Prouincialia, quòd prouideant in ſuis Prouincijs, vt domus debitis non grauentur.*

5 Priores Conuentuum, qui poſſident bona ſolutioni quindennij ſubdita, trigeſimam partem fructuum illorum ſingulis annis in depoſito communi deponant; donec quindennio completo ſatisfieri poſſit abſque conuentuum incommodo illis, quibus tenentur ſoluere. Valliſoleti 1605. ord. 22. *Præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa, PP. Prioribus, ſeu principalibus Præſidentibus, et depoſitarijs Conuentuum, vel locorum, qui penſiones, cenſus, redditus, vel alia bona ſolutioni quindennij obnoxia poſſident, vt ſingulis annis trigeſimam partem cenſus, vel redditus, vel penſionis in depoſito communi in quadam capſula adhoc deſtinata deponant, & conſeruent, donec quindennio completo, abſque Conuentus grauamine ſoluant cui ſoluere tenebuntur. Mandamus autem ſub eodem præcepto, & cenſura omnibus ſupradictis, ne prædictam coaceruatam pecuniam quouis titulo, vel quæſito colore, etiam ratione mutui, poſſint tollere, vel expendere in alios vſus præterquàm ad ſolutionem quindennij.*

De Debitis Fratrum.

1 FRatres debita contrahere non præſumant abſque Priores licentia ſub pœna ieiunandi vna die in pane, & aqua in qualibet ſeptimana donec illis ſatisfecerint. Apud Inſulas 1293. ordin. 5. *Item inhibemus diſtrictè ne aliquis contrahat debitum ſine licentia Prioris ſui, & qui ſecus fecerit, teneatur ieiunare vna die in pane, & aqua qualibet ſeptimana quouſque ſatiſfecerit creditori.*

2 Qui alicui extra Ordinem conſtituto aliquam notabilem pecuniarum quantitatem perſoluere tenentur, de qua creditores conqueruntur, & reclamant, actiua & paſſiua voce priuentur, carcerique, quouſque debitis ſatisfecerint, deputentur. *Valentiæ 1596. ord. 19. Vide de Carceribus num. 18.*

3 Qui mutuum contraxerint, quod debito tempore ſoluere nequaquam poſſint, pœna grauioris culpæ per menſem puniantur. Barcinonæ 1323. ordin. 4. *Item quia exigit iuſtitia rectitudo, vt integraliter reſtituatur creditoribus pecunia mutuata, volumus, & ordinamus, quòd ſi quis per ſe, vel per alium mutuum contraxerit, quod ſtatuto tempore ſoluere non poſſit, pœna grauiori culpæ debita puniatur, quam ad minus per vnum menſem facere teneatur.*

4 Nullus pecuniam det mutuam alteri, vel accipiat ſine ſui Prioris ſpeciali licentia. Priores autem huiuſmodi licentias non concedant de facili, niſi ſciant quòd poſſint mutuatam reſtituere pecuniam. Pariſijs 1279. ord. 9. *Item quia Religioſis non competit pecuniam dare mutuò, vel accipere ſine licentia ſpeciali; volumus, & diſtrictè iniungimus, quòd nullus Frater mutuet, vel accipiat pecuniam ſine Prioris ſui licentia ſpeciali, & Priores, ſeu eorum Vicarij non ſint faciles ad huiuſmodi licentias concedendas, niſi priùs eis ſignificent huiuſmodi petentes licentias quomodo poſſunt habere vnde ſoluant.*

5 Pœna grauioris culpæ puniantur Fratres, qui mutuum contrahunt; & Præſidentes dantes illud contrahendi licentiam ſine vrgenti neceſſitate, illud ſoluant ex ſibi conceſſis. Metis 1313. ord. 3. *Item cum propter mutua per Fratres aliquos à perſonis extraneis incautè contracta graues ad nos querimoniæ ſint delata, propter turbationes, & ſcandala plurima ſubſequuta diſtrictiùs iniungimus Fratribus vniuerſis, quòd ſummè caueant ab huiuſmodi mutuis contrahendis abſque Prælatorum ſuorum ſpeciali licentia, & expreſſa, quam dari nolumus niſi caſu neceſſario, & vrgenti; contrarium autem inpoſterum facientes per ſuperiores ſuos in pœnis priuationis vocum, & grauioris culpæ debitis puniri volumus iuxta perſonarum exigentiam, & mutuorum contractorum exceſſum. Priores verò circa punitionem tranſgreſſorum huiuſmodi negligentes; ſeu in concedendo huiuſmodi licentias excedentes, volumus de ſuis appropriatis obligari ad ſoluendum debita ſic contracta.*

6 Fratres noſtri in mutuatione pecuniæ neque pro ſe, neque pro alijs ſe obligent, niſi in parua quantitate. Ferrariæ 1290. ordin. 16. *Inhibemus ne Fratres pro ſe, vel pro alijs mutuo ſe obligent, niſi forſitan in aliqua pecunia modica, cum ex talibus obbligationibus multiplex Ordini proueniat diſpendium, & iactura.*

De Declarationibus.

SI in Conſtitutionum noſtrarum textu aliquod dubium occurrerit, illud interpretari, ſeu declarare ad Magiſtrum Ordinis, vel Generale Capitulum ſpectat; atque eorum declarationi fides eſt exhibenda; dummodo in illa

Digitized by Google

illa manifeſtus error non agnoſcatur. *Ex Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 8. ſub litt. Q.*

De Defectibus FF. Extraneis non reuelandis.

1 TAnquam Ordinis deſtructores ſunt carceribus puniendi qui Fratrum noſtrorum crimina, defectus, vel peccata perſonis extra Ordinē noſtrum conſtitutis reuelauerint. Romæ 1546. ord. 8. *Item ordinamus conſormiter ad noſtras Conſt. quòd reuelantes crimina, & peccata Fratrum noſtrorum perſonis extraneis, tanquam deſtructores Ordinis incarcerentur; Prælatique non punientes eiuſmodi ſcienter, à ſuis officijs abſoluti intelligantur ipſo facto.* Quod conf. fuit Romæ 1571. ord. 10. etiam de ſecretis Conuentuum, & Fratrum.

2 Pœnæ etiam grauioris culpæ ſubiacere debēt reuelantes quoq; ſecreta Ordinis. Nouariæ 1465. ord. 4. *Præcipimus, vt nemo quibuſcumque perſonis tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus extra Ordinis noſt. Obedientiam conſtitutis, Ordinis aut Fratrum ſecreta, & peccata, ſi qua commiſſa fuerint, aut per aliquorum infamiam conficta fuerint; verbo, vel litteris, per ſe, vel per interpoſitam perſonam directè, vel indirectè reuelare, vel manifeſtare, aut ad ipſos contra alicuius Fratris, & noſtra Relig. honorem, honeſtatem, & libertatem recurſum quemlibet habere præſumat; ſi quis autem huic inſtituto auſus fuerit contraire, ipſo facto à ſuis Præſidentibus pœna grauioris culpæ coerceatur.* Vide de Detractoribus.

De Delinquentibus Fratribus.

1 FRatres in quacumque Prouincia deliquerint, in illa iuxta ſuarum qualitatem culparum puniantur. Pariſijs 1234. ord. 11. *Item volumus quòd Frater cuiuſcumque Prouinciæ ſit, in Prouincia, in qua deliquerit, puniatur ſi ibi repertus fuerit.*

2 Priores, & eorum Vicarij Fratres inſolentes corrigant, quòd ſi non præſtiterint, acriùs ipſi met à Prouincialibus puniantur. Treueris 1289. ord. 3. *Item cum inſolentiæ creſcant non modicùm ex defectu correctionis in multis conuentibus, & incautæ combinationis, ac Fratrum ſeparatorum combinatione; mandamus, & diſtrictè iniungimus Prioribus, & eorum Vicarijs, quòd inſolentes corrigant, & compeſcant, & diſtrictè Fratres combinent, nec Fratres combinati ſe ſeparent quin ad inuicem videantur, & ſibi poſſint teſtimonium perhibere, & ſi quos corrigendos inuenerint, & ſeueriùs non correxerint, ipſi Priores, ſeu eorum Vicarij per Vicarios Prioris Prouincialis, vel Viſitatores acriùs puniantur.*

2 Si delinquentes à Præſidentibus Conuentuum non fuerint puniti iuxta qualitatem delictorum, à Prouincialibus, vel alijs ſuperioribus iuxta noſtrarum tenorem legum puniantur. Venetijs 1437. & Mediolani 1505. declar. 3. *Item declaramus quòd ſi per inferiores Prælatos ob delicta, vel demerita Fratres aliqui minùs quàm culpæ eorum exigant, puniantur: nihilominus per Prælatos ſuperiores poſſunt, & debent ſecundùm Conſtitutiones Ordinis grauiùs caſtigari, ſicut fuit declaratum Venetijs 1437.*

4 Tenentur Prælati pœnis in Conſtitutionibus taxatis delinquentes punire. Baſileæ 1473. ord. 4. *Declaramus quòd pœnas, ac cenſuras in Conſtitutionibus taxatas pro exceſſibus non debent Prælati prætermittere, aut in alias commutare, niſi in caſibus ſibi conceſſis.*

6 Poſſunt Priores Prouinciales cum Diffinitorum conſilio, aut cum quatuor Patribus Prouinciæ, vel qui fuerunt aliquando Diffinitores Prouincialis Capituli, facinoroſos Fratres extraordinarijs pœnis, etiam triremium, punire. Romę 1558. denunc. 3. & Auenione 1561. denunciat. vlt. ita dicitur. *Denunciamus omnibus Fratribus noſtri Ord. etiam in præſenti noſtro diffinitorio concluſum eſſe, & decretum prout in præcedenti Capitulo etiam decretum eſt, quòd Reuerendi Prouinciales cum ſuo diffinitorio, vel cum quatuor Patribus Prouinciæ, aut qui fuerunt aliquando diffinitores Prouincialis Capituli delictis maioribus, & facinoroſis hominibus poſſint adhibere pœnas extraordinarias, (etiam triremium) in delictis grauioribus apud ſeculares notis.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 4. litt. P.

6 Ad triremes condemnati, etiam ad tempus, ſi ſententia fuerit executioni mandata, ſunt ipſo iure irregulares, & priuati perpetuò ab executione Ordinum ſuorum, cuius priuationis mentio inſeratur in ſententia diffinitiua: Quòd ſi etiam non inſeratur, illi tamen ſunt tali exequtione de facto priuati. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad.*

7 Priores poſſunt delinquentes Fratres fugitiuos, ſeu Apoſtatas corrigere, ſi eos intra proprios terminos commorari contigerit. Bononiæ 1242. ord. 7. & iterum Bononiæ 1244. ord. 5. ita confirmatū fuit. *Item monemus Priores*

ne in ſcandalum Ordinis noſtri fugitiuos, & Apoſtatas in alijs locis religioſis ſtare, vel alibi vagari permittant, ſed vtantur contra eos priuilegijs Ordini noſtro conceſſis.

8 Nullus delinquens eſt ad pœnam carceris, ſeu grauioris culpæ damnandus, niſi in iudicio confeſſus, ac conuictus fuerit, & hoc in ſcriptis appareat. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 5. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. atque Romæ 1518. in Conſt. redacta.*

9 Delinquentium proceſſus, & ſcripturæ non comburantur, ſed apud Prouinciales ſeruentur. Barcinone 1574. ord. 20. *Vide de Proceſſibus num. 1.* Terminato autem à Prouincialibus officio in communi Archiuio Prouinciæ ſeruentur. Venetijs 1592. conf. 2. *Vide de Archiuis Prouinc. num. 7.*

10 Delinquentes cum ſcandalo extra ſepta Conuentuum, inſtante Epiſcopo ſunt à Superioribus puniendi: quòd ſi id præſtare recuſauerint, poſſunt Epiſcopi tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati illos punire, ex decreto Concilij Trid. & Clem. VIII. *De quo vide fuſiùs in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 6. litt. S.*

De Depoſito Ordinis.

1 IN Vrbe debet eſſe commune Depoſitū Ordinis propter expenſas in celebrandis Cap. Generalibus faciēdas, redimendis captiuis, canonizationibus Sanctorū habendis, libris Ordinis, & Fratrum imprimendis, Fratribus ad deſolatas Prouincias mittendis, & alijs Ordinis neceſſitatibus. Ita enim ſancitum eſt Romæ 1629. ord. 10. *Ordinamus quod ſicut iuxta noſtras Conſtitutiones in vnaquaque Prouincia decretum eſt fieri commune depoſitum ad neceſſitates Prouinciæ communes ſubleuandas; Ita in hac Alma Vrbe inſtituatur commune totius Ordinis depoſitum à Magiſtro Ordinis ad expenſas faciendas pro celebrandis Capitulis Generalibus; pro redimendis Fratribus captiuis; pro mittendis Fratribus ad Prouincias deſolatas, pro cauſis Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum Ordinis promouendis; pro libris Ordinis, & Fratrum eiuſdem imprimendis, & pro negotijs totius Ordinis in hac Curia, & alijs Curijs Imperatoris, Regum, & Principum peragendis. Quod quidem commune totius Ordinis depoſitum formetur ex pecunijs, & bonis Fratrum apud ſeculares extra Ordinem vbique locorum detentis, vel negotiationi, aut lucro expoſitis, vel à Fratribus proprietarijs quomodolibet in vita poſſeſſis, vel poſt eorum obitum relictis. Ex bonis etiam Fratrum extra Conuentum ſine aſſignatione Prouincialis commorantium, vel eorum, qui ſine licentia Magiſtri Ordinis manent extra Ordinem; quorum omnium bona, etiam dum viuunt ipſo facto ſint communi Ordinis depoſito applicata; tum etiam ex bonis Fratrum euntium ex vna Prouincia ad aliam, vel ex Congregatione ad Prouinciam, vel Congregationem, & in itinere morientium, ac etiam ex bonis Fratrum, qui in aliena Prouincia decedunt, quorum diſpoſitio iuxta noſtras Conſtitutiones etiam ordinationi Magiſtri Ordinis relinquitur, & denique ex pecunijs tanquam ab excommunicatis, & proprietarijs Fratribus poſſeſſis, quas ijdem Fratres ex Indijs Orientalibus, vel Occidentalibus, vel alijs partibus contra prohibitionem à Pio IV. factam in ſua Conſtitutione ſub dat. Romæ die 12. Auguſti 1562. & in Capitulo Generali Romæ 1589 admonitione vltima acceptatam, aſportaſſe, ſeu aſportare præſumpſerint; exceptis his, quæ viatico ſuo veroſimiliter neceſſaria fuerint, & à Superiori ſuo in partibus illis exiſtente per litteras ſuas pro dicto viatico fuerint taxatæ. Non obſtantibus quibuſcumque ordinationibus Capitulorum Generalium in contrarium, quas ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe reuocamus. Ad hæc autem omnia bona, & pecunias prædictas colligendas committimus Magiſtro Ordinis, vt in vnaquaque Prouincia deputet Collectorem, qui diligenter prædicta omnia conquirat, pertractet, & exigat, ac fideliter in hanc Almam Vrbem ad ipſum Magiſtrum Ordinis pro inſtruendo præfato communi depoſito tranſmittat: cui Collectori auctoritate etiam noſtra omnem ad prædicta omnia exequenda neceſſariam conferat facultatem.*

2 Tenetur Magiſter Ordinis in vnaquaque Prouincia inſtituere Collectorem bonorum ad commune Ordinis depoſitum (quod erarium vocant) cui tam Prouinciales, quàm Priores, ſeu Conuentuum Præſidentes tenentur omnia fideliter, ad præfatum depoſitum ſpectantia conſignare ſub pœna abſolutionis ab officijs. Romæ 1629. ord. 23. *Ordinamus, vt Magiſter Ordinis in qualibet Prouincia deſignet aliquem Fratrem ſibi probatum, qui ſit Collector bonorum, quæ ad commune Religionis depoſitum ſpectabunt, cui Patres Prouinciales, & Priores, pecunias, ac bona depoſito communi adiudicata abſque vlla mora conſignare teneantur ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs. Quæ omnia, & ſingula præfatus Collector quam primùm Romam tutè prudenterque tranſmittat, Depoſitarijs à Reuerendiſſimo inſtitutis authenticè conſignanda; cui etiam, ſi ei videbitur expedire, committat collectionem ſuarum contributionum.*

Digitized by Google

De Depoſito Prouinciæ.

1 IN vnaquaque Prouincia debet eſſe commune Depoſitum ad neceſſarios eiuſdẽ Prouinciæ ſumptus,& expenſas habendas, in quo reſiduum pecuniæ ex receptis à Prouincialibus reponi debet eorum officijs terminatis. Romæ 1608.ord.18. *Ordinamus, vt aliàs ſecundùm noſtras Conſtitutiones ordinatũ fuit, & in pleriſque Prouincijs laudabiliter obſeruatur, vt Priores Prouinciales expleto tempore ſui Prouincialatus rationem reddant Diffinitorio Capituli Prouincialis omnium datorum, & acceptatorum, ſeu expenſarum,& receptarum in officio, & ea, quæ ſupererunt reponantur in communi Prouinciæ depoſito. Et in hunc vſum, & ad alias pecunias in vnaquaque Prouincia conſtituatur aliquod commune Depoſitum ad neceſſarios ſumptus, & expenſas illius Prouinciæ.* Quod fuit etiam confirmatum Pariſijs 1611.conſ.10.

De Depoſito Conuentus.

1 IN quolibet Conuentu habeatur commune depoſitum in arca, ſeu loco tuto tribus ſeris clauſo, cuius claues habeant vnam Prælatus eiuſdem Conuentus, reliquas verò duo alij Patres fidelitate muniti à Patribus Conſilij eligendi. Vallisoleti 1605. ordin. 24. *Circa Depoſitum ordinamus vt in quolibet Conuentu, & loco deſignetur aliquis locus fortis, & ſecurus,quod depoſitum commune appelletur, cuius clauem habeat ſemper P.Prior, vel principalis Præſidens Conuentus, in quo depoſito conſtituatur Area fortis, quæ tribus ſeris claudatur, huius claues habeant ſinguli ſingulas, videlicet Pater Prior, vel Præſidens principalis Conuentus, & duo Patres Depoſitarij moribus, & fidelitate probati, quos maior pars Patrum à Conſilijs adhoc munus aptiores eſſe iudicantes elegerint, & in prædicta Area omnes Conuentus pecuniæ deponentur, & aſſeruabuntur lege, & modo inferiùs præſigendis.* Quod fuit conſ.Romæ 1608.conſ. 7.& Pariſijs 1611. conſ.24.

2 Leges autem pro adminiſtratione depoſiti ſancitæ ſunt in eodem Capitulo. Vallisoletano 1605.ord.25. hoc pacto. *Singulis hebdomadibus,vel menſibus ad prædictum depoſitum conueniant P. Prior, & duo Depoſitarij, quibus Syndicus,Procurator, Sacriſta,& alij,ad quos ratiocinia Conuentus quoquomodo ſpectant, rationem reddant de acceptis hebdomadæ, vel menſis præteriti. Præcipimus autem in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ Sacriſtis,vt nihil eorum, quæ recipiunt, expendere audeant, neque etiam ſub prætextu adornandæ Eccleſiæ, vel Muſicæ, vel alia occaſione abſque licentia P. Prioris. Inſuper ſub eodem præcepto formali mandamus omnibus Fratribus, vt quaſcunque eleemoſynarum pecunias, tam ad Miſſas celebrandas, quàm quauis alia ratione (prætextu tamen eleemoſynæ Conuentus erogatas) eis traditas infra ſpatium viginti quatuor horarum Patri Sacriſtæ conſignent, nec apud ſe retineant.*

3 Syndicus nullam pecuniæ quantitatem expendat niſi prius illam Patribus Depoſitarijs conſignauerit. Si autem contrarium fecerit, pœna proprietarij puniatur. Ita ſancitum eſt in eodem Capit. Vallisoletano 1605. ord.26. *Teneatur* (scil. Syndicus) *ſingulis hebdomadibus, vel menſibus ad ſummum rationem reddere P. Priori, & Depoſitarijs de omnibus receptis,& pecunias omnes deferre ad depoſitum,vt ibi in arca deponantur, & cuſtodiantur, vnde non poterunt extrahi niſi in præſentia P. Prioris, & Depoſitariorum, & ſtatim in libro maiori ſcribatur in quos vſus expendantur. Volumus autem quòd Syndicus nullas pecunias expendere poſſit niſi priùs importatæ fuerint ad depoſitum, & inde ſibi fuerint conſignatæ à P.Priore, & Depoſitarijs: quòd ſi aliter fecerit, pœnæ proprietarij ipſo facto ſubiaceat.*

4 Liber magnus,in quo ea,quæ ad depoſitum deferuntur, aut ex illo extrahuntur adnotanda ſunt, in Arca depoſiti cuſtodiatur, à qua non extrahatur niſi quando Conuentus ratiocinia ſunt intuenda. Ex eodem Capitulo Vallisoletano 1605. atque ſuprad. ordin. 26. *Liber maximus in Arca Depoſiti cuſtodiatur, à qua non poſſit abſtrahi,niſi in præſentia P.Prioris, & Depoſitariorum; nec inde aliò aſportetur vllo tempore, præterquàm viſitationis R.A.P. Prouincialis,& tunc ad eius cellam poterit deportari, vt omnia ratiocinia poſſit intueri. In quo libro ſcribantur ex vna parte omnia recepta tam Syndici, quàm Sacriſtæ,quàm aliorum, itaut nihil in Conuentu recipiatur quod in prædicto libro non ſcribatur: Ex alia autem parte omnes expenſæ referantur, vt ſic tempore ratiocinij collatio fiat recepti & expenſi, & cognoſcatur an bona Conuentus rectè fuerint adminiſtrata.*

5 Patres à Conſilijs tenentur inuigilare, quatenus ſupradictæ leges pro communi Conuentus Depoſito ſancitæ à Prioribus, & Syndicis accuratiſſimè obſeruentur,ſub pœna priuationis tituli Paternitatis. Ita ordinatum fuit Romæ 1644. ord.11. *Vide de Depoſito Fratrum num. 1.*

6 Pecuniæ Conuentuum nonniſi apud Fratres noſtros cuſtodiantur. *Vide inferiùs*

 de

de Depoſitio Fratrum numero 4.

7 Sigillum Conuentus in depoſito ſeruetur. *Vide infra de Depoſito Fratrum nu. 18.*

8 Secularium depoſita, ſi recipiantur, in communi Conuentus depoſito fideliter cuſtodiantur. Romæ 1508. ordinat. 3. *Prohibemus ne Prælati, aut ſubditi recipiant depoſita extraneorum niſi in communi depoſito Conuentus.*

9 Tres ſint depoſitarij pro depoſiti cuſtodia, habeantque ſinguli ſingulas eiuſdem diuerſas claues, tales autem depoſitarij à Patribus eligantur. Bononię 1267. ord. 3. *Vide de Depoſito Fratrum num. 17.*

De Depoſito Fratrum.

1 VBi particularia Fratrum depoſita permittuntur, inſtituantur depoſitarij pro eiſdem de Conſilio Patrum. Romę 1644. ordinatione 11. *Denique Priores de Conſilio Patrum inſtituant Depoſitarios, qui particularia Fratrum depoſita, vbi huiuſmodi adhuc tolerantur, aſſeruent.*

2 Vbi non permittuntur, ſeruetur talis conſuetudo, Fratreſque particularia depoſita nullo modo habeant. Ita ſubditur in eodem Capitulo Romæ 1644. & ord. 11. ſupradicta. *Vbi autem particularium depoſitorum permiſſio ſæliciter exolenit, perſiſtatur in S. conſuetudine, nec permittatur, vt quidquam irrepat, quod laudabilem, & exactiſſimam rerum communitatem, ſanctaque paupertatis obſeruantiam, vel in minimo relaxare poſſit.*

3 Nullus Prior abſque Patrum à Conſilijs aſſenſu particularia Fratrum depoſita in proprios, vel communes Conuentus vſus conuertere poteſt, teneturque idem depoſitum reſtituere infra tempus ab eiſdem Patribus taxandum. Romæ 1644. ord. 11. *Ordinamus, quod Priores Conuentuum deinceps non aliter quam de conſenſu Patrum à Conſilijs poſſint particularia Fratrum depoſita conuertere ad ſuos vſus, ſeu publicos, ſeu priuatos: teneanturque idem depoſitum reddere, ſeu reſarcire intra tempus ab iiſdem Patribus de Conſilio taxandum. Iiſdem quoque Patribus de Conſilio mandamus, vt omni ſollicitudine aduigilent, quatenus à Prioribus, & Syndicis leges depoſiti in omnibus, ac per omnia accuratiſſimè obſeruentur; & ſic vbi eos in ſeruandis depoſiti legibus deficere notauerint, teneantur Prouincialem diligentius admonere; quod ſi facere neglexerint, aut diſſimulauerint, in pœnam priuentur titulo Paternitatis.*

4 Superiores non permittant ſeruari pecunias, niſi ſub communi cuſtodia Fratrum noſtrorum. Pariſijs 1243. ordin. 3. *Nullus Prior Prouincialis, aut Conuentualis, faciat ſeruari pecuniam niſi ſub communi cuſtodia Fratrum.*

5 Nullus audeat bona, ſeu pecunias in depoſito habere apud ſeculares ſub pœna proprietarijs debita. *Vide de Abſolut. Priorum Prouincialium numero 34.*

6 Nullus apud ſe pecuniam ob quācumque cauſam ſibi datam retinere poteſt, ſed in depoſito illam aſſeruare debet. Mediolani 1505. ordin. 8. *Nolentes quòd aliquis Frater poſſit tenere pecunias in depoſito ad vſus incertos ſed ſolum ad certos vſus, & de licentia ſuorum Prælatorum; putà ſi habuiſſet ab aliqua perſona ex prædicatione, vel confeſſione aliquas pecunias pro veſtibus, & libris emendis, vel pro aliqua particulari cauſa, tales pecunias poterit tenere, non apud ſe, ſed in depoſito.* Quod fuit confirmatum Salmanticæ 1551. ord. 3. & Romæ 1569. ita dicitur ord. 14. *Ordinamus, vt in Prouincijs, quibus depoſitas pecunias Fratribus ſingularibus permittere eſt conſuetum, id ea moderatione impoſterum concedatur, quo neceſſitati, non auaritię, cupiditatique proſpicere videamur, Quin & eas re ipſa pecunias deponi iubemus, non modò ſcriptis exponi, vt graui abuſu factum à pluribus hactenus ſcimus.*

7 Non ſolum pecunias, ſed neque iocalia, aut alias res aureas, & pretioſas vltra ſpatium viginti quatuor horarum retinere poſſunt Fratres noſtri apud ſe ſub pœna grauioris culpæ. Vallisoleti 1523. *Nullus Frater pecunias, vel aliqua iocalia, ſeu aurea apud ſe, vel apud quemcumque alium tanquam in depoſito vltra ſpatium viginti quatuor horarum retinere audeat ſub pœna grauioris culpæ.*

8 Eadem lege depoſiti obligātur etiam omnes Conuentuum Præſidentes, & Hoſpites. Ita declaratum fuit Valentiæ 1596. conſt. 5. *Sciant perinde qui pecunias vndequaque habuerint, teneri infra terminum viginti quatuor horarum eadem Prælato ſuo præſentare, & de eius licentia in communi depoſito ponere. Ita enim præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto, à qua lege nec Præſidentes Locorum, aut Conuentuum eximuntur; Declarantes quod hoſpites pariter eidem ſubdantur legi, ita vt ſi vltra ſex dies in aliquo morabuntur Conuentu, teneantur quamlibet pecuniarum ſummam in communi eiuſdem Conuentus depoſito reponere, nec ſine licentia illius Prælati, in quo commorentur, pro quibuslibet negotijs, aut occurrentibus neceſſitatibus expendere poterunt; in eodem enim ſtatu illos circa hoc reponimus, in quo & Fratres in illo Conuentu aſſignati reperiuntur.* Quod fuit confirmatum Romę 1601. conſt. 3. atque additum, hanc ordinationem intelligendam ſolum eſſe de hoſpitibus eiuſdem Prouinciæ. *Declaramus autem hoc de hoſpitibus eiuſdem Prouinciæ ſolùm debere intelligi.*

In qui-

Digitized by Google

9 Inquiſitores à lege depoſiti eximuntur. Romæ 1 58.ord.3. *Ordinamus quòd in Conuentibus regularis vbi prouidetur in communi, tam ſanis quam infirmis, nullus præter Inquiſitores, etiam ſi ſit Prior Conuentualis teneat pecunias, niſi in communi depoſito, & de licentia ſuperioris.*

10 Particularia Fratrum depoſita non concedantur, & ſi conceduntur ſint tantùm de moderata pecuniarum quantitate. Romæ 1571.ord.7. quod fuit ita confirmatum, Barcinonæ 1574.conf.20. *Item confirmamus illam ordinationem quòd in Prouincijs, in quibus depoſitas pecunias Fratribus permittere eſt conſuetum, id ea moderatione concedatur quòd neceſſitati tantùm, non vanitati, neque cupiditati proſpicere videamur; Quamobrem Prælatorum conſcientias in diem Chriſti oneramus, ne vel magnam pecuniæ ſummam, vel per longum tempus retinere permittant; habita tamen ratione perſonarum, & locorum.* Quod fuit etiam confirmatum, Venerijs 1592.ord.9.& Valentiæ 1596.conf.5. fuit in hunc modum iterum confirmatum. *Confirmamus quod pro voto paupertatis, vti decet ſeruando, & vitio proprietatis penitus eradicando ſanctè ſtatutum fuit, potiſſimum quod depoſita non niſi in moderata quantitate ad determinatum, idque breue tempus, vel vſum concedantur; & quia præfatam ordinationem minus diligenter à nonnullis obſeruari, quam par ſit, intelleximus; alias vero ſub prætextu determinati vſus ſuam legis inobſeruantiam palliare, quaſi licitum illis ſit longo tempore ſub tali prætextu in depoſito pecunias habere, quas & pro occurentibus vſibus indifferenter poſtmodum expendunt, declaramus intentionem noſtram eſſe quod vbi Prælatus determinauerit præſentatis ſibi à ſubditis pecunijs pro quo vſu determinato ſpecialiter in depoſito aſſeruari debeant, non licere ſubdito in alios vſus eaſdem pecunias expendere, nec Prælato facultatem eidem ad id tribuere, quem virtute præſentis decreti tali poteſtate priuamus. Quare vitium proprietatis incurret ſubditus huic ſtatuto contraueniens, & vitium vſurpatæ auctoritatis Prælatus, in cuius pœnam ab officio abſolui debebit. Sciant perinde qui pecunias vndequaque habuerint, teneri infra terminum 24. horarum eaſdem Prælato ſuo præſentare, & de eius licentia in communi depoſito ponere: ita enim præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto, à qua lege nec Præſidentes locorum, aut Conuentuum eximuntur.* Idem fuit confirmatum etiam Romę 1601.conf.3.& Valiſoleti 1605.conf.2.

11 Depoſita ſunt fideliter cuſtodienda, neque ſine deponentis licentia minuenda. Bononiæ 1244.ordin.2. *Depoſita fideliter cuſtodiantur, & nihil de ipſis accipiatur ſine licentia deponentis.*

12 Fratres habentes pecuniam in depoſito ad licitos vſus ſuos, eam infra certum tempus expendant, quod ſi non præſtiterint, teneantur eam ſuo Conuentui conſignare. Pariſijs 1276.ord.3. *Item ordinamus, & diſtrictè inhibemus, quòd Fratres pecuniam non habeant, nec teneant, niſi ad certos vſus de Prælatorum ſuorum licentia deputatam, quam in alios vſus eis non liceat commutare, quam etiam infra breue tempus ſibi à ſuis Prioribus, vel eorum Vicarijs aſſignandum in vſus prædictos expendere teneantur; alioquin ex tunc præſentis ordinationis in omnibus prædictis caſibus ipſa pecunia ſint priuati, & ad Conuentum ſuum ſine ſpe recuperandi deuoluatur, & Priores, & Vicarij prædicti faciant obſeruari, & exequi ſtudeant diligenter; qui autem negligentes fuerint acrius puniantur. Priores etiam, & Vicarij quicumque ad prædictam ordinationem ſeruandam ſimiliter obligantur de pecunijs ſibi datis, quam ordinationem Priores Prouinciæ es circa Priores, & Vicarios diligenter faciant obſeruari.* Tempus autem infra quod tales depoſitatæ pecuniæ ſunt expendendæ, eſſe ſpatium vnius menſis declaratum fuit Salmanticæ 1551.ordinatione 3. hoc pacto. *Quæ ſcilicet pecuniæ, ſi ſibi ab Amicis, vel conſanguineis pro emendis libris, aut alijs neceſſarijs tradantur, nolumus vt eas vllatenus, niſi in communi depoſito tenere poſſint, & hoc per menſem tantùm, quo tranſacto ſi eas non expoſuerint, ſtatim illas decernimus ex vi præſentis noſtri ſtatuti eſſe communitati Conuentuum applicatas, neque ſubditos repetendi, nec Prælatos, eas reſtituendi de cætero vllam habere authoritatem.*

13 Non permittant Superiores Fratribus pecuniam, etiam in depoſito per longum tempus habere, nec in magna quantitate. Romæ 1571.ord.7. *In Prouincijs, in quibus depoſitas pecunias Fratribus ſingularibus permittere eſt conſuetum, id ea moderatione concedatur, quòd neceſſitati, non auaritiæ proſpicere videamur, quapropter Prælatorum conſcientias oneramus, ne vel magnam pecuniæ ſummam, vel per longum tempus retinere permittant, habita veruntamen ratione perſonarum, & locorum.* Quod fuit conf. Romę 1580. conf.2. & Barcinonæ 1574. Valliſoleti autem 1605. conf. 2. Depoſiti tempus, & vſus Priorum, ſeu Conuentuum Præſidentium arbitrio prout melius in Domino iudicauerint, relictus eſt hoc pacto. *Confirmamus illam de Depoſitis, vt videlicet qui pecunias vndequaque habuerint, teneantur ſub pœnis proprietarijs debitis infra terminum 24. horarum eaſdem Prælato ſuo præſentare, & de eius licentia in communi depoſitio ponere, quod in moderata pecuniarum quantitate permitti poterit, attenta tamen perſonarum, & occaſionum qualitate, tempus verò, & vſum Priorum arbitrio relinquimus, quorum conſcientiam in Diem Chriſti aggrauamus, vt inuigilent, ne Fratres pecunias aliter expendant, quàm eorum religioſa neceſſitas, vel commodi-*

moditas tulerit. Quod fuit etiam confirmatum Romæ 1608.conſ.6.

14 Grauiter puniendi ſunt Superiores ſi Fratribus pecunias aliter expendere, quàm eorum religioſa commoditas, & neceſſitas poſtulat, permiſerint. Romæ 1608. confirm. 6. *Prælatique grauiter punientur, qui Fratres permiſerint pecunias aliter expendere quàm eorum religioſa neceſſitas, vel commoditas tulerit*.

15 Tenentur Fratres deponere in depoſito pecunias realiter, & non in ſcriptis. Romæ 1569. ord. 14. *Ordinamus, vt in Prouincijs, quibus depoſitas pecunias Fratribus ſingularibus permittere eſt conſuetum, id ea moderatione in poſterum concedatur, quo neceſſitati, non auaritiæ, cupiditatique proſpicere videatur: Quin & eas re ipſa pecunias deponi iubemus, non modò ſcriptis exponi, vt graui abuſu factum à plurimis hactenus ſcimus:*

16 Nullus habeat pecunias in depoſito ad vſus in certos. Mediolani 1505. ordin. 8. *Nolentes etiam quòd aliquis Frater poſſit tenere pecunias in depoſito ad vſus incertos ſed ſolùm ad certos vſus, & de licentia ſuorum Prælatorum; puta ſi habuiſſet ab aliqua perſona ex prædicatione, vel confeſſione aliquas pecunias pro veſtibus, & libris emendis, vel pro aliqua particulari cauſa, tales pecunias poterit tenere, non apud ſe, ſed in depoſito, quod habebit duas, vel tres claues quas tenebunt tres Patres, qui in vno libro ſigillatim ſcribent dictas pecunias quando ponentur, & quando extrahentur, quas non licebit in alios vſus commutare, ſed tantùm ad vſus illorum, qui eas depoſitauerunt pro eorum neceſſitatibus expendendas.*

17 Depoſiti claues diuerſi Patres habere debent. Bononiæ 1267. ord. 8. *Item in ſingulis Conuentibus tres Depoſitarij per Conuentum ponantur, qui ſine licentia Prioris, vel Vicarij, vel Prior, vel Vicarius ſine ipſis recipiendi depoſita, etiam ſi neceſſitas popoſcerit, non habeant facultatem, ab ijſdem inſuper ſigillum Conuentus in Arca depoſitorum cum diligentia conſeruetur*. Quod etiam fuit ita confirmatum Romæ 1508. ord. 3. *Volentes depoſitum pluribus clauibus clauſum inuiolabiliter cuſtodiri.*

De Depoſitis Extraneorum.

1 NVllus Frater audeat extraneorum depoſita apud ſe retinere, ſed ſi talia recipiantur in communi Conuentus depoſito ſeruentur. Romæ 1508.ord.3. *Prohibemus ne Prælati, aut ſubditi recipiant depoſita extraneorum, niſi in communi depoſito Conuent*. Vide infra num. 4.

2 Seuerè puniantur Fratres extraneorum depoſita recipientes. Viterbij 1268. ordin. 10. *Item Conſtitutio de non recipiendis depoſitis* (ſcilicet extraneorum) *diligentiùs obſeruetur, & per Priores Prouinciales, & Viſitatores tranſgreſſores duriùs puniantur*.

3 Tres ſunt aſſignandi depoſitarij in ſingulis Conuentibus, qui ſine Superioris licentia depoſita extraneorum non recipiant, nec recepta reddant; illa tamen fideliter cuſtodiant. Burdegalis 1277. ordin. 3. *Item in ſingulis Conuentibus aſſignentur tres depoſitarij, qui ſine licentia Prioris, vel eius Vicarij, recipiendi, oſtendendi, ſeu etiam reddendi depoſita non habeant facultatem, nec Prior, vel eius Vicarius ſine ipſis; quòd ſi aliquem prædictorum Depoſitariorum abeſſe, vel impediri contigerit, clauis eius tradatur Depoſitario, quem Prior, vel eius Vicarius aſſignauerit de Conſilio diſcretorum, & caueatur ſemper ne ſimul aliquis teneat plures claues: præter autem iſtam ordinationem nullus Frater depoſitum audeat recipere, vel tenere.*

4 Pœnam grauioris culpæ incurrunt qui depoſita extraneorum recipiunt, atque in communi Conuentus depoſito non ſeruant. Ita habetur in Conſtitut. noſt. diſt. 1. capit. 14. de Nouitijs tex. 6. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirm. Neapoli 1515. & in Conſtit. ita redacta. Romæ 1518. conf. 13. *Item in capit. de Nouitijs poſt illud, ſimiliter omnes Fratres, addatur: Nullus Fratrum etiam Prior recipiat depoſitum cuiuſcumque niſi in communi depoſito Conuentus, contrarium autem facientes incurrant pœnam grauioris culpæ.*

De Deputatis in Couentibus.

1 SI Fratres noſtros in Conuentibus deputari contingat, id ad breue tantum tempus fiat; in talibus autem Conuentibus hebdomadariam, ac reliqua omnia peragant ſicut alij Fratres ibidem aſſignati. Valliſoleti 1605. ord. 14. *Deputationes Fratrum ad breue dumtaxat tempus fiant, intra quod teneantur Fratres deputati hebdomadarij munus exercere, Chorum ſequi, ac alia onera ſubire, ac ſi eſſent ibidem aſſignati.*

2 Fratres in Conuentibus deputati retinent

nent vocem in Conuentibus ſuæ aſſignationis in electione Prioris, qua inſtante debent ad illum accedere pro tali effectu, neque ſunt à Superioribus in hoc impediendi. Romæ 1650. decl.6. *Declaramus Fratres extra Conuentum ſuæ aſſignationis deputatos in Vicariatu, alioue Fratrum Conuentu, adhuc habere vocem in Conuentu, cui manſerunt aſſignati, poſſeque ad hunc Conuentum tempore electionis Prioris ſeſe transferre (niſi fortè ab iſto Conuentu ſuo ob ſcandalum fuiſſent remoti) nec poſſe quoad hoc à Prouincialibus, aliiſue Superioribus impediri, irritum ac nullum declarantes quicquid in contrarium fuerit attentatum.*

3 Inſtante electione ſunt vocandi, & expectandi, dummodo ſint intra diætam. Romæ 1650. eadē decl.6. *Declaramus quod inſtante electione, etiam per mortem, vel amotionem Prioris, debent huiuſmodi vocales extra depoſitati admoneri de vacantia Prioratus, nouaque inſtante electione debent quoque expectari; dummodo non diſtent vltra pedeſtris itineris diætam.*

De Detractoribus.

1 GRauiſſimè ſunt puniendi Detractores etiam vera quandoque dicentes, & pœnæ grauioris culpę ſunt ſubijciendi. Romę 1580. ord.13. *Ordinamus, & ſtatuimus grauiſſimè eſſe puniendos detractores, etiamſi vera dicerent contra ordinem charitatis, puniendos inquam vſque ad pœnam grauioris culpæ incluſiuè, ſi Prælato de Conſilio Patrum pro rei grauitate ita viſum fuerit.*

2 Qui Superiorum ſuorum crimina, quæ probare non poſſunt euulgare præſumpſerint, carceribus per tres annos ſint addicti. *Vide de Carceribus num. 7.*

3 Qui Fratrum crimina extraneis reuelauerint, vnde infamia, vel damnum Ordini fuerit ſubſecutum, carceribus irremiſſibiliter puniantur, à quibus nonniſi per Magiſtrum Ordinis, vel Capit. Generale liberari queant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. de Grauiori culpa tex. 5. Vide hic num. 8.* Romæ autem 1629. ord. 28. additur etiam pœna grauioris culpæ in hunc modum. *Ordinamus, quòd cum ex noſtris Conſtitutionibus diſt. 1. cap. 18. tex. 5. Frater, qui crimina quæcunque Fratrum ſecularibus, & extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutis, vnde Fratribus, vel Ordini infamia fuerit ſubſequuta, reuelat, pœnis grauioris culpæ, & carceris ſit ſubiectus. Volumus eandem pœnam ipſo facto incurrere accuſatorem, & reum, ſiue ipſorum Procuratores. Fratres, qui in cauſis criminalibus, ex quarum notitia noſtro Ordini infamia innititur recurrunt ad ſeculares Aduocatos, Procuratores, Iuriſperitos, ſeu quocumque modo auxiliatores, ſiue patrocinantes ſub quouis prætextu conſulendi, informandi, ſcribendi, ſeu patrocinandi, niſi fortè in caſu neceſſitatis, ſi reus neſciat ſe iuridicè defendere, nec habeat in Ordine qui iuridicè eius defenſiones facere poſſit, ſuppreſſo nomine Ordinis, actoris, rei, & teſtium aliquem ex peritis ſub ſecreto conſulat.*

5 Qui Principibus, Superioribus ſuis, Clericis, aut Religioſis in publica prædicatione detraxerint, puniantur, & prædicatione priuentur. Coloniæ 1428. ord. 5. *Cum in noſtris Conſtitutionibus inhibeatur Fratribus noſtris, ne ponendo os in Cœlum detrahant Clericis, aut Religioſis; mandamus Præſidentibus noſtri Ordinis vniuerſis, quatenus contrauenientes acriter puniant, taliter quòd ſe emendent, & ſi pertinaces fuerint, ipſos ex nunc officio prædicationis, audientia confeſſionum, & omnibus gratijs Ordinis priuamus, donec iudicio ſui Præſidentis plenè correcti fuerint, & emendati. Adijcientes quod idem intelligatur de detrahentibus in prædicationibus ſuis Prælatis, & Principibus locorum, atque terrarum.* Quod fuit conf. Romæ 1481. ord. 8.

6 Qui crimen viſum, vel auditum de aliquo Fratre noſtro ex propoſito perſonæ neſcienti, ad quam correctio non ſpectat, reuelauerit, pœna delinquenti debita puniatur. Placentiæ 1310. ord. 9. *Cum ex relatione criminum viſorum, ſeu audiſorum indebita, & incauta ſequatur Fratrum infamia vltra ordinem charitatis, & multiplex ſcandali, ac turbationis materia miniſtretur; volumus & diſtrictè iniungimus, quòd quicunque crimen viſum, vel auditum de Fratre Ordinis ſcienter, & ex propoſito cuicumque perſonæ aliàs neſcenti reuelauerit ad quam correctio non pertineat de prædictis, vel quæ non creditur probabiliter in illo caſu poſſe prodeſſe exprimendo Fratris perſonam, vel nomen, per Priorem Prouincialem, vel eius Viſitatorem, vel ſuum Priorem, poſtquam legitimè conſtiterit, pœna criminoſo debita de diſcretorum conſilio puniatur, & maximè ſi aliàs de talibus ſit notatus.* Quod fuit etiam confirmatum Carcaſſonæ 1312. ord. 8.

7 Detrahentes Sūmo Pontifici in ſermone publico, carceri mancipentur, nec inde liberentur niſi per Cap. Generale. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. c. 16. tex. 1. quæ fuit facta auct. Apoſt. Perpiniani 1327.*

8 Detractores Fratrum apud ſeculares carceri mancipentur. Vlyſſiponæ 1618. admon. 5. *Admonemus omnes Fratres noſtri Ordinis tum Prælatos, quàm ſubditos, vt memores ſint eorum, quæ continentur in noſt. Conſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 5. Quòd videlicet quicunque crimina Fratrum ſecularibus perſonis extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutis reuelauerint, vnde Fratri vel Ordini infamia, vel damna fuerint ſubſequuta, carcerali cuſtodiæ mancipentur, & quod huiuſmodi Ordinis deſtructores non niſi per Magiſtrum Ordinis*

vel

vel per Cap. Generale poſſint liberari. Præcipimuſque omnibus Prælatis & Prouinciarum, ſeu Conuentuum Præſidentibus, vt huiuſmodi delinquentes pœnam in prædicta Conſtitutione taxatam irremiſſibiliter ſubire compellant.

9 Qui Fratres, ſeu Superiores, apud quaſcunque perſonas infamauerint, grauiter puniantur. Romæ 1580. ord. 11. *Ordinamus etiam quòd infamantes Fratres, & Prælatos ſuos ad quodcunque tribunal, ſiue Eccleſiaſticum, ſiue ſeculare, ſiue apud quaſcumque alias perſonas, omnino, ſecundum noſtrarum Conſtitutionum ſeriem puniantur.*

10 Delatores verborum, & turbatores pacis amoueantur ab illis Conuentibus, & grauiter puniantur. Pariſijs 1286. ord. 7. *Item turbatores pacis, & delatores verborum per Prouinciales, & eorum Vicarios in pœnam alijs Conuentibus aſſignentur, & nihilominus, prout culpæ eorum exigerint, acrius puniantur.*

De Diffinitoribus.

1 Diffinitores tam Cap. Generalis, quàm Prouincialis petitiones pro ſe ipſis ad Gradus in Gen. Capitulis obtinendos, facere nullo modo præſumant. Romæ 1629. ord. 19. *Ordinamus, & omnino ſub pœna inhabilitatis ad omnes gradus prohibemus omnibus Diffinitoribus, tam Capituli Generalis, quàm Prouincialis, ne pro ſe ipſis gradus aliquos in Capitulo Generali petere valeant.*

2 Coram Prioribus Conuentualibus fidelium dicant. Valliſoleti 1605. decl. 4. *Declaramus quòd Diffinitor, tam Capituli Generalis, quàm Prouincialis, etiam præſente aliquo Priore, debet dicere*, Fidelium.

3 Vbique ſuper omnes Fratres locum tenebunt durante eorum auctoritate. Coloniæ 1301. ord. 4. *Item volumus, & ordinamus, quod Diffinitores Capituli Generalis, & Prouincialis durante auctoritate ipſorum, non ſolum in Capitulo, ſed etiam in Choro, & Refectorio, & vbique ſuper omnes, tam Priores, quàm alios Fratres teneant loca ſua.*

4 Non poſſunt, nec debent impediri in ſuis Diffinitionibus: qui autem contrarium facere attentauerit, pœnę grauioris culpæ ſubiacebit. Palentiæ 1291. ord. 7. *Item Magiſter de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, ordinat ac diſtrictè iniungit, quod contra Diffinitores Generalium, vel Prouincialium Capitulorum, vel eorum aliquem à Fratribus cuiuſcunque ſtatus, vel conditionis exiſtant, nullæ fiant, aut proponantur exceptiones, recuſationes, vel proteſtationes, quominus in diffinitionibus ſuis procedant, ſi quis autem contrarium facere præſumpſerit, in pœnam incidat grauioris culpæ, & de manu Magiſtri Ordinis, vel Prouincialis, vel Vicariorum eorundem, & cuiuslibet Diffinitoris recipiat diſciplinam, & à Capitulo excludatur, vt ſuo iurgium exeat cum actore. Si verò aliquis, vel aliqui contra Diffinitorem aliquem, vel aliquos quippiam habuerit quæſtionis, per Magiſtrum, vel Prouincialem, vel eorum Vicarios pro loco, & tempore poterit expediri.*

5 Eorum auctoritas decem dierum curſu terminatur. Bononiæ 1564. decl. 5. *Declaramus, quòd Diffinitores Cap. Prouincialis ſuam auctoritatem vltra duos dies prorogare non poſſunt, ita quòd à die electionis eorum vſque ad diem, quo illorum auctoritas expirat, nunquam ſint niſi decem dies; cum in Conſtitutionibus noſtris hic numerus dierum Diffinitoribus Cap. Generalis aſſignetur, & ibidem habeatur, quod Capitula Prouincialia iuxta prætaxatum numerum dierum terminentur.*

De Diffinitoribus Capituli Generalis.

1 Inſtante Capituli Generalis Diffinitorum celebratione aliquis de magis idoneis eligatur, qui ſit Generalis Capituli Diffinitor. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4. quæ fuit inchoata apud Treuerim* 1249. *confirmat. Londonis* 1250. *& in Conſtitutionem redacta metis* 1251.

2 Eligatur à maiori parte Capituli. *Ex eodem tex. Conſt. noſt. quæ fuit inchoata apud Toloſam* 1258. *confirmata apud Valencenas* 1259. *& in Conſtitutionem redacta apud Argentinam* 1260.

3 Eligatur per diſquiſitionem Prioris Prouincialis, & Prioris, ac Supprioris illius loci, vbi Capitulum celebratur. *Ex Conſt. noſt. vbi ſupra, quæ fuit inchoata Pariſijs* 1279. *confirmata Oxoniæ* 1280. *& in Conſt. redacta Florentiæ* 1281.

4 Vel eius Vicarij. *Ex Conſtitut. vbi ſupra. Quæ fuit inchoata apud Lucam* 1288. *confirmata Treueris* 1289. *& Ferrarię* 1290. *in Conſtitutionem redacta.*

5 Etſi vnus defuerit per diſquiſitionem duorum: quòd ſi duo defuerint, loco ipſorum per diſquiſitionem duorum antiquiorum in Ordinè præſentium in Capitulo. *Ex Conſt. vbi ſupra, quæ fuit inchoata apud Mediolanum* 1278. *conf. Pariſijs* 1279. *atque in Conſt. redacta Oxoniæ* 1280.

6 Eligantur ſecundùm formam expreſ-

ſam

Digitized by Google

ſam in Conſt.noſt.Florentiæ 1257.ord.3. *Non committatur Priori Prouinciali, & Diffinitoribus Prouincialis Capituli electio Viſitatorum, nec etiam Diffinitoris Capit. Generalis, ſed ſecundùm formam expreſſam in Conſtitutionibus eligantur.* Quod fuit confirmatum Argentinæ 1260. conf. 8.

7 Eligantur à maiori parte vocalium vltra medietatem iuxta formam canonicę electionis. Bononiæ 1564. capit. de Sac. Concil. Trident. decretis. *Vide inferiùs de Electionibus num.* 49.

8 Si fuerint de corpore Capituli, debent habere duo vota vltra medietatem eligentium. Ex ſupradictis Sac. Concil. Trident. decretis. *Vide inferiùs de Electionibus eodem num.* 49.

9 Ipſis ad Capitulum Generale euntibus detur ſufficiens viaticum habita itineris, & perſonarum ratione. Neapoli 1600. ord. 10. *Ordinamus omnibus, & ſingulis R.R. Prouincialibus quòd ſufficientem pecuniam RR. Diffinitoribus, & Socijs eorum euntibus ad Capitulum Generale tribuere debeant, habita conſideratione itineris, & perſonarum, adhoc vt commodè ire, & redire ad ſuum Conuentum poſſint.*

10 Locum habeant ſuper omnes Prouinciales in Capitulo, quando celebratur Capitulum Diffinitorum tantùm. Venetijs 1592. declarat. vlt. *Declaramus quòd quando celebratur Capit. Generale Diffinitorum tantùm. ipſi Diffinitores locum habere debent ſuper omnes Prouinciales, qui præſentes in Capitulo reperiuntur.*

11 Secundùm ordinem ſuarum Prouinciarum locum tenere debent in Capitulo. Valentię 1596. decl. 2. *Vide de Capitulis Generalibus num.* 10.

12 Prouinciales non poſſunt in Capit. Generali Diffinitorum eligi in Diffinitores, aut Diffinitorum Socios. Neapoli 1600. declarat. 5. *Declaramus, quòd in Capit. Generali in anno Diffinitorum primo, vel ſecundo nequaquam poſſunt ipſi Prouinciales Prouinciarum, quicumque ſint illi eligi in Diffinitores, aut Socios Diffinitorum; etſi ſecus factum fuerit, electio ſit irrita, & nulla ipſo facto, taleſque ſic electi nullatenus vti Diffinitores admittantur.*

13 Diffinitori Socius competens à Priore Prouinciali, & Diffinitoribus aſſignetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4.*

14 Diffinitor, & Socius ſolùm de ſuis Prouincijs, quarum ſunt filij aſſumantur; quod etiam de Electoribus Magiſtri Ord. volumus inuiolabiliter obſeruari. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4. Quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmata Neap.* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518. Coloniæ autem 1428. decl. vnica ita fuerat antea declaratum. *Declaramus hanc in Capitulo de electione Diffinitorum Capit. Generalis, & Prouincialis, vbi dicitur, quod Diffinitores Capit. Generalis, aut Electores Magiſtri Ord. ſolum de ſuis Prouincijs aſſumantur; dicimus quod alicuius Fratris Prouincia dicitur pro qua profeſſus eſt, aut ad quam per Generale Capitulum, vel Reuerendiſſ. Magiſtrum Ordinis non ſolùm aſſignatus, ſed ſimpliciter eſt translatus.*

15 In Congregatione intermedia, quæ inter Capitula Prouincialia celebratur, non poſſunt eligi Diffinitores Capituli Generalis. Romæ 1629. ordin. 12. *Vide de Capit. Prouincial. num.* 1.

16 Inſtante electione Magiſtri Ordinis fiat Capit. Prouinciale pro eligendis Diffinitore, & Electore. Romæ 1629. *Vide ibid. loco ſuprad.*

17 Si ſuperſedeatur illo anno à Capit. Generali, qui in ſequenti Capitulo Prouinciali electus fuerit, habeatur Generalis Capituli Diffinitor. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 5. Quæ fuit inchoata Budæ* 1254. *Confirmata Mediolani* 1255. *& in Conſtitutionem redacta Pariſijs* 1256.

18 Si verò nullus alius legitimus electus fuerit, ille qui in Capit. præcedenti fuerit electus, legitimus ſit Diffinitor; & idem dicimus de illius Socio, quòd valeat, & ſit eodem modo legitimus Socius, & in anno electionis Magiſtri Ord. ſit elector, ſi non eſt alius elector electus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. loco ſuprad. Quæ fuit inchoata Neapoli* 1515. *Conſ. Romæ* 1518. *& in Conſtitutionem redacta Valliſoleti* 1523.

19 Qui in præcedenti Capitulo electus fuit in Diffinitorem, ad idem officium eligi non valet in anno Diffinitorum proximè ſubſequente. *Ex Conſtitut. noſt. vbi ſupra tex.* 6. *Quæ fuit inchoata Treueris* 1249. *confirmata Londonis* 1250. *& in Conſtitut. redacta Metis* 1251.

20 Qui non diffiniuit, poteſt iterum in Diffinitorem aſſumi: ita declaratum eſt Romæ 1546. decl. 2. *Item declaramus quòd qui in Capitulo Prouinciali fuerit electus Diffinitor Capituli Generalis, poſſit in ſequenti Capitulo reeligi ſi non diffiniuit.*

21 Qui ſemel apoſtatauerit, vel de lapſu carnis manifeſtè conuictus fuerit, vel carceri ſententialiter mancipatus non poteſt fieri Diffinitor Capituli Generalis, vel Prouincialis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.*

22 Si verò medio tempore electus Diffinitor deceſſerit, vel in Priorem Prouincialem electus fuerit, & confirmatus, vel aliquo modo fuerit impeditus, quòd venire non poſſit ad Capitulum Generale ipſo iure Socius eius loco ipſius Diffinitor habeatur. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 6. quæ fuit inchoata Bononiæ* 1240. *conf. Pariſijs* 1241. *& in Conſtit. redacta Bononiæ* 1242.

Digitized by Google

23 Niſi tunc ſuperueniat Diffinitor, qui non obſtante diffinitione incepta per Socium, ipſe illa vice diffiniat, & Socius illius cedat. Quòd ſi alterum ipſorum ſupradicto modo impediri contigerit; primus Conuentus ad quem declinauerit, teneatur ei de competenti ſocio itineris prouidere. *Ex Conſt. noſt. eadem diſt. 2. cap. 5. tex. 6. Quæ fuit inchoata Bononiæ 1242. Confirmata Pariſijs 1243. & Bononiæ 1244. in Conſtitutionem redacta.*

24 Nullo modo eligantur in Diffinitores, & Socios illorum Fratres debiles, qui ad Capitulum Generale accedere liberè non poſſint. Coloniæ 1245. ord. 1. *Item non eligantur debiles Fratres in Diffinitores, vel Socios pro Cap. Generali.*

25 Neque eligantur Iuuenes, ſed ætate graues. Venetijs 1325. ord. 2. *Cum illi, qui habent in Capitulis Generalibus, & Prouincialibus alios corrigere, debeant in maturitate pollere, & diſcretione vigere, volumus, & ordinamus, quòd in Capitulis fiant Diffinitores Fratres maturi, & ætate prouecti, nec ad diffinitiones notabiliter iuuenes eligantur.*

26 Priores Conuentuales poſſunt in Diffinitores eligi cum retentione officij Prioratus. Bononię 1564. decl. vltima. *Declaramus quid ſi aliquis Prior Conuentualis in Diffinitorem Capituli Generalis, vel in Socium illius electus fuerit, ſolùm propter abſentiam à ſuo Conuentu abſolui non poteſt, & facta abſolutio irrita habeatur: Quòd ſi alia cauſa ad abſoluendum fuerint, Reueren. Prouincialibus iudicandæ relinquuntur.*

27 Tam Diffinitor quàm Socius habeant litteras teſtimoniales, non tantùm à Priore Prouinciali, ſed à toto Diffinitorio; aliàs nullo modo admittantur, neque ad Diffinitionem, neq; ad electionem Magiſtri Ordinis in anno electionis, niſi aliter de iure conſtiterit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 5. Quæ fuit ſancita in Cap. Gen. Romæ 1539.*

28 Petitiones pro ſe ipſis ad gradus obtinendos facere non poſſunt. Fidelium coram Prioribus dicant. Super omnes locum habeant. Non poſſunt in ſuis Diffinitionibus impediri. Eorumque auctoritas decem diebus terminatur. *Vide ſupra de Diffinitoribus num. 1. 2. 3. 4. 5.*

29 Dominica infra octaua Aſcenſionis, vel Sabbato præcedenti locum Capituli intrare tenentur. In Vigilia verò Pentecoſtes eorum auctoritas incipie, expiratque in Sabbatho Pentecoſtes. *Vide ſupra de Capit. General. num. 7. 8. & 9.*

30 Si circa Generalium Capitulorum Acta difficultas aliqua oriatur, Diffinitorum eorundem Capitulorum explicationi ſtandum eſt quouſque Magiſter Ord. aliter determinauerit. Pariſijs 1611. Conf. 33. *Si qua circa illa* (hoc eſt Capit. Generalium Acta) *difficultates, & dubia ſuboriantur, Diffinitores poſt Cap. Diffinitorum, & Prouinciales poſt Cap. Prouincialium ea explicare, & declarare poſſint, quorum explicationi, & declarationi ſtandum erit, quouſque à Magiſtro Ord. aliter fuerit determinatum.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 3. ſub litt. A.

31 Si autem in aliqua Prouincia Prouinciale Capit. fuerit celebratum, & in proximo feſto Pentecoſtes electio Magiſtri fuerit facienda, diffinitor Capituli Generalis in anno Diffinitorum, & Socius eius ſint illo anno Magiſtri Ord. electores. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. c. 4. tex. 3.*

32 In Anno Priorum Prouincialium, vel quando ex alia quacumque cauſa Diffinitor, & Socius, vel electores non fuerint electi, neque ſuppetat tempus, vt eligantur propter quodcumque (iudicio Diſcretorum legitimum impedimentum) tunc duo de diffinitoribus immediatè præcedentis Capit. Prouincialis, qui primitus habitum noſtri Ord. ſuſceperunt, qui tunc ſuperſtites fuerint ad electionem Magiſtri Ord. admittantur, quorum antiquior in Ordine ſit illo anno Generalis Cap. Diffinitor. Qui ſi ad Capitulum non venerit, aut præcedentis Capit. extiterit Diffinitor, tunc ad Diffinitionem elector alius admittatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 3.* Vide ibid ſub litt. B. & C.

33 Si Diffinitores eligantur in Prouinciales, diffinire non debent in Capit. Generali electionis Magiſtri Ord. in quo fuerunt confirmati, ſed alij electores loco ipſorum diffinient. Lugduni 1348. ord. 5. *Si aliquis Diffinitorum in Priorem Prouincialem electus, & confirmatus fuerit, talis quantùm ad actum diffinitorij debitum reputatur non ſuperſtes, & ideo ad diffinitionem alius elector admittetur.* Quod fuit conf. in Cap. ſequenti Barcinonæ 1349. Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. in decl. tex. 3. litt. D.

34 Non eligantur in primo Capitulo Prouinciali, quod fit poſt Capitulum Generale, ſed in 2. hoc eſt in illo, quod immediatè Capit. Generale præcedit. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

35 Cum Magiſtro Ord. omnia diffinient conſtituent, & tractabunt: Quod ſi in partes æquales ſe diuiſerint, illorum ſententia præualebit, in quorum partem Magiſter Ord. declinauerit. Si autem in partes inæquales, obtineat ſententia plurium. Si autem per adiunctionem Magiſtri partes fiant æquales, vnus eligatur à Diffinitoribus ſecundum quòd in electione Diffinitorum Prouincialium eſt ſtatutum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 1.* Vide decl. eiuſdem ſub litt. A.

36 Abſente Mag. Ord. eligant ſibi Vicarium de corpore Capituli. *Vide de Capit. Generalibus num. 11.*

37 Habent plenariam poteſtatem abſoluendi Magiſtrum Ordinis, quando tamen

fue-

-fuerit eiuſdem Ord. præuaricator, aut contemptor, aut adeo negligẽs, & remiſſus quòd Ordinis diſſolutionem, & deſtructionem inducat. *Vide de Abſol. Mag. Ord. num. 2.*

38 Ceſſionem Magiſtri non admittant, niſi in caſibus ſupradictis. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 7.*

39 Si Diffinitores inſtituantur in Prouincijs quaſi deſolatis, non ſint eiuſdem met Prouinciæ, cuius eſt Prouincialis inſtitutus. Valliſoleti 1605. Acceptatione 1. *Acceptamus ordinationem factam in præcedenti Cap. ex mandato fæl. record. Clementis Papæ VIII. qua prohibetur ne titulares Prouinciales vllo modo creentur, excepto Prouinciali Terræ Sanctæ, nec vocales electores: quòd ſi contigerit conſtituere in aliquibus Prouincijs, quaſi deſolatis, habentibus tamen aliquos Conuentus, aliquem Prouincialem, qui non ſit illius Prouinciæ filius, ſic volumus prouidere in hac parte, ne ſint duo Prouinciales harum Prouinciarum vnius, eiuſdemque Prouinciæ. Idem dicimus de diffinitoribus ſi pro illis Prouincijs conſtitui debeant. Ita denique, vt alicuius Prouinciæ vltra tria vota non poſſit ſuperaddi ex quacumque cauſa niſi tantùm vnum votum pro Capitulo Generali.*

40 In duobus Capitulis cum Magiſtro Ord. in tertio verò Prouinciales cum eodem Magiſtro diffinient. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 1.*

41 Pro expenſis Diffinitorum pro Capitulo Generali tenentur etiam Conuentus exempti à Prouincialibus pro rata contribuere. Ianuæ 1513. ord. 16. *Item ordinamus, quòd Conuentus exempti à Prioribus Prouincialibus ſoluant pro rata ſua expenſas Diffinitorum euntium ad Capitulum Generale, quia Generale Capitulum commune eſt omnibus, nec aliquis præſumat contradicere.*

42 Pro eiſdẽ in itinere Capituli decedẽtibus, tam eundo, quàm redeundo; ac pro eorum Socijs, ſuffragia in toto Ordine prout habetur *Capit. de Suffragijs Mortuorum* habeantur. Romæ 1532. declarat. 5. *Item declaramus quòd Capitulum Conſtitut. de ſuffragijs Mortuorum loquens de ſuffragio debito à tota Prouincia Diffinitori Generalis Capituli eunti ad Capitulum, vel ipſo Capitulo durante, etiam intelligi debet ſi contingat eum mori redeundo à Capitulo.*

De Diffinitoribus Capituli Prouincialis.

1 IN ſingulis Capitulis Prouincialibus Hiſpaniæ, Toloſanæ, &c. quatuor Fratres de diſcretioribus, & magis idoneis à Prouinciali Capit. per diſquiſitionem Prouincialis; vel eius Vicarij, & Prioris; & Supprioris eiuſdem loci: vel ſi vnus defuerit, per diſquiſitionem duorum; quòd ſi duo defuerint, loco ipſorum per diſquiſitionem duorum antiquiorum in Ordine præſentium in Capitulo eligantur, &c. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 1.* Et illi in quibus plures concordauerint, pro Diffinitoribus habeantur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2. quæ fuit inchoata Pariſijs 1279. confirmata Oxoniæ 1280. & in Conſtit. redacta Florentiæ 1281.*

2 Eligantur per vota ſecreta, & per plura vota vltra medietatem, eodem modo, quo eliguntur Priores. Valentiæ 1647. decl. 3. *Declaramus in electione Diffinitorum Capituli Prouincialis vbique ſeruandam eſſe formam electionis Prioris, vt ſcilicet fiat per vota ſecreta, & ſit electus qui habuerit plura vota vltra medietatem; vt declaratum fuit Bononiæ 1564. Prouinciæ tamen, quæ priuilegium habent vt alio modo eligant diffinitores, ſuis priuilegijs vti valeant.* At ſi plures quam quatuor fuerint electi, Graduati primum, & Maiores in Ordine ſecundum locum habebunt, donec quaternarius numerus compleatur. Neapoli 1600. decl. 6. *Declaramus quòd in Prouincijs, in quibus omnes vocales collectim eligunt diffinitores Capit. Prouincialis, habendi pro diffinitoribus erunt illi, qui medietatem votorum exceſſerint; quòd ſi plures quàm quatuor æqualia habuerint vota vltra medietatem, tunc primum locum habeant graduati, poſtea antiquiores in Ordine iunioribus præferantur.*

3 Eligantur in die proximo præcedente diem aſſignationis Capituli Prouincialis, & ex tunc incipiat eorum auctoritas. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 3. quæ fuit inchoata Florentiæ 1281. confirmata Viennæ 1282. & in Conſtit. redacta apud Montem Peſulanum 1283.* In Capitulo autem Romano 1553. declarat. 4. fuit ordinatum, vt omnes Diffinitores ſimul eligantur. *Declaramus Diffinitores Capit. Prouincialis, prout habetur in Conſtitutionibus, in die præcedenti aſſignationem Capituli, & omnes ſimul, non autem ſigillatim, eſſe eligendos (niſi per nationes eligantur).*

4 Statim ac electi fuerint habent locum ſuper omnes Fratres; inter ſe verò ſecundùm Ordinem ſuorum graduum, Conuentuum, vel

Digitized by Google

profeſſionem. Ita ſubditur in eadem decl. 4. ſupradicta; *Ipſos autem Diffinitores* (ſcil. declaramus) *ſtatim poſt ſuam electionem habere locum ſuper omnes Fratres; inter ſe autem ſecundùm Ordinem ſuorum graduum, vel Conuentuum dignitatem*. Quod fuit conf. Romæ 1558. conf.9.

5 Si fuerint Priores, vel Magiſtri, inter ſe locum teneant ſecundum præcedentiam Conuentuum, vel antiquitatem Magiſterij. *Ex eodem Capit. & declarat. ſuprad.* Vide de Capit. General. num.10.

7 Facultatem Prouincialibus immutandi ea, quæ in Capitulo Prouinciali ſancita ſunt nequaquam concedant. Romæ 1629. ord.14. *Ordinamus, & omnino prohibemus omnibus Diffinitoribus Cap. Prouincialis ne auctoritatem Priori Prouinciali immutandi, diminuendi, augendi, vel alio quouis modo diſponendi acta Cap. Prouincialis concedant.*

8 Quæ ab ipſis vna cum Prouincialibus in Capit. Prouinciali fiunt, à toto Capitulo fieri intelligantur. Romæ 1546. declarat.1. *Declaramus, quòd quando aliquid fit à Prouincialibus, & Diffinitoribus in Capitulis Prouincialibus, ſiue quoad graduandos, ſiue quod alia in Capitulo Generali præſentanda, intelligantur fieri per Capitulum Prouinciale iuxta formam noſtrarum Conſtitutionum.*

9 Non poſſunt protrahere ſuam auctoritatem vltra duos dies, ita vt à die electionis eorum vſq; ad vltimum non computentur niſi tantum decem dies. *Vide de Cap. General. nu.9.*

Fidelium coram Prioribus Conuentualibus dicant. *Vide de Diffinit. num. 2.*

10 Si qui tamen, qui non ſunt de corpore Capituli eligantur in Diffinitores, ad omnia acta eiuſdem dumtaxat admittantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1. quæ fuit inchoata Pariſijs 1264. conf. apud Montem Peſulanum 1265. & in Conſt. redacta Treueris 1266.* Tales autem ſic electi vocem in electione Prioris Pronincipalis non obtinebunt. Ita declaratum fuit Romæ 1629. decl. 11. *Declaramus, quòd ſi contigerit Diffinitorem Capit. Prouincialis eligi ex illis, qui non ſunt de corpore Capituli, talis electus ex vi officij Diffinitoris vocem non habebit, nec ad electionem Prouincialis admittendus erit, Prouincia Græciæ tantum excepta.*

11 Qui vno anno electi ſunt in Diffinitores Cap. Prouincialis, ſequenti anno ad idem officium non eligantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 6. quæ fuit inchoata Budæ 1254. conf. Mediolani 1255. & in Conſtit. redacta Pariſijs 1256.*

12 Non eligantur in Diffinitores Prouinciales, qui ſuum officium in eodem Capitulo terminant. Bononiæ 1564. ord. 6. *Is verò, qui tempus Prouincialatus officij tunc expleuerit, in Diffinitorem eiuſdem Capituli eligi non poſſit.*

13 Ipſi cum Prouincialibus attente conſiderent an, qui Generales Prædicatores fieri petunt, conſueta requiſita habeant. Lugduni 1536. ord. 11. *Vide infra de Prædicat. Generalib. num. 14.*

14 Sine Prouincialibus non poſſunt Prædicatores Generales inſtituere. Apud Montempeſulanum 1294. decl. vnica. *Declaramus quòd ſine Prioris Prouincialis aſſenſu Diffinitores Cap. Prouincialium Prædicatores non poſſunt inſtituere Generales.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 1. ſub litt. B. vbi pro hac re citatur etiam Capitulum apud Perpinienum 1327. in quo licet in ord. 6. de requiſitis adhoc vt aliquis inſtituatur Prædicator Generalis agatur, tamen de ſupradicta ordinatione nihil penitus tractatur.

15 Neque poſſunt ſe ipſos de aſſenſu duorum aliorum Prædicatores Generales inſtituere. Londonis 1263. ord. 8. *Item quicumque hactenus inter Diffinitores conſtitutus ſe ipſum de aſſenſu duorum alijs diſſentientibus Prædicatorem fecerit Generalem, pro non Prædicatore habeatur.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. C. vbi pro hac re adducitur etiam Capitulum apud Montem Peſulanum 1265. in quo nec verbum quidem de hac rè reperitur: citatur etiam Capit. Perpiniani 1327. in quo de qualitatibus ad Prædicatores Generales inſtituendos requiſitis ſolùm agitur, vt diximus num. 15; de præfata autem ordinatione nihil.

16 Cum ipſo Priore Prouinciali debent omnia tractare, & diffinire. Quod ſi in ſuis Diffinitionibus in partes æquales ſe diuiſerint, illorum ſententia præualebit in quorum partem Prior Prouincialis concordauerit. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 3.*

17 Qui ſemel apoſtatauerit, vel de lapſu carnis manifeſtè conuictus fuerit, vel carceri ſententialiter mancipatus fuerit, non poteſt fieri Diffinitor Capituli Generalis, vel Prouincialis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.*

De Diſcurſu Fratrum.

1 NOn niſi ex vrgenti cauſa Fratres ad ſuos Prouinciales pergant. Bononiæ 1233. ord. 6. *Item caueant attentius* (ſcil. Superiores) *ne fiant diſcurſus Fratrum ad Priores Prouinciales.* Vide clarius de hoc ſequenti num. 11.

2 Diſcurrentes ſoli per Prouinciam, in carceribus recludantur. Apud Claromontem 1339. ord. 4. *Item cum ſecundùm regulam noſtram nullus Frater debeat ire ſolus, nec graui ſuſpicione, aut ſcandalo careat quod Frater ſolus ſi-*

ne

ne ſocio vagetur: Volumus & ordinamus quòd quicunque Frater per Prouinciam ſolus diſcurrens ſi inuentus ſuerit, niſi ſe gratis Conuentui & Ordini obtulerit, capiatur & includatur in carceribus, ac incluſus teneatur, niſi poſſit de cauſa legitima docere, quæ poſſit eum rationabiliter excuſare, quouſque per Priorem Prouincialem ſecundùm eius merita aliter fuerit ordinatum.

3 Carcerali cuſtodiæ mancipentur qui ſine ſuorum Prælatorum licentia ex Prouincia ſua ad aliam tranſeunt. Romæ 1583. *Vide de Carceribus num.20.quod clarius num. ſequent. confirmatur.*

4 Qui extra terminum ſuæ Prouinciæ exeunt teſtimoniales habeant litteras ſui Prouincialis, alias eiciantur ex Prouincijs. Bononiæ 1410. ord.6. & Argentinæ 1417. ord.5. ſic dicitur. *Item vagos diſcurſus Fratrum coercere volentes, volumus & mandamus quod nullus Fratrum exeat terminos ſuæ Prouinciæ ſine licentia ſui Prouincialis ſub pœna grauioris culpæ, quam quilibet oppoſitum faciens ipſo facto incurrat, mandantes Præſidentibus Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus vniuerſis, quatenus quemlibet Fratrem extraneum ſine littera teſtimoniali ſui Prouincialis, reſidentem, vel tranſeuntem de præſenti, & in futurum de ſua Prouincia expellant, & ad propriam illius, quantùm in eis fuerit, redire compellant. Præſidens autem, qui ſcienter contrafecerit, à ſuo præſidentiæ officio quouſque prædicta effectualiter adimpleuerit, ſit ſuſpenſus.* Quod fuit confirm. Mediolani 1505. ord. 5.

5 Fratres etiam itinerantes, qui teſtimoniales litteras ſecum non deferunt, non recipiantur, & ſi fugitiui, vel ſcandaloſi fuerint, carceribus puniantur. Nouariæ 1465. ord. 6. *Vide de Carceribus num.26.* Et fuſius hic num. 9. & 10.

6 Qui cum licentia iter ſuſcipiunt ad alias Prouincias, tenentur litteras teſtimoniales, & ſe ipſos Conuentuum Præſidentibus præſentare, ſub pœna carceris. Lugduni 1450. ordinatione 7. *Prælati Fratres vagos, & inſtabiles ſine ſui Prouincialis licentia diſcurrentes in ſuis Prouincijs non recipiant, nec retineant, ſed eos acriter punitos ad ſuas Prouincias remittant: Illi verò qui cum licentia eunt ad alias Prouincias, tenentur ſe in itinere, & litteras ſuas teſtimoniales præſentare Præſidentibus Conuentuum, alias carceri mancipentur.*

7 Romæ autem ad euitanda ſcandala 1518. ordin.5. permiſſum fuit, vt itinerantes Fratres ſine teſtimonialibus litteris per tres dies tantùm poſſint in Conuentibus recipi. *Item ordinamus, quod Fratres fugitiuos, qui ſine licentia legitima, hoc eſt Prioris Prouincialis, vel Vicarij Congregationis de ſua Prouincia, ſeu Congregatione receſſerunt, nullus audeat vltra triduum retinere abſque ſpeciali licentia Magiſtri Ordinis impoſterum concedenda; ſi quis autem eos in Conuentu, vel Prouincia acceptare præſumpſerit, ſit à ſuo officio Prouincialatus, Vicariatus, ſeu Prioratus ipſo facto abſolutus.*

8 In carceribus tamen, & non aliter ſunt recipiendi, & emendati in ſuas Prouincias, vel Conuentus reijciendi; ita enim declaratum fuit. Venetijs 1592. admon.1. *Admonemus omnes, & ſingulos Præſidentes locorum, Conuentuum, vel Prouinciarum, ne quoquo pacto Fratres propriæ, vel alienæ Prouinciæ ſine licentijs ſuorum Superiorum ad ipſos venientes, præterquàm in carceribus recipiant, eoſdem punitos ad ſuaſmet Prouincias, vel Conuentus reſpectiue remiſſuri, vt ſæpius ordinatum fuit, aliàs abſolutionem à ſuis officijs infallanter incurrent. Dabunt inſuper pœnas per Sixti V. Conſtitutionem taxatas.*

9 Caueant Priores ne concedant licentiam Fratribus etiam cum Conſilio Patrum, vagandi extra proprium Conuentum, vel eundi ad alios Conuentus, ſeu Oppida, etiam prætextu neceſſitatis, niſi illa vrgentiſſima fuerit, aliàs pœnam abſolutionis à ſuis officijs incurrent. Romę 1601. ord. 18. & Valliſoleti 1605. conf.27. dicitur. *Confirmamus illam, quæ præcipitur omnibus Conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio ne facilè facultatem tribuant, etiam de Conſilio Patrum Fratribus diſcurrendi extra Conuentum, vel eundi ad alios Conuentus, ſeu Oppida etiam prætextu alicuius neceſſitatis, niſi vera ſit, & vrgentiſſima, cum conſtet huiuſmodi diſcurſus magna parere incommoda & ſcandala.* Sante autem neceſſitate poteſt Prior, non ſolus, ſed cum Conſilio Patrum talem concedere licentiam. Romæ 1569. admonit.4. *Admonemus omnes Priores Conuentuum ne faciles ſe præbeant ad dandam licentiam vagandi, & per Prouinciam diſcurrendi, & vt aliquod remedium ad tollendos diſcurſus adhibeatur, ſtatuimus vt licentiæ exeundi extra Conuentus vltra dictam non ſit penes Priores ſolos, ſed dentur de Patrum conſenſu, & in ſcriptis, & qui ſine huiuſmodi licentia repertus fuerit, tanquam fugitiuus puniatur, prout etiam in S. Synodo Tridentina cauetur.* Quales autem ſint caſus neceſſitatis, in quibus Priores cum Patrum Conſilio poſſunt præfatam licentiam concedere, aſſignantur in Cap. Placentiæ 1310. ordin.6. *Item ad ſubtrahendam omnibus euagandi materiam, & diſcurſus inutiles compeſcendos. Volumus & ordinamus quòd Priores & eorum Vicarij Fratres ſuis Conuentibus deputatos extra terminos ſuorum Conuentuum non licentient, niſi pro graui infirmitate ipſorum, vel ſuorum Parentum, vel propter eorum mortem, vel ad euitandum graue ſcandalum, vel pro euidenti neceſſitate, vel vtilitate Conuentuum, &. tunc de Conſilio diſcretorum plurium; licentiati verò Conſtitutionem de litteris teſtimonialibus portandis, ac præſentandis diligenter obſeruent, in quibus cauſa ipſius licentiæ*

, &

& terminus exprimantur. Quicumque verò litteras eiuſmodi non portauerit ipſum ab ingreſſu Villæ omnino priuamus, & volumus quòd poſt vnam diem de Conuentu illo recedere teneatur. Priores verò contra ordinationem huiuſmodi dantes licentiam in Viſitationibus Priorum Prouincialium, & Capitulis Prouincialibus à Prioratus officio abſoluantur. Prouinciales verò, & eorum Vicarij non ſint faciles ad tales licentias concedendas. Sub eiſdem omnino verbis fuit hoc idem confirmatum Carcaſſonæ 1312. ord. hac addita exceptione circa delationem licentiæ. *Niſi fortè adeo ſpectabilis Frater exiſtat, vt eius ſimplici verbo fides meritò debeat adhiberi, vel niſi ſit adeo caſus vrgens et euidens, quòd Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij licentia non poſſit abſque periculo expectari.* Idem fuit confirmatum apud Montempeſulanum 1316. ordin. 2. his additis. *Cum ordinatio facta in Cap. Carcaſſonæ celebrato, &c. Quicumque Prior, vel eius Vicarius præmiſſa inuenti fuerint non ſeruaſſe, teneatur infra quindenam in pane, & aqua per triduum abſtinere. Ita quòd talis pœnitentia ſit Conuentibus manifeſta, quod niſi, ceſſante infirmitate, compleuerint, per Prouincialem, vel eius Vicarium cum de eorum exceſſu legitimè conſtiterit à ſuis officijs abſoluantur. Fratres verò qui abſque huiuſmodi litteris teſtimonialibus ad Conuentus quoſque declinauerint, per Priores, vel Suppriores Conuentuum, ad quos peruenerint, auctoritate noſtra voce ad annum priuentur, & Conuentui de quo fuerint hanc priuationem denuncient per ſuas litteras ſpeciales. Quòd ſi hanc pœnam priuationis imponere noluerint, vel neglexerint, ſtatim cum à ſuis officijs fuerint abſoluti, voce ad vnum annum ſint ipſo facto priuati.* Idem, quantum ad litteras teſtimoniales deferendas aſſeritur in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 15. in decl. tex. 2. ſub litt. C. fuiſſe ordinatum Romæ 1588. At illo anno nullum fuit celebratum Capitulum, ſed ſequenti, in quo Romæ 1589. electus fuit in Mag. Ordinis P. F. Hyppolitus Maria Beccaria, & in eo nullus de hac re fit ſermo, bene autem in Cap. Romæ 1580. vbi ord. 12. ſic habetur. *Ordinamus etiam, & ſtatuimus, quod nullus Frater noſtri Ordinis diſcurrere audeat extra Conuentum, aut Prouinciam ſuam ſine litteris admiſſorijs ſuorum Superiorum. Prouinciales autem, & ad quos huiuſmodi vagabundi declinauerint ſine huiuſmodi litteris & obedientijs, eos in carceribus includant, & punitos ad ſuos Conuentus, aut Prouincias redire compellant.*

10 Teneri Præſidentes Conuentuum litteras itinerantium legere, aſſeritur in declaratione præfati textus 2. loco ſupradicto, vbi dicitur ita fuiſſe ſancitum Bononiæ 1564. At neque in cap. de Sacri Concilij Tridentini decretis in initio Actorum eiuſdem Capituli appoſitis §. *Nullus Fratrum Noſtrorum, &c.* Neque in conſummat. 5. in quibus locis de hac materia agitur, vlla fit mentio de legenda tali licentia à Conuentuum Præſidentibus. Bene tamen hoc fuit ordinatum apud Montem Peſulanum 1294. ordin. 7. *Vide de Itineraribus num. 5.* Et Romæ 1589. admonit. 4. ex Sixti V. decreto ita dicitur. *Admonemus etiam qualiter Sanctiſs. Dom. Noſter Sixtus Papa V. ſua Conſtitutione, & declaratione ſuperiori anno edita prohibuit expreſsè, ne quis regularis ex vna Prouincia ad aliam Prouinciam, ſeu de vno in aliud eiuſdem Prouinciæ Monaſterium tam ſui, quam alterius Ordinis tranſeundo, etiam in itinere intra aliquod Monaſterium, domum, vel locum ad habitandum, vel tanquam hoſpes recipi, aut ad modicum tempus diuertere poſſit, niſi à Superiore eius loci vbi reſidet expreſſam licentiam diſcedendi in ſcriptis deferat, & exhibeat, vel niſi ita cognitus ſit, vt de eius perſona nullus omnino dubitationi, aut ſuſpitioni locus relinquatur. Et illi qui huiuſmodi Regulares ſine licentia in ſcriptis aduenientes, etiam pietatis, vel hoſpitalitatis prætextu, receperint, eo ipſo ab eodem Sanctiſſimo D. N. priuantur, & in perpetuum priuati declarantur voce actiua & paſſiua, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcunque per eos obtentis, & inhabiles fiunt, incapaceſque ad illa & quæcunque alia impoſterum obtinenda; præter id, quod priùs multoties ordinatum fuit in multis General. Capitulis in noſtro Ordine, ne aliqui Fratres abſque licentia aduenientes à Prælatis recipi, vel detineri vllo modo poſſint niſi in carceribus, vt puniti ad ſuos Conuentus, vel Prouincias remittant; quod quidem mandatum fuit omnibus Prælatis, & Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, prout etiam præſenti decreto omnibus, & ſingulis Prouinciarum & Conuentuum Præſidentibus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientia ſub formali præcepto diſtrictè præcipimus, ne quemquam ſine licentia aduenientem recipere, vel retinere audeant, ſeu quouis modo præſumant, niſi fortè iuſtæ punitionis dumtaxat gratia, & nihilominus contra facientes ex nunc, pro tunc, à ſuis officijs abſolutos declaramus.*

11 Nec ad Magiſtrum Ordinis, nec ad Prouincialem ſine licentia pergere poſſumus. Pariſijs 1256. ord. 8. *Item ſciant omnes, quod nullus Frater poteſt ire ad Magiſtrum, vel Priorem Prouincialem ſine licentia.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1264. ordin. 10. his additis verbis, *ſine licentia Prælati ſui*, & Treueris 1289. ord. 12. ſic dicitur. *Item declaramus quod ad Magiſtrum Ordinis, vel Priorem Prouincialem non poſſint ire Fratres ſine Prælati ſui licentia ſpeciali*, & Florentiæ 1321. ord. 5. Ita dicitur. *Item ad ſubtrahendum Fratribus materiam euagandi, ordinamus quòd quicumque Frater iuerit ſine licentia ſui Prioris Prouincialis ad Magiſtrum Ord. extra ſuam Prouinciam exiſtentem, vel ad Priorem Prouincialem ſine licentia ſui Prioris Conuentualis, cum ad Magiſtrum, ſeu ad Prouincialem*

lem venerit, ex integro circuletur (hoc eſt diſciplinam circularem ſuſcipiat, pro hoc enim verbum *circuletur*, in pluribus Capitulis vſurpatur) *& ſit per triennium voce priuatus. Priores autem Prouinciales, & Conuentuales ad licentiam dandam non ſe reddant difficiles cum idoneo ſocio, ſi manifeſta, & rationabilis cauſa eiſdem fuerit.*

12 Qui ex Conuentibus ſine Præſidentis licentia exeunt, etiam cauſa eundi ad Superiores, tamdiu pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt, quàmdiu extra Conuentum fuerint. Bononiæ 1564. *Vide de Grauiori Culpa num.65. & in Conſt. noſt. diſt.2. cap.13. in declarat. tex.6. ſub litt.K.* Plura alia vide *De Fugitiuis*.

De Diuiſione Ordinis.

ABſit, vt aliquis Noſtri Ordinis, qui vnitate ſemper fuit gauiſus (excepto tempore ſchiſmaticis quando fideles verum Eccleſiæ caput ignorantes, etiam ipſi in illius adoratione diuiſionem paſſi fuere) illius diuiſionem audeat attentare. Hocque fuit ſub grauiſſimis pœnis vetitum in pluribus Generalibus Capitulis, quorum in hac parte ſingula decreta hic recenſerere congruum iudicamus.

1 In Conſtitutionibus noſtris diſt.2.cap.8. de Capit. Generali. tex.9. ſic dicitur. *Item in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ præcipimus firmiter obſeruari, ne quis cauſam depoſitionis Magiſtri, vel Prioris Prouincialis, vel eorum exceſſum, vel correctionem, vel ſecretum Capituli, ſeu diſpenſiones diffinitorum, vel Fratrum, vnde Ordo noſter poſſit turbari, vel infamari, audeat ſcienter extraneis publicare, ſi quis autem ex deliberatione contra fecerit, tanquam excommunicatus, & ſchiſmaticus, & deſtructor noſtri Ordinis habeatur, & (quouſque ſatisfecerit) à communione omnium ſit penitus alienus, & pœna grauiori culpæ debita ſubiacebit. Eadem diſtrictione præcipimus, ne quis verbo, vel facto ad diuiſionem noſtri Ordinis valeat laborare, quod ſi fecerit pœnæ ſubiaceat ſupradictæ.* Quomodo autem aliquem ad diuiſionem Ordinis laborare, intelligatur, extat ibidem ſub litt.K. declaratum. Præfata autem Conſtitutio fuit inchoata Ferrariæ 1290. hoc pacto. *Inchoamus has in capitulo de Capitulo Generali, vbi dicitur, eadem diſtrictione præcipimus, &c. Deleatur totum vſque ibidem. Statuimus, vt ſi in anno Diffinitoris, &c. Et dicatur ſic. Eadem diſtrictione præcipimus, ne quis verbo, vel facto ad diuiſionem noſtri Ordinis audeat laborare, vel ad abſolutionem cuiuſcumque Prælati noſtri Ordinis, ſeu ad immutationem Generalis ſtatuti Ordinis noſtri, verbo, vel ſcripto, vel alio quocumque modo directè, vel indirectè, mediatè vel immediatè cum perſonis conſtitutis extra obedientiam noſtri Ordinis ſtudeat procurare. Quicumque autem ſcienter contra fecerit, ipſo facto ex vi præſentis ſtatuti omni voce, tam in accuſationibus aliorum, quàm in electionibus, omnibus, & tractatibus eorum, quæ mittenda ſunt ad Generale, vel Prouinciale Capitulum, & omni gradu, prælatura, lectoratia, & alijs gratijs noſtri Ordinis penitus ſit priuatus, nec ad prædicta reſtitui valeat niſi per Magiſtrum Ordinis, vel Diffinitores Capituli Generalis, & pœnæ nihilominùs ſubiaceat grauioris culpæ.*

2 Lugduni autem 1450, ordinatur, quòd tanquam ſchiſmatici ab omnibus ſeiungantur, atque carceribus puniantur.

3 *Si quis verbo, vel facto diuiſionem noſtri Ordinis procurauerit, excommunicatus, & ſchiſmaticus, & deſtructor Ordinis habeatur, & à communione omnium penitus ſit alienus, & pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat, omneſque Officiales, & Prælati Ordinis contra tales poſſunt, & debent procedere, eoſque carceri mancipare.*

4 Romæ verò 1583. ord.5. abſolutio à pœnis, diuiſionem Ordinis procuratoribus debitis, Magiſtro Ordinis fuit reſeruata. Quia verò inſtituere Vicarium Generalem in Indijs eſſet diuiſionem Ordinis quodammodo attentare, ideo in hoc Capitulo, & pluribus alijs citandis ſub eiſdem grauiſſimis pœnis fuit vetitum, ne quis talem inſtitutionem Vicarij in Indijs auderet procurare. *Ordinamus de communi totius Ordinis conſenſu, & prohibemus, quòd nullus procuret Ordinis diuiſionem, atque ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, atque alijs pœnis grauioris culpæ, à quibus non poſſit abſolui niſi à Reuerendiſs. Magiſtro Ordinis dumtaxat. Mandamus quoque ſub eadem pœna, quòd nullus procuret inſtitutionem Vicarij Generalis Indiarum; Quam ordinationem valere volumus quaſi haberet tria Capitula.* Quod fuit etiam Romæ 1589. confirmat. 7. hoc modo confirmatum. *Confirmamus ordinationem in præcedenti Capitulo de communi totius Ordinis conſenſu factam, quòd nullus ſub pœnis in Capitulo grauioris culpæ contentis, ac etiam ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vna pro trina canonica monitione præmiſſa (cuius abſolutio Reuerendiſs. Magiſtro Ord. reſeruatur) directè, vel indirectè diuiſionem Ordinis aut inſtitutionem Vicarij Generalis Indiarum quouis prætextu procurare audeat, vel præſumat.* Quod Vlyſiponæ 1618. conf. vltima, & Mediolani 1622. conf.2. eiſdem ferè verbis, fuit confirmatum.

5 Venetijs quoque 1592. confirmat. 3. idem fuit ſancitum hoc pacto. *Confirmamus ordinationem in Capit. Romæ 1583. celebrato, de*

com-

Digitized by Google

communi totius Ordinis conſenſu factam, & in Capitulo proximè præterito confirmatam, quòd nullus ſub pœnis in Capitulo de grauiori culpa contentis, ac etiam ſub pœna excom. &c. Eiſdem omnino verbis prout ſupra.

6 Et Romæ 1601. fuit additum præceptum formale: vnde Confirm. 17. ſic dicitur. *Confirmamus ordinationem illam ſæpe ſæpius factam: & mandamus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ ſub formali præcepto, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ vna hac pro trina canonica monitione premiſſa, ne quis Ordinis noſtri diuiſionem procurare aliquando intentet.*

De Doctrina Sanctorum Patrum.

1 CAueant Fratres noſtri ne à Sanctorum Patrum Doctrina recedant: quòd ſi aliquis in legendo contrarium facere præſumpſerit, Lectoratus officio priuetur: ita expreſsè ſancitum fuit apud Briuiam 1346. *Cum Ordo noſter à Spiritu Sancto in ſoliditate veritatis ab exordio fundatus, de ſcientijs vanis, & curioſis non curans, veritati ſcientiæ ſemper ſtuduerit virtute conſtantiæ inhærere ac SS. Patrum, & Dominus Noſter Sum. Pontifex nos ſuper hæc monuerit ne contrarium à quibuſcumque attentetur: imponimus diſtrictè Fratribus vniuerſis, vt nullus eorum legendo, ſeu determinando, audeat aſſertiuè tenere contrarium eius, quod in Doctrina communi continetur, & quod in Doctrina D. Thomæ communiter traditur, nec detrahere præſumat, nec recitare, aut affirmare aliquam ſingularem opinionem contra communem Doctorum ſententiam in his quæ ad fidem, vel ad mores pertinent, niſi reprobando, & ſtatim obiectionibus reſpondendo. Quicumque autem per Prouincialem, aut eius Vicarium in hoc inuenti fuerint deliquiſſe, per eoſdem à Lectoratus officio abſoluantur in pœnam, ſi tamen aliàs de huiuſmodi fuerint notati. Quòd ſi ex talibus opinionibus ſcandalum fuerit ſubortum, volumus quòd acriùs puniantur, & ad reuocandum compellantur.*

2 Sub pœna priuationis graduum omnium fuit hoc idem vetitum Valliſoleti 1605. ord. 3. *Cum antiquorum Patrum noſtrorum ſtudium ſemper fuerit eot filios enutrire, qui intellectum proprium obſequio diuinæ legis, & fidei Catholicæ humiliter ſubijcerent, & ab eis omnem arrogantiam, & temeritatem aduerſùs Doctrinam Sanctorum Patrum amputare conati ſint, eorum pijs veſtigijs inhærentes omnibus Patribus Regentibus, Baccalaureis, & quibuſcumque Lectoribus ſub pœna priuationis graduum mandamus, ne inter legendum teneant, affirment, vel tueantur quamcumque ſingularem opinionem, quæ ſit communi Sanctorum Patrum ſententiæ contraria, vel diſſona, nec ipſam quouis modo referant, & proponant, niſi ad confutandum, & eiuſdem argumentis reſpondendum. Inuigilent igitur omnes in Sanctorum Patrum voluminibus euoluendis, ſuaſque opiniones, eorundem ſententijs corroborare nitantur, quas in fonte perſpicere maximè deſideramus, & diſtrictè iubemus.*

3 Carcerali cuſtodiæ mancipentur qui propoſitiones aliquas Sanctorum Doctrinæ, ſeu conſuetudini Eccleſiæ repugnantes ſuſtinuerint. Lugduni 1536. ord. 10. *Vide de Hæreſi num. 8.*

Vide circa hanc materiam decretum Concilij Trident. in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 1. ſub litt. C.

De Doctrina S. Thomæ.

1 IMpium eſt apud nos ab illius Angelici Doctoris Doctrina recedere, qui ſine vllo prorſus errore ſcripſit, & hoc fuit expreſsè vetitum à Patribus noſtris quarto poſt eiuſdem obitum anno Pariſijs in Generali Capitulo congregatis an. 1279. ord. 17. ſub his verbis. *Cum venerabilis vir memoriæ recolendæ Fr. Thomas de Aquino ſua conuerſatione laudabili, & ſcriptis ſuis multùm honorauerit Ordinem, nec ſit aliqualiter tollerandum quod de ipſo, vel ſcriptis ſuis aliquid irreuerenter, vel indecenter Fratres loquantur, & alter ſentiant: Ideo iniungimus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus ac eorum Vicarijs, & Viſitatoribus, vt ſi quos inuenerint excedere in prædictis, eos punire acriter non poſtponant.*

2 Non ſolùm in Theologicis, ſed etiam in Philoſophicis eſt D. Thomæ optima Doctrina ſequenda. Salmanticæ 1551. ord. 10. *Ordinamus item, vt non ſolùm in Sacra Theologia, ſed etiam in Philoſophia ab omnibus Lectoribus legatur, declaretur; & defendatur ſemper Doctrina S. Thomæ, ſicut mandatum eſt à Patribus noſtris in pluribus Capitulis Generalibus.* Quod in ſequenti Generali Capitulo Romæ celebrato an. 1553. confirmatum fuit, & ſic in confirmatione 6. habetur. *Item confirmamus ordinationem in eodem Generali Capitulo* (ſcilicet 1551.) *editam de legenda, & defendenda doctrina S. Thomæ, addentes quòd ſi quis contra eiuſdem Doctoris S. Doctrinam communiter receptam aliquid aſſeruerit, vel docuerit, priuetur Lectoratus officio, & omnibus gradibus Theologicis.*

Sunt

Google

3 Sunt ipſo facto ab omnibus officijs ſuſpenſi recedentes à S. Thomæ Doctrina. Pariſijs 1286. ord. 12. *Item diſtrictiùs iniungimus, & mandamus, vt Fratres omnes, & ſinguli prout ſciunt, & poſſunt efficacem dent operam ad Doctrinam Venerabilis Magiſtri Fratris Thomæ de Aquino recolendæ memoriæ promouendam, & altem, vt eſt opinio defenſandam, & ſi qui contrarium facere attentauerint aſſertiuè, ſiuè ſint Magiſtri, ſiue Baccalaurei, Priores, & alij Fratres, etiam aliter ſententies, ipſo facto ab officijs proprijs, & alijs Ordinis ſint ſuſpenſi, donec per Magiſtrum Ordinis, vel Generale Capitulum ſint reſtituti, & nihilominus per Prælatos ſuos Viſitatores iuxta culparum exigentiam condignam reportent pœnitentiam.*

4 In perpetuum legendi munere priuentur. Apud Podium 1344. ſic fuit ordinatum. *Mandamus PP. Prouincialibus, vt ſi quos Lectores inuenerint, derelicta Doctrina S. Thomæ, peregrinis, & varijs doctrinis abduci, & eius Doctrinam impugnare, eos omni lectione in perpetuum priuent.* Quod etiam apud Carcaſſonam an. 1342. in hunc modum fuerat ordinatum: *Cum Doctrina S. Thomæ per totum mundum ſplendeat, & tanquam ſana, & ſolida inter Doctrinas omnium Doctorum Eccleſiæ, cum teſtimonio Magiſtrorum Pariſienſium fuerit ſolemniter commendata; imponimus Lectoribus, & ſtudentibus vniuerſis, vt ſpretis, & poſtpoſitis vanis, & curioſis, ac friuolis, in ea inſtanter ſtudeant, inſtruant, & informent.*

5 Qui ab illius Doctrina recedere præſumpſerint non ſolùm legendi munere, ſed etiam omnibus alijs gradibus, & dignitatibus ſunt in perpetuum priuati. Ita enim habetur Aueniione 1561. conf. 5. *Sint etiam in Conuentibus Lectores caſuum conſcientiæ, & aſſiduè de ipſis collationes fiant, decernentes quòd quicumque à ſolida S. Thomæ Doctrina receſſerint nouitatem ſectantes, vel verbo, aut ſcripto aliquid dixerint contrarium dictæ Doctrinæ, ab officio Lectoratus, & à quocumque alio gradu, & dignitate perpetuò ſint priuati: ſuper quo Prouinciales diligentiſſimè inuigilent.*

6 Bononiæ etiam fuit hoc 1564. conf. 4. in hunc modum confirmatum. *Item confirmamus quòd iam olim à multis Capitulis decretum eſt, vt quicumque à ſolida S. Thomæ Doctrina receſſerint, nouitates ipſi contrarias verbo, vel ſcripto inducentes, ab officio Lectoratus, & ab alio quocumque officio, gradu, & dignitate perpetuò priuentur, ſuper quo Prouinciales diligentiſſimè inuigilent, hoc potiſſimùm tempore in quo manifeſtè compertum eſt illius Doctrinam ſummoperè neceſſariam eſſe.*

7 Romæ quoque 1569. ord. 5. ſic dicitur. *Item ordinamus confirmantes quod iam olim à multis Capitulis decretum eſt, vt quicumque à ſolida S. Thomæ Doctrina receſſerint nouitates ipſi contrarias, verbo, vel ſcripto inducentes, officio Lectoratus, & quocumque alio officio, gradu, & dignitate perpetuò priuentur ſuper quo Prouinciales diligentiſſimè inuigilent.*

8 Apud Ciſtericum autem 1329. ſexto poſt eiuſdem S. Doctoris canonizationem anno ord. 2. ita fuit ſancitum. *Cum Doctrina S. Thomæ toti mundo ſit vtilis, & Ordini honorabilis, volumus et ordinamus quòd omnes Studentes in dicta Doctrina ſtudeant diligenter. Lectores autem, & Curſores ipſam Doctrinam in ſuis lectionibus, & diſputationibus pertractent, & concluſiones eiuſdem Doctoris finaliter teneant, & ſi contra ipſam Doctrinam rationes adducant, illas teneantur ſoluere, & quantùm poterunt illas ſtudeant efficaciter annullare. Quicumque autem contrarium inuentus fuerit attentaſſe, per Priores Prouinciales, vel eorum Vicarios priuentur officio lectoria.*

9 Romæ pariter 1571. confirmat. 6. ita aſſeritur. *Item confirmamur quod à multis Capitulis ante ordinatum eſt: vt ſi quis à ſolida S. Thomæ Doctrina receſſerit, officio Lectoratus, & quocumque alio gradu perpetuò priuetur, ſuper quo Prouinciales, & Viſitatores diligentiſſimè inuigilent.*

10 Barcinonæ etiam 1574. conf. 6. ſic dicitur. *Item confirmamus quod in frequentibus Capitulis eſt ordinatum, vt ſi quis à ſolida S. Thomæ Doctrina receſſerit, officio Lectoratus, & quocumque alio gradu perpetuò priuetur, ſuper quo Prouinciales diligentiſſimè inuigilent.*

11 Valentiæ verò 1596. Admonit. 1. etiam pro Prædicatoribus idem ſancitum eſt. *Admonemus Magiſtros omnes, Baccalaureos, & Lectores vt memores ſint eorum, quæ habentur in declaratione noſtrarum Conſtitutionum diſt. 2. cap. 14. de Studentibus §. 1. verbo. Circa ſtudentes. Circa Doctrinam glorioſiſſimi Doctoris noſtri Angelici D. Thomæ Aquinatis, quam legere, declarare, ſuſtentare, & defendere tenentur; contrarium vero facientes in pœnam debent ſuis officijs, & gradibus priuari, et ad omnia alia inpoſterum inhabiles reddi, ſicuti præſenti ſtatuto priuantur, & inhabiles redduntur. Pariter & concionatoribus ſub eiſdem pœnis mandamus, ne aliquid contra eandem Doctrinam populis proponere audeant.*

12 Voce actiua, & paſſiua etiam ſunt priuandi. Bononiæ 1615. cap. de Reformat. Stud. *Ordinamus, prout in alijs Capitulis General. ſæpe decretum fuit, & omnibus Regentibus, Baccalaureis, Magiſtris ſtudentium, & Lectoribus noſtri Ord. ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & omnium officiorum, graduum, ac inhabilitationis perpetuæ ad omnes gradus ſuſcipiendos, præcipimus, vt Doctrinam S. Thomę in ſcholis omnibus, ſiuè Vniuerſitatibus ſecularium, ſiuè noſtri Ordinis doceant, defendant, atque ſecundùm Authorum noſtrorum, qui verè Thomiſtæ ſunt ſenſum, ſententiam, & loquendi modum in ipſorum* com-

commentorijs expreſſam, explicatam proponant & interpretentur.

13 Vlyſſipone autem 1618. conf. 6. ita mandatur. *Confirmamus id, quod in pluribus Capitulis ordinatum, præcipuè Valentiæ 1596. ad memoriam reuocatum eſt, vt videlicet Magiſtri, Baccalaurei, & Lectores memores ſint eorum, quæ habentur in declaratione noſtrarum Conſtitutionum diſt. 2. de Studentibus, circa doctrinam glorioſiſſimi Doctoris noſtri Angelici D. Thomæ Aquinatis, quam legere, declarare, ſuſtentare & defendere tenentur: contrarium verò facientes officio, gradu, & dignitate perpetuo ſunt priuati.*

14 Non ſolum eius illibatam doctrinam ſequi, ſed etiam ſecundum eiuſdem aſſertiones determinare tenemur. Cęſarauguſtæ 1309. ord. 2. *Item volumus & diſtrictè mandamus, iniungimuſque Lectoribus & ſublectoribus vniuerſis, quòd legant & determinent ſecundùm doctrinam & opera Venerabilis Doctoris* (tunc non erat adhuc inter Sanctos relatus) *Fratris Thomæ de Aquino, & in eadem ſcholares ſuos informent, & ſtudentes in ea cum diligentia ſtudere teneantur; qui autem contrarium feciſſe notabiliter inuenti fuerint, nec admoniti voluerint reuocare, per Priores Prouinciales, vel Magiſtrum Ordinis ſic grauiter & celeriter puniantur, quòd ſint cæteris in exemplum.*

15 Metis autem 1313. ord. 8. ſancitum eſt eſſe etiam grauiter puniendos, qui aliquam opinionem contrariam illi, quę communiter creditur eiuſdem S. Angelici Pręceptoris ſuſtinuerint. *Item cum doctrina Venerabilis Doctoris F. Thomæ de Aquino ſanior & communior reputetur, & eam Ordo noſter proſequi teneatur: inhibemus diſtrictè quod nullus Frater legendo, determinando, reſpondendo audeat aſſertiuè tenere contrarium eius, quod communiter creditur de opinione Doctoris prædicti* (etiam nondum tunc erat inter Sanctus relatus) *nec recitare, aut confirmare aliquam ſingularem opinionem contra communem Doctorum ſententiam in ijs, quæ ad fidem, vel mores pertinere noſcuntur, niſi reprobande, & ſtatim obiectionibus reſpondendo: Quicumque autem per Prouincialem, vel eius Vicarium, qui ſuper ijs inquirere teneatur, ex certa ſcientia in aliquo præmiſſorum inuentus fuerit deliquiſſe, per eoſdem, cum legitimè conſtiterit, à Lectoratus officio, vel ſtudio abſoluatur in pœnam, ſi tamen alias de huiuſmodi ſit notatus; quod ſi ex talibus opinionibus ſcandalum ſit ſubortum, volumus quod acrius puniatur, & ad reuocandum nihilominus compellatur.* Ex quibus animaduerte Lector in quanto ſemper fuerit pretio apud noſtros D. Thomæ doctrina, etiam nondum inter Sanctos relati habita.

16 Non ſolum D. Thomæ doctrina eſt à nobis in ſententijs ſequenda, ſed etiam in proprietate verborum defenſanda. Pariſijs 1611. ord. 6. *Ordinamus, & aliàs pluries ordinatum confirmamus, & præcipimus omnibus, & ſingulis Sacræ Theologiæ Magiſtris, Baccalaureis, Lectoribus, & Prædicatoribus, vt in ſuis lectionibus, diſputationibus, deciſionibus, prædicationibus aut compoſitionibus nunquam recedant à ſolida Angelici Doctoris noſtri S. Thomæ doctrina, eamque non ſolum in ſententia, ſed & in proprietate quoque verborum vbique referre, ac tueri conentur. Qui contra fecerint, priuentur gradibus, & pœna grauioris culpæ ſubijciantur.*

17 Omnes Magiſtri, Baccalaurei, Lectores ac Prædicatores in verbo D. Thomæ iurare tenentur. Romæ 1629. conf. vltima. *Confirmamus ordinationem aliàs factam, vt Magiſtri omnes, Lectores, & Prædicatores, tam verbo, quàm ſcripto S. Thomæ Doctoris noſtri doctrinam in omnibus fideliter ſectentur, ac tueantur: nec ab ea recedere ſub pœna priuationis quorumcunque graduum, & officiorum, perpetuæ inhabilitatis ad ea recuperanda, ſub quouis prætextu audeant. Propterea etiam confirmamus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, quod aliàs ſtatutum eſt, vt in inſtitutione quorumcunque Magiſtrorum, Baccalaureorum, Lectorum, ac Prædicatorum teneatur quilibet ad huiuſmodi gradus, & officia promotus, immediatè poſt fidei prolatam profeſſionem iurare ſe S. Tho. Aquinatis doctrinā in omnibus ſectaturū.*

18 Vt autem cunctis innoteſceret quanto in pretio ſemper fuerit habita noſtri S. Angelici Magiſtri doctrina in Capitulo Metis 1313. habito nullum in ſtudentem Generalis ſtudij Pariſius recipiendum fore, niſi diligentem prius nauaſſet operam doctrinæ eius tribus annis. Ita ſancitum fuit ord. 8. *Nullus etiam ad ſtudium Pariſienſe mittatur, niſi in doctrina Fratris Thomæ ſaltem tribus annis ſtuduerit diligenter.* At quod ſingulari admiratione dignum cenſeo eſt. Cum in Cœlum ſublato S. Doctore aliqui Lectores Ordinis in Prouincia Angliæ de illius ſententijs non ea, qua par erat, reuerentia loquerentur, re ad Generale Capitulum Mediolanenſe quarto eiuſdem Sancti obitus anno, nempe 1278. delata, quid in hoc negotio Patres præſtiterint ex ordinatione vltima eiuſdem Capituli, ita habetur. *Item iniungimus diſtrictè Fratri Raymundo de Medullione, & Fratri Ioanni Vigoroſo, quòd cum feſtinatione vadant in Angliam inquiſituri diligenter ſuper facto Fratrum, qui in ſcandalum Ordinis de ſcriptis Venerabilis Fratris Thomæ de Aquino obloquuntur, quibus ex nunc plenam damus auctoritatem in Capite, & in membris, qui quos culpabiles inuenerint in prædictis puniendi, extra Prouinciam emittendi, & in officio priuandi plenam habeant poteſtatem. Quod ſi vnus eorum caſu aliquo legitimo fuerit impeditus; alter eorum nihilominus exequatur, quibus Priores de ſocijs competentibus, quos ipſi ad hoc officium exequendum idoneos iudicauerint, teneantur, quandocunque requiſiti fuerint, prouidere.*

De

De Eccleſijs alienis.

ALienis Eccleſijs, atq; Abbatijs aliquando Fratribus noſtris inſeruire licuit. Romæ autem 1571. ord. 12. vt regularis obſeruantia ſanciretur in Ordine, id expreſsè fuit omnibus vetitum, ad illum ijs, qui talibus inſeruiebant Eccleſijs, reuocatis. *Item ordinamus ne de cætero Fratres noſtri alicui Eccleſiæ, vel Abbatiæ extra Ordinem noſtrum deſeruire audeant: his vero qui modo in huiuſmodi Eccleſijs, aut Abbatijs commorantur præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrendæ, vt infra menſem à notitia præſentium ad proprios Conuentus, & obedientiam ſuorum Prælatorum reuertantur. Quod nullatenus intelligendum eſſe declaramus ac his, qui de licentia Magiſtri Ordinis in aliquibus Abbatijs regulariter viuunt. Quod ſi renuerint: committimus RR. Prouincialibus, vt etiam inuocato (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis, eos ad ſuos Conuentus reuocare ſtudeant, ſuper hoc eorum conſcientias onerantes.* Quod eiſdem omnino verbis fuit confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 25. & Romæ 1580. conf. 11.

De Eccleſijs Noſtris.

1 ECcleſiæ noſtræ Conuentuales ſunt, vnde in ipſis tenentur Fratres Canonicas horas perſoluere, & Miſſam Conuentualem audire, et celebrare. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in declarat. tex. 1. ſub litt. D.* Vnde fit, vt vbi tres aut quatuor Fratres Clerici commorantur, ad horas Canonicas perſoluendas in Choro, & Eccleſia, vbi eſt Diuiniſſimum Euchariſtiæ Sacramentum cum reuerentia conſeruandum teneantur. Ita enim mandatum fuit Neapoli 1600. ord. 1. *Ordinamus, quòd in locis vbi morantur ad minus tres, vel quatuor Fratres Clerici debeant horas Canonicas in Choro perſoluere, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuper Altare in decenti Pixide conſeruare, pendente coram ipſo vna ſaltem ſemper accenſa lampade.*

2 Fratres noſtri non habeant in domibus noſtris niſi vna campanam ad omnes horas. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. tex. 4. quæ fuit inchoata Pariſijs 1239. confirmata Bononiæ 1240. & in Conſtitutionem redacta Pariſijs 1241.* Quæ Conſtitutio tantum in ferialibus, & nō ſolemnibus diebus obſeruatur in Italia; in duplicibus verò, & ſupra plures campanas ad populorum deuotionem excitandam pulſamus. *Ita dicitur in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. N.* Vide autem de Organis num. 1. vbi reperitur diſpenſatus ab hac Conſtitutione Conuentus Bononienſis propter reuerentiam S. P. Dominici.

3 In noſtris Eccleſijs Fratres cum debita reuerentia maneant, nec in illis cum ſecularibus, vel inter ſe confabulantes deambulent. Romæ 1571. ord. 1. *Ordinamus in primis, vt in Eccleſijs noſtris Fratres noſtri, nec inter ſe, nec cum ſecularibus confabulantes deambulent: maximè in proſpectu Sanctiſſimi Sacramenti, & Prælati ſuper hoc diligentiam adhibeant, quod maximè obſeruari debet in præſentia ſecularium, quos à nobis diſcere oportet quanta reuerentia ſacer locus venerandus ſit.* Quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 15. & Romæ 1580. conf. 3. ſub eiſdem omnino verbis.

4 In illis omnibus diebus feſtiuis habeatur poſt Veſperas Lectio Sacræ Sripturæ. Romæ 1571. ord. 4. quod eiſdem verbis fuit confirmatum Barchinonæ 1574. conf. 18. *Item confirmamus illam ordinationem quòd vbi non viget ſtudium Theologiæ inopia Conuentus, & Fratrum numero, Lectio de Caſibus conſcientiæ D. Caietani, vel huiuſmodi habeatur. Dominicis autem diebus, & feſtiuis per totum annum in Eccleſijs noſtris poſt Veſperas populo proponatur Lectio de Sacra Scriptura, vel de Cathechiſmo, cui Lectioni Fratres, maximè iuniores, & Laici intereſſe debeant.*

5 Priores Prouinciales, & Conuentuales ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs curent, vt in illis, non ſolùm ſit lectio Sacræ Scripturæ in diebus feſtiuis Veſpere, ſed etiam in manè ſit publica concio. Venetijs 1592. ord. 4. *Ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari volumus, quòd ſæpe aliàs ſtatutum fuit, videlicet quod R. Prouinciales, & Priores ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs curent in noſtris Eccleſijs verbum Dei à Prædicatoribus de manè diebus feſtiuis populo indeſinenter annunciari, & poſt Veſperas Lectionem Sacræ Scripturæ ab aliquo P. Lectore, vel Prædicatore idoneo haberi, quatenus Dei honor, & animarum ſalus procuretur ſimulque Fratres in rebus ipſorum ſtatui conuenientibus occupentur.*

6 Neque aliorum Ordinum Religioſi, neque Clerici ſeculares tempore Quadrageſimę, ſeu Aduentus, vel regulariter infra annum prędicent in noſtris Eccleſijs, aut Monialium noſtrarum: Superiores autem, qui hoc permiſerint à ſuis officijs in pœnam abſoluantur. Romæ 1612. admonit. 2. *Admonemus eoſdem A. R. P. Prouinciales & P. Priores, ac quoſcunque Conuentuum Præſidentes, vt non permittant Clericos ſeculares, aut Regulares alterius Ordinis tempore Quadrageſimæ, vel Aduentus, vel regulariter infra annum prædicare in Eccleſijs Monia-*

lium noſtræ curæ ſubiectarum, ſed deputent in Eccleſijs noſtris Patres idoneos & ſufficientes, qui prædicationis munus ſubire, & proſequi valeant. Similiter prouideant Monialibus de Patribus grauioribus, qui eis verbum Dei cum exemplo prædicent, qui verò contrafecerint ipſo facto abſolutionem à ſuis officijs incurrant.

7 In illis muſicę rarò fiant. Bononię 1615. ord. 5. *Diſtrictè præcipimus, conſcientiam Prælatorum aggrauantes, vt Muſicæ in Eccleſijs noſtris moderatiſſimè fiant, neque liceat eiſdem Muſicis ſeriem noſtri Officij contra præſcriptum ordinarij noſtri truncare, vel immutare.*

8 Neque profanæ, neque religioſæ repreſentationes fiant in illis, neque in Cimiterijs, ſub pœna grauioris culpæ. Bononiæ 1615. ord. 6. *Cum domum Dei deceat ſanctitudo, ac inde nedum prophana, ſed etiam religioſa ſpectacula, ſiuè repræſentationes arcendæ ſint, præſertim cum pio illi loco, qui domus orationis eſt minimè congruant; Idcirco ab Eccleſijs, & Cimiterijs noſtris ſub pœna grauioris culpæ, tam Prælatis quàm ſubditis, eliminanda præcipimus, quacumque in contrarium conſuetudine non obſtante.*

9 In illis debent eſſe Confeſſarij prudentes, doctique pro Sacramento pœnitentiæ adminiſtrando, pro quo etiam Magiſtri ſunt compellendi. Valentiæ 1647. ord. 3. *Cum Ordo noſter ad inſeruiendum populis in ijs, quæ ad ſalutem pertinent, ſit inſtitutus, ſalus autem proximorum in adminiſtratione Sacramenti pœnitentiæ maximè procuretur: Ordinamus, PP. Prouincialibus, & Prioribus, vt Eccleſijs ſuis prouideant de Confeſſarijs, qui ſint probatæ vitæ, prudentes, & docti, & qui patienter, & charitatiuè pœnitentes audiant, volentes vt ſi opus fuerit ad hoc officium etiam graduatos, & Magiſtros cuiuſcumque conditionis per pœnas ſibi benè viſas compellant.*

10 Formæ, ſeu particulæ, Sacramenti Euchariſtiæ ſunt in Eccleſijs noſtris ſingulis ſeptimanis renouandæ. Bononiæ 1615. ord. 1. *Præcipimus omnibus Conuentuum noſtrorum, & Prouinciarum Præſidentibus, vt ſingulis ſeptimanis Sacroſancti Euchariſtiæ Sacramenti formæ, ſeu particulæ, etiam illæ, quę ſęcularibus porrigi ſolent, qua par eſt reuerentia, inſpectione, ac munditia, prout tantum Sacramentum decet, renouentur.*

11 In vno tantùm Altari Sacramentum Euchariſtiæ aſſeruetur. Vlyſſiponæ 1618. Inchoat. 2. *Inchoamus, vt in Eccleſijs noſtris Sanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum in vno tantùm Altari, maiori videlicet, aſſeruetur, quod ſi ob miniſtrandam populo ſacram Communionem ſit in aliquibus prouincijs inducta, iamque approbata conſuetudo, vt idem Sacramentum in alio etiam ſacello, & Altari cuſtodiatur: mandamus, vt eidem Sacro Miniſterio Pater aliquis ex antiquioribus deputetur, qui ſemper ſit paratus audiendis ſęcularium confeſſionibus, & ſollicitè (quod ei in meritum S. Obedientię pręcipimus) procuret, vt dictum ſacellum, & Altare debito cum ornatu, & decore conſeruetur.* Quod fuit confirmatum in Cap. ſubſequente Mediolani 1622. conf. 1.

12 Omnia, quæ ad ſacrum miniſterium ſunt deputata, debito ſint nitore affecta, & cuſtodita, hocque ſub pœna abſolutionis ab officijs fuit omnibus Conuentuum Præſidentibus iniunctum. Ianuæ 1513. ord. 5. & Romę 1518. ord. 8. ita mandatur. *Item ordinamus, & mandamus, vt viſitantes conuentus inquirant diligenter, & prouideant, vt cum effectu ſeruentur munda, & nitida ea, quę ad Altaris miniſterium pertinent, docentes minùs doctos ea quę ſub pręcepto debent ſeruari munda, ſcilicet Oratoria, vaſa pallę altaris, corporalia, et veſtimenta iuxta c. vlt. extra de cuſtodia Euchariſtię: concedentes Viſitatoribus aliàs impotentibus poteſtatem abſoluendi Priores, & alios Officiales quorum negligentia hęc non ſeruantur, vt decet.*

13 In noſtris Eccleſijs ſint intermedia diuidentia Chorum à reliquis earundem partibus, ita vt Fratres, qui ſunt in choro, in ingreſſu, & exitu à ſecularibus videri nequeant. Treueris 1249. ord. 7. *Item intermedia quę ſunt in Eccleſijs noſtris inter ſęculares, & Fratres ſic diſponantur vbique per Priores, quòd Fratres ingredientes, & egredientes de choro non poſſint videri à ſęcularibus, vel videre eoſdem, poterunt tamen aliquę feneſtrę ibidem aptari, vt tempore eleuationis Corporis Dominici poſſint aperiri.*

14 Pulſetur in noſtris Eccleſijs hora prima noctis campana pro fundendis precibus in defunctorum ſubſidium. Mediolani 1622. ord. vltima. *Ordinamus, vt in omnibus Prouincijs circa primam horam poſt occaſum ſolis ad orationem defunctorum alternis ictibus ex interuallo campana Eccleſię pulſetur, vt etiam veſperi pro Angelica ſit ſalutatione.* Hanc ſanctam, & laudabilem conſuetudinem introduxit in Ordinem, & Orbem P.F. Ambroſius Brandius filius Conuentus noſtri S. Mariæ ſuper Mineruam ex Romana Prouincia, qui fuit diuini verbi Præco celeberrimus, coramque Clemente VIII. ac Paulo V. Summis Pontificibus Apoſtolicas conciones habuit, Romanam Prouinciam, & Pedemontanam (quæ S. Petri Martyris, nuncupatur) Prior Prouincialis effectus, integerrimè rexit, hocque pium pulſandi campanam hora prima noctis, pro Defunctis fidelibus à purgatorij pœnis ſubleuandis inſtitutum dum in præfata S. Petri Martyris Prouincia Prouincialis munus ſubiret, in eadem primo loco ipſe inſtituit, deinde Cœnobij S. Mariæ ſuper Mineruam, ac Prior Prouincialis Romanæ Prouinciæ poſtea electus hunc eundem ritum in noſtra Prouincia, & Conuentu præfato inſtituit. Cum autem Summus Pontifex Paulus Papa V. ſingulis diebus hora prima noctis noſtræ Eccleſiæ

S.Ma-

Digitized by Google

S. Marię ſuper Mineruam maiorem campanam iteratis ictibus pulſari audiſſet, cognita rei cauſa, Apoſtolico decreto hoc idem ab omnibus Vrbis Eccleſijs obſeruari ſanxit, quæ laudabilis poſtea conſuetudo ex Vrbe ad cœteras fidelium Eccleſias aduolauit. Ex quo factum eſt, vt in pręfato Mediolanenſi Capitulo idem fuerit in toto Ordine ſancitum. Hęc omnia ex proprio eiuſdem P. Magiſtri Brandiore pluries ſuſcepi, extatque huius rei memoria, nedum apud omnes huius noſtri Conuentus antiquiores Patres, ſed etiam in hoc noſtro Archiuio S. Marię ſuper Mineruam: obijt autem pręfatus P. Magiſter ann. Dom. 1646. nonagenario maior, vir ſumma prudentia, pietate, atque humilitate ditatus, cuius memoria in benedictione eſt.

15 Quando defunctorum cadauera ad noſtras Eccleſias deferuntur, officium mortuorum, reliquaque munia omnia, quę ſuper defunctorum corpora pio ritu ex Eccleſiaſtico inſtituto fieri ſolent, a noſtris Patribus compleantur. Ex decreto Sac. Congregationis Concilij denunciato. Romę in Generali Capitulo 1629. denunciat. 7. hoc modo. *Item denunciamus eandem Sacram Congregationem Concilij decreuiſſe, quòd quoties cadauera defunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia Mortuorum, ac reliqua quę in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, ac peragi debere, cuius decretum eſt infraſcripti tenoris ſcilicet.* Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum ſæpiùs cenſuit. Quoties cadauera Defunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum ac reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, ac peragi debere.

Coſ. Card. de Torres.

Locus † ſigilli. P. Fagnanus.

16 Oleum Sanctum in Eccleſia, vel Sacriſtia decenter conſeruetur, non verò in Tabernaculo, vbi Sanctiſſimum Chriſti Corpus aſſeruatur. Vlyſſiponę 1618. ordin. 1. *Ordinamus, vt Oleum Sanctum in Eccleſia, vel Sacriſtia loco decenti, & peculiariter ad hoc conſtructo appoſita propria inſcriptione: nunquam verò in Tabernaculo vbi SS. Chriſti Corpus adoratur, conſeruetur.*

Vide plura alia in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. de officio Eccleſię.

De Aedificijs.

1 FRatres noſtri mediocres domos, & humiles habeant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 3. Quę in primo Generali Capitulo Ordinis fuit ſancita Bononię ſub Sanctiſſimo Patre Noſtro an.* 1220. In cuius Conſtitutionis confirmationem ita fuit ordinatum Toloſæ 1258. ord. 9. *Item iniungimus diſtrictè Prioribus, & Fratribus quòd non faciant ędificia, niſi humilia, & mediocria, & ſecundùm formam Conſtitutionis.*

2 Nec fiant, aut permittantur fieri in domibus noſtris curioſitates, & ſuperfluitates notabiles in ſculpturis, picturis, pauimentis, & alijs ſimilibus, quę paupertatem noſtram deformant: in Eccleſijs tamen permitti poterunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad: quę fuit inchoata Barcinonę 1261. confirmata Bononię 1262. & in Conſtit. redacta Londonis 1263.* Quę Conſtitutio fuit ita innouata Salmanticę 1551. ord. 5. *Item ordinantes mandamus, vt noſtra Conſtitutio obſeruetur, ne ſcilicet fiant, aut fieri permittantur in domibus noſtris curioſitates aut ſuperfluitates notabiles in ſculpturis, aut picturis &c. confirmantes propterea ordinationem factam hoc anno à Reuerendiſs. P. N. Generali* (erat tunc P. F. Franciſcus Romęus) *in Conuentu Victorienſi, qua inhibitum eſt ne clauſtrum cum ſculpturis, prout inceperant, proſequantur.*

3 Nullum notabile ędificium fiat in Conuentibus niſi cũ aſſenſu Patrum à Conſilijs, & cum licentia P. Prouincialis, & quod ab vno fuit inceptum à ſubſequente Priore perficiatur ſub pœna grauioris culpę. Salmanticę 1551. ord. 6. *Item ne fiat ędificium aliquod, vel conſtructio notabilis in aliquo Conuentu, niſi de aſſenſu Patrum, & cum licentia Prouincialis, & cum conſilio peritorum: & quod taliter ab vno Priore inceptum eſt, ſubſequens proſequatur, & non magis noua ędificia inchoet: & qui his contrauenerint pœnę grauiori culpę debitę ſubiacere intelligantur.* Idem habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 7. *Quę fuit inchoata Ianuę* 1513. *conf. Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romę* 1518. Romę autem 1589. Admonit. 2. inter Ordinationes auctorit. Apoſt. Sixti V. factas ita dicitur. *Tertiò Sanctitas ſua confirmat, & ordinat (ſi opus eſt) de nouo id quod aliàs in ſupradicto Ordine fuerat Ordinatum, videlicet quod non fiat ędificium aliquod, vel conſtructio notabilis in aliquo Conuentu (notabilis inquam reſpectiuè iuxta Conuentus quantitatem, & qualitatem) niſi de aſſenſu maioris partis Patrum à Conſilijs, & cum conſilio peritorum, ſimul etiam cum licentia Prouincialis. Rurſus quod ab vno Prę-*

lato

lato inceptum eſt, ſubſequens proſequatur, ita quòd non poſſit noua ędificia inchoare, ſi priora non ſunt finita. Pręcipit etiam id ipſum ſeruari in Monaſterijs Monialium, ita quòd non poſſint Priotiſſę ędificium notabile inchoare ſine aſſenſu maioris partis Matrum à Conſilijs ſimul cum licentia Prouincialis, & cum Peritorum conſilio, nec vllo modo ędificia noua aggrediantur quouſque iam inchoata ſint finita. Prior autem Prouincialis, vel Conuentualis, vel Prioriſſa ſi contra ordinationem iſtam agere pręſumpſerit, ipſo facto excommunicationem incurrat, & officio priuetur. Vi autem huius prohibitionis non interdicitur quin poſſint inchoata illa ędificia, quibus reparatur aliqua pars Conuentus collapſa, vel quę in ruinam tendit: nec etiam ędificia illa, quę extra Conuentus fiunt quibus annui redditus creſcunt, & promouentur, dummodo in iſtis etiam conſtructionibus (ſi ſint notabiles) praecedant conſenſus, & licentia iuxta ſupradicta. Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 7. litt. M.

4 Prouinciales in ſuis viſitationibus ſequeſtrent aliquam redditũum partem pro reparatione fabricę eorundem Conuentuum. Romę 1569. Commiſſione 1. *Committimus RR. Prouincialibus, vt in viſitatione Conuentuum ſequeſtrent aliquas pecunias annuales pro reparatione Fabricę Conuentuum, qui paſſim deſtruuntur, & vt etiam prouideatur loco infirmorum, & hoſpitum de neceſſarijs ad eorum officia, adhibitis grauioribus pœnis, ne huiuſmodi pecuniæ in alios vſus diſtrahantur.*

5 In inchoatis fabricis, ſine Capituli ſui Conuentus conſenſu, poterunt Priores Conuentuales expendere duos aureos, cum conſenſu verò illius, decem; maiorem autem pecuniarum ſummam non poſſunt ſine Prouincialis licentia in illis conſumere. Romæ 1608. ord. 24. *Priores Conuentuales in Fabrica aliqua Monaſterij iam inchoata non poſſint ſine conſenſu ſui Capituli expendere vltra duos aureos, cum conſenſu verò Capituli poterunt expendere vſque ad decem aureos, vltra quam ſummam adeſſe debebit licentia Prouincialis.*

6 In nouæ Fabricæ inchoatione delineatur eius formula, quæ mittatur ad Capitulum Prouinciale, ſeu Priorem Prouincialem. Romæ 1608. ord. 24. ſuprad. *Si verò incipienda ſit noua Fabrica, de peritorum iudicio delineetur eius formula, ſeu exemplar, & à Priore, & Capitulo Conuentuali mittatur ad Capitulum Prouinciale, vel ad Priorem Prouincialem, & de eius licentia inchoetur.*

De Eiectione Fratrum.

1 NVllus cum habitu Ordinis ob quamcumque cauſam criminalem à ſua Prouincia eijci poſſit ſimpliciter, vel ad tempus, niſi à Magiſtro Ordinis, vel Generali Capitulo. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 19. tex. 1. Quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmata Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Roma* 1518.

2 Priores, atque eorum Vicarij non poſſunt eijcere ex Ordine noſtro aliquem Fratrem profeſſum ſine Magiſtri Ord. licentia, vel Priorum Prouincialium, vel Vicariorum eorundem ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs ipſo facto incurenda. Cęſarauguſtę 1309. ord. 6. *Item inhibemus Prioribus Conuentualibus Supprioribus, & eorum Vicarijs, vt nullum Fratrem in Ordine noſtro profeſſum ad aliquem alium Ordinem licentient, vel aliter de Ordine expelere præſumant ſine Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij licentia ſpeciali: ſi qui verò contrarium fecerint, ſi Priores, aut Suppriores ſunt, ipſo facto ſint à ſuis officijs abſoluti, Vicarij verò per biennium voce priuati.* Modò autem ex decreto S. Congregat. Concilij iuſſu Vrbani Papæ VIII. emanato nullus eſt eijciendus ex Ordine niſi ſit incorrigibilis, eiuſque incorrigibilitas per integrum annum in Carceribus ieiunijs, & pœnitentijs comprobetur. Ita fuit denunciatum Toloſæ 1628. denunc. 1. *Denunciamus emanaſſe decretum à S. Congregatione Concilij die 2. Septembris 1624. iuſſu Sanctiſs. D. N. quo cauetur ne vllus legitimè profeſſus reijci poſſit à Religionibus, niſi ſit verè incorrigibilis. Verè autem incorrigibilis minimè cenſeatur niſi non ſolùm concurrant ea omnia, quę adhoc ex iuris communis diſpoſitione requiruntur (ſublatis hac in parte ſtatutis, & Conſtitutionibus cuiuſcumque Religionis, & Ordinis, etiam à Sede Apoſtolica approbatis, & confirmatis) verùm etiam vnius anni ſpatio in ieiunio, & pœnitentia probetur in Carceribus: Proindeque vnaquęque Religio priuatos habeat carceres in qualibet ſaltem Prouincia. Elapſo autem anno, ſi nihilominus non reſipuerit, ſed animo indurato in ſua pernicacia perſeuerauerit, ne contagione peſtifera plurimos perdat, tanquam pecus morbidum, ac membrum putride eijci tandem poſſit, ſed ab ipſomet Generali tantùm de conſilio, & aſſenſu ſex Patrum ex grauioribus Religionis eligendis in ſingulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus: tuncque non niſi inſtructo ſecundùm eorum ſtylum, & Conſtitutiones proceſſu, & plenè probatis cauſis expulſionis ad Sacrorum Canonum perſcriptum. In cuius decreti exequtionem aſſignamus in Conſultores Ad. R. Patrem Procuratorem Generalem Ordinis, P. Prouincialem Terræ*

San-

Digitized by Google

Sanctę, P. Priorem, P. Regentem, & P. Baccalaureum S. Marię ſuper Mineruam, & P. Priorem S. Sabinę de Vrbe pro tempore.

3 Nullus Prior audeat eijcere aliquem Fratrem ex ſuo Conuentu, ſi in illo ſit aſſignatus, vel de Superiorum mandato ibidem deputatus. Ianuæ 1513. ord. 10. *Nullus Prior Conuentualis audeat eycere Fratrem aliquem ex Conuentu; ſed ſi aliquis ſit, qui non expediat Conuentui, conſulatur prius Superior, & expectetur illius reſponſum.*

4 Non eijciantur diſcoli, ſeu incorrigibiles ex ſuis Prouincijs, nec etiam cum litteris teſtimonialibus ad Magiſtrum Ordinis tranſmittantur. Romæ 1518. ord. 10. *Item ordinamus, & ſub pœna priuationis omnis officij per triennium mandamus vniuerſis Prioribus Prouincialibus, ac Vicarijs Congregationum Generalibus, ac quibuſcunque inferioribus, vt nullum Fratrem extra Prouinciam, aut Congregationem ſuam eyciant, tam cum litteris dimiſſorijs ad Magiſtrum Ordinis quam ſine litteris, ſed ſi Frater incorrigibilis eſt, exutus legitimè habitu Ordinis ex Ordine eyciatur; ſi autem hoc non meretur, toleretur, & corrigatur ab ipſa ſua Prouincia, vel Congregatione.*

De Electionibus.

1 QVoniam Electiones in Ordine noſtro liberæ eſſe debent ea libertate, qua nos Chriſtus, & Sancti Patres noſtri donauere. Caueant omnes ne aliquem ex Vocalibus ad Electiones quauis arte inducant. Ita expreſsè in ſacris Canon. habetur, qua de re in Capitulo Generali Bononiæ 1615. admonit. vlt. ſic dicitur. *Vt electiones Canonicæ in Ordine noſtro iuxta S. Concilij Tridentini, & Conſtitutionum noſtrarum præſcriptum liberæ ſint, & nullo incuſſo Vocalibus metu in ſanctitate, & iuſtitia perficiantur: Idcirco Patres, ac Fratres Ordinis noſtri vniuerſos monemus, ne alij alios ſub pœnis in Conſtitutionibus noſtris taxatis ad prædictas electiones quauis arte inducant. Ipſiſque ad memoriam reuocamus ea, quæ in decret. lib. 6. cap. Sciant cuncti habentur, cuius verba ſunt quæ ſequuntur. Sciant cuncti qui eos, ad quos ſpectat electio, pro eo quòd rogati, vel inducti, eum pro quo rogabant, vel inducebant, eligere noluerunt, ſpoliant, vel iniuſtè perſequuntur ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrunt.*

Non ſolùm metu, & arte eſt vetitum Electores ad electiones inducere, ſed etiam facto, dicto, ſcripto, pretio, prece, promiſſionibus, vel comminationibus, nec non eoſdem ab electionibus reuocare, ſub pœna priuationis actiuæ, & paſſiuæ vocis ipſo facto incurrenda. Pariſijs 1286. ord. 16. *Cũ ex temerarijs inductionibus lædatur multipliciter, et ſpecialiter ſinceritas ſtatus Ordinis noſtri, præcipit Magiſter Ordinis de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quod nullus Prælatus, ſiue ſubditus, inducat aliquem Fratrem per ſe, vel alium, facto, dicto, vel ſcripto, prece vel pretio, promiſſionibus, vel relationibus, vel per alios modos ex certa ſcientia, vel intentione inducendi, aut retrahendi aliquem ad eligendum in Magiſtrum Ordinis, ſeu Priorem Prouincialem, vel Conuentualem, Suppriorem, Diffinitorem Generalis, vel Prouincialis Capituli, Socium Prioris, vel Electorem Prioris Prouincialis, vel Magiſtri Ordinis, & ſi quis contrarium fecerit non poſſit niſi per Magiſtrum Ordinis, vel Priorem Prouincialem abſolui. Et ſi de hoc fuerit conuictus, ipſo facto omni voce ſit priuatus, donec per Magiſtrum Ordinis, vel Generale Capitulum, ſeu Prouinciale fuerit reſtitutus, & ſi quis talis inueniatur, velut tranſgreſſor præcepti per correctionem Ordinis ſeueriùs puniatur.*

In Capitulo autem Pariſijs 1264. ſub pœna priuationis vocis per triennium in omni electione fuerant inductiones huiuſmodi interdictæ ord. 2. *Item inhibemus diſtrictè Fratribus vniuerſis, ne faciant aliquas inductiones in electionibus faciendis; qui verò de cætero contra feciſſe deprehenſi fuerint, priuentur per triennium voce in omni electione.*

Idem fuit confirmatum apud Montem Peſulanum an. 1283. ord. 3. quod fuit iterum confirmatum in ſequenti Capitulo Generali. Bononiæ 1285. (nam an. 1284. non fuit celebratum Capitulum propter obitum Magiſtri Ordinis P. F. Io: Vercellenſis, qui poſt feſtum S. Michaelis ciderat) ord. 2. *Item inhibemus diſtrictè ne in electionibus Ordinis cuiuſcunque aliqua fiat inductio directè, vel indirectè, ſub pœna excommunicationis Capituli præcedentis; Inhibentes diſtrictè ne Fratres faciant inductiones in electionibus, & Priores Prouinciales, vel eorum Vicarij priuent eos vocibus in omni Electione per triennium, & per eoſdem etiam acriùs puniantur.* Quod fuit confirmatum etiam Burdegalis 1287. ord. 4. his additis ad prædicta: *Et ſingulis ſextis ferijs abſtineat* (hoc eſt per triennium) *in pane & aqua, nec in hoc aliquis, niſi Prior Prouincialis, vel eius Vicarius valeat diſpenſare.* Quod fuit etiam conf. Treueris 1289. ordin. 7.

At quod grauius eſt, præfati inductores præter ſupradictas pœnas, ſuffragijs Ordinis fuere priuati, ſicut & inducti non reuelantes inductiones ſibi factas. Placentiæ 1310. ord. 8. *Cum ex inductionibus libertati Electionum Ordinis plurimùm diſtrahatur, & conturbationes & ſcandala conſequantur; prohibemus diſtrictè, ne aliquis prece, vel pretio, comminatione, promiſſione ex certa ſcientia, vel diliberatione*

alium

Digitized by Google

alium ad eligendum, vel non eligendum inducat. Quicumque verò contrarium fecerit, ipſum priuamus omnibus ſuffragijs Ordinis in vita pariter, & in morte, inductum verò eandem pœnam incurrere volumus, niſi ſtatim habita opportunitate debita, ſuo Prælato inductorem reuelet. Si autem aliquis de inductione ſit conuictus, ipſum etiam ex nunc per triennium omni voce priuamus, & nihilominus pœnis alijs acriùs puniatur. Præfata autem ordinatio in ſequenti Capitulo Generali Neapoli 1311. ordinat. 13. non ſolùm fuit confirmata, ſed etiam ordinatum, vt in ſingulis electionibus publicè legeretur: *Item ordinationem in præcedenti Capitulo Generali de inductionibus non fiendis volumus inuiolabiliter obſeruari. Et inſuper ordinamus quòd ante diem electionis, vel ipſa die electionis in Capitulo ipſa ordinatio coram Electoribus perlegatur.*

In Capitulo autem Carcaſſonæ 1312. ord. 3. prædicta omnia fuere confirmata; facultate tamen elargita, vt poſſent, tam in vita, quàm in morte huiuſmodi inductores ad gratias, & beneficia Ordinis reſtitui, in hunc modum. *Item cum ex inductionibus libertati Electionum Ordinis plurimum diſtrahatur, & turbationes ac ſcandala plurima ſubſequantur, prohibemus diſtrictè ne aliquis prece, vel pretio, vel promiſſione, comminatione, ex certa ſcientia, vel deliberatione alium ad eligendum, vel non eligendum inducat. Quicumque verò contrarium fecerit, ipſum priuamus omnibus ſuffragijs Ordinis in vita pariter & in morte, quam pœnam etiam inductum incurrere volumus, niſi habita opportunitate debita ſuo Prælato inductorem reuelet. Securitati tamen conſcientiarum in caſu iſto ſalubriter prouidentes, volumus quod Priores Prouinciales, & eorum Vicarij reſtitutionem huiuſmodi facere valeant in vita pariter, & in morte circa eos, qui ſe humiliter recognouerint deliquiſſe: In morte verò reſtitutionem huiuſmodi facere valeant Priores & cæteri Fratrum huiuſmodi legitimi Confeſſores. Si autem aliquis de electione ſit conuictus ipſum etiam ex nunc per triennium omni voce priuamus, et nihilominus pœnis alijs acriùs puniatur.*

2 Vt Electiones ſint liberæ Superiores nullum eligendum Electoribus proponant, niſi vbi neceſſitas fuerit, & tunc tres ad minùs proponere tenentur. Valliſoleti 1605. ordin. 11. *Libertati electionum, quam tantopere Sacra Tridentina Synodus commendauit, conſulere volentes, ſtrictiſſimè mandamus obſeruari quod in Capitulo Generali Bononiæ celebrato 1564. ſtatutum fuit, ne videlicet Prouinciales in ſingulis Electionibus, aliquos eligendos Electoribus proponant, niſi vbi ſpecialis, & vrgens neceſſitas id poſtulauerit, & non alias, quando, non pauciores quam tres, proponantur.* Idem fuerat ſancitum etiam Bononiæ cap. de *Sacri Concilij Tridentini decretis* additumque quod ſi Electores alterum ex non propoſitis elegerint, teneantur Superiores illum confirmare. *Cæterum ſi Electores alioquin dignum, quamuis non de propoſitis elegerint, eam tamen Electionem confirmator diuini iudicij memor, niſi iuſta ſubſit cauſa, confirmare non differt.*

3 Inſtantibus Electionibus non poſſunt mitti Commiſſarij ad inquirendum an Vocales ritè gaudeant voce, nec ne. Ita declaratum fuit Toloſæ 1628. decl. 3. *Declaramus inſtante Electione non poſſe mitti Commiſſarios ad inquirendum an Vocales ritè, & ſecundum ius gaudeant voce, ſed procedendum eſſe ad Electionem, & dubia, ſi quæ fuerint, ad Confirmatorem eſſe mittenda.*

4 Qui non ſunt Vocales, nullo modo in eiſdem ſe intromittant: qui verò voce gaudent, per vnam tantum diem ante poſſunt de illa tractare; contrarium autem facientes pœnæ grauioris culpæ ſubijciantur. Valentiæ 1596. ord. 12. *Ordinamus, & ſub pœna grauioris culpæ mandamus, tam Fratribus, quam Monialibus, in aliqua electione vocem habentibus, ne de illa ante diem vnam naturalem loqui, ſiue tractare poſſint: reliquis vero vocem in ipſa non habentibus, ſiue Conuerſi, aut Conuerſæ, ſiue Clerici, aut velatæ ſint reſpectiue, ne verbo, vel ſcripto, per ſe, vel per alios quoquo modo de ipſa ſe intromittere audeant. Prælatis autem in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientia & ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs iniungimus, vt prætaxatam pœnam contrafacientibus infligere debeant.*

5 Qui non ſunt de corpore Capituli, ſufficit quod à maiori parte Vocalium eligantur; qui verò ſunt de corpore, debent vltra medietatem habere duo vota, vel ſaltem vnum cum dimidio: quod manifeſtè conſtabit, quando ſupra medietatem eligentium in numero æquali exiſtentium fuerint duo vota, vel in numero inæquali ſi adſit vnum votum cum dimidio, vt ſi Vocales fuerint quinque, maior pars ſunt tres, qui poſſunt abſentem eligere; ſi verò præſentem eligant debent eſſe quatuor. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 1. & in eius declarat. ſub litt. A. & B.* quod clarius conſtabit ex forma pro Electionibus Canonicis præſcripta, quam vide infra num. 49.

6 Multiplicare ſchedulas in illis fuit ſub pœna excommunicationis, & formali præcepto interdictum Bononiæ 1615. ordinat. 16. *Quia multæ ſubtilitates in Ordine noſtro circa Electiones Canonicas minus religioſè inueniuntur, idcirco omnibus Patribus, Fratribus, ac Sororibus noſtri Ordinis ſub formali præcepto, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, vt in omnibus Electionibus Canonicis nullus Electorum audeat ſchedulas, quibus Electiones huiuſmodi perturbantur, multiplicare.* Quod vt rectius & ſine fraude fiat, nullus eligentium manum

cum

cum ſchedula in vrnam mittat, ſed vnam ſolùm ſchedulam ab aere (manu elenata) pendentem, ita vt Scrutatoribus viſibiliter cadens appareat intromittat. *Ita habetur in Conſtit. noſt. diſt. 2. de Elect. Prior. Conuent. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

7 In ſchedulis nulla particularis nota, vel ſpeciale ſignum apponatur ex quo eligentium perſonæ dignoſci valeant, hocque ſub priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ, tam facientibus, quam inducentibus, ac conſentientibus fuit vetitum. Barcinonæ 1574. ordin. 9. *Item ordinamus, & diſtrictè præcipimus ne quis Fratrum Electorum in quauis Electione per ſchedulas audeat, vel præſumat ipſius ſchedulis notam aliquam, charactere, vel ſignum quoduis, & quouis modo & cuiuſuis rationis vnde poſſit nomen, vel perſona eligentis cognoſci, & ad notitiam venire, imprimere, inſcribere, vel aliàs annectere, priuatos ex nunc declarantes vtraque voce tam inducentes adhoc, quam facientes, ſeu conſentientes.*

8 Scrutatores vocum non ſint cœci, neque ſurdi, & aliquo ex eis deficiente alius eligatur. Quartus etiam ſuperaddi poteſt, &c. de quibus omnibus. *Vide de Scrutatoribus num. 1. & 2. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. E.*

9 Scrutatores debent primò ſua, deinde aliorum vota ad paratam menſam in Capitulo ſedentes, in vrna recipere, atque in hoc inuigilare, quod vnica tantum ſchedula à ſingulis in vrnam proijciatur. *Ita habetur in decl. tex. 1. diſt. 1. cap. 2. ſub litt. A.*

10 Poſt receptas ſchedulas faciant collationem numeri ad numerum, eligentium ſcilicet, & ſchedularum, eiſdem prius ſuper menſam proiectis, & cum inuenerint plures eſſe ſchedulas quam Electores, ipſas ita complicatas ſuper paratum ignẽ, qui ibidem aſſeruari, debet, proijciant, eiſq; conſumptis iterum ad Electionem, vt prius procedant; ſi verò numerus ſchedularum cum Electorum numero concordauerit, tunc eas explicent, legant, diligenter ſcrutentur, & in ſcriptis redigant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in declar. tex. 1. ſub litt. A. vbi plura alia vide circa modum Electionis.*

11 Schedulæ albæ in Electionibus non ſunt numerandæ, ſed proijciendæ ac ſi non eſſent appoſitæ. Valentiæ 1647. declarat. 2. *Vt im poſterum omnis tollatur ambiguitas circa qualitatem, & valorem ſchedularum albarum, quæ in Electionibus ſæpè ponuntur; declaramus huiuſmodi ſchedulas accipi debere, ac ſi qui eas contulerunt renunciauerint voci ſuæ pro illa Electione, ac propterea quando ſit collatio numeri ad numerum pro habendo exceſſu ſuper medietate eligentium, non debere numerari, ſed ſolùm debere haberi rationem ſchedularum aliarum, ita vt v. g. ſi ſint decem electores, & poſtea enumeratis ſchedulis inueniatur vna ſchedula alba, numerus denarius ad nouenarium reducatur, & ille cenſeatur electus ſi ſit abſens, qui ex decem ſchedulis, quarum vna eſt alba, in quinque ſchedulis nominatus fuerit, quia in hoc caſu cenſeri debent eſſe ſolùm nouem electores, decimumque ſuæ voci renunciaſſe, numerus autem quinarius eſt maior medietate nouenarij, & ita quot fuerint ſchedulæ albæ, tot ex electoribus cenſeantur renunciaſſe voci ſuæ, & numerus earum ſchedularum non erit connumerandus numero eorum, qui electores actuales cenſeri debeant, quamuis in decreto electionis ſeruari debeat forma ordinaria, vt ſcilicet numerentur etiam ſchedulæ albæ, vt confirmator ſcire poſſit quot ſint, qui ſchedulas dederunt, & qualiter in ſchedulis datis aliquis nominatus fuerit, vel non fuerit.* Huic autem declarationi eſt neceſſariò aliquod apponendum moderamen, nam ex illa ſequitur quod aliquis ad ſui electionem poſſit immediatè concurrere: Si enim in aliquo Conuentu v. g. S. Mariæ ſuper Mineruam, debeat eligi in Priorem aliquis de corpore capituli, & ſint ſexaginta vocales, eligendus neceſſariò habere debebit triginta duo vota, vt eius electio rata habeatur; ſi verò eligendus in electione ſuum apponant votum album, hoc non numerandum erit, & ex 60. vocalibus tunc numerabuntur tantum 59. atque ita fiet, vt ſi 31. votum habuerit, ſit verus Prior in vi talis declarationis, quod non contigeret ſi album votum illius, qui eligitur numeraretur. Vnum ergo votum album ad minus numerandum erit, vt euitetur ne aliquis ad ſui electionem canonicam concurrat.

12 Si aliquis renunciando propriæ voci, medietatem eligentium exceſſerit, talis electio nulla erit. Romæ 1583. ord. 3. *Ordinamus quod aliàs confirmatum fuerat in Cap. immediatè præcedenti* (quod fuit Romę 1580. conf. 2.) *vt ſi quis propriæ vocis renunciatione medietatem eligentium exceſſerit in quacumque electione tam canonica, quàm alia, irrita cenſeatur electio: & hoc habet quatuor Capitula quantum ad electionem canonicam: adijcientes quòd totum hoc ordinatum cadit ſuper electione ipſa, & non ſuper electo, ita quòd non poſſit denuo eligi.* Quod fuit confirmatum Romę 1589. conf. 5. Auenione 1561. conf. 16. & Romæ 1558. ex Apoſtolico decreto ita ſancitum fuit ord. 6. *Ordinamus ex ſententia S. D. N. Papæ Pauli IV. declarantes quod nullus ſit aut intelligi debeat electus in Priorem, tam Prouincialem, quam Conuentualem, nec in Vicarium, nec in Diffinitorem, aut Socium, qui ſolum ex vi renunciationis, ſeu ceſſionis proprij ſuffragij, ſeu voti exceſſit medietatem eligentium in quacumque electione.* Quomodo ergo ſubſiſtere poterit declaratio 2. Cap. Valentini 1647. in antecedenti numero adducta, ſtante caſu ſuprà poſito in antecedenti num. 11. adducto?

12 Actiua voce non gaudent in electionibus qui extra Conuentus noſtros, (excepto pro Officio S.Inquiſitionis) ſub quocumque prætextu commorantur. Romæ 1583. ord.6. & Romæ 1589.confirmat.4.*Confirmamus ordinationem in præcedenti Capitulo factam, quòd Fratres extra Conuentum quacumque occaſione, prætextu, & cauſa ordinariè commorantes, nullatenus in conuentibus, in quibus ſunt aſſignati actiuam vocem habeant in aliqua electione*. In Capit.autem Romano 1583.ord.6. ſuprad.excipiuntur Inquiſitores his verbis: *præter quam pro officio S.Inquiſitionis*.

14 Romæ verò 1601. declarat. 4. etiam paſſiua voce fuere priuati extra Conuentus permanentes. *Declaramus quòd Fratres extra Ordinem commorantes, etiamſi alicui inſeruiant Cathedrali Eccleſiæ, vèl ibi ſint Lectores, nec actiuam, nec paſſiuam habent vocem*. Idem in Conſtitutionibus etiam noſtris diſt.2. cap.13. tex.7. habetur de Beneficiatis quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romę 1518. vbi declarantur inhabiles ad quaſcumque Prælaturas nedum extra Ordinem, ſed etiam habilitati ad Beneficia obtinenda; & Romę 1553.admonit.vlt.ſic dicitur. *Admonemus omnes, & ſingulos noſtri Ord. Fratres, præſertim Prælatos, eiſque in virtute S.Obedientiæ præcipimus ne omnes, qui beneficia curata, aut etiam ſine cura acceptauerunt, retineant ad manendum in Domibus noſtris, neque ad vocem actiuam, aut paſſiuam admittant abſque Magiſtri Ordinis ſpeciali diſpenſatione, niſi priùs cum effectu renunciauerint dictis beneficijs*. Vide decl. dicti tex.7. ſub litt.L.in Conſt.noſt. & eadem diſt.2.cap.2.in decl.tex.5.ſub litt.P.

15 In omnibus Canonicis electionibus, tam Fratres, quàm Moniales ſacra ſint communione refecti. Barcinonę 1574. ord.1. *Ordinamus quòd in omni electione Canonica cuiuſcumque Prioris tam Conuentualis quàm Prouincialis, & Prioriſſæ teneantur omnes vocales præmiſſa Sacramentali confeſſione deuotiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipere ante eiuſdem electionis celebrationem ſub pœna priuationis vocis*.

16 Nullus ob quamcumque cauſam inſtante electione poteſt voce actiua, paſſiuaque priuari. Romæ 1589.declarat.4. *Item declaramus, quòd nullus debet excludi à quacumque electione prætextu alicuius criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus, quamuis ad electionem non debeat admitti ille, de quo manifeſtum ſit incidiſſe in excommunicationem latæ ſententiæ, etiam nulla alia declaratione ſubſequuta, cum ſufficiat apertè conſtare eum commiſiſſe aliquid, per quod re vera ipſo facto in excommunicationem latæ ſententiæ inciderit*. Ob cauſas autem in cap.de Grauiori culpa contentas voce priuari poſſunt. *Ex Conſtitut.noſt.diſtin.2. capit. 16. tex. 5.*

17 Paſſiuam (ſed neque etiam actiuam hic aſſeritur, quòd tamen fuit reuocatum) in electionibus vocem habent qui duodecimum ſuę profeſſionis annum non terminauerint. Valentię 1596.ord.10. *Ordinamus Apoſtolica auctoritate, neminem impoſterum in quauis electione Canonica vocem tam actiuam, quàm paſſiuam habiturum qui duodecimum annum à profeſſione non compleuerit. In Prouincijs autem Indiarum octauum ad minus*. Quod tamen quoad actiuam ita declaratum fuit Romę 1608. ord.4. *Cum in Capitulo Generali Valentiæ an. 1596. celebrato ordinatione 10. auctoritate Apoſtolica ſtatutum fuerit, vt nullus habeat in poſterum vocem, tam actiuam, quàm paſſiuam in vlla electione canonica niſi poſt expletos duodecim annos à profeſſione ſua, quæ ordinatio recepta, & confirmata fuit in proximis duobus ſequentibus Capitulis General. Neapolitano anni 1600. & Romano 1601. nunc propter iuſtas, & legitimas cauſas, habito viuæ vocis oraculo à Sanctiſſimo D.N.Paulo Papa V. de eiuſdem Apoſtolica auctoritate, non obſtante præfata Valentini Cap. Ordinatione, eiuſdemque per duo ſequentia Capitula confirmatione, ſtatuimus, & Ordinamus, vt deinceps Fratres noſtri in quacumque electione canonica habeant vocem actiuam, dummodo expleuerint ſex annos integros à ſua profeſſione, & fuerint Sacerdotes, Conuentu Pariſienſi dumtaxat ob certas cauſas excepto, in quo præfatam Capituli Valentini ordinationem volumus, & declaramus in ſuo robore permanere*. Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf.4. Dum verò dicitur, quòd habeant ſex annos à profeſſione &c. intelligitur ſiue de tacita ſiue de ſolemni. Barcinonę 1574.declarat.54.*Item declaramus quòd quando ait Conſtitutio quòd poſt quatuor annos à profeſſione* (modo autem ſunt ſex) *Fratres ſunt admittendi ad electionem, eſt intelligendum de tacita, aut expreſſa profeſſione*.

18 Fratres notabiliter ignorantes ab electionibus canonicis excludantur. Argentinę 1417.ord.6.*Fratres miſſam legere neſcientes, aut notabiliter ignorantes ad electiones canonicas in noſtro Ordine minimè admittantur, de quorum ignorantia, & inſufficientia ſtetur Capituli Prouincialis iudicio, de cuius Prouincia Fratres, aut Frater huiuſmodi extiterint*.

19 Suę voci non renuntient Fratres in electionibus. Florentię 1257. ord.4. *Fratres in electionibus non abrenuncient voci ſuæ*. Specialiter autem Supprioribus, & Vicarijs id vetitum iam antea fuerat. Ferrarię 1290.ord.5.*Fratres, & præcipuè Vicarij, vel Suppriores inſtantibus electionibus ſuis vocibus non reſignent*.

20 Qui ſuę voci, tam actiuę, quàm paſſiuę renunciant in electionibus, non propter hoc redduntur incapaces, vt in illis eiſdem non poſſit eligi, & confirmari. Ianuę 1513 de-

declarat. 7. *Item propter renunciationes vocis in electionibus nullus Frater eſt inhabilis, vt eligatur, aut confirmetur, ſed obiectio iſta ex arbitrio pendere debet confirmatoris, cuius intereſt conſiderare qua ratione quis renunciet.*

21 Qui ſunt priuati omnibus gratijs Ordinis, in electionibus quoque voce actiua, paſſiuaque priuati cenſeantur. Ita enim ſancitum fuit apud Narbonam 1354. & apud Rhotomagum 1361. ord. 4. ſic dicitur. *Volumus atque ordinamus, vt Fratres omnibus gratijs Ordinis priuati, omni etiam voce, & bonis omnibus ad proprium vſum conceſſis, quæ ad Conuentum illius applicanda erunt, ſint priuati, quæ quidem gratiæ non poſſunt reſtitui niſi per Magiſtrum Ord. vel Capit. Generale.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 8. ſub litt. M.

22 Qui ſextum profeſſionis annum inſtante quacumque electione complent, in illa voce gaudere debent, dummodo Sacerdotes fuerint, Romæ 1612. decl. 2. *Declaramus quòd cum in Conſtitutionibus noſtris dicitur, quòd infra menſem electionis numerus eligentium non augeatur, non debet intelligi quando quis infra tempus electionis complet ſex annos ſuæ profeſſionis ſi eſt Sacerdos, vel Sacrum Ordinem Presbyteratus ſuſcipit, & explet ſex annos à profeſſione: poterit enim in præfatis caſibus vocem habere in electione.* Ex quo fit, vt ſi fortè aliquis inſtituatur Prædicator Generalis ante ſextum ſuæ profeſſionis annum, ſi illum inſtante electione Prouincialis compleat, vocem in eiuſdem electione habebit. Et idem dicendum eſt de alijs vocalibus in electione Prioris.

23 Qui ſunt de corpore Capituli, & propriæ voci renuntiant, vel ad electionem accedere recuſant, duo vota vltra medietatem, vel ſaltem vnum cum dimidio debent habere, vt eorum electio ſit bona. Romæ 1589. decl. 6. *Item declaramus quòd ille, qui eſt in aliquo Conuentu aſſignatus, & electioni reuera adeſſe poteſt, ſiue talis electioni cum alijs in capitulo interſit, ſiuè non interſit, debet neceſſario habere duo vota vltra eligentium medietatem adhoc vt ritè, & canonicè cenſeatur electus. Sicuti etiam de illo, qui propriæ voci renunciat iam ſæpe declaratum eſt.* Et in eodem Capitulo conſ. 5. ſic dicitur. *Confirmamus etiam ordinationem ſæpe, ac ſæpius factam, & confirmatam quod ſi quis vi renunciationis propriæ vocis medietatem eligentium exceſſerit in quacumque electione, tam Canonica, quam alia, electio ipſa nulla, irrita, & inualida cenſeatur.* Ex quo fit, vt etiam vocales ad Conuentū pro Electione Magiſtri Ord. ſeu Prioris Prouincialis deſtinatum accedentes, etiam ſi eiſdē Electionibus non interfuerint, duobus ſuffragijs vltra medietatem, vel ſaltim vnum cum dimidio indigeant, vt in Magiſtrum Ordinis, ſeu Priorem Prouincialem eligantur: eadem enim ratio pro omnibus militat Electionibus.

24 Si verò aliquis nec renunciet, nec ſuum votum conferat, ſed ſe velle indifferentem in tali Electione habere aſſerat, iſte talis in eundem offendit ſcopulum, indigetque duobus votis vltra medietatem, vt eius electio firma habeatur. Romæ 1589. conſ. 5. *Declarantes quòd ſi quis nec voci propriæ renunciare, nec votum ſuum dare voluerit, ſed neutraliter ſe habere dixerit, tanquam ſi voci ſuæ renunciaſſet cenſendus erit. Qui verò contra huius ordinationis tenorem quempiam electum confirmauerit, pœnis, quæ contra non legitimè electos confirmantes ſtatutæ ſunt, ſubiaceat, & confirmatio nihilominus nulla ſit, & inualida.*

25 In Electionibus ritè factis ille, qui primam vocem inter ſcrutatores habuerit, debet vice omnium eligentium eligere, & decretum Electionis formare, librum Conſtitutionum in manibus habendo, & dicendo. Ego Frater N. vice mea, & omnium eligentium præſentium eligo Fratrem N. in Priorem talis Conuentus. Quod ſi primus ſcrutator fuerit electus, ſecundus ſcrutator in publicando ſcrutinio, & formando decreto debet ſuccedere. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. A.* vbi quam plura alia circa Electionis modum manifeſtantur.

26 Ille autem cenſendus eſt primam vocem inter electores habere, qui primus eſt inter ſcrutatores, primamque ſchedulam in vrnam, ſeu vas mittit, atque iſte debet decretum electionis formare. *Ex eadem Conſt. ſuprad. in decl. eiuſdem tex. 2. ſub litt. I.* De quibus omnibus vide etiam ſupra de forma electionis num. vlt.

27 Publicato Electionis decreto noua Electio, ſeu nouum decretum fieri nequit. Londouis 1314. ord. 9. *Item cum iuxta noſtrarum Conſtitutionum tenorem Electiones noſtræ à maiori parte vltra medietatem eligentium factæ, canonicæ ſint, nec alia collatio, quàm numeri ad numerum requiratur, vt grauibus, & periculoſis diſcriminibus obuietur, omni diſtrictione, qua poſſumus inhibemus, quòd de cætero talis Electionis formato decreto nullus procedere ad quodcumque aliud formandum decretum præſumat: contrarium autem facientes, nec eligi nec eligere valeant, niſi priùs cum eis per Magiſtrum Ordinis fuerit diſpenſatum.*

28 Qui fuerint canonice electi non poſſunt ſtatim iuri ſuo renuntiare; nullum enim ius in talibus aquirunt electionibus. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 3. ſub litt. L.* vbi falsò citatur Valentinum Capitulum 1337. nam in illo tale quid non inuenitur.

29 Conuerſi ad Clericalem habitum tranſlati non niſi poſt duodecimū completum annum à ſuſceptione præfati clericalis habitus voce gaudere valent in electionibus noſtris. Vallisoleti 1605. decl. 6. & Romæ 1629. decl. 9.

ita dicitur. *Declaramus ordinationem Valliſoleti 1605. ſtatuentem Conuerſos ad habitum clericorum receptos non habere vocem niſi poſt xii. annos à ſuſceptione habitus clericalis, eſſe inuiolabiliter ei ſeruandam, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.*

30 Vt in aliena Prouincia Fratres in electionibus vocem ſortiantur, per continuum annum in aliquo eiuſdem Prouinciæ Conuentu eſſe tenentur priùs aſſignati. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 6. Quæ fuit incboata Ianuæ 1513. Confirmata Neap. 1516. & in Conſtitutionem redacta Romæ* 1518. Non eſt autem neceſſe quòd per annum integrum, ſed per maiorem partem illius, hoc eſt per ſex completos menſes in eadem Prouincia aſſignati extiterint: ita enim fuit declaratum Romæ 1532. declarat. vlt. *Declaramus quòd dum dicitur de ſtudentibus* (eadem etiam ratio de omnibus Fratribus militat) *alterius Prouinciæ; habere vocem ſi fuerint per annum in illa prouincia, intelligitur quòd fuerit continuatio aſſignationis, & maioris partis vnius anni.* Qui autem ſunt ſimpliciter, hoc eſt per affiliationem, translati, & cum Prouincia incorporati ſtatim voce gaudene. Brugis 1336. decl. 1. *Declaramus hanc quòd Conſtitutio in cap. de Electione Prioris Conuentualis, quæ dicit, quòd Fratres, qui de vna Prouincia ad aliam mittuntur, non ſunt ad electiones admittendi quouſque per annum continuum à tempore ſuæ aſſignationis immediatè præcedente electionem faciendam ſteterint in domo alterius prouinciæ ad quam miſſi fuerint, intelligenda eſt ſolum de Fratribus, qui ad alias Prouincias cauſa ſtudij mittuntur, & non de Fratribus translatis totaliter de vna Prouincia ad aliam eiſdem ſimpliciter aſſignatis.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 6. ſub litt. P.

31 Fratres vocibus priuati ad nullam Electionem admittantur. Apud Inſulas 1293. ord. 10. *Item ordinamus, & volumus quòd Fratres priuati vocibus non admittantur ad aliquam Electionem, vel tractatum eorum, quæ mittenda ſunt ad Generale, vel P[illegible]incial[e] Capitulum, niſi per acta, vel litter[illegible]cere ſe valeant reſtitutos.*

32 Excommunicati excommunicatione maiori ab omnibus electionibus excluduntur, *Romæ 1589. decl. 4. Vide ſuperiùs num. 16. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 5. ſub litt. P.*

33 Excluduntur pariter manifeſtè conuicti de lapſu carnis, Carceri ſententialiter mancipati, atque Apoſtatæ. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.* Vide ibid. declarationem textus eiuſdem.

34 Excludendi ſunt quoque damnati ad pœnam grauioris culpæ, qui non habent vocem niſi in ſui accuſatione. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 3. quæ fuit incboata Bononiæ 1302. approbata Biſuntij 1303. & in Conſtitutionem redacta Toloſæ* 1304. In cuius rei confirmationem Romæ 1589. inter Apoſtolica authoritate ſtabilitas ordinationes, ſic in ordinat. vltima dicitur. *Item ordinamus, vt qui imposterum ad pœnas grauioris culpæ ob delicta condemnabuntur, neque ad Prælaturas neque ad gradus quoſcumque aſſumi poſſint, niſi fortè poſt multos annos ex anteacta vita, mores & inſtituta in melius commutaſſe, ita clarè conſtiterit, vt meritò non indigni aliqua gratia cenſeri poſſint. Ad Prælaturam tamen non ita de facili admittendi erunt.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 5. ſub litt. P.

35 Apoſtatæ, etiam ad omnes Ordinis gratias recepti, ſunt incapaces, vt eligantur in Prælatos antequam viginti annis in Religione perſeuerauerint. Romæ 1569. ord. 12. *Ordinamus, & omnino obſeruari volumus, vt Apoſtatæ, qui poſt hac ad Ordinem recipientur, etiamſi ad omnes Ordinis gratias admittantur, nunquam tamen ad Prælaturæ officium aſſumi poſſint ante viginti annos, irritum decernentes ſi ſecus factum fuerit.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.

36 Qui ſine licentia Superiorum extra Ordinem permanſerint, etiam poſtquam redierint, non poſſunt eligi in Prælatos noſtros per decennium Romæ 1525. ord. 6. *Item ordinamus quod Fratres manentes extra Ordinē ſine licentia Superiorū non poſſint habere aliquod Prælationis, aut Vicariatus officium infra decennium, ſine licentia expreſſa Reuerendiſſimi Magiſtri Ordinis in ſcriptis obtenta.* Romæ autem 1589. ordinatum fuit, vt qui etiam cum licentia Magiſtri Ordinis extra Conuentum permanent, nullatenus in Conuentibus, in quibus remanent aſſignati, vocem actiuam in Electionibus habeant. Ita enim aſſeritur conf. 4. *Confirmamus ordinationem in præcedenti Capitulo factam, quod Fratres extra Conuentum quacumque occaſione, prætextu, & cauſa ordinariè commorantes nullatenus in Conuentibus, in quibus ſunt aſſignati, actiuam vocem habeant in aliqua Electione.*

37 Illegitimè nati ſunt incapaces, vt in Electionibus Canonicis eligantur in Prælatos noſtros ſine diſpenſatione. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 4.*

38 Qui tanquam de hæreſi vehementer ſuſpecti abiurauerint, ſunt incapaces cuiuſcumque dignitatis, & officij in Ordine noſtro. Romæ 1558. ord. 3. & Bononiæ 1564. conf. 9. *Item confirmamus, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, quod qui de hæreſi vehementer ſuſpecti ante ſex annos abiurauerunt, vel deinceps abiurauerint, non poſſint reſtitui, aut promoueri ad aliquod Officium, vel Dignitatem noſtri Ordinis toto tempore vitæ eorum: ſed permittantur in humilitate deflere peccatum ſuum, irritum decernentes quidquid in oppoſitum factum fuerit.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in declar. tex.

5. ſub

5. ſub litt. P. vbi dicitur, ita fuiſſe ordinatum Auenione, & debet dicere Romæ 1558. Auenione autem fuit celebratum Cap. 1561.

39 Imminentibus Electionibus Fratrum mutationes non fiant. Coloniæ 1301. ord. 3. *Item diſtrictiùs inhibemus ne Fratres de ſuis mutentur Conuentibus imminente Prouinciali Capitulo, ſiue Electione aliqua facienda, niſi vrgens, & rationabilis cauſa ſubſit.* Cauſæ autem aſſignantur in Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 7. *Vide declar. eiuſdem tex. ſub litt. G. & de Aſſignationibus num. 3.*

40 In ſingulis Electionibus poſſunt fieri proteſtationes, iuxta tamen modum à Capitulo Generali Valentino 1647. præſcriptum declar. 1. *Declaramus, & ad lites, & fraudes vitandas decernimus, quod in Electionibus ſic poſſint fieri proteſtationes, & oppoſitiones, quod liceat quidem Electoribus poſt Electionem proteſtari, & ſe opponere Electioni quantum ad perſonas electi, vel quantum ad defectus, qui in actu formali Electionis euenerint; ſed quantum ad ea, quæ præcedunt actum formalem Electionis, ſcilicet collationem ſchedularum, vt circa validitatem votorum, ſi aliquis excludi debeat, vel admitti, ſiue quantum ad vim; ſi ſcilicet Electoribus facta fuerit vis, vel non facta, & ſimiliter circa quæcumque ad materiam, vel formam Electionis, ſcilicet actualem collationem ſchedularum præcedunt, non liceat alicui Electori poſt Electionem proteſtari, ſeu Electioni ſe opponere; decernentes omnes ſimiles proteſtationes, & oppoſitiones nullas, & pro nullis habendas, nec earum aliquam rationem haberi debere, & opponentes hoc modo fore puniendos.*

41 Electionum ſcrutinia per Tabellarios mittantur; contrarium autem facientes grauibus pœnis ſunt puniendi. Valentiæ 1647. ord. 9. *Ordinatis in Cap. Bononienſi 1615. inhærentes, & ordinationem ibi factam extedentes, decernimus quod ſcrutinia Electionis Priorum, & præcipuè Prouincialium non mittantur ad confirmatorem niſi per Tabellarios, & nullo modo per Fratrem aliquem, mandantes Fratri Clerico ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ne miſſus à quocunque aliquod Electionis ſcrutinium ad locum, vbi eſt confirmator, deferat: Et volentes quod ſi aliquis à quocunque, & qualitercunque miſſus ſcrutinium alicuius Electionis detulerit, vel Confirmatori, vel alteri, ſit ipſo facto priuatus voce actiua, ac paſſiua, & nihilominus pœnis latis contra itinerantes ſine licentia puniatur: Et præterea ſtatuentes quod ſi Vocales aliter quàm per tabellarios de conſenſu maioris partis eorum ſcrutinium Electionis miſerint, ſint ipſo facto pro prima voce, & Electione futura priuati voce: Quod ſi in Electione aliqua fuerint difficultates; ſcribant, & proponant Confirmatori, qui illis viſis, ſi neceſſe fuerit, vt aliquis nomine Electorum ad ipſam accedat, pro ſua prudentia concedet licentiam illi, quem opportunam ad id cognouerit.*

42 Quartum ſcrutatorem in Electionibus petere licet, qui tamen per publica vota eligatur. Romæ 1629. decl. 16. *Declaramus, quod quando ex quacunque cauſa in Electionibus quibuſcunque quartus ſcrutator aſſumendus eſt, ille per ſuffragia publica ad fraudes tollendas eligatur, & non aliter.* Vide de Elect. Prioris Conu. num. 5.

43 Electiones omnes tam Priorum Prouincialium, quàm Conuentualium ad illos tantum pertinent Electores, qui perſonaliter præſentes in Electione extiterint, ſicut fit in Electione Magiſtri Ordinis. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 7. quæ fuit inchoata apud Valencenas 1259. conf. Argentinæ 1260. & in Conſt. redacta Barcinonæ 1261.* Vide ibid. declarat. ſub litt. Q.

44 Scrutinia Electionum etiamſi tranſcribantur, ſunt coram omnibus Vocalibus in Capitulo legenda, & ſigillo obſignanda. Romæ 1553. decl. 3. *Si autem contingat ſcrutinium ipſum debere tranſcribi, poſtquam tranſcriptum fuerit, ſcrutatores ipſum coram Vocalibus iterum legant, & in ocalis eorum ſigillo claudant.*

45 In ſingulis Electionibus fiat proteſtatio à Præſide Capituli, quòd non intendit ad illam Electionem admittere excludendum, nec excludere aliquem admittendum. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

46 Illi tantum in Superiores ſunt eligendi, qui charitate prudentia, & regulari pollent obſeruantia. Venetijs 1592. ord. 6. *Ordinamus quod illi tantùm cæteris Fratribus præficiantur, qui prudentes tantummodo, & diſcreti, vtpote qui omnibus omnia fieri nouerint, iudicabuntur, vt vel ſic de ipſis ſubditi conqueri legitimè non poſſint, quin potius eorundem exemplo ducti, regulam, ac alias leges proprias obſeruare contendant; ſic quippe fiet, vt à Boue maiori diſcat arare minor. Porro Superiores iuxta D. Patris Auguſtini ſententiam non ſe exiſtimabunt poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fœlices; magiſque à ſuis ſubditis amari appetant, quam timeri, cogitantes Deo ſe pro illis redditaros eſſe rationem.*

47 Qui non habent conditiones à Sac. Canonibus requiſitas non poſſunt in Prælatos eligi. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. in declar. tex. 5. ſub litt. P.*

45 Irregulares quoque, atque qui non ſunt in Sac. Ordinibus conſtituti ſunt ab Electionibus excludendi. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. in declar. tex. 1. ſub litt. B.*

49 Forma pro Canonicis Electionibus ſeruanda iuſta Sac. Concilij Tridentini decreta ſancita Bononiæ 1564. cap. *De Sac. Conc. Trid. decretis.* Hæc eſt.

Quia

Quia electionum libertati quam maxime Sancta Synodus conſultum voluit, admonemus in primis Reuerendos Prouinciales, & alios Superiores, quibus poteſtas dirigendi, & confirmandi Electiones commiſſa eſt, vt ea quam modeſte vtantur. Quare vbi ſpecialis neceſſitas non fuerit, nullus Electoribus proponatur. Quod ſi neceſſarium exiſtimabunt, non pauciores quàm tres pro ſingulis Electionibus proponant. Cæterum ſi Electores alioquin dignum, quamuis non de propoſitis elegerint, eam tamen Electionem confirmator, diuini iudicij memor, niſi iuſta ſubſit cauſa, confirmare non differat. Quod ſi circa alterum horum ſeueriori remedio interim opus fuerit, Reuerendiſſimo Generali committimus, vt opportunè ſtudeat adhibere.

Quo vero rectè omnia, & ſine vlla fraude fiant, ab eadem Sancta Synodo diffinitum eſt, vt Prælati, & Officiales deinceps eligantur per vota ſecreta, ita quod eligentium nomina nunquam publicentur; in huius ergo executionem præcipimus vniuerſis Fratribus noſtris, vt in futuris Electionibus infraſcripta forma deinceps obſeruetur, & ſi ſecus factæ fuerint, irritæ prorſus habeantur.

Singuli Electores in ſchedula ſcribant electi nomen, vel ſcribi faciant, eligentis autem nomen nunquam ſcribatur, nec ſcrutatoribus, nec confirmatori Electionis vnquam reueletur.

Ad recipiendum vero prædictas ſchedulas tres ſcrutatores à Conſtitutionibus deputati ſedeant, quibus Conuentus poſſit addere quartum, quem Electores eligant in Capitulo per ſchedulas tribus primis exhibendas, & qui plures habuerit quamquam vota non exceſſerint medietatem, ille nihilominus ſit quartus ſcrutator. Quod ſi duos æqualia vota habaiſſe conſtiterit, ille præferendus eſt, qui fuerit antiquior in Ordine, ita quod ex primo ſcrutinio quartus ille ſcrutator ſemper habeatur pro ea dumtaxat Electione.

Poſtquam vero prædicti tres, aut quatuor ſcrutatores ad menſam in conſpectu omnium ſederint, ſchedulas inuolutas ab Electoribus accipiant, & in Vrnam aut Capſulam demittant, nihil aliud reſpicientes, niſi quòd vna tantum ab vno exhibeatur. Poſtquam omnes acceperint, in communi effundant, & legant, & facta collatione numeri ad numerum, cum inuenerint quod aliquis extra Collegium, aut numerum eligentium exiſtens fuerit electus à maiori parte vltra medietatem omnium eligentium, eius electio rata, & legitima habeatur. Si vero de numero ipſorum eligentium aliquis electus fuerit, vt illius Electio rata, & legitima habeatur, duo vota vltra medietatem adeſſe oportet, ne fraudi locus adſit, & ne poſſit aliquis ſeipſum eligere. Habito ſchedularum numero, & collatione facta numeri ad numerum ſchedulæ omnes in conſpectu præſentium Electorum exurantur, deinde in medium Capitulum venientes ſcrutatores nomina publicent eorum, qui fuerunt electi exprimentes numerum votorum, quem vnuſquiſque habuit. Quod etiam faciendum eſt licet nullus fuerit à maiori parte vltra medietatem electus, vt ad ſecundum ſcrutinium poſſint dirigi Electores. Decretum verò Electionis ab illo, qui inter ſcrutatores primus fuit, quamuis Electo ſuum votum non contulerit per hæc verba formetur. Ego Frater. N. vice præſentium Electorum eligo Fratrem. N. in Priorem, &c. Quod ſi primus ſcrutator fuerit electus, ſecundus ſcrutator in publicando ſcrutinio, & formando decreto ſuccedat. Et ea ſolum, quæ in Capitulo publicantur, in decreto Electionis ad confirmatorem mittendo ſcribenda ſunt, ſubſcriptis nominibus ſcrutatorum, clauſum vero, & ſigillo munitum ad confirmatorem tranſmittatur. Et idem modus eligendi ſeruetur in Electione Prioris Prouinciali, & Magiſtri Ordinis, & Diffinitorum Capituli Generalis, & Prouincialis, & Socij Prioris Conuentualis euntis ad Capitulum Prouinciale. In reliquis vero omnibus, quæ hic non expreſſe mutantur, antiqua ſtatuta obſeruentur. Socij verò Prouincialis euntis ad Capitulum Generale, ſiue Diffinitoris Capituli Generalis eodem modo à Diffinitoribus Capituli Prouincialis eligatur, aut deſignetur ſicut antea conſueuit fieri. In receptione quoque Nouitiorum ad habitum, ſiue ad profeſſionem, & in præſtando conſenſu in contractibus, quæ circa temporalia negotia fieri ſolent, nihil innouatum cenſeatur.

Declaramus præterea, vt in illis Prouincijs in quibus, vel ex Apoſtolico indulto, vel probata, & iam diu recepta conſuetudine præter nomen electi ſolent adponi alia nomina eorum, qui ſimul poſtulantur, ea conſuetudo deinceps conſeruetur, & nomina eorum, qui poſtulantur, numerus quoque poſtulantium ſimiliter in Capitulo publicentur.

De Electione Magiſtri Ordinis.

1 MOrtuo, vel amoto Magiſtro Ordinis ad eius Electionem conuenire debent Priores Prouinciales omnium Prouinciarum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 3. quæ fuit ſancita in Capitulo Generaliſſimo Pariſijs* 1228.

2 Non autem ſoli, ſed ſinguli cum duobus alijs Fratribus in Capitulo Prouinciali electis à pluribus medietate omnium eligentium. *Ex Conſtit. noſt. loco ſuprad. quæ fuit incboata Pariſijs* 1279. *conf. Oxoniæ* 1280. *& in Conſtitutionem redacta Florentiæ* 1281. Qui eligendi ſunt iuxta modum præſcriptum à Capitulo Generali Bononiæ 1564. in §. de Sacri

Con-

Concilij Tridentini decretis. *Vide de Electionibus num. 49.*

3 Mortuo, vel amoto Magiſtro Ordinis Prior Prouincialis illius Prouinciæ, vbi ſequens Capitulum fuerit celebrandum, vices Magiſtri Ordinis in omnibus obtinebit. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. tex. 2. quæ fuit inchoata Lugduni* 1274. *approbata Bononiæ* 1275. *& in conſtitut. redacta Pariſijs* 1276.

4 Magiſtri Ordinis Electio in Vigilia Pentecoſtes eſt celebranda. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 4. quæ fuit inchoata Bononiæ* 1252. *confirmata Budæ* 1254. *(nam an. 1253. non eſt celebratum Capit. Generale propter mortem Magiſt. Ord. F. Ioan. Theutonici) & in Conſtit. redacta Mediolani* 1255. Antea enim celebrabatur Magiſtri Ord. Electio feria quarta Dominicæ Pentecoſtes.

5 Si autem in aliqua Prouincia Prouinciale Capitulum fuerit celebratum, & in proximo feſto Pentecoſtes Electio Magiſtri fuerit facienda, Diffinitor Capituli Generalis in anno Diffinitorum, & Socius eius ſint illo anno Magiſtri Ordinis Electores; In anno autem Priorum Prouincialium, vel quando ex alia quacumque cauſa Diffinitor, & Socius, vel Electores prædicti non fuerint electi, neque ſuppetat tempus, vt eligantur propter quodcumque (iudicio diſcretorum) legitimum impedimentum, tunc de Diffinitoribus immediatè præcedentis Capituli Prouincialis, qui primitus habitum noſtri Ordinis ſuſceperunt, qui tunc ſuperſtites fuerint, ad Electionem Magiſtri Ordinis admittantur, quorum antiquior in Ordine ſit illo anno Generalis Capituli Diffinitor. Qui ſi ad Capitulum non venerit, aut præcedentis Capituli extiterit Diffinitor, tunc ad Diffinitionem alius admittatur. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. tex. 3. quæ fuit inchoata Treueris* 1266. confirmata Bononiæ 1267. & in Conſtitut. redacta Viterbij 1268.

6 Illi Diffinitores non cenſentur ſuperſtites, qui in Prouinciales fuerint electi. Ita fuit declaratum Lugduni 1348. & Barcinonæ 1349. ſic dicitur. *Illi Diffinitores non reputantur ſuperſtites quantùm ad actum Diffinitori debitum, quando in Prouinciales fuerint electi, & confirmati, cum ratione officij Prouincialatus in tali caſu Electionis Magiſtri Ordinis debeant Diffinire.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. in decl. tex. 3. ſub litt. D.

7 Si verò in aliqua Prouincia Prouinciale Capitulum non fuerit celebratum ante notitiam amotionis, vel mortis Magiſtri Ordinis, celebretur, atque in eo duo Magiſtri Ord. Electores eligantur, quorum vnus adhoc electus erit Generalis Capituli Diffinitor. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. in declarat. tex. 3. ſub litt. B.*

8 Hæc autem omnia clarius enucleata ſunt Romæ 1629. declarat. 2. hoc pacto. *Declaramus noſtram Conſtitutionem, & Gloſſam diſt. 2. cap. 4. tex. 4. litt. D. ſic eſſe intelligendam Primò, quòd ſi poſt Capitulum Generale mors, vel amotio Magiſtri Ordinis contingat, & ante eius notitiam Capitulum Prouinciale fuerit celebratum, & electio Magiſtri Ordinis celebranda ſit in proximo feſto Pentecoſtes in Capitulo Generali quod ſit Diffinitorum; tunc Diffinitor Capituli Generalis, & eius Socius in Capitulo Prouinciali immediatè præcedenti electi erunt Magiſtri Ordinis Electores: Si verò Capitulum Electionis Magiſtri Ord. fuerit Prouincialium, tunc duo ex Diffinitoribus Capituli Prouincialis immediatè præcedentis antiquiores in profeſſione erunt Magiſtri Ord. Electores, eorumque antiquior in Ordine erit illo anno Capituli Generalis Diffinitor.*

Secundò. Si poſt Capitulum Generale ante notitiam mortis, vel amotionis Magiſtri Ord. non fuerit celebratum Capitulum Prouinciale, celebrabitur, & in eo duo Electores à pluribus vltra medietatem eligantur, quorum vnus erit Capituli Generalis Diffinitor, & alter Elector.

Tertiò. Si ex quacumque cauſa Diffinitor, & Socius, vel Electores prædicti non fuerint Electi, nec ſuppetat tempus, ut eligantur, vel propter quodcumque, (iudicio diſcretorum) legitimum impedimentum, tunc duo ex Diffinitoribus immediatè præcedentis Capituli Prouincialis, qui primitus habitum noſtri Ordinis ſuſceperunt, erunt Magiſtri Ordinis Electores, & antiquior eorum in Ordine erit Diffinitor in Capitulo Generali Electionis. Et ſecundùm hanc declarationem intelligendam eſſe decernimus Gloſ. diſt. 2. cap. 8. litt. L. Deficientibus autem præfatis duobus Diffinitoribus, alij duo ſuccedere debent.

9 Electores Magiſtri Ordinis debent eſſe filij natiui illarum Prouinciarum pro quibus ſunt in Capitulo Generali Electores, vel ſaltem per affiliationem ad illas ſimpliciter translati, atque incorporati. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4.* quæ conſtitutio ita fuit declarata Coloniæ 1428. declar. vnica. *Declaramus hanc in Capit. de Electione Diffinitorum Capit. Generalis, & Prouincialis, vbi dicitur, quòd Diffinitores Capit. Generalis, aut Electores Magiſtri Ordinis ſolùm de ſuis Prouincijs aſſumantur: dicimus quòd alicuius Fratris Prouincia dicitur pro qua profeſſus eſt, aut ad quam per Generale Capitulum, vel Reuerendiſſimum Magiſtrum Ordinis non ſolùm aſſignatus, ſed ſimpliciter eſt translatus.*

10 Si aliquis ex Electoribus in eodem Conuentu, in quo eſt celebranda Magiſtri Ordinis Electio, fuerit infirmus, atque ad locum Capituli accedere non poſſit, ſcrutatores ex conclaui exeant, ad illum pergant, atque illius votum ſecrete accipientes ad Capitulum reuer-

Digitized by Google

reuertantur. Romæ 1629. decl. 14. *Declaramus quòd ſi contigerit in Electione Magiſtri Ordinis aliquem ex Electoribus inſtante Electionis tempore infirmum lecto decumbere, licebit Patribus ſcrutatoribus è conclaui exire, & ad huiuſmodi infirmum pro voto tantùm ab ipſo ſecretè accipiendo accedere.*

11 In Electione Magiſtri Ordinis tres ſecundùm profeſſionem antiquiores Prouinciales debent eſſe ſcrutatores vocum Electorum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 5. quæ fuit ſancita in Capit. Generaliſſimo Pariſijs ſub B. Iordano an. 1236.*

12 Neque Prouinciales, neque Electores titulares ſunt inſtituendi, qui Electioni Magiſtri Ordinis interſint: ita ex mandato Clementis VIII. ordinatum fuit Romæ 1601. ord. 28. *Ordinamus, & strictè prohibemus ex mandato eiuſdem Sanctiſſimi D. N. ne titulares Prouinciales vllo modo creentur, excepto Prouinciali Terræ Sanctæ, nec vocales Electores: quòd ſi contigerit conſtituere in aliquibus Prouincijs, quaſi deſolatis, habentibus tamen aliquos Conuentus, aliquem Prouincialem, qui non ſit illius Prouinciæ filius, ſic volumus prouidere in hac parte ne ſint duo Prouinciales harum Prouinciarum vnius eiuſdemque Prouinciæ. Idem dicimus de Diffinitoribus, ſi pro illis Prouincijs conſtitui debeant: Ita denique, vt alicuius Prouinciæ vltra tria vota non poſſit ſuperaddi ex quacumque cauſa, niſi tantùm vnum votum pro Capitulo Generali.* Quod etiam fuit acceptatum Valliſoleti 1605. acceptatione 1.

13 Prouinciales, Diffinitores, & Electores qui ad Electionem Magiſtri Ordinis conueniunt, ſi à loco Electionis per dictam diſtent, vocandi, & expectandi ſunt prout fit in Electione Priorum Conuentualium. *Ita aſſeritur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 7. ſub litt. Q.* vbi hoc Apoſtolica auctoritate ſancitum Romæ aſſeritur an. 1601. In Capitulo autem Generali Romæ 1601. celebrato (cuius Acta in Vrbe apud Carolum Vulliettum fuere impreſſa) de hac re nulla fit mentio. Opinior autem peculiari aliquo Apoſtolico decreto fuiſſe id ſancitum.

14 Tam Diffinitor, quam Socius (qui Elector nuncupatur in Electione Magiſt. Ord.) habeant litteras teſtimoniales, non tantùm à Priore Prouinciali, ſed à toto Diffinitorio, aliàs nullo modo admittantur, neque ad Diffinitionem, nec ad Electionem Magiſtri Ord. in anno Electionis; niſi aliter de iure conſtiterit. *Ex Conſt. noſt. diſtin. 2. capit. 5. tex. 5.*

De Electione Prioris Prouincialis.

1 MOrtuo, vel amoto Priore Prouinciali vel ipſo, & eo cui vices ſuas commiſerit extra Prouinciam exiſtente, Prior Conuentualis illius loci in quo primum Capitulum Prouinciale fuerit celebrandum vices eius obtineat quouſque Prior Prouincialis illius Prouinciæ ſit electus, & confirmatus, & ipſe, vel ille cui vices ſuas commiſerit, præſens in Prouincia extiterit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 1. quæ fuit inchoata apud Nurimbergum* 1405. *& auctoritate Apoſtolica in Conſt. redacta Bononiæ* 1410. vt infra num. 3. dicitur. In cuius Conſtitutionis declarationem Auenione 1561. decl. 1. ita dicitur. *Declaramus conformiter ad tenorem noſtrarum Conſtitutionum, quòd mortuo, vel amoto Priore Prouinciali, Prior Conuentualis illius loci, in quo primum Capitulum Prouinciale fuerit celebrandum, vices eius obtineat, quouſque Prior Prouincialis ſit electus, & confirmatus, vel ille, cui vices ſuas commiſerit præſens in Prouincia extiterit: Si autem Conuentus ille Priorem non habuerit, vel infra tempus ſuæ Vicariæ mori, vel amoueri contigerit, officium ad Priorem Conuentus, vbi antecedens Capitulum fuerat celebratum deuoluatur, donec Prior Conuentualis Conuentus, vbi celebrandum eſt Capitulum Prouinciale fuerit electus, & confirmatus.*

2 Electio Prioris Prouincialis debet eſſe canonica, & ſecundùm modum in Cap. Gen. Bononienſe 1564. ſancitum celebranda. *Vide de Electionibus num. 49.* Inſtante verò Prioris Prouincialis Electione, Priorum Conuentualium abſolutionē (niſi ob cauſā criminis, &c.) fieri totaliter prohibemus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 7. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confir. Neapoli* 1515. *& in Conſtit. redacta Romæ* 1518. Vide in decl. eiuſdem tex. ſub litt. G. & ſupra de Electionib. num. 39. Inſtare autem Electionem Prioris Prouincialis dicimus, quandocumque Prouincia non habet Priorem Prouincialem præſentem, vel abſentem. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmata Neapoli* 1515. *& in conſtitut. redacta Romæ* 1518. Quod ſi poſt Prouinciale Capitulum Priorem Prouincialem mori, vel amoueri contigerit, qui eius locum obtinet, teneatur conuocare quantocius poterit Electores, & in die ad eligendum aſſignata Prior Prouincialis eligatur, vel poſtuletur, & Prouinciale Capitulum celebretur, niſi priùs celebratum fuerit. Quod ſi in die ſtatuta non elegerint

vel

vel poſtulauerint, qui debent eligere, ad Magiſtrum Ordinis poteſtas prouidendi transferatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 4. Quæ fuit inchoata Mediolani 1270. conf. apud Montempeſulanum 1271. & in conſtitut. redacta Florentiæ 1272.* Romæ autem an. 1629. ord. 20. ordinatum fuit, vt infra menſem teneatur Vicarius Prouinciæ Capitulum conuocare pro Electione noui Prouincialis hoc pacto. *Ordinamus, vt in caſu mortis, vel amotionis Prioris Prouincialis, teneatur Vicarius Prouinciæ infra menſem indicere futuri Capituli Prouincialis conuocationem, & cum primùm conſtiterit mors, vel amotio Prouincialis, coacto duodecim, vel adminus octo Patrum graniorum Prouinciæ conſilio, tempus locum, & cætera ad futuram electionem ſpectantia determinabit, ſub pæna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda.*

3 Electio Prioris Prouincialis tantùm ſpectat ad Priores Conuentuales, & ad Prædicatores Generales, & vnum Fratrem de quolibet Conuentu ad hoc idem pro qualibet Electione de Priore Prouinciali fienda nouiter electum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 5. quæ fuit inchoata Salmanticæ 1551. conf. Romæ 1553. & in Conſtitut. redacta Romæ 1558.* Nomine autem Prædicatorum Generalium etiam nuncupantur Magiſtri in Theologia, qui voce, & loco gaudent, hi enim etiam ad Electionem Prioris Prouincialis debent accedere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 11* In ſecundo Capitulo Generaliſſimo ſub B. Iordano Pariſijs an. 1236. celebrato electionem Prouincialis à Prioribus Conuentualibus tantùm, & duobus Fratribus vniuſcuiuſque Conuentus celebrandam eſſe decretum fuerat in hunc modum. *Item confirmamus hanc Conſtitutionem, quòd Electio Prioris Prouincialis ſpectet tantùm ad Priores Conuentuales cum duobus Fratribus de quolibet Conuentu adhoc electis, omnibus Fratribus ad illum pertinentibus, ſi commodè fieri poteſt, conuocatis.* Fuit hæc Conſtitutio pluribus annis in Ordine obſeruata. Bononiæ verò 1410. additi fuere in talibus electionibus Prædicatores etiam Generales, & in Conſtitutionum noſtrarum textu præfato appoſiti: In dicto enim Capitulo ex auctoritate Alexandri Papæ Quinti multę fuerę ſancitę conſtitutiones noſtrę, prout in Actis eiuſdem denunciatum fuit. Ad euitandos tandem ſuperfluos Fratrum diſcurſus, atque incommoda, nec non expenſas, quibus ex vocalium multitudine nimis grauabantur Conuentus, fuit in Capitulis Salmantino, Romaniſque duobus præfatis eadem ſtabilita Conſtitutio, quòd vnus tantùm eligatur in ſingulis Conuentibus Elector, qui voce in electione gaudeat quoties ipſa fuerit celebrāda, ſi Confirmator pręſēs fuerit, vel in tā parua diſtantia quòd ante diſſolutionem Capituli, factę caſſationis nuncium habeant Electores. Si autem caſſationis eiuſdem notitia haberi non poſſit, ſoluto Capitulo, in ſequenti Electione (ſi fuerit celebranda) alius Elector eligatur, vt in eodem tex. Conſt. ſuprad. habetur.

4 Si Electorem præfatum impediri contingat antequam iter ad Capit. Prouinciale ſuſcipiat, Conuentus alium loco ipſius poteſt eligere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 7. quæ fuit inchoata Pariſijs 1264. approbata apud Montempeſulanum 1265. & in Conſtitut. redacta apud Treuerim 1266.*

5 Illi Priores voce in Electionibus Priorum Prouincalium gaudent, in quorum conuentibus duodecim aluntur Fratres, ex quibus decem ad minus ſint Clerici. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 2.* Vide ibid. in declarat. ſub litt. E. Fuit hæc Conſtiutio in diuerſis Capitulis Generalibus moderata, ſeu variata. Tandem Toloſæ 1628. denunc. 4. denunciatum eſt, emanaſſe decretum à S. Congregatione Card. Conc. Trident. interpretum, & ab Vrbano VIII. approbatum, quo declaratur nullos Priores gaudere voce in electionibus Prouncialium, qui duodecim Fratres non alunt, ſub his verbis. *Denunciamus decretum fuiſſe à S. Congregatione Concilij Tridentini, & à Sanctiſs. D. N. approbatum, vt Priores eorum Conuentuum, qui duodecim Fratres alere non poſſunt, neque actu alunt, voce in Capitulis Prouincialibus non gaudeant.* Qui autem alere conſueuerant duodecim Fratres, & voce gaudebant, ſi poſtea ob legitimum impedimentum eundem duodenarium numerum alere non poſſint, ſunt nihilominus in antiqua ſua poſſeſſione ſuffragij pro Capitulo Prouinciali manutenendi, dummodò adminus ſex Fratres Capitulares alant. Ita declaratum fuit Romæ 1644. declarat. 3. *Declaramus quòd Priores Conuentuales, quorum Cœnobia olim competentem numerum Fratrum alere conſueuerant, nunc verò ob vaſtationes bellorum, fabricas, contagium, aut aliud quoduis legitimum impedimentum abſque ſua culpa duodenarium numerum Religioſorum ſuſtentare non poſſunt, nihilominus manere debeant in antiqua ſua poſſeſſione ſuffragij pro Capitulo Prouinciali, ac in eo tanquam legitimi vocales de iure admittendi ſunt, dummodo adminus ſex Fratres alant, qui ſint Capitulares, iuxta decretum aliàs deſuper à Sacra Regularium Congregatione emanatum, niſi Prouinciarum vſus in contrarium exiſtat. Item declaramus, & quoad opus eſt ſtatuimus circa ius Conuentuum in electione Socij Prioris euntis ad Capitulum Prouinciale, nimirum vt hoc iure gaudeant Conuentus ijdem, quorum Priores ex vi Superioris declarationis vocem in dicto Capitulo habere permittuntur. Quod ſi nec ſenarium numerum alant Fratrum Capitularium, non gaudeant iſto iure, vt ſtatutum eſt in Cap. Rom. 1559.* (debet dicere 1569.) Quę ordinatio quātū ad Socios pro Cap. Prouinciali ita fuit declarata

P in

Digitized by Google

in ſequenti Generali Capitulo Valentię 1647. decl. 5. *Declaramus quod vbi in Capit. Rom. 1644. decl. 3. dicitur, quòd Priores Conuentuales eorum Conuentuum, qui abſque ſua culpa duodenarium numerum Fratrum ſuſtentare non poſſunt nihilominus manere debeant in ſua poſſeſſione, dummodo alant ſex Fratres Capitulares, ita vt habeant vocem in Capitulo Prouinciali, & quod dicti Conuentus habeant ius eligendi, & mittendi Socium Prioris ad idem Prouinciale Capitulum, ſic intelligendum eſſe, vt in dicto numero ſenario comprehendi debeat Prior ipſe, ſed cum diſcrimine, ita ſcilicet, quòd ad hoc, vt Prior talis Conuentus habeat ipſe ius vocis in Capit. Prouinciali, ſufficiat quòd Conuentus alat quinque Fratres Capitulares, & præterea Priorem ipſum, ſed ad hoc vt Conuentus ille habeat ius ad mittendum Socium Prioris pro Capit. Prouinciali, alere debeat quinque Patres Vocales, & qui de iure habeant vocem ne dum in Capitulo ſed in Electione Prioris, & Socij, & præter eos Priorem ipſum, qui tamen in Electione Socij non ſe ingerat iuxta ea quæ in Conſtit. habentur diſt. 2. cap. 3. §. 5. litt. E.* Qui verò ſua culpa ſufficientem numerum ad canonicam Electionem faciendam non alunt, nec voce nec loco in Electionibus gaudeant, etiam ſi aliàs ex Magiſterio, vel alio quocumque titulo voce gaudere deberent; quinimo à Prioratus officio abſoluantur, atque paſſiua voce per biennium careant. Ita declaratum fuit Romæ 1650. decl. 2. *Decreto à S. Congregatione Cardd. Sac. Concilii Trident. Interpretum emanato, & à fœlicis recordat. Vrbano VIII. approbato, nec non Tholoſæ 1628. denunciato inhærentes declaramus, quòd Priores qui ſua culpa non alunt Fratrum numerum ſufficientem, ad electionem canonicam faciendam, muniaque Ordinis ritè obeunda, vocem & locum in Electionibus Prouincialium, alijſque Prouinciæ actis Capitularibus non habeant, etiam quando alio titulo ſeu Magiſtri, Patris Prouinciæ, aut Prædicatoris Generalis vocem aliàs fuiſſent habituri. Inſuper tales à Prioratus officio abſoluantur, ac voce paſſiua per biennium careant. Prouinciales verò, & Vicarij Generales, qui negligentes fuerint in prouidendo huiuſmodi Conuentibus de ſufficienti numero Fratrum, per biennium ad quæcumque officia Ordinis ſint inhabiles. Cenſebuntur autem tunc ſua culpa numerum Fratrum ſufficientem non alere, quando non conſtiterit autentice factas fuiſſe à Prioribus debitas inſtãtias apud ſuos Prouinciales, vel Congregationum Vicarios pro ſufficienti Fratrum numero obtinendo.*

6 Scrutatores vocum in his electionibus debent eſſe tres Priores Conuentuales antiquiores in Ordine, qui primitus habitum noſtri Ordinis ſuſceperunt, & illum diutius poſt profeſſionem portauerunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 6.* Vide de hoc diſt. 2. cap. 2. tex. 1. vbi falſum eſt id, quod de Capit. Toloſano aſſeritur in declar. eiuſdem tex. ſub litt. E. nam de ea re in citato Capitulo Toloſano 1304. nec verbum quidem habetur; in Capitulo autem apud Carcaſſonam 1342. declar. 1. ſic dicitur. *Cum in noſtris Conſtitutionibus ſit expreſſum quod in Electione Prioris, & eius Socij ad Capitulum Generale, vel Prouinciale, ſcrutinium cum Suppriore recipiant duo Fratres, qui primitus habitum noſtri Ordinis ſuſceperunt, declaramus hanc primitatem debere intelligi de illis, qui nunquam habitum temerè dimiſerunt, & illos dicimus debere recipere ſcrutinium, non qui priùs tempore habitum ſuſceperunt, ſed qui diutiùs portauerunt.*

7 Vicarius Prouinciæ non ſit vocum ſcrutator, niſi aliàs fuerit vnus ex tribus antiquioribus Prioribus ſupradictis. Ita fuit declaratum Mediolani 1622. declarat. vnica. *Declaramus in Electione Prioris Prouincialis debere tres Priores antiquiores, non tamen Vicarium Prouinciæ (dummodo non ſit vnus ex dictis antiquioribus) ad Bancum ſedere.* Quod fuit confirmatum Romæ 1650. declar. 18. his verbis. *Declaramus quod in Electione Prouincialis ſoli tres Priores antiquiores, & non alij poſſint eſſe ſcrutatores vocum, vt habetur diſt. 2. cap. 3. tex. 6. ac proinde non licet Vicarijs Generalibus, ſeu Præſidentibus, niſi ſint de antiquioribus Prioribus (vt ſtatuitur Mediolani 1622.) ſedere ad banchum, aut vota eligentium ſcrutari, quod ſub pœna nullitatis Electionis ab omnibus obſeruari volumus, niſi aliquæ Prouintiæ habeant ſuper hoc ſpeciale indultum Apoſtolicum. Non intendimus tamen prohibere quin ſecundùm noſtras leges poſſit eligi quartus ſcrutator.*

8 In Electione Prioris Prouincialis, *Te Deum laudamus*, cantare non debemus. Londonis 1250. ord. 10. *Te Deum laudamus non cantetur in Electione Prioris Prouincialis.*

9 Viſitatores, Commiſſarij, & Vicarij Generales in aliquas Prouincias miſſi, non poſſunt eligi in Priores Prouinciales, vel Conuentuales illarum, neque etiam eorum Socij. Neapoli 1600. ord. 7. *Ordinamus, quod quando contigerit mittere Viſitatores, Commiſſarios, & Vicarios Generales in aliquam Prouinciam, vel pro aliqua cauſa, debeat ſibi in litteris patentibus præfigi tempus, vltra quod non poterunt protrahere viſitationem. Hi autem qui mittuntur Viſitatores, nequaquam eligi poterunt in Priores, vel Prouinciales illarum Prouinciarum, aut Conuentuum quamdiu illarum, vel illorum erant Viſitatores; quod & de eorum Socijs dicimus. Irritum & nullum decernentes quidquid in contrarium factum fuerit.* Quod fuit confirmatum Romæ 1601. conf. 13. & Valliſoleti 1605. conf. 9.

10 Poſt Fratrem alter Frater Germanus in Prouincialem eligi non debet. Romæ 1608. ord. 16. *Ordinamus vt duo Fratres germani non*

poſ-

Digitized by Google

poſſint ſibi immediatè ſuccedere in officio Prioratus, vel Prouincialatus: quòd ſi ſecus ſactum fuerit, electio ſit irrita & nulla, ſicut de facto irritam & nullam decernimus, & declaramus. Quod fuit confirmatū Pariſijs 1611. *conf.* 10. & *Romæ* 1612. *conf. vltima. Vide in Conſtitut. noſt. diſt.* 2. *cap.* 2. *in decl. tex.* 5. *ſub litt. P.*

11 Fratres ex alienis Prouincijs eligi poſſunt in Prouinciales, dummodo alias conditiones requiſitas habeant. Auenione 1442. declarat. vnica. *Cum Conſtitutio habeat, & ratio ſuadeat, vt Priores Prouinciales ex alienis Prouincijs, & Conuentuales ex alienis Conuentibus, vel etiam Prouincijs (dummodo habiles ad officia talia reperiantur) poſſint aſſumi. Declaramus & ad abundantiorem cautelam (ne ſit in Ordine noſtro acceptio perſonarum) dicimus, quod eligi poſſunt, & debent Fratres de alienis Prouincijs pro officio Prouincialatus, & ſimiliter de alienis Conuentibus, vel Prouincijs Priores Conuentuales, dū occurrerint huiuſmodi electiones fiendæ. Reprobantes, non tam conſuetudinē quam abuſum illorum, qui non eligere permittunt, niſi fuerint eorum Conuentuum filij natiui.* Quantum verò ad Priores Conuentuales Romæ 1508. ord. 8. ita ſancitum fuit. *Volumus quod Fratres aliarum Prouinciarum, niſi per triennium fuerint in Prouincia, aut aliàs notoriè idonei habeantur, non præficiantur Conuentibus, aut locis, nec fiant Magiſtri Nouitiorum, aut Sacriſtæ, aut ſimiles adminiſtrationes habentes.*

12 Qui fuere in aliqua Prouincia Prouinciales incapaces ſunt, vt iterum in eadem Prouincia ad idem munus ante duorum Prouincialium integrum tempus præfixum decurſum, eligātur; vnde in Prouincijs in quibus Prouinciales ſunt quadriennales, non niſi poſt octo; vbi verò ſunt biennales, nō niſi poſt quatuor completos annos poſſunt reaſſumi. Romę 1564. decl. 3. *Declaramus quod Prouinciales, qui ſuum tempus explenerint, aut etiam fuerint abſoluti, in eiſdem Prouincijs non poſſunt ad id officium aſſumi infra tantum tempus, quanto duorum Prouincialium integra officia durare ſolent.* Vide de Abſolur. Priorum Conuent. num. 84.

13 Si Fratres cuiuſcunque Prouinciæ infra annum, poſtquam eis conſtiterit, quòd Prouincia caret ſuo legitimo Prouinciali, non elegerint, vel non poſtulauerint Prouincialem, Electio, & prouiſio de Prouinciali fit ad Magiſtrum Ordinis deuoluta. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 2. *cap.* 3. *tex.* 4. quæ fuit ſancita Bononiæ 1410. auctoritate Alexandri Papæ V. vt autem hoc inconueniens non ſequatur, quod aliqua Prouincia per integrum annum ſuo ſit capite deſtituta, ordinatum eſt Romæ 1629. quod teneatur Vicarius Prouinciæ intra menſem indicere futuri Capituli Prouincialis celebrationem. *Vide ſupra hic num.* 2.

14 Vicarij in Prouincijs à Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Capituli Generalis poſt mortem, vel amotionem Prouincialium inſtituti, in ſubſequentibus Electionibus eorundem voce gaudere debent. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 2. *cap.* 3. *tex.* 6.

15 Electionibus Prouincialium non ſeſe facile opponant Fratres, aut proteſtationes de inualiditate earum faciant, quod ſi contrarium fecerint grauiter puniantur. *Vide in Conſt. noſt. diſt.* 2. *cap.* 3. *in decl. tex.* 9. *ſub litt. H.* Quomodo autem proteſtationes in Capitulis fieri poſſint declaratum fuit Valentiæ 1647. decl. 1. *Vide de Electionib. num.* 40.

16 Scrutinia Electionum Prouincialium per Tabellarios mittantur. *Vide ſupra de Electionibus num.* 41.

17 Quando Prouincialium electiones in Capitulis Prouincialibus ſunt habendæ, in principio eorundem celebrentur. Bononiæ 1564. ord. 6. *Item ordinamus quod quando in aliquo Prouinciali Capitulo Prouincialis Electio facienda occurrit, ipſa Electio Prouincialis in principio Capituli celebretur: is verò, qui tempus Prouincialatus officij tunc explenerit, in Diffinitorem eiuſdem Capituli eligi non poſſit.* In omnibus autem Prouincijs priùs eligantur Diffinitores, & poſtea Prouinciales & iuxta declarationem 4. Cap. Romani 1553. *Vide de Diffinit. Capit. Prouincial. num.* 3.

18 Priores, quorumcumque Conuentuum, qui ſibi ſubditis veſtes neceſſarias non elargiuntur, atque de hoc litteras teſtimoniales ſecum ad Capitulum non deferunt, ad electionem Prouincialium nequaquam admittantur. Valentiæ 1647. ord. 14. *Quoniam experti ſumus, quod maxima cauſa relaxationis Conuentuum eſt Priorum negligentia in prouidendo Fratribus de neceſſarijs: ordinamus, & diſtrictè præcipimus ſingulis Prioribus, vt dent Fratribus neceſſaria ad victum, & veſtitum, quod veſtimenta in ſpecie miniſtrent, non verò pecuniam, & quod ad Capitulum Prouinciale deferant litteras teſtimoniales, in quibus appareat quod ipſi veſtimenta ſecundùm vſum Prouinciæ dederint ſuis ſubditis: ſtatuentes, & mandantes Scrutatoribus vocum, vt ante quamcumque Electionem huiuſmodi litteras examinent, & ſi Priores negligentes fuiſſe in dandis veſtibus, præcipuè tunicellis ſuis Fratribus inuenerint, in eo Capitulo ad vocem in Electionibus non admittant; eos enim voce in prædictis electionibus præſenti ſtatuto ex nunc, prout ex tunc priuamus.*

19 Caueant Prouinciales ne inducant Fratres ad electionem Priorum, ſeu Prouincialis ſucceſſoris faciendam, ſub pœna priuationis vocis actiuę & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad honores obtinendos. Toloſæ 1628. admonit. 2. *Admonemus omnes Patres Prouinciales ne vllo modo directè, vel indirectè Fratres inducere ſtudeant ad electiones Priorum, ſeu*

Prouincialis ſucceſſioris faciendam: rogantes Reuerendiſ. Magiſtrum Ordinis, vt ſpeciales Commiſſarios mittat, qui diligentiſſimè de huiuſmodi inductionibus inquirant, & pœnis grauiſſimis, etiam priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad honores & officia obtinenda eoſdem Prouinciales puniant. Audiant hæc PP. Prouinciales, & obſeruent, & plurimas à ſuis ſubditis eliminabunt querimonias.

20 Quando electio Prouincialis ſit in Capitulo Electionis, tunc non Socius Prioris, ſed Elector ad hoc ſpecialiter electus tenetur ad Electionis Capitulum conuenire, in quo ſola Prouincialis eſt electio celebranda. *Vide ſupra de Capitulo Electionis.*

21 Priores in quorum Conuentibus non dicitur Matutinum in Eccleſia media nocte, neque ipſi, neque eorum Socij voce in electionibus Prouincialium gaudere poſſunt, Valentiæ 1647. ord. 1. *Cum teſte experientia videmus, quod in pluribus Prouinciarum Conuentibus irrepſerit; imò & creuerit, abuſus, vt Fratres debitis horis, & maximè Matutinum media nocte non dicant contra præſcriptum noſtrarum Conſtitutionum, & Legum, æquum autem iudicantes, vt illi Conuentus priuilegio Conuentuum non fruantur, qui Collegialiter ſtatutis horis diuinum Officium non recitant: Ordinamus, & diſtrictè mandamus, vt in omni Conuentu, qui ſit Prioratus Fratres ſurgant, & media nocte in Eccleſia Matutinum perſoluant, decernentes, & priuantes & hoc ſtatuto priuatos decernentes voce actiua in Electionibus, & actionibus Capitulorum Prouincialium Priores, & Socios illorum Conuentuum, in quibus Fratres regulariter non ſurgunt de nocte ad Matutinum dicendum, exceptis quantum ad hoc Prioribus deſolatis Prouinciarum Galliæ, & Germaniæ Superioris & Bohemiæ; volentes quod tam Priores, quam Socij deferre debeant ad Capitulum fides teſtimoniales iuratas Fratrum ſui Conuentus, in quibus reddatur teſtimonium de obſeruantia iſtius ordinationis, nec admittantur ad ſuffragium ſi priùs non oſtenderint, in ſuis Conuentibus regulariter per Fratres Matutinum media nocte dictum fuiſſe, & in ſuper alijs pœnis, etiam abſolutionis ab officio ad arbitrium puniantur.* In ſubſequenti autem Capitulo Generali Romæ an. Iubilei 1650. habito præfata ordinatio ſic fuit in declaratione 1. explicata. *Quoniam vſus media nocte ſurgendi ad Matutinas non eſt vnus in omnibus Prouincijs. Declaramus ordinationem Cap. Valentini 1647. celebrati, qua præcipitur vt in omni Conuentu, qui ſit Prioratus Fratres media nocte ſurgant ad Matutinum, debere intelligi de media nocte circiter iuxta Prouinciarum, vel Conuentuum conſuetudinem: Paruos autem Conuentus ſub pœnis ibidem ſtatutis obligari Matutinas ſaltim ante Auroram perſoluiſſe, exceptis illis, qui in Borealibus regionibus vtriuſque Germaniæ, Poloniæ, Bohemiæ, Lituaniæ Ruſſiæ, &c. ſiti ſunt parui Conuentus, quibus tam hyeme, quàm æſtate, mane hora 4. horologij vltramontani ad Matutinas ſurgendum eſſe decernimus ſub ijſdem pœnis, vt ſupra.*

22 Omnes Vocales ſint Sacramento Euchariſtiæ refecti, tam in Prouincialium, quàm Conuentualium, Priorum, & Prioriſſarum electione ſub pœna priuationis vocis. Barcinonæ 1574. ord. 1. *Ordinamus, quòd in omni Electione canonica cuiuſcumque Prioris tam Conuentualis, quàm Prouincialis, & Prioriſſæ teneantur omnes vocales præmiſſa Sacramentali Confeſſione diuiniſſimum Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipere ante eiuſdem Electionis celebrationem ſub pœna priuationis vocis.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 2. ſub litt. C.

23 Si aliquis, qui non ſit de iure vocalis in Electione Prouincialis, eligatur in Diffinitorem, non propter hoc vocem habebit in electione Prouincialis. Romæ 1629. declar. 11. *Vide de Elect. Diffinit. Cap. Prouinc. num. 8.*

De Electione Prioris Conuentualis.

1 PRiores Conuentuales à ſuis Conuentibus ſecundum formam canonicam eligantur, videlicet à maiori parte vltra medietatem omnium eligentium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 1.*

2 Priore mortuo, vel amoto, Conuentus eligat ſibi Priorem: Si verò infra menſem Fratres illum non elegerint, vel poſtulauerint, Prior Prouincialis prouideat Conuentui de Priore, qui competenter ſciat proponere verbum Dei. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 5. quæ fuit facta in Cap. Generaliſſ. Pariſijs 1236.*

3 Menſis, infra quem tenentur vocales canonicè eligere Priorem, incipit à die notitiæ carentiæ Prioris. Ita declaratum fuit Romæ 1601. decl. 2. *Declaramus Conſtitutionem illam de menſe electionis, &c. Debere ſic intelligi, menſem Electionis incipere à die notitiæ carentiæ Prioris, infra quem menſem debent Electores canonicè aliquem eligere, quod ſi ſic non elegerint, etiam ſi actus aliquos Electionis, vel ad Electionem pertinentes fecerint, ſtatim tranſacto illo primo menſe deuoluatur ius ad Prouincialem. Quod ſi canonicè aliquem elegerint, & contigerit caſſari Electionẽ, incipiat denuo alter menſis Electionis à die, quo canonicè conſtiterit conuentui de prædicta caſſatione.* Ex quibus conſtat derogatũ eſſe declarationi 5. Capit. Rom. 1542. in qua declaratum fuerat ſufficere Electoribus aliquos Electionis actus infra menſem feciſſe ne Electio deuolue-

uolueretur ad Prouincialem. Iſte autem menſis computandus eſt excluſiuè à præfato die notitiæ carentiæ Prioris, ita vt ſi hodie habeatur notitia abſolutionis, vel mortis Prioris, &c. cras incipiat numerari primus dies pro menſe Electionis Prioris. Ita declaratum fuit Romæ 1629. decl. 13. *Declaramus quòd quando per Conſtitutionem præfigitur Vocalibus menſis Electionis à die notitia carentia Prioris, huiuſmodi menſis excluſiuè à præfato die computandus eſt.* Non poſſe verò Prouincialem inſtituere in tali caſu Priorem niſi prius ante menſis terminationem vocales de Electione ab ipſis facienda admonuerit, atque ad illam habendam eos hortatus fuerit (& hoc mandatur ſub pœna aliàs nullitatis) declaratum fuit Romę 1530. decl. 2. *Item Declaramus quòd ſi quis Conuentus carens Priore ſuo aliquo caſu, & legitimo impedimento occurrente non elegerit Priorem, Prouincialem non poſſe de Conuentuali Priore prouidere niſi priùs vocales, & Conuentum talem requiſiuerit, & monuerit, vt ad aliquam electionem, vel poſtulationem procedant infra certum tempus; & ſi ſecus factum fuerit à Priore Prouinciali, id totum ſit irritum, & inane.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 5. ſub litt. O.

4 Si Fratres aliquem canonicè infra menſem elegerint in Priorem, & talem electionem caſſari contingat, incipiet de nouo alter menſis electionis à die, quo Conuentui talis caſſatio innotuerit, computari pro altera elactione habenda. *Ex Conſt. noſt. in decl. eiuſdem tex. 5. ſub eadem litt. O.*

5 In hac electione Scrutatores debent eſſe Supprior, vel eius Vicarius in Supprioris abſentia, & duo alij Fratres in Ordine noſtro antiquiores. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 1.* Si autem aliquis ex prædictis ſcrutatoribus aliquod impedimentum ſurditatis, cæcitatis, vel alterius infirmitatis haberit, ita vt ſcrutatoris munus adimplere debito modo non valeat, alter in eius locum à maiori parte vocalium eligatur, qui vnus ex eiſdem in Capitulo ſit. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 7. in declarat. tex. 5. ſub litt. E.*

6 Nomine verò Vicarij intelligitur ille, qui mortuo, vel amoto Priore in eodem Conuentu fuerit inſtitutus; Ita enim declaratum fuit Venetijs 1325. declar. 1. *Declaramus hanc in Capitulo de Electione Prioris Conuentualis, & inſtitutione Supprioris, vbi dicitur, vota eligentium recipiantur per Suppriorem, vel eius Vicarium in abſentia Supprioris: Vicarius ille intelligitur, qui eſt Vicarius in Conuentu, à quocumque fuerit inſtitutus.*

7 Etiam Vicarius à Suppriore mortuo, vel amoto Priore, inſtitutus, abſente eodem Suppriore debet ſcrutatoris munus ſubire. Romæ 1501. declarat. 3. *Item declaramus quòd mortuo, vel amoto Priore officium ſui Vicarij totaliter expirat, & in tali caſu Supprior quando per legem vices Prioris plenariè gerit, poteſt Vicarium inſtituere, qui in eius abſentia, ſi electio Prioris fuerit celebranda, ſcrutinium tenebit.*

8 Vicarius in Capite inſtitutus in aliquo Conuentu debet voce gaudere, Fratreſque ad electionem conuocare, non autem in ipſo Capitulo præſidere, neque ſcrutatoris munus adimplere, ita enim ſancitum fuit Aueniones 1367. ord. 4. *Si mortuo, vel amoto Priore Conuentuali, Conuentus ille habuerit Suppriorē, & ſuper ipſum, ac alios Fratres per Prouincialem, vel Prouinciale Capitulum datus fuerit Vicarius pro regimine, talis quidem Vicarius Fratres ad electionem conuocare debet: Supprior autem cum duobus antiquioribus electioni præſidebit, & ſcrutinium faciet: prædictus verò Vicarius habebit vocem in electione ſicut cæteri Fratres.* quod tamen eſt intelligendum iuxta declarat. 7. Valentię 1647. factam, quam *Vide de Prior. Prouincial. num. 51.*

9 Tenentur Suppriores, vel Vicarij abſentibus Supprioribus conuocare Fratres ad electionem: quòd ſi illi à maiori parte vocalium rogati, pro Electione facienda Capitulum congregare noluerint, antiquior ex omnibus Electoribus illud congregabit. Ita declaratum fuit. Romæ 1601. declarat. 3. *Declaramus quòd quotieſcumque maior pars Electorum in aliquo Conuentu expetierit à Suppriore (vel Vicario ſi non adſit Supprior) vt congreget Capitulum ad electionem, & ipſe renuerit, tunc antiquior ex omnibus electoribus poterit congregare Capitulum, & ad electionem procedere; quòd ſi iſte noluerit, alius antiquior poſt ipſum; & ſic de cæteris donec ad Electionem procedatur.* Quod ita eſſe intelligendum, ſi Supprior poſt tres, vel quatuor dies à vacatione Prioris noluerit Capitulum congregare declaratum fuit Pariſijs 1611. decl. 2. *Secundò declaramus ordinationem illam Capituli Generalis 1601. qua ſancitur, vt ſi Supprior noluerit procedere ad electionem noui Prioris, tunc antiquior in Ordine habeat facultatem conuocandi vocales, & procedendi, &c. ita eſſe intelligendam, videlicet ſi poſt tres, vel quatuor dies à vacatione Prioratus Supprior requiſitus noluerit conuocare vocales, nec procedere ad electionem Prioris, tunc habeat facultatem antiquior in Ordine, &c.* Ex quo colligitur Suppriorem, vel Vicarium quemcumque, ſiue Electionis, ſiue Conuentus inſtitutū, vt ſupra, non poſſe compelli ad congregandum Capitulum pro Electione facienda niſi poſt quatuor dies, ita vt quinta die illud congregare teneatur.

10 Nullus eodem anno eligere poteſt duos, vel plures Priores, vel Socios pro Capitulo Prouinciali, exceptis Regentibus, Lectoribus, & Magiſtris Studentium. Ita ordinatum fuit Vlyſſiponæ 1618. ord. 5. *Ordinamus*

ne

ne quis ratione nouæ aſſignationis poſſit eodem anno duos eligere Priores, nec Socios pro Capitulo Prouinciali, exceptis Supprioribus, Regentibus, Lectoribus, & Studentium Magiſtris, qui ſtudiorum promouendorum intuitu alijs Conuentibus aſſignati fuerint: & etiam Supprioribus denouo inſtitutis, quæ tamen exceptio non intelligatur de Lectoribus caſuum Conſcientiæ.

11 De anno autem naturali intelligendam eſſe præfatam ordinationem declaratum fuit Romæ 1629. decl. 17. *Declaramus ordinationem vltimam Cap. Generalis Vlyſſiponę 1618. qua cautum eſt ne quis ratione nouæ aſſignationis poſſit eodem anno duos eligere Priores, nec Socios pro Capitulo Prouinciali, exceptis Regentibus, Lectoribus, & Studentium Magiſtris, qui ſtudiorum promouendorum intuitu alijs Conuentibus aſſignati fuerint, ac etiam Supprioribus de nouo inſtitutis; intelligendam eſſe, non de anno eccleſiaſtico, ſed de anno naturali à die lati voti.*

12 Valentiæ autem 1647. declarat. 6. decleratum fuit ita præfatam declarationem eſſe intelligendam, vt in illis Prouincijs in quibus Priores durant, non per biennium naturale, ſed Eccleſiaſticum, ſcilicet à Paſchate ad Paſcha, ſeu à Dom. *Deus qui errantibus* vſque ad aliam, & adimplent ſuum tempus tempore Capituli Prouincialis, eadem lex de Eccleſiaſtico anno intelligatur, ſub his verbis. *Declaramus quòd dum dicitur, quòd idem in anno non poſſit bis plures Priores eligere, ſic lex iſta intelligatur de anno naturali, vt declaratum eſt in Capit. Romano 1629. quod tamen in illis Prouincijs, in quibus Priores durant, non biennium naturale, ſed per biennium eccleſiaſticum, & adimplent ſuum tempus tempore Capituli Prouincialis, quod in eiſdem Prouincijs incipit celebrari Dominica, qui errantibus, eadem lex non de anno naturali, ſed de eccleſiaſtico intelligatur.*

13 Aſſignati in Capitulis Prouincialibus, etiam ipſi habent vocem in Electione Prioris. licet eodem anno alterum elegerint Priorem, Toloſę 1628. declarat. 2. *Declaramus, quòd aſſignati à Capitulo Prouinciali habent vocem in Electione Prioris, tametſi eodem anno alibi Priorem elegerint.* Terminato autem Capitulo, neque Prouincialis, neque Vicarius poſſunt in Conuentibus, in quibus eſt Electio Prioris facienda vocalium mutationes facere, ita declaratum fuit Romæ 1553. declarat. 5. *Declaramus, nullum Prouincialem, vel Vicarium completo Capitulo, & expirata auctoritate Diffinitorum poſſe in Conuentibus, qui Priorem non habent aliquam Patrum Vocalium mutationem facere, niſi in caſibus aliàs à Conſtitutionibus permiſſis, non obſtante Conſtit. vbi in Capitulo, vel in loco Capituli fieri permittuntur; quod ſcilicet verbum, in loco Capituli, non pro tempore, quo iam expirata eſt auctoritas Diffinitorum intelligendum declaramus, vt aliàs etiam fuit declaratum.*

14 Non ſolùm in Capitulis Prouincialibus aſſignati, ſed etiam Fratres, qui ad Capitula ipſa Prouincialia acceſſerunt, ſunt vſque ad Vigiliã Pentecoſtes excluſiuè expectandi, ſi electio Prioris ſit facienda. Romæ 1601. decl. 6. *Declaramus quòd quando Priores tempus ſui Prioratus in Capit. Prouinciali compleuerint, tenentur Electores præſtolari Socios, & eos, qui ad Capit. Prouinciale profecti erant vſque ad Sabbatum Sanctum feſti Pentecoſtes excluſiuè, & tunc procedere ad electionem Prioris, niſi fortè ante talem diem illi, qui ad Capit. Prouinciale acceſſerant reuerſi fuerint.* Quod etiam debet intelligi de omnibus vocalibus à Capitulo in dicto Conuentu aſſignatis, vt ex antecedenti declarat. 2. Capit. Toloſani 1628. colligitur.

15 In Priores poſſunt eligi nedum aliorum Conuentuum, verùm etiam Prouinciarum filij. Auenione 1442. decl. vnica. *Vide ſupra de Elect. Prioris Prouincial. num. 11.* vbi etiam aſſignantur quænam conditiones requirantur adhoc.

16 Prouinciales, & Vicarij quicumque infra menſem ante electiones quaſcumque, nouas aſſignationes, & mutationes Fratrũ non faciant in Conuentibus, in quibus electiones huiuſmodi fuerint celebrandæ niſi pro officio Lectoratus, vel Prioratus, vel pro graui ſcandalo euitando, vel niſi in Prouinciali Capitulo, vel in loco ipſius Prouincialis Capituli, ſicut in aliquibus Prouincijs eſt conſuetum: quod ſi contrarium factũ fuerit, huiuſmodi aſſignationes, vel mutationes quoad priuationes vocis in Conuentu, de quo fiunt ipſæ mutationes, & quoad ipſam vocem in Conuentu vbi fiunt aſſignationes, ſuum non ſortiantur effectum. Priores autem Prouinciales, qui in hoc inuenti fuerint exceſſiſſe, per Magiſtrum Ord. vel Diffinitores Generalis Capituli (cum legittimè conſtiterit) a ſuis officijs in pœnam abſoluantur Vicarij verò omni officio Ordinis vſque ad tres annos ſint priuati. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 4. quæ primò Burdegalis 1324. ordinata fuit, deinde Perpiniani 1327. in Conſtitutionem Apoſtolica auct. fuit redacta*; ita enim in eiuſdem Capitulis Actis poſt ord. 8. habetur. *Sciant omnes F.F. Ordinis noſtri, quod omnes ordinationes ſupradicta vim Conſtitutionum noſtrarum habent auct. D.N. Summi Pontificis, non obſtante quod non habeant niſi præſens Capitulum Generale, & omnes in fine libri Conſtitut. noſtrarum integrè conſcribantur.* Ex mandato autem Apoſtolico Clementis VIII. nullæ fieri debent aſſignationes, ſeu mutationes vocalium ante duos electionis Prioris Conuentualis menſes: Ita enim Romæ 1601. ordin. 30.

ſan-

Digitized by Google

ſancitum fuit. *Ordinamus ex mandato itidem eiuſdem Sanctiſs. Domini Noſtri* (ſcil. Clementis VIII.) *ne duobus menſibus ante tempus electionis Prioris vllæ fiant aſſignationes*, quæ ordinatio fuit iterum approbata, & acceptata Valliſoleti 1605. acceptat. 2. in hunc modum. *Item illam* (ſcil. ordinationem ex mandato eiuſdem Clementis VIII. factam acceptamus) *ne duobus menſibus ante tempus Electionis vllæ fiant aſſignationes, vel reuocationes, addentes quod ſi facta fuerint Fratres ſic aſſignati non habeant vocem in quauis Electione illius Conuentus donec aliquis fuerit confirmatus.* Si ergo nullæ poſſunt fieri Fratrum mutationes, neque etiam nouæ Lectorum aſſignationes præſtari poterunt. (de illis enim, qui in Priores aſſumuntur nulla poteſt eſſe difficultas, cum vnuſquiſque iuri ſuo in habendis electionibus cedere valeat; ſed neque etiam de aſſignationibus pro graui euitando ſcandalo factis, cum in his fraus accedere nequeat) In Lectoribus enim aſſignandis, atque remouendis fraus maxima vigere poteſt: Poſſunt enim Prouinciales, Prouinciarumque Vicarij, vnum, & alterum ex Vocalibus non ſibi bene affectis à Conuentibus, in quibus Priorum electiones ſunt celebrandæ, quandoque amouere, atque in aliorum cœnobiorum Lectores inſtituere, alteroſque in eorumdem locū ſibi additos aſſignare, atque ita iuxta proprium votum electiones perficere. At quæ fraus maior excogitari poteſt? Cum igitur omnimodam fraudis ſuſpicionem ab electionibus noſtræ Conſtitutiones eliminare intendant, & hæc etiam maxima ab Ordine noſtro fuganda videtur. In cuius executionem Reuerendiſs. P. F. Vincentius Candidus Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter, Ordiniſque Generalis Vicarius (cuius memoria in benedictione eſt) ann. Dom. MDCXXXXIII. Ex Patrum conſilio (cui ergo omnium minimus interfui) ſemel, atque iterum electionum Priorum ſcrutinia ſibi tranſmiſſa, in quibus præfata aſſignationis Lectorum infra duos menſes fraus acceſſerat, lacerauit, factaſque electiones caſſauit.

Alios autem noui Superiores, qui prædictam Conſtitutionem de primis tantum Lectoribus intelligendam eſſe voluere; at neque in hoc fraudis virus omnino eliminatur. Vt omnes igitur in hac re ambiguitates, atque fraudes tollantur à Generalibus Capitulis pro præfata Conſtitutione declaratio aliqua expectanda videtur, quæ eo tempore fuit ſancita, quo ſtudia in Ordine noſtro non, ſicuti modo, florebant, vt ex Capitulorum Actis manifeſte colligitur.

17 Qui fuerint infra duos menſes aſſignati, voce in electione Priorum careant, quouſque fuerit facta Electio, atque electus confirmatus acceptauerit. Venetijs 1592. decl. 2. *Declaramus quod aſſignati infra menſem* (nunc ex decreto Clem. VIII. eſt infra duos menſes) *in aliquo Conuentu, in quo facienda eſt electio Prioris, voce carere intelliguntur quouſque Electio confirmationis effectum ſortita fuerit, & confirmatus acceptauerit.*

18 Debet etiā conſtare de aſſignatione eorū & Prælato & Conuentui duobus menſibus ante electionem. Romæ 1589. decl. 5. *Item declaramus ad tollendam quamcunque fraudem & doli ſuſpicionem, & quatenus opus ſit decreuimus & ſtatuimus, quod adhoc, vt aliquis in Electione aliqua vocem habeat, non ſufficit quod ante Electionis menſem* (hoc eſt duos menſes modò) *in Conuentu, vbi eligere debet, fuerit aſſignatus, niſi de aſſignatione ipſa, & Prælato, & Conuentui, in quo de nouo eſt aſſignatus re vera ante menſem conſtiterit.* Vide infra num. vlt.

19 Excipitur autem caſus mortis; nam ſi aliquis infra duos menſes aſſignatus fuerit & mors Prioris occurrat, voce in ſucceſſoris illius electione, debet gaudere. Ita declaratum fuit Venetijs 1592. decl. 7. *Declaramus in quinta declaratione præcedentis Capituli Romæ celebrati 1589. facta vbi dicitur; Niſi de aſſignatione ipſa Prælato, &c. re vera ante menſem conſtiterit, immediatè ſubſequi debere hæc verba: Excipitur caſus mortis ipſius Prioris, quando nulla fraus præſumi poteſt.* Ex quo colligitur, quòd ſi grauiter, & cum periculo maximo vitæ ægrotante Priore aliquis in eius Conuentu aſſignetur, ipſo mortuo, non debeat ad electionem cum alijs admitti, ne in fraudem illius aſſignatio facta cenſeatur.

20 Si aliquis infra duos electionis menſes ad Sacerdotium promoueatur, vel ſextum profeſſionis annum terminet, voce in eadem electione frui debet. Romæ 1612. declarat. 2. *Declaramus quòd cum in Conſtitutionibus noſtris dicitur quod infra menſem electionis numerus eligentium non augeatur, non debet intelligi quando quis infra tempus electionis complet ſex annos ſuæ profeſſionis, ſi eſt Sacerdos, vel ſacrum Ordinem Presbyteratus ſuſcipit, & explet ſex annos à profeſſione; poterit enim in præfatis caſibus vocem habere in electione: & idem dicitur ſi contingat Priorem mori, iuxta declarationem Capi. Generalis Venetijs celebrati 1592. quia tunc nulla fraus præſumi poteſt.*

21 Fratres Conuerſi ad clericalem habitum tranſlati voce in electionibus non gaudeant Priorum, niſi poſt duodecimum clericalis habitus annum. *Vide de Conuerſis num. 38.*

22 Qui ſunt ex aliena Prouincia, vt vocem hab[illegible]nt, tenentur per maiorem partem anni in eadem Prouincia aſſignationem complere. *Vide ſupra de Electionibus num. 30.*

23 Qui bona fide aſſignati per duos menſes Conuentui inſeruiere, voce in [illegible] gaudent, non verò aſſignati doloſè. [illegible] 1611. ord.

ord. 10. *Ordinamus ad cauendas omnes fraudes in electionibus tam Priorum, quam Sociorum pro Capitulo Prouinciali, vt non fiant aſſignationes doloſæ, ac fictitiæ, ſed ad illos tantùm pertineat electio, qui realiter, & bona fide ſunt in illo Conuentu aſſignati, & in eodem, ſaltem per duos menſes, realiter, & bona fide Conuentui inſeruientes ante electionem permanſerunt.*

24 Abſentes, qui ſunt infra terminos ſuæ prædicationis, ſeu dietæ vocandi ſunt ad electionem Prioris ſi alias vocales illius ſint. Viterbij 1268. approbat. 1. *Approbamus has in capitulo de Electione Prioris Conuentualis vbi dicitur, ſicut fit in electione Magiſtri, addatur: Cum verò in aliquo Conuentu Prioris electio fuerit facienda, non teneatur Conuentus expectare, vel vocare Fratres vocem in electione habentes niſi illos, qui infra terminos prædicationis ſuæ nouerint conſtitutos.* Biſuntij verò 1357. ord. 5. ad tollendas omnes difficultates ordinatū eſt, vt cuncti vocales, qui ex quacunque cauſa fuerint abſentes, vocentur ad electionem ſi ad eos nuncius pedeſter per diem valeat peruenire. *Si electio Prioris, aut Socij pro Capit. Prouinciali eſt facienda, & aliqui vocales extra Conuentū fuerint & ad eos per vnam dictam poſſit nuncius peruenire, per Præſidentem tranſmittatur ad eos vocandos: Quòd ſi illi noluerint, aut non potuerint venire, aut ſi in loco, pro quo viſitando licentiam acceperant diligenter quæſiti cum teſtimonio fide dignorum inuenti non fuerint, poſſunt præſentes Electores in eorum abſentia, illis non expectatis ſine fraude ad Electionem procedere.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 7. in declarat. ſub litt. Q.

25 Qui in Vicarijs, ſeu poſſeſſionibus ad Conuentus ſpectantibus permanent, etiam ipſi vocandi ſunt, & voce in electionibus Priorum debent gaudere. Ita declaratum fuit Toloſæ 1628. decl. 1. *Declaramus eos, qui manent in Vicariatibus, domibus, vel poſſeſſionibus ad Conuentus noſtros pertinentibus, cum ipſis Conuentibus inſeruiant, & ſubſint obedientiæ Priorum, gaudere vtraque voce.*

26 Electio ad illos etiam Electores pertinet, qui in eodem ſunt Conuentu infirmi, & decumbentes, ad quos Scrutatores tenentur accedere pro illorum voto ſuſcipiendo, ſicut fit in Electione Magiſtri Ordinis. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 7. ſub litt. Q. & de Elect. Magiſtri Ord. num. 10.*

27 In Conuentibus, in quibus Generalia ſtudia vigent, non niſi Patres graues, ſcientiaque ornati eligantur. Romæ 1571. admon. 3. *Admonemus R. P. Prouinciales, & vniuerſos Fratres ad quos pertinet Electio, vt in Conuentibus in quibus viget ſtudium Generale, præſertim in Pariſienſi dent operam, vt viri graues & (quantum fieri poteſt) literis præditi in Priores eligantur, quo literarum ſtudia, quibus Ordo noſter maximè deditus eſt, in dies coaleſcant.*

Venetijs autem 1592. vniuerſaliter in toto Ordine mandatum eſt eligendos in Superiores noſtros illos eſſe, qui regulari obſeruantia, prudentia, & diſcretione fuerint ornati. Ita enim habetur in ordin. 6. *Vide ſupra de Electionibus num. 46.*

28 Conuentus tres vocales habentes poſſunt Priorem abſentem eligere, ſi autem duos tantum habeant, addantur tres alij ex conſtitutis in Sacris, completos quator annos à profeſſione habentes, vel ſaltim vnus pro ternario numero conficiendo, alias Electio ad Prouincialem deuoluetur. Romæ 1601. declarat. 5. *Ordinationem decimam factam Apoſtolica auctoritate in Capitulo Valentino, quod Fratres non admittantur in quauis electione Canonica quin duodecimum annum à profeſſione compleuerint, &c. eadem auctoritate Apoſtolica declaramus debere etiam intelligi de electione Sociorum euntium ad Capitulum Prouinciale, & de Tertiarijs, quæ ſolemniter ſunt profeſſæ. Quod ſi in aliquo Conuentu non reperiantur niſi duo Vocales, tunc adiungatur vſque ad quinarium numerum ex his, qui habent quatuor annos à profeſſione, ſuntque in ſacris, incipiendo ab antiquioribus; quod ſi tot non ſuppetant, addatur ſaltem vſque ad numerum ternarium, & ſic poterunt ad electionem procedere: Si autem tot non reperiantur, tunc deuoluitur electio ad R. Prouinciales, qui de conſilio quatuor ad minus Patrum grauiorum maxima cum conſideratione prouidere debebunt, eorumque conſcientias ſuper hoc aggrauamus.* Præfata autem ordinatio quantum ad Iuuenes in Sacris conſtitutus aſſumendos in defectum vocalium Sacerdotum pro numero quinario, vel ſaltem ternario complendo fuit per ordinationem 4. Capituli Romani 1608. auctoritate Apoſtolica factam reuocata, in qua ſancitur nullum non Sacerdotem ad Canonicas Electiones eſſe admittendum. *Vide ſupra de Electionib. num. 17.*

29 Qui autem quinque vocales habent, poſſunt vnum de corpore Capituli eligere. Romæ 1629. decl. 8. *Declaramus non obſtante Capituli Generalis Pariſienſis 1611. ordinatione 10. quod vt vocales alicuius Conuentus poſſint eligere Priores, qui ſit de corpore Capituli ſufficiunt quinque Electores, & Prior electus à quatuor Vocalibus erit canonicè electus.*

30 Si verò Conuentus habuerint ſex vocales, & vnus eorum propriæ voci renunciauerit, iſte talis ſi à quatuor ex eiſdem Electoribus eligatur, electio nulla erit; ita enim declaratum fuit in eodem Capit. Romano 1629. declar. 7. *Declaramus quod in Conuentibus vbi ſunt ſex vocales ſi vnus eorum voci renuntiauerit, & ipſe deinde à quatuor ex eis eligatur, talis electio nulla ſit, & huiuſmodi renunciatio in fraudem facta cenſeatur.*

Vt

31 Vt Priores ex vno Conuentu in Priores alterius eligi poſſent, conceſſum fuiſſe Placentiæ ex Apoſtolica auctoritate an. 1310. aſſerit P.F.Camillus Iaſinski: Veruntamen in Actis præfati Capituli nec verbum quidem de hac re inuenitur. Hoc vnum in Cap. apud Argentinam 1307. ordin. 3. ſancitum reperitur quod, ſi eligantur, non concedantur de facili, niſi ex vrgenti cauſa, hoc modo. *Item cum à multis Prouincijs receperimus querelas, quod plures Priores in Conuentibus aliquibus confirmati, dantur nimis de facili, quando à Conuentibus alijs poſtulantur, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus ne fiant niſi raro, & ex cauſa rationabili plurimum, & vrgente.*

32 Electi in Priores ſtatim ac fuerint confirmati, infra ſpatium trium horarum teneantur Prioratum acceptare, vel recuſare; quòd ſi acceptauerint, diem & horam acceptationis in confirmationis litteris patentibus coram teſtibus ſubſcribant. Romæ 1629. ord. 22. *Ipſi verò Priores electi ſtatim ac confirmationem receperint, eam acceptare, vel recuſare infra ſpatium trium horarum teneantur, die & hora acceptationis in ijſdem litteris patentibus confirmationis propria manu coram duobus teſtibus deſcriptis, ſub pæna ſuſpenſionis ab eorum officijs ipſo facto incurrenda.*

33 Tempus, quo in officio Prioris durare debent, qui ad id munus exercendum aſſumuntur incipit à die, & hora acceptationis eorundem. Romæ 1530. decl. 11. *Declaramus Prouinciales, & Priores Conuentuales tempus Prioratus incipere à die acceptationis ſui Prioratus.*

34 Litteræ patentes confirmationis eorum qui in Priores fuere electi, in publico legantur, notando in illis diem, & horam, quibus fuerunt intimatæ. Valliſoleti 1605. ord. 12. *In Prouincijs, in quibus hactenus patentes litteræ confirmationis Priorum in Capitulo legi non conſueuerunt, deinceps legantur coram Fratribus in Refectorio, vel Capitulo, notando in eiſdem litteris diem, & horam quibus fuerint intimatæ.*

35 In duobus Conuentibus, quorum vnus non pendet ab alio, non poteſt habere aliquis vocem in Priorum electione, niſi fortè ibi aliquis inſtitueretur Vicarius electionis. *Ita habetur in Conſtitutionibus noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 7. ſub litt. Q.* vbi pro hac re citatur Capitulum Bononiæ 1305. quod eſt falſum, nam an. 1305. celebratum fuit Cap. Ianuę, in quo de hoc nulla fit mentio.

36 Nullus eligatur, aut confirmetur in Priorem, niſi ſciat grammaticè loqui abſque falſa latinitate, & ſit ita inſtructus, ſaltim in moralibus Sac. Scripturæ, vt ſciat proponere competenter verbum Dei in ſuo Conuentu. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 5. Quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſtit. redacta Romæ 1558.* Vt ipſum verbum Dei ſciret proponere latino ſermone ad hoc vt aliquis in Priorem eligeretur, fuerat ordinatum ita apud Cenomanum 1491. decl. 7. *Declaramus ſecundùm tenorem noſtrarum Conſtitutionum in capit. de elect. Prioris Conuentualis quòd nullus in noſtro Ordine in Priorem Conuentualem eligatur, niſi ſciat competenter proponere verbum Dei verbis latinis in ſuo Conuentu:* Romæ tamen 1525. decl. 2. declaratum fuit ſufficere, vt illud ſciat proponere in materna lingua, his verbis: *Declaramus quòd poſſint eligi in Priores Conuentuales qui ſaltim in materna lingua ſciunt proponere verbum Dei.*

37 Neque qui fuerit miſſus Vicarius pro electione Prioris facienda. Romę 1553. ord. 12. *Ordinamus quòd nullus R. Prouincialis, vel Vicarius poſſit ad aliquem Conuentum pro aliqua electione facienda Vicarium electionis in eo non aſſignatum mittere, niſi in caſu diſſenſionis eligentium, vel ſi in veritate contingat nullum in eo eſſe Fratrem, qui nouerit electionem dirigere: quod ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane, & qui pro electione dirigenda fuerit miſſus, careat ibi voce paſſiua.* Quod fuit conſ. Auenione 1561. conf. 10. & Bononiæ 1564. conf. 6.

38 Neque qui fuerit Germanus Frater præteriti Prioris Conuentus. *Vide elect. Prioris Prouincial. num. 10.*

39 Neque, qui officium Magiſtri Nouitiorum ſibi in Capitulo Prouinciali à Diffinitoribus impoſitum recuſauerit. Pariſijs 1611. ord. 4. *Huiuſmodi Nouitiorum Magiſtri deſignentur à Diffinitorio Capituli Prouincialis, vel intermedij, quod eandem omnino habeat facultatem, qui ſint ætatis quadraginta, vel adminus triginta quinque annorum, pluresque deſignari debebunt, quàm tunc neceſſitas expoſcat, vt ſi forte alicubi prouidendum fuerit, poſſit ex deſignatis aliquis ad petitionem Patrum, Conuentus indigentis prouideri: Qui verò ita deſignati officium præfatum exercere recuſauerint, ſint perpetuò inhabiles ad officium Prioratus; Magiſtris in Theologia, Patribus Prouinciæ, Lectoribus, & Prædicatoribus actu legentibus, & prædicantibus tantùm exceptis.*

40 Neque qui Chorum, Refectorium aliaque communia ſequi non valet. Vlyſſiponæ 1618. conf. 5. *Confirmamus declarationem ſæpè aliàs factam, & gloſſæ Conſtitutionum noſtrarum diſt. 2. cap. 2. inſertam, eos videlicet non poſſe eligi in Priores, qui Chorum, Dormitorium Refectorium, & communia, prout decet, ſequi non valent. Addentes inſuper decretum fœlic. recordat. Clementis Papæ VIII. in quo habetur: Vt ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſſint, & conſueuerint Regulas Ordinis, & Conſtitutiones obſeruare, præſertim quæ pertinent ad ſeruitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.* Quod fuit cõfirmatum Valen-

tię 1647.conf.1. Vide in Conſt.noſt.diſt.2.c.2. in decl.tex. 5. ſub litt. P.

41 Ineligibiles etiam ſunt ante quadriennium qui in eodem Conuentu fuere Priores, ſi Priores ſint biennales, vel ante ſexennium ſi ſint triennales. *Ex Conſtitutione Apoſt.Iuly II. quæ fuit acceptata, atque executioni mandata, vt dicitur Salmanticæ* 1551. *declarat.vltima*. Vide in Conſt. noſt. diſt.2. cap.2. in decl. tex.5. ſub litt. P. vbi error irrepſit dum dicitur. Quod quidem intelligitur, vbi Prouinciales durant per quadriennium Priores vero per triennium, & debet dicere per biennium. *Vide de hac re clarius infra de Prior.Conuentual.num*.30.

42 Ineligibiles etiam ſunt ſecunda vice, qui prima electi, vel ſufficienter poſtulati, non fuere confirmati à Priore Prouinciali, ſed eorum electio, vel poſtulatio fuit caſſata, niſi ad ſit licentia eiuſdem Prouincialis illos iterum eligendi, vel poſtulandi. Si autem abſque ſupradicta licentia illos elegerint, vel poſtulauerint, iterum electio nulla ſit, atque ad Prouincialem deuoluatur. Ita fuit inchoatum apud Montempeſulanum 1271. & etiã approbatum Florentię 1272.(quod tamen in ſequenti Cap.1273.apud Peſtum non fuit iterum confirmatum, vnde neque in Conſtitutionem redactum) approbat.4. *Item approbamus hanc in cap.de Electione Prioris Conuentualis poſt illud*: Prior Prouincialis Conuentui prouideat de Priore: *addatur ſi autem Prouincialis aliquem Fratrem ab aliquo Conuentu electum, vel poſtulatum non confirmauerit, ſecundò Fratrem illum ſine ipſius Prouincialis licentia eligere, vel poſtulare non poſſint, & hoc habet duo Capitula*. Vide in Conſt. noſt.diſt.2.cap.2.in decl.tex.3.ſub litt. L.

Qui autem alij ſint ineligibiles. *Vide ſupra de Electionibus*.

43 Priores Conuentuales electi, à Priore Prouinciali, ſi ei viſum fuerit, confirmentur. *Ex Conſtit. noſt. diſt.2. cap.2. tex. 3. ſuprad.* In cuius declarat. ſub litt. L. dicitur, illa verba (ſi ei viſum fuerit confirmentur) non ſignificare liberam poteſtatem in Prouinciali, ita vt pro ſuo libero arbitrio poſſit electos confirmare, vel non, ſed diſcuſſionem rationis, & arbitrium boni viri: Atque adeo non debere Prouincialem Priores electos ſecundùm ſuæ voluntatis beneplacitum confirmare, vel electiones eorum caſſare: Quapropter in Capit. Generali Barcinonæ 1574. ord.vlt.mandatum fuit, Prouinciales in electionibus Priorum confirmandis teneri conuocare grauiorum Patrum Conſilium, qui per ſecreta ſuffragia factas electiones approbare, vel reprobare debebunt, quod fuit confirmatum Romæ 1580. conf. 22. ſub his verbis. *Confirmamus, quòd RR. Prouinciales in confirmandis Prioribus Conuentualibus ſententias, & vota Patrum diſcretorum, quos ad conſilium capiendum vocauerint per ſuffragia ſecreta, ſeu fabas ſuſcipiant, quo liberiùs poſſint ſuam ferre ſententiam*. Quod iterum fuit confirmatum Vlyſſiponæ 1618. conf.4. & additum quod nullo modo contrarium faciant. Idem etiam fiat ſi aliquis à maiori parte illorum, ad quos pertinet electio de alio Conuentu fuerit poſtulatus. *Ex eodem tex. Conſtitut. quæ fuit inchoata Mediolani* 1270.*conf.apud Montem Peſulanum* 1271.*& in Conſtitut.reducta Florentiæ* 1272. Vide plura alia in decl. eiuſdem tex.ſub eadem litt.L.

44 Non poſſunt Prouinciales confirmationes Priorum differre, etiam ſi electi fuerint non propoſiti ab ipſis. Romę 1564. Vide de forma in electionibus ſeruanda ſupra de Electionib. num. 49. In cuius confirmationem Romæ 1629.ord.22.ita dicitur. *Ordinamus, vt Prouinciales adhibitis primum neceſſarijs diligentijs circa ſcrutinium electionis Prioris ſecundum noſtras Conſtitutiones, & prudentiam adhibendis de conſilio Patrum huiuſmodi electionem approbare, vel caſſare, prout in Domino iudicabitur expedire, quam primùm teneantur*.

45 Inquiſitores hæreticæ prauitatis in Priores electi confirmari non poſſunt inconſulto Magiſtro Ordinis. Romæ 1580. admonit. 3. *Admonemus RR. Prouinciales, quòd ſi R. Inquiſitores in Priores eligi contigerit, non confirmentur niſi conſulto Reuerendiſ. Generali Mag. Ord. ne forte S. Inquiſitionis officium impediatur*. Modò verò id fieri non poteſt inconſulta etiam Sacra Congregatione S. Vniuerſalis Inquiſitionis.

46 Caueant Superiores, ne in Priores confirment indoctos, atque eos, ex quibus non ſperatur regularis obſeruantiæ incrementum. Apud Verdunum 1356. *Prouinciales eorumque Vicarij caueant ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs, ne quantumcumque vnanimiter electos in Priores audeant confirmare, niſi ſint ſufficientes in ſcientia, & moribus præditi, & niſi veroſimiliter præſumant, quòd correctioni, & honeſtati, & reformationi Ordinis operam dabunt efficacem*. Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſæpe ſæpius citato ſub eadem litt.L.

47 Dum caſſatur electio, ob aliquam cauſam, tenetur Confirmator dicere, Caſſo iſtam electionem, aliàs electores non poterunt ad alteram electionem procedere, quod ſi elegerint, electio nulla erit. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco infra adducendo*. Item ſi quis habens litteras quod non poſſit cogi ad ſuſcipiendum Prioratum, eligatur in Priorem, & confirmetur, ſi confirmationi de ſe factæ non conſenſerit, non eſt abſoluendus, ſed ſufficit electionem caſſari, vt electores liberè alium eligere poſſint. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 3. ſub litt. L.* & citatur pro hac re Capit. Generale apud Victoriam 1321. quod

eſt

eſt falſum; nam an. 1321. celebratum eſt Capit. apud Florentiam in quo de hoc nulla fit mentio. Subditur ibidem etiam pro hac re Capit. Toloſanum 1304. in quo nec verbum quidem de præfata declaratione habetur, & P.F. Camillus Iaſinski Polonus ad idem confirmandum adducit Capitulum apud Victoriam ann. 1331. habitum, in quo etiam nihil de hac re agitur. Hoc autem ſolùm fuit ſancitum Ianuæ 1305. declarat. 2. in hunc modum. *Quando Prior electus habet gratiam quòd non poſſit cogi, vel aliàs innodari, ſi electus fuerit in Priorem, non poteſt ad ſecundam electionem procedi, niſi fuerit prima electio caſſata.*

48 Seruetur in Prouincijs laudabilis conſuetudo (ſi illam habent) vltra electionem vnius apponere etiam poſtulationem alterius; poterit autem Confirmator etiam poſtulatum electoribus in Priorem dare, dummodo à maiori parte fuerit poſtulatus de qua re Romæ 1553. decl. 3. ſic dicitur. *Declaramus auctoritate Apoſtolica pro illis Prouincijs in quibus poſtulationes ſunt in vſus ex verbis Priuilegij dicentis: Poterit Prior Prouinciales confirmare vnum quem Fratres petierint per ſuas litteras,* ly per ſuas litteras, *ita eſſe intelligendum, quòd in ſcrutinio electionis poſtulationes ipſæ ponantur, & in Capitulo ante ſui diſſolutionem publicentur ita quod recedentibus ſcrutatoribus à banco nihil poſſit addi, vel minui: quod ſi ſecus factum fecerit totum ſit irritum, & inane,* & Romæ 1564. cap. *De Sacri Concilij Trident. Decretis* ſic dicitur: *Declaramus præterea, vt in illis Prouincijs, in quibus, vel ex Apoſtolico indulto, vel approbata, & iam diu recepta conſuetudine præter nomen electi ſolent apponi alia nomina eorum, qui ſimul poſtulantur, ea conſuetudo deinceps conſeruetur & nomina eorum, qui poſtulantur, numerus quoque poſtulantium ſimiliter in Capitulo publicentur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. in decl. tex. 3. ſub litt. C.

49 In Conuentibus non poteſt celebrari noui Prioris electio, vel poſtulatio, niſi ille, qui in tali munere præeſt, ſi penitùs amotus. Pariſijs 1239. ord. 1. *Fratres noſtri non eligant, vel poſtulent ſibi Priores, niſi ille qui præeſt penitùs ſit amotus: nec etiam ſub conditione, ſi eum contigerit amoueri.* Quod fuit conf. Bononiæ 1340. ord. 7. Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. ſub litt. A.

50 Si aliquis ſit canonicè electus, & confirmatus, eique præceptum de tali munere ſubeundo factum ſit, ſi ipſe nō conſentiat, nunquam eſt Prior, nec Prelatus, neque ius aliquod ſibi aquirit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 3. ſub litt. L.*

51 Caueant Prouinciales ne directè, vel indirectè Fratres inducere ſtudeant ad electiones Priorum, ſeu Prouincialium ſucceſſorum faciendas, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, ac paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad honores, & officia obtinenda. Toloſæ 1628. admonit. 2. *Vide de Elect. Prior. Prouincal. num. 19. & de Electionib. num. 1.*

52 De Electione Prioris, quando inſtabit, non poſſunt, nec debent Vocales tractare ante vnam diem; qui vero votum in eadem non habent nullo modo de illa tractent; contrarium verò facientes, pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. Prælati autem, qui tranſgreſſoribus dictam pœnam non inflixerint, abſolutionis ab officijs pœnam incurrunt; Et idem ordinatum fuit de Monialibus circa electionem Prioriſſæ faciendam. Valentiæ 1596. ord. 12. *Vide de Electionib. num. 4.*

53 Priores, qui aſſignantur in eodem, vel alio Conuentu dum ſunt Priores, in electione ſucceſſoris voce non poſſunt gaudere; niſi poſtquàm terminato Prioratus officio per duos menſes integros Conuentui, in quo fuerunt aſſignati bona fide inſeruierint: ita declaratum fuit Romæ 1650. decl. 3. *Vide de Aſſignationibus num. 17.*

54 Non eligantur in Priores Lectores ex ſtudijs redeuntes antequàm legant. Mediolani 1340. ord. 8. *Redeuntes quoque de Generalibus ſtudijs non eligantur, nec confirmentur in Priores, donec lectoratus officium exercuerint per tres annos.*

55 Omnes Vocales ſint ſi Communione ſacra refecti. *Vide de Electione Prior. Prouincial. num. 22.*

56 Ad remouendam omnem ſraudis, & doli ſuſpicionem ordinatum eſt Pariſijs 1611. vt fictitiæ aſſignationes non fiant; declaratumque fuit nullum in Priorum electionibus vocem habere poſſe, qui nedum non fuerit per duos menſes ante aſſignatus in illo Conuentu, in quo tales electiones ſunt celebrandæ eiuſque aſſignatio Conuentui, & Prælato innotuerit (vt dictum eſt ſupra num. 18.) verum etiam niſi realiter tali Conuentui inſeruierit atque in eodem permanſerit verè, & propriæ ſicuti alij Fratres Conuentuales illius. Ita enim ordin. 10. dicitur. *Ordinamus ad cauendas omnes fraudes in electionibus, tam Priorum, quam Sociorum pro Capitulo Prouinciali, vt non fiant aſſignationes doloſæ, ac fictitiæ, ſed ad illos tantum pertineat electio, qui realiter, & bona fide ſunt in illo Conuentu aſſignati, & in eodem ſaltem per duos menſes realiter, & bona fide Conuentui inſeruientes ante electionem permanſorunt.*

De Electione Prioriſſæ.

1 IN electione Prioriſſæ ſeruetur à Monialibus forma præſcripta pro electionibus Priorum. ex Sac. Concil. Trident. decreto Bononiæ 1564. *Vide de Electionib. num. 49.* prout etiam in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 4. ſub litt. I. aſſeritur.

2 Teneantur omnes ad electionem accedentes ſacro Euchariſtiæ Sacramento eſſe munitæ ſub pœna priuationis vocis. Barcinonæ 1574. ord. 1. *Vide de Elect. Prioris Prouincial. num. 22.*

3 Nulla Monialis de tali electione pertractet ante vnam diem, ſub pœna grauioris culpæ. Valentiæ 1596. ord. 12. *Vide de Electionibus num. 4.*

4 Quæ duodecimũ annum à profeſſione non compleuerint, ad electionem, neque paſſiuè, neque actiuè ſunt admittendæ. Neapoli 1600. decl. 13. *Moniales quæ duodecimum annum à profeſſione non compleuerint, ad electionem Prioriſſarum actiuè, vel paſſiuè nullo modo admittendæ erunt.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 4.

5 Neque Prioriſſæ, neque Supprioriſſæ poſſunt poſt expleta ſua munera iterum ad illa immediatè reaſſumi. Romæ 1580. ordin. 8. *Ordinamus etiam, & omnino ſeruari volumus quod Prioriſſa, & Supprioriſſa in Monaſterijs noſtri Ord. nullo pacto poſt expletum immediatè earum officium in eodem Monaſterio eligi poſſint; irritum decernentes quidquid ſecus factum fuerit.*

De Electione Diffinitorum Capituli Generalis.

1 INſtante Capitulo Generali Diffinitorum, aliquis de magis idoneis eligatur, qui ſit Generalis Capituli Diffinitor. *Vide de Diffinit. Cap. Gen. num. 1.*

2 Eligantur Diffinitores à maiori parte Capituli. *Vide ibid. num. 2.*

3 Per diſquiſitionem Prioris Prouincialis, Prioris ac Supprioris illius Conuentus, vbi Capitulum celebratur. *Vide ibid. num. 3.*

4 Vel eius Vicarij. *Vide ibid. num. 4.*

5 Et ſi vnus de fuerit, per diſquiſitionem duorum; quod ſi duo defuerint, loco ipſorum per diſquiſitionem duorum antiquiorum in Ordine præſentium in Capitulo. *Vide ibid. num. 5.*

6 Eligantur iuxta formam canonicæ electionis præſcriptam ex decreto Sac. Concilij Tridentini in Capit. Generali Bononiæ 1564. *Vide de Electionib. num. 49.*

7 Si eligãtur de corpore Capituli habeant duo vota, vel ſaltem vnum cum dimidio vltra medietatem. *Vide ibid. num. 8.*

8 Electi in Diffinitores ſi non diffinierunt, poſſunt iterum eligi, vt in ſequenti Capitulo diffiniant. *Vide ibid. num. 10.*

9 Non eligantur qui ſunt Prouinciales. *Vide ibid. num. 12.*

10 Non eligantur niſi ſint filij illius Prouinciæ, pro qua debent diffinire. *Vide ibid. num. 14.*

11 In Congregatione intermedia, quæ inter Capitula Prouincialia celebratur non eligantur. *Vide ibid. num. 15.*

12 Si ſuperſedeatur illo anno à celebratione Capituli Generalis, qui in ſequenti Capitulo Prouinciali fuerit electus, habeatur Generalis Capituli Diffinit. *Vide ibid. num. 17.*

13 Si nullus alius electus fuerit, ille, qui in Capitulo præcedenti fuerit electus, ſit legitimus Diffinitor. *Vide ibid. num. 18.*

14 Qui in præcedenti Capitulo diffiniuit non eligatur pro Diffinitore ſubſequentis Capituli. *Vide ibid. num. 19.*

15 Non eligantur Fratres debiles, qui ad Capitulum accedere liberè non poſſint. *Vide ibid. num. 24.*

16 Neque eligantur iuuenes. *Vide ibid. num. 25.*

17 Si Diffinitores eligantur in Prouincia-les, diffinire non debent in Capitulo Generali electionis Magiſtri Ord. in quo fuerunt confirmati, ſed alij Electores loco ipſorum diffinient. *Vide ibid. num. 34.*

18 Non eligantur in primo Cap. Prouinciali, quod ſit poſt Capitulum Generale, ſed in ſecundo. *Vide ibid. num. 35.*

19 Priores Conuentuales poſſunt in Diffinitores eligi cum retentione officij Prioratus. *Vide ibid. num. 26.*

20 Diffinitorum electio non eſt committenda Prouincialibus, ac Diffinitoribus Capit. Generalis à Vocalibus Capit. Prouincialis, ſed ſecundùm formam in Conſtitutionibus præfixam eligantur. *Vide de Diffinit. Capit. Gener al num. 6.* Quod fuit confirmatum Argentinæ 1260. admon. 1.

21 Litteræ Magiſtri Ordinis, ſi quæ ſint, & Acta Capituli Generalis ſunt legenda in Capitulo Prouinciali ante electionem Diffinitorũ. Florentiæ 1257. ord. 1. *Acta Capituli Generalis, & litteræ Magiſtri legantur Fratribus in Capitulo Prouinciali congregatis ante electionem Diffinitorum.*

22 Prouincialis etiam abſoluti, vocem habent in Diffinitorum electione. *Ex Conſt. noſt.*

noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 8. Vide de Abſolut. Priorum Prouincial. num. 25.

De Electione Diffinitorum Cap. Prouincialis.

1 IN ſingulis Capitulis Prouincialibus eligantur quatuor Fratres de diſcretioribus, &c. & in quibus plures concordauerint illi pro Diffinitoribus habeantur. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 1. & 2.* Vide de Diffinit. Cap. Prou. num. 1.

2 Eligantur in die præcedenti aſſignationem Capituli. Romæ 1553. decl. 4. *Vide ibid. num. 3.* Et eligantur iuxta modum electionis Canonicæ. *Vide ibid. num. 2.*

3 Illi pro veris Diffinitoribus habeantur, qui medietatem votorum exceſſerint. *Vide ibid. num. 6.*

4 Qui in vno electi fuerunt, ſequenti anno ad idem munus ſunt ineligibiles. *Vide ibid. num. 11.*

5 Non eligantur Prouinciales, qui ſuum officium in eodem Capitulo terminant. *Vide ibid. num. 12.*

6 Neque, qui ſemel apoſtatauerint, vel de lapſu carnis manifeſtè conuicti fuerint. *Vide ibid. num. 17.*

7 Si contingat in Diffinitorem eligi aliquem, qui non ſit de corpore Capituli, vocem in electione Prouincialis nequaquam habebit. Romæ 1629. decl. 11. *Declaramus quod ſi contigerit Diffinitorem Capituli Prouincialis eligi ex illis, qui non ſunt de corpore Capituli, talis electus ex vi officij Diffinitoris vocem non habebit, nec ad electionem Prouincialis admittendus erit, Prouincia Græcia tantùm excepta.* Licet ergo in electione Prouincialium ita electi voce non gaudeant, tamen omnia munia ad Diffinitores ipſos ſpectantia adimplere debent cum alijs Diffinitoribus.

9 In Congregatione intermedia non poſſunt eligi. Romæ 1629. ord. 12. *Ordinamus in quadriennio Priorum Prouincialium habendam Congregationem intermediam ex certo Vocalium numero, qui ex Patribus Prouinciæ, antiquioribus Magiſtris, & præcipuorum Conuentuum Prioribus à Prouinciali in qualibet Prouincia deſignandorum, conſtet. In huiuſmodi Congregatione fiat ſcutrinium de abſolutione, vel confirmatione Prouincialis, Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Capituli Generalis tranſmittendum, cæteraque ad commune Prouinciæ bonum ſpectantia tractentur. Non tamen in ea liceat Diffinitores Prouincialis, aut Capituli Generalis eligere, vel petitiones Prouinciæ formare, vel Prædicatores Generales inſtituere. Inſtante vero electione Magiſtri Ord. fiat Capitulum Prouinciale pro eligendo Diffinitore, & Electore.*

10 Scrutatores vocum in hac electione erunt Prouinciales cum Prioribus, & Supprioribus Conuentuum, in quibus Capitula celebrantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 1.* Vide infra de Scrutatorib. num. 9.

De Electione Socij Prouincialis, & Diffinitoris pro Cap. Generali.

1 SOcij Diffinitorum, & Prouincialium pro Capit. Generali ſolùm de Prouincijs, quorum ſunt huj aſſumantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4.* Vide in decl. ſub litt. D.

2 Eligantur à Priore Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis. *Ex eod. tex. Conſt. ſuprad.* Et in Cap. Generali. Bononiæ 1564. ſic dicitur. *Socius verò Prouincialis euntis ad Capitulum Generale, ſiue Diffinitoris euntis ad Capitulum Generale, ſiue Diffinitoris Capituli Generalis eodem modo à Diffinitoribus Capituli Prouincialis eligatur, aut deſignetur, ſicut antea conſueuit fieri.* Ita habetur in cap. *De Sac. Conc. Trid. decretis.*

3 Non eligantur illi, qui præcedentis Generalis Capituli Diffinitores extitere. Toloſæ 1304. inchoat. 2. *Item hanc in cap. de Capitulo Generali, Priori Prouinciali eunti ad Capitulum Generale detur Socius à Diffinitoribus Capituli, addatur, qui in anno Prouincialium, Priore Prouinciali ſuo à dicto Capitulo abſente debeat cum Magiſtro, & Prouincialibus diffinire: talis autem ſëper in Socium aſſignetur, qui præcedenti anno nõ fuerit Generalis Capituli Diffinitor, quiſi diffinierit, in Diffinitorem Generalis Capituli eligi non valeat anno ſequenti. Dictus autem Socius vbique in Choro ſuæ Prouinciæ poſt Prouinciales omnes teneat locum ſuum.* Hoc autem eſt intelligendum iuxta dicta de Diffinit. Cap. Generali. num. 19.

4 Si illo anno ſuperſedeatur à celebratione Capituli Generalis non erit Socius ijle, qui in præcedenti Capitulo fuerat electus, ſed ille, qui in ſequenti Capitulo eligetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 5.*

5 Suppriores incapaces ſunt, vt eligantur in Socios Prouincialium, ſeu Diffinitorum

pro

pro Capitulo Generali, niſi Generale Capitulum debeat celebrari in illo Conuentu, in quo aliquis eſt Supprior. Ita fuit ordinatum Toloſæ 1304.ord.4. *Vide de Suppriorib.num.3.*

6 Non licet Prouincijs, quæ iam elegerunt Socium Prouincialis, vel Diffinitoris pro Capitulo Generali, nouum Socium eligere quando Capitula Generalia iuxta ſolitum fiunt de triennio in triennium, niſi ſuperſedeatur tertio anno à Capitulo Generali, & Capitulum vltra triennium differratur, & niſi Prior Socius mortuus fuerit, vel ire ad Capitulum recuſauerit. Ita ſuit declaratum Valentiæ 1647. decl.4. *Declaramus quando iuxta ſolitum Generalia Capitula fiunt de triennio in triennium, niſi ſuperſedeatur tertio anno à Capitulo Generali, & Capitulum vltra triennium differatur, quod non licet Prouincijs, quæ iam elegerunt Socium Prouincialis, vel Diffinitoris ad Capitulum Generale nouum Socium eligere, niſi prior Socius mortuus fuerit, vel ire ad Capitulum renuerit; & quatenus elegerint, illum non eſſe legitimum Socium, ſed ius Socij pertinere ad Socium primò poſt Capitulum Generale immediatè præcedens electum, quia tunc non ſuperſedetur à Capitulo Generali, ſed Capitulum Generale anno ſtatuto celebratur: Si verò Capitulū Generale vltra triennium differatur, ille erit Socius, qui in vltimo Capitulo Prouinciali erit electus, vt determinatur in Conſt.diſt.2.cap.5.§.5.*

De Electione Socij Prioris Conuentualis.

1 AD electionē Prouincialis debent conuenire Priores Conuentuales cum Socio de quolibet Conuentu adhoc idem electo. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.3.tex.5.*

2 Talis Socius eligatur iuxta formam qua eliguntur Priores, vt ordinatum ſuit Bononiæ 1564. *Vide de Electionib.in communi num. 49.*

3 Vt eius electio rata habeatur, debet habere duodecim annos à profeſſione Valentiæ 1596.ord.10. *Vide de Electionib.num.17.*

4 Aſſumantur tantùm illi, qui in eiſdem Conuentibus ſunt aſſignati. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.5.tex.4.*

5 Debent eſſe à pluribus de Capitulo ſuo vltra medietatem eligentium electi. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.7.tex.1.* Quæ verba (de Capitulo ſuo) non ſunt ita intelligenda, vt ille, qui eſt eligendus in Socium pro Capitulo Prouinciali ſit præſens in Capitulo electionis Socij, ſed quòd ſit aſſignatus in eodem Conuentu, & ſit vnus, qui habeat vocem in Capitulo illius, & ſi non actu, aptitudine tamen. Ita fuit declaratum in Conſilio præſtantiſſimorum Patrum (cui ego minimus omnium interfui) coram Reuerendiſs. P. Noſtro Mag. Ord. F.Io:Baptiſta de Marinis die 28. Aprilis 1653. in caſu, quo P.F.Antoninus de Mari S.Theol. Mag. dum Romæ eſſet, fuit electus in Conuentu S.Seueri de Neapoli, in quo erat aſſignatus in Sociū A.R.P.L.F.Petri Martyris de Aſſaro Prędic. Generalis, & Prioris eiuſdem Conuentus pro Capitulo Prouinciali in Conuentu S. Dominici de Aquila Prouinciæ Aprutinæ celebrando, ad quod præfatus P. Mag. F. Antoninus acceſſit, & vt legitimus Socius, nemine contradicente, Prouincialem elegit; Non obſtante quòd P. F. Camillus Iaſinski Polonus cum Scrofa, ac alijs ex praua textus Conſtitutionum intelligentia oppoſitum ſentiant.

6 Iſti Socij eligantur per diſquiſitionem Supprioris, vel eius Vicarij, & duorum Fratrum, qui primitùs habitum noſtri Ord. ſuſceperunt. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.7.tex.1.*

7 In Conuentibus, in quibus non ſunt ſex vocales, non poteſt eligi Socius pro Capitulo Prouinciali. *Vide de Electione Prioris Prouincialis num.5.* vbi explicatur quomodo hoc ſit intelligendum.

8 Nullus poteſt bis eodem anno plures Socios eligere, exceptis Regentibus, Lectoribus Supprioribus, & Magiſtris Studentium. Ita fuit Ordinatum Pariſijs 1611. ord.10. & Vlyſſiponæ 1618.ord.5. *Vide de Elect. Prioris nu.10.*

9 Suppriores non poſſunt eligi in Socios Priorum. Apud Burdegalam 1287. ord.4. *Item volumus, & ordinamus, quòd Suppriores in Socios Priorum ad Capitulum Prouinciale nullatenus eligantur.* In illo autem Conuentu, in quo debet Prouinciale Capitulum celebrari, poteſt Supprior in Socium Prioris eligi. Toloſæ 1304.ord.4. *Item inhibemus diſtrictè ne Suppriores in Socios eligantur, qui autem elegerint, vel nominauerint deinceps, ſint in illo tractatu eorum, quæ ad Capitulum ſunt mittenda, omni voce priuati, excepto illo Conuentu in quo debet Generale, vel Prouinciale Capitulum celebrari.* Vide tamen clarius hoc de Supprior.nu.8.

10 Vocentur, & expectentur illi, qui ſunt intra diætam, dum celebranda eſt Socij electio. Biſuntij 1357. *Vide de Elect. Prioris nu.24.* Qui vna vice fuerit electus Socius Prioris in aliquo Conuentu, in ſequenti Capitulo in eodem Conuentu Socius iterum eligi non poteſt. Bononiæ 1564.ord.7. *Qui in vno Conuentu fuerit electus ſemel in Socium Prioris Conuentualis euntis ad Capitulum Prouinciale, in eodem Conuentu non poſſit eligi in Socium Prioris pro Capitulo Prouinciali immediatè ſequenti, & ſi ſecus fiat irrita electio cenſeatur.*

11 Pro illo tantùm anno vocem habere poſſunt, pro quo ſunt electi. Ita enim ſancitum

fuit

fuit Ferrariæ 1363.ord.3. *Si ex cauſa à Capitulo Prouinciali illo anno ſuperſedeatur, ad tractatum eiuſdem Capituli ſequentis anni electus Socius Prioris ex vi talis electionis non admittatur.* Vide in Conſt.noſt. diſt.2.cap.3. in declar. tex.5 ſub litt.E.

12 Si contingat electum Socium impediri antequam ad Capitulum iter ſuſcipiat, poteſt Conuentus alium loco ipſius eligere. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.3.tex.7.*

13 Si ante mortem, vel abſolutionem Prouincialis aliquis Conuentus Socium elegerit, ſi poſtea fiat electio noui Prouincialis ab electoribus, alius Socius erit eligendus. Apud Briuam 1346. ord.7. *Si ante amotionem, vel mortem Prioris Prouincialis aliquis Conuentus de electione Socij Prioris tractatum fecerit, & aliquem Fratrem elegerit in Socium, ſi poſtea contingat fieri electionem Prouincialis per Electores, & non per Capitulum Prouinciale, talis Frater ſic electus non erit verus Socius, ſed oportebit poſt mortem, vel amotionem Prouincialis alium in Socium iterum eligere.* Vide in Conſt. noſt.diſt.2. cap.3.in decl.tex.5.ſub litt.E.

14 In Sociorum electionibus Priores ſe non intromittant, ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs. Auenione 1341.ord.9. *Vide de Abſolutione Prioris Conuentual.num.64.*

15 Neque electionibus illorum in Capitulo cum alijs vocalibus poſſunt adeſſe. Apud Montempeſulanum 1271. ord.6. *Item declaramus, quòd Priores Conuentuales in die tractatus eorum, quæ ad Capitulum ſunt mittenda, electioni Socij intereſſe non debent.*

16 Socij ſecum deferãt teſtimoniales litteras ſuæ electionis ad Capitulum, prout ex formulario Conſtitutionem habetur, aliàs inter vocales non admittantur.

17 Voce in electione Socij, vel electoris pro Capitulo Prouinciali non gaudent Priores qui in Prioratus officio in eodem, vel altero Conuentu fuerunt aſſignati, niſi poſtquàm per duos integros menſes bona fide præfato Conuentui inſeruierint. Ita declaratum fuit Romæ 1650. decl. 3. *Vide ſupra de Aſſignationibus num. 17.*

18 Illi Conuentus, in quibus Matutinum media nocte, vel circa eã non dicitur, Socium pro Capitulo eligere nequaquam poſſunt. Valentiæ 1647. ord. 1. quod tamen eſt intelligendum iuxta declarationem 1. Capit.Romani 1650. *Vide de Electione Prior. Prouincial. num. 21.*

19 Ad Suppriorem ſpectat eligere, & determinare diem pro electione Socij facienda. *Ita habetur in Conſt.noſt. diſt.2.cap.3. in decl.tex. 5.ſub litt.E.* circa quod vide ea, quæ dicuntur de Suppriorib.num.5.

20 Qui non fuerint per duos menſes ante aſſignati in Conuentu, vbi eſt Socij electio habenda, atque realiter, & bona fide eidem Conuentui non inſeruierint, voce gaudere non poſſunt in tali electione. Pariſijs 1611.ord.10. *Vide de Elect.Prior.Conuent.num.vlt.*

De Electione Electoris pro Capitulo Electionis Prouincialis.

1 SI poſt electionem Prioris Prouincialis factam, & confirmatam, Prouincialis moriatur eodem anno, vel à ſuo officio amoueatur, celebrandum eſt Capitulum, quod Congregatio appellatur, pro electione alterius Prioris Prouincialis. Circa quod vide quæ ſupra diximus de Capitulo Electionis Prouincialis.

2 Talis elector eligatur per diſquiſitionem Supprioris, vel eius Vicarij, & duorum Fratrum, qui primitus habitum noſtri Ord. ſuſceperunt. *Vide de Capit. Elect. Prouincial. num. 5.*

3 Debet eſſe aſſignatus in eodem Conuentu. *Vide ibid.num.8.*

4 Licet in tali electione Prior non ſit vocum ſcrutator, tamen primam vocem cum alijs in Capitulo debet habere. Lucę 1288. decl. 1. *Vide ibid.num.6.*

5 Si ante mortem, vel amotionem Prouincialis aliquis Conuentus Socium pro Capitulo Prouinciali elegerit, & poſtea mors, vel amotio Prouincialis ſubſequatur, in ſequenti electione, non ille Socius electus, ſed nouus elector eligendus voce gaudebit. *Vide ibid.num.7.*

6 Cœteræ leges pro electione Socij Prioris factæ, etiam in electione Electoris obſeruentur.

De Eleemoſynis.

1 OMnes, & ſingulæ Eleemoſynæ, quas Fratres habent ratione prædicationum, Confeſſionum, vel quarumcumque rerum intuitu, communitati Conuentus, in quo viuunt, tribuantur, & applicentur. Romę 1553 admonit. 4. *Admonemus omnes RR.PP. Priores Prouinciales, & Conuentuales eorum Conuentuum,*

tuum, & Prouinciarum, in quibus eſt ſufficiens in victu, ac veſtiu communitas, aliſque neceſſarijs, vt bona quæcumque Fratribus, etiam ex Eleemoſynis, Prædicationibus, Confeſſionibus, vel quomodolibet aliter obuenientia, ſtatim communitati applicent, & conſignent; in quibus tam Prælatorum quàm ſubditorum conſcientias aggrauamus, omnes, & ſingulas licentias (etiam auctoritate Apoſtolica) ad hanc vſque horam in contrarium conceſſas irritantes.

2 Miſſarum Eleemoſynæ ad Conuentus quoque ſpectant. Ianuæ 1514. ord. 5. *Lucra autem Miſſarum ad communitatem Conuentus pertinent.*

De Epiſcopis.

1 NOn debent Fratres noſtri Archiepiſcopales, ſeu Epiſcopales ſine Magiſtri Ord. licentia recipere dignitates. ita fuit ordinatum in Cap. Generali Pariſijs ſub B. Iordano an. 1233. admon. vlt. *Item Ego F. Iordanis Magiſter Ordinis Fratrum Prædicatorum præcipio diſtrictè in Virtute Obedientiæ, quòd nullus Frater noſtri Ordinis de cætero conſenſum præbeat electioni, vel poſtulationi de ſe factæ in dignitatem Epiſcopalem niſi de ſpeciali licentia D. Papæ, vel Generalis Capituli, vel noſtra: quod ſi aliquis contra fecerit, ipſo facto ſit excommunicatus.* Fuit poſtea hæc ordinatio in hunc modum in Conſtitutionibus ſancita, vt nullus Prouincialis ſine licentia Magiſtri Ordinis, neque alij Fratres ſine licentia Prouincialis, tales dignitates recipiant, ſub pœna priuationis ſuffragiorum, Societatis, ac omnibus beneficijs Ordinis, tam in morte, quàm in vita. *Ita habetur in Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 5. quæ fuit inchoata Bononiæ 1252. [confirmata Budæ* 1254. (nam an. 1253. non fuit celebratum Capit. Generale, quia antecedenti anno, die 4. Nouembris vitam cum morte commutauerat P. F. Ioannes Theutonicus 4. Magiſter Ordinis) *& in Conſtitut. redacta Mediolani* 1255.] Quod fuit poſtmodum etiam à tribus Summis Pontificibus dato Apoſtolico Diplomate, nempe Innocentio IV. Clemente IV. & Nicolao IV. ſancitum. *Vide in decl. tex. ſuprad. ſub litt. I.* vbi aſſeritur, non poſſe Vicarios Magiſtri Ordinis, & Priorum Prouincialium dare licentiam Fratribus acceptandi Epiſcopatus ex ordinatione Capit. Generalis Treueris 1289. celebrati quod eſt apertè falſum, nam contrarium in eodem Capitulo expreſsè aſſeritur ſub his verbis decl. 2. *Item declaramus quòd ſolùm Magiſter Ordinis, & Priores Prouinciales, nec non & eorum Vicarij, poſſint dare licentiam recipiendi Epiſcopatum.* Et hoc idem aſſeritur in duobus probatis exemplaribus eiuſdem Capituli, in Archiuio Mag. Ord. aſſeruatis. Licet ergo ex vi huius declarationis poſſint Vicarij prædicti dare licentiam Fratribus acceptandi Epiſcopatus, &c. tamen cum hæc facultas ex auctoritate Apoſtolica ſolis Magiſtris Ordinis, ac Prioribus Prouincialibus fuerit reſeruata, inde fit quòd ex hoc tantùm capite, non verò ex præfata ordinatione, talem licentiam dare nequaquam poſſint.

2 Caueant Prouinciales ne Fratribus concedant facultatem ad cuius vis preces acceptandi Epiſcopatus quoſcumque, ſeu indeterminatos, teneanturque eiſdem aſſignare Socios diſcretos, maturos, ac moribus probatos. Metis 1313. ord. 5. *Item cum ex prouiſione, ſeu promotione Fratrum Ordinis noſtri ad Titulos vagos Epiſcopatuum, Ordo noſter veniat in contemptum: Caueant Priores Prouinciales diligenter ne ad quorumcumque requiſitionem, vel preces Fratribus quibuſcumque licentias huiuſmodi dare præſumant, Generali Capitulo inconſulto, nec talibus Epiſcopis, ſeu quibuſcumque alijs de Ordine Socios vllos concedant, niſi diſcretos, & maturos, vita & moribus approbatos. Si qui autem Epiſcopi Ordinis inuenti fuerint minùs honeſtè in grauamen noſtrum, & noſtri Ordinis conuerſati, Socios eis deputatos ſtudeant quantocyus reuocare.* Vide in Conſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 6. in decl. ſub litt. K.

3 Fratres noſtri Ordinis Epiſcopis, vel alijs quibuſcumque perſonis extra Ordinem aſſignatos, qui in ieiunijs, & abſtinentijs, victu, & veſtitu ſtatuta Ordinis non ſeruant, ſuffragijs, & beneficijs Ordinis, tam in morte, quam in vita priuamus, quouſque ſuper huiuſmodi exceſſu adeo dignè ſatisfecerint, quòd per Magiſtrum Ordinis, vel Prouincialem ſuum ad huiuſmodi ſuffragia reſtitui mereantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 6.*

4 Moneantur ipſi Epiſcopi ex Ord. noſtro aſſumpti à Prouincialibus, vt prout poſſunt, Ordinis ſtatuta obſeruent, quod ſi non præſtiterint Socij ab eiſdem amoueantur. apud Montempeſulanum 1247, ord. 2. *Item Priores Prouinciales moneant Epiſcopos Ordinis noſtri in ſuis Prouincijs, vt in veſtibus, & calceamentis, & in alijs, quibus in officio Epiſcopo impedimentum non præſtatur, ſe conforment Ordini, alioquin Fratres eis in Socios non concedantur, & dati reuocentur ab eis.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. K.

5 Fratres noſtri cum fuerint ad aliquem Epiſcopatum, ſeu ad quamcumque aliam Eccleſiaſticam dignitatem ad ſui inſtantiam extra Ordinem nominati, ipſo facto ſunt ab omni officio, & præſidentia in Ordine abſoluti.

Ex

Ex Conſt.noſt.diſt. 2.cap.13.tex.7.quæ fuit inchoata Argentinæ 1417. *approbata Methis* 1421. *& in Conſt.redacta Papię* 1423. Vide in decl. eiuſdem tex. ſub litt.L.

6 Fratres noſtri ad Epiſcopatus promoti non niſi breui tempore à Superioribus in Conuentibus noſtris retineantur ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs. Venetijs 1592.ord. vlt. *Fratres noſtri, qui aſſumpti ſunt ad Epiſcopatus, aut ad alias dignitates extra Ordinem, non niſi breui temporis ſpatio in Conuentibus noſtris retineri poſſint. Nec liceat Prioribus aliter agere ſub pœna abſolutionis ab officijs. Sic enim ipſorum Conuentuum pax, & vtilitas depoſcit.*

7 Caueant Fratres noſtri ne ex Ordine noſtro aſſumptis ad Epiſcopales, vel alias quaſcumque dignitates aliqua temporalia bona ſubminiſtrent; hocque tam Superioribus, quàm ſubditis fuit ſub grauiſſimis pœnis vetitum. Ferrariæ 1498. ord. vlt. *Item præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S.Obedientiæ omnibus, & ſingulis Fratribus, & Præſidentibus noſtri Ord. ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, & deputationis ad Carceres: alijs etiam Fratribus ſubditis ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & omnium gratiarum Ordinis, & pœna grauioris culpæ per menſem indiſpenſabiliter faciendam quam contrafacientes ipſo facto incurrant, & non poſſit cum eis diſpenſari niſi per Magiſtrum Ordinis, quatenus à notitia præſentium nullo modo aliquem de Fratribus noſtris ad Epiſcopatum, vel ad alias Eccleſiaſticas dignitates promotis aliqua bona temporalia eis ſubminiſtrent: Caſſantes, & annullantes omnes licentias contra prædicta cuiuſcunque, & à quibuſcunque conceſſas, quas tenore præſentium caſſatas denunciamus. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen.*

8 Cum Fratres noſtri Diœceſim alicuius Epiſcopi ad prædicandum intrauerint, primò (ſi poterunt) viſitabunt Epiſcopum, vt ſecundum conſilium eius in populo faciant fructum, quem facere intendunt. Et quandiu in eius Epiſcopatu fuerint, ipſi deuotè obedientes erunt. Prædicare verò non audeat aliquis in Diœceſi illius Epiſcopi, qui ne prædicet, interdixerit ex cauſa rationabili, niſi litteras, & mandatum habeat Summi Pontificis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 3.* Vide ibid. ſub litt. A. B. & C.

9 Omnibus Epiſcopis Fratres noſtri debitum obſequium, atque obedientiam præſtent, qui ſi expoſitos, ſeu exponendos pro ſacris Confeſſionibus, & Ordinibus ſuſcipiendis examinare voluerint, humiliter obediant, nec ipſis contradicentibus prædicare præſumant. Bononiæ 1564.cap.de Sac.Concil.Trident.decretis. *Diligenter attendant Prælati noſtri Ordinis; & quicumque alij Fratres omnia, quæ circa Reuerendiſſimorum Epiſcoporum obſeruantiam à S.Synodo fuerunt ſtatuta; & ſi examinare velint expoſitos ad Confeſſiones audiendas, aut promouendos ad Ordines, humiliter pareant, neque ipſis contradicentibus etiam in noſtris Eccleſijs prædicare præſumant. Et ſi in aliquo horum duriùs aliquando cum Fratribus noſtris agere videantur, æquo animo ſuſtineant, nec ſuper ea re quæſtiones habeant, aut lites intendant. Cæterum ſi non ferenda grauamina interim occurrant, conſulatur Reuerendiſs. Generalis, vel eius Prouinciæ ſuperior Prælatus, vt ſecundùm eorum conſilium de opportuno remedio prouideatur.* Vide in Conſt. noſt. diſt.2.cap.12.in decl.tex.2. ſub litt.B.

10 Non poſſunt Epiſcopi Confeſſarios ſemel approbatos pro Sacris Confeſſionibus ſuſcipiendis, ſine noua cauſa ſuſpendere. *Ex decreto S.Congr. Epiſc. & Regul. denunciato Romæ* 1629. *denunc. vlt.* Vide de Confeſſoribus ſecular. num.9.

11 Fratres Epiſcopis inſeruientes ſubduntur Priorum Prouincialium illius Prouinciæ, in qua commorantur, & vicinioris Prioris Conuentualis correctioni. Romæ 1518. decl.1. & Romæ 1612. decl.vlt. *Declaramus omnes, ac ſingulos Patres, ac Fratres noſtri Ordinis cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, qui licentias hucuſque à Reuerendiſs. Magiſtris Generalibus Ordinis, & à quocunque ipſorum inferiori obtinuerint manendi extra Ordinem, vel in ſocietatem Reuerendiſs. Archiepiſcoporum, ac Epiſcoporum, vel quacunque alia de cauſa, tam in Europæ, quàm in Indiarum Orientalium, ac Occidentalium partibus exiſtentes, ſubiectos eſſe quoad morum correctionem Priori, tam Prouinciali, quàm Conuentuali, ſeu Præſidenti vicinioris Conuentus, vel loci noſtri Ordinis, quemadmodum præſenti decreto eoſdem ſubijcimus.*

12 Erga omnes Eccleſiaſticos Prælatos ſe Fratres noſtri reuerenter habeant. Florentiæ 1272. ord.2. *Fratres omnes, tam Priores, quàm alij ad Dominos Prælatos Eccleſiarum in verbis, & factis ſe habeant reuerenter.*

13 Epiſcoporum iuriſdictionem ſeruent, & tueantur Fratres noſtri. Pariſijs 1236. ord. 10. *Item monemus Fratres de iuriſdictione Epiſcoporum, ſicut in alio Capitulo dictum eſt.* In Capitulo autem Pariſijs ann. 1234. habito ord.3.ita fuerat mandatum. *Item nec ex quacunque auctoritate Fratres præcipiant Epiſcopis.*

14 Omnia Fratrum bona, quæ habent dum ad Epiſcopalem dignitatem eueuntur, ad illum Conuentum ſpectant, à quo aſſumũtur, & tenentur illa eiſdem Conuentibus ante conſecrationis munus reſignare ſub pœna ſuſpenſionis ab Epiſcopali miniſterio, eo ipſo incurrenda. Ex Apoſtolica Clementis IIII. Conſtitutione, quæ talis eſt.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filijs Magiſtro, & vniuerſis Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum Sal. & Apoſto-

licam Benedictionem. Prouidentia laudabilis, & ſalubris in cunctis veſtris haberi debet operibus, vt exinde claritatem nominis in conſpectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (ſicut aſſeritis) contingat interdum quod illi ex vobis, qui de Ordine veſtro ad Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & alias Prælaturas Eccleſiaſticas aſſumuntur, non conſiderantes quod ex profeſſione in ipſo emiſſa Ordine nihil habent proprium, quod ſibi ſpecialiter valeant retinere, libros, & alia, quæ apud eos huiuſmodi tempore promotionis habent, vſibus proprijs applicare, ſecumque portare præſumant in propriæ ſalutis diſpendium, & dicti Ordinis non modicum detrimentum. Nos præſumptioni huiuſmodi volentes ſalubriter refragari. Vniuerſis Fratribus dicti Ordinis ad huiuſmodi Archiepiſcopatus, & Prælaturas de cætero aſſumendis auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus ne conſecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona contingentia Ordinem memoratum, quæ apud eos tempore ſuæ promotionis habere contigerit, Prioribus, & Conuentibus, de quibus aſſumpti fuerunt, cum integritate reſignent; niſi forſan ijdem Priores de conſenſu ipſorum Conuentuum vſum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum. Alioquin eo ipſo ab executione Pontificalis miniſterij nouerint ſe ſuſpenſos. Inter huiuſmodi autem libros non intelligimus comprehendi quaternulos, & illas chartulas, vel membranas in quibus dicti Fratres ſibi certa notabilia cum aliquibus priuatis ſermonibus collegerunt. Nulli ergo, &c. Dat. Viterbij 5. Idus Iunij Pontificatus noſtri anno 4. Quia verò tunc temporis non erant in Ordine inſtitutæ Conuentuum Affiliationes, ſupradictę Apoſtolicæ Conſtitutionis verba *Prioribus, & Conuentibus de quibus aſſumpti fuerunt cum integritate reſignentur*, poſſunt modo, & de Conuentibus originalibus, & de illis, in quibus fuerint aſſignati, intelligi, pro qua dubietate tollenda, debet ex Capitulis Generalibus aliqua declaratio ſuper hoc emanere.

De non Equitando.

2 Grauis culpa eſt ſi quis abſque licentia, & magna neceſſitate equitauerit. *Ex Conſt. 2. diſt. 1. cap. 17. tex. 2.* Vide ibid. in decl. ſub litt. D.

1 Grauiter ſunt puniendi huius Conſtitutionis violatores. Pariſijs 1264. ordin. 6. *Item quicumque Fratres equitauerint, vel curriſauerint, ſecundùm grauitatem culpæ grauius puniantur, & Viſitatores exceſſus circa hoc notabiles annuncient Magiſtro, & Capitulo Generali.*

3 Specialiter non debemus equitare per territoria, in quibus domos, vel Conuentus habemus. Ferrariæ 1290. ordin. 8. *Item Fratres Conſtitutionem de non equitando meliùs obſeruent, & per loca vbi Conuentus, vel domus Fratrum ſunt, non equitent, & per Priores Prouinciales, vel eorum Vicarios, ſeu Viſitatores tranſgreſſores acriùs puniantur.*

4 Nec currus, nec equos proprios, vel alienos habeant in Conuentibus Fratres noſtri. Pariſijs 1239. ord. 10. *Item FF. noſtri proprios currus, vel equos non habeant, nec etiam alienos in domibus ſuis detineant, niſi de licentia Magiſtri Ordinis, vel Capituli Generalis.* Quod fuit confirmatum in ſequenti Cap. Bononiæ 1240. ord. 9. Priores autem Prouinciales ex rationabili cauſa poſſunt diſpenſare cum Fratribus, vt in curribus, vel in equis incedant. Bononiæ 1240. ord. 10. *Si aliquando occaſione Capituli, vel alia neceſſitate exire contigerit, non equitent, nec quadrigent, nec carnes comedant, niſi in via adeo grauis infirmitas ſuperueniat quòd aliter fieri ſit neceſſe. Et tunc ad ſuos Conuentus citiùs reuertantur: poſſit tamen Prior Prouincialis aliter diſpenſare.*

5 Tam Priores, quam ſubditi, qui equitauerint ſine licentia, & neceſſitate, ſunt ſeuerè puniendi. Valentię 1337. ord. 7. *Item quia multi equitando ſine magna neceſſitate paupertatem noſtram notabiliter deformant, mãdamus & omni diſtrictione, qua poſſumus, imponimus omnibus Prioribus Prouincialibus, Conuentualibus, & cæteris Fratribus, quod ab equitaturis, & expenſis ſuperfluis ex toto ſibi caueant, niſi neceſſitate tali, quæ ſecundùm formam noſtrarum Conſtitutionum diſpenſationem habere rationabiliter mereantur. Quicumq; autem inuenti fuerint oppoſitũ facientes, ſi Priores ſint, abſoluantur à ſuis officijs; cæteri autem Fratres pœna graui culpa debita indiſpenſabiliter puniantur, & Prouinciales ſi in hoc exceſſerint, ad ſequens Capitulum Generale deferantur.*

6 Si aliquis ex neceſſitate compulſus, equitandi licentiam obtinuerit, illam in ſcriptis habeat, vt oſtendere poſſit requiſitus à Præſidentibus Conuentuum, ad quos declinauerit. Venetijs 1592. ord. 10. *Pedeſtres proinde ibunt omnes, Conuerſi maximè; quod ſi neceſſitas equitandi aderit alicui, licentiam in ſcriptis à ſuo Superiore obtinebit, quam & oſtendere poſſit requiſitus.* Ex quibus manifeſtè colligitur, quemlibet Conuentus Præſidentem huiuſmodi licentiam ex cauſa rationabili poſſe concedere ſuis Fratribus.

7 Dum Fratres ad Conuentus cum equis declinant, tenentur Pręſidentes illorum inquirere de huiuſmodi licentia in ſcriptis, an illam habeant nec ne. Romæ 1569. admon. 5. *Admonemus omnes Fratres noſtri Ordinis, vt Conſtitutionem de non equitando obſeruent, & qui ſine licentia in ſcriptis equitare repertus fuerit,*

con-

conformiter ad noſtras Conſtitutiones puniatur, & Prælati ad quos Fratres cum equis declinauerint, teneantur requirere de huiuſmodi licentia, & neceſſitate, & punire quos tranſgreſſores repererint.

8 Cauſam ob quam à Prælatis conceditur Fratribus equitandi facultas, eſt in ipſa licentia exprimenda. Romæ 1608. ord. 5. *Ordinamus, & diſtrictè mandamus, vt Fratres noſtri memores ſuæ profeſſionis, & exempli ſanctiſſimorum Patrum noſtrorum itinera pedibus conficiant cum omni humilitate, & paupertate, habentes ſemper itineris ſocium aliquem Fratrem. Monemus verò Prælatos omnes, vt in hac re ſubditis exemplo ſuo præeant: Nec vlli deinceps equitare liceat, niſi obtenta prius à ſuo Prælato licentia in ſcriptis, quæ cauſas iuſtas exprimat, ob quas cum illo ea in re diſpenſatum ſit. Contrarium autem facientes grauiter puniantur, & Prælati, qui in puniendis huiuſmodi delinquentibus fuerint negligentes, grauius & ipſi puniantur.*

De Examinandis.

1 NVllus in Lectorem, Magiſtrum Studentium, & Baccalaureum aſſumatur niſi priùs fuerit à debitis examinatoribus examinatus, atque approbatus. Valentiæ 1596. ordin. 15. *Volentes omni meliori modo poſſibili ſtudiorum profectui conſulere, ordinationibus in præteritis General. Capitulis factis circa ſtudiorum promotionem, & debitam Officialium pro eiſdem prouiſionem, ac graduationem, quas omnes confirmauimus, & denuò confirmamus; addimus quòd nullus poterit, non modò in Lectorem aſſumi non præmiſſo examine, ſed nec in Magiſtrum Studentium, vel Baccalaureum pro quacumque Vniuerſitate, aut Generali ſtudio totius Ord. noſtri, nullo prorſus excepto. Porrò horum examinatores eſſe debebunt Prior Conuentus (vbi eſt conſuetudo quòd huiuſmodi examinibus interueniant) Regens, & Baccalaureus præcedens cum tribus alijs Magiſtris, ſi haberi poterunt, vel Baccalaureis, ita vt quinque omnino ſint examinatores. Quod ſi numerum præfatum adimplere nequiuerint Magiſtri, & Baccalaurei, Lectores aliqui Theologi ad arbitrium Prouincialis aſſumentur. His autem examinatoribus in virtute S. Obedientiæ ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ mandamus ne odio, vel amore aliquem à præfatis officijs, & gradibus excludant, vel admittant reſpectiue, ſed pro conſcientia vota ſua ſecretè ferant. Sub eodem formali præcepto, & excommunicationis latæ ſententiæ pœna mandamus Superioribus, ne quempiam ad præfata officia, vel gradus, non præuio examine, & approbatione vt ſupra promouere, vel exponere poſſint reſpectiuè; Non obſtante quòd id hactenus ſeruatum non fuerit in tali, vel tali Prouincia, aut quòd conſuetudo quomodolibet contrarium habuerit: irritum decernentes ſi quid in contrarium contigerit attentari.* Quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conf. 3. & declaratum, præfatam ordinationem non eſſe intelligendam de Baccalaureis, & Magiſtris, qui tempus legendi compleuerint: fuitque excommunicatio reuocata hoc modo: *Circa graduandos autem confirmamus ordinationem 15. Capituli Valentini: declarantes non eſſe intelligendam de Baccalaureis, & Magiſtris, qui ſecundùm noſtras Conſtitutiones tempus præfixum legerint: tollentes etiam à prædicta ordinatione pœnam excommunicationis.* Bononiæ autem 1615. Cap. *Pro Reformatione Studiorum*, ſic dicitur. *Quia iam experientia teſte nimia Moderatorum indulgentia ex Studijs noſtris Generalibus in dies Lectores quidam magno cum grauamine Prouinciarum inepti prodeunt; ideo ſtatuimus, & omnibus Moderatoribus, atque pro more Prouinciarum Examinatoribus Studiorum Generalium, & Collegiorum noſtrorum in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda præcipimus, vt tam in Studentes, quàm in Lectores omni alio reſpectu poſtpoſito non niſi dignos dictante conſciẽtia in examinibus admittant, indignos autem repellant.*

2 Graduandi examinandi ſunt in Studijs Generalibus ſuarum Prouinciarum à Moderatoribus illorum. Romæ 1629. ord. 16. *Ordinamus, vt promouendi ad quoſcumque gradus examinentur primùm in ſtudijs Generalibus ſuarum Prouinciarum à Patribus moderatoribus eorundem, quos in Domino manemus, vt præ oculis habeant excommunicationis ſententiam iam latam, quam nunc etiam præſenti ſtatuto ferimus aduerſùs Examinatores, qui indignos approbant, vel recipiunt.*

3 Qui in Studijs Gen. ſeu Conuentibus priuilegijs Studij Generalis inſignitis pro gradu, & forma legerint, ad aliud examẽ pro ſubeundis gradibus non obligantur. Ita fuit declaratum Romæ 1629. in præfata ordinatione 16. *Qui verò in Studijs Generalibus, ſeu Conuentibus priuilegijs Studij Generalis gaudentibus pro gradu, & forma legerint, cæteriſque omnibus requiſitis omnino ſatiſfecerint, ad aliud examen pro Gradibus aſſequendis non ampliùs teneantur, iuxta ordinationem Romæ 1601.*

4 Exponendi pro ſacris Confeſſionibus, vel prædicationibus ſunt etiam ipſi examinandi. In Conſtit. enim noſtris diſt. 2. cap. 12. tex. 1. ſic dicitur: *Statuimus autem quòd in qualibet Prouincia à Præſidente, & Diffinitoribus inſtituantur aliqui viri docti, & zelum Religionis*

habentes, Examinatores, & approbatores omnium eorum Prædicatorum, & Confeſſorum, quos non conſtat maniſeſtè eſſe doctos. Quæ Conſtitutio fuit inchoata Ianuæ 1513. approbata Neapoli 1515. & in Conſtitutionem redacta Romæ 1518. *Vide ibid. in decl. ſub litt. A. & B.* Romæ autem 1601. hoc idem fuit confirmatum, additis etiã ordinandis in conf. 5 ſub his verbis. *Confirmamus ordinationem illam de examinandis omnibus exponendis ad audientiam confeſſionum, admittendis ad officium prædicationis, & ad ſacros Ordines, quos omnes per vota ſecreta approbari volumus.*

5 In ſtudijs Generalibus ſingulis annis examinentur non ſolum materiales, ſed etiam formales Studentes, & inepti excludantur. Romæ 1629. ord. 17. *Ordinamus, vt in omnibus ſtudijs generalibus ſingulis annis ſtudentes omnes, tam formales, quàm materiales in litteris, & moribus coram Priore, & ceteris Moderatoribus examinentur, & culpabiles per vota ſecreta excludantur.* Idem fuerat ordinatum Bononiæ 1615. Cap. *De Reformat. Stud.* & Pariſijs 1611. conf. 19.

De Excommunicatione.

1 Excommunicationis ſententia nonniſi pro grauioribus cauſis, quæ præſentaneum exigant remedium, imponatur. Bononiæ 1564. *Vide de Cenſuris num. 1.*

2 Excommunicatio, ſicut & aliæ cenſuræ, cum Magiſtro Ordinis, vel Capitulis Generalibus, vel quibuſcumque Prælatis, à quibus fuere impoſitæ, expirant. *Ex Prol. Conſtitut. noſt. tex. 9.* Atque ita expreſsè fuit declaratum Romæ 1589. decl. 7. *Item declaramus, quòd cenſuræ, & præcepta tam Capitulorum Generalium quàm etiam Magiſtri Ord. cum ipſis omnino expirant: eorum tamen ordinationibus in ſuo robore, quoad vſque reuocentur, manentibus: Quamuis contrarium in gloſſa Conſtitutionum in Prologo haberi videatur.*

3 Excommunicatione innodati ad Canonicas Electiones non admittantur. Romæ 1589. declar. 4. *Vide ſupra de Electionibus num. 16.*

4 Caſus omnes, in quibus incurratur excommunicatio à Conſtitutionibus, vel à Iure impoſita, vide in Conſtitut. noſt. diſt. 1. capit. 18. in declarat. tex. 5. ſub litt. R. Reliquæ autem excommunicationes in Actis Capit. Generalium impoſitæ, vel à Magiſtris Ordinis, quia cum ipſis omnes ceſſauere, de eiſdem verbum facere hic ſuperfluum iudicamus.

5 Pœnam excommunicationis, & Excommunicationem latæ ſententiæ per nulla verba, tam in Conſtitutionibus, quàm extra in noſtro Ordine intelligimus, niſi vbi explicitè, & verbaliter pœna excommunicationis, & excommunicatio latæ ſententiæ exprimitur. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 4. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

6 Caueant Prælati ne ſint faciles ad excommunicationis ſententiam imponendam. Ferrariæ 1290. ord. 2. *Item monemus Prælatos, ſeu eorum Vicarios ne faciles ſint ad excommunicationis ſententiam, ſeu etiam ad præcepta obedientiæ fulminanda.* Et Romæ 1583. Admonit. 1. ita dicitur. *Admonemus PP. Prouinciales, & quoſcumque Prælatos Ordinis ne faciant, aut proferant excommunicationes ſine grauiſſima cauſa, ſed vti eſt grauiſſima pœna, pro grauiſſimis etiam adhibeatur vulneribus.*

De Exemptionibus.

1 Magiſtri Ordinis non concedant Fratribus exemptiones, & gratias in præiudicium, ſeu impedimentum obedientiæ Prælatorum. Romæ 1468. denunc. 2. *Item denunciamus omnes gratias, & litteras gratiarum, exemptionum ſub quacumque verborum forma noſtri Ordinis Fratribus conceſſas, quæ ſunt in præiudicium, & impedimentum obedientiæ Prælatorum, & Præſidentium Prouinciarum, & Conuentuum reuocatas, caſſatas, & annichilatas eſſe. Nolentes quòd Reuerendiſs. Magiſter Ord. qui pro tempore fuerit, huiuſmodi gratias Fratribus noſtri Ordinis ampliùs quouis modo concedere præſumat, quod ſi contrarium fecerit, totum ſit irritum, & inane.* Hæc ordinatio, ſicut & multæ aliæ, quæ in hoc Capitulo Generali fuere factæ, communiter adduci ſolent ab ijs, qui ſummarium ordinationum Capitulorum Generalium edidere ignorantes hanc, & quaſcumque alias huius Capituli ordinationes nullas eſſe, ac nullius roboris extitiſſe, eo quòd Capitulum hoc Generale fuit acephalum, & ſine debito Capite congregatum: nam Magiſter Ord. tunc P. F. Martialis Auribellus aberat ab Vrbe, & P. F. Leonardus de Peruſio Vicarius Gen. eiuſdẽ præfuit in dicto Capitulo ſine Apoſt. auct. & abſque eo quod eſſet vocalis, & fuiſſet electus in Vicarium eiuſdem Capituli, prout ordinant Conſtitutiones noſtræ. Vnde in ſubſequenti Capitulo Auenione celebrato an. 1470. cui præfuit præfatus Magiſter Ord. cuncta in

dicto

Digitized by Google

dicto Capitulo ſancita, fuerunt declarata nulla, ac nullius roboris. Ita enim dicitur in decl. 1. *In primis quia Conſtitutiones noſtræ volunt, quòd abſente, vel impedito Magiſtro Ordinis Diffinitores vnum de ſuo numero eligant in Vicarium, qui vices Reuerendiſſimi Magiſtri Ord. gerat, ſitque Capituli Vicarius. Cum igitur Sanctiſſimus Dominus noſter ſemper nos voluerit liberos eſſe ſecundùm noſtras Conſtitutiones, quas longa conſuetudo obſeruata firmauit: Declaramus Capitulum Romanum, in quo Magiſter Leonardus de Peruſio non potuit praeeſſe, cum non eſſet de corpore Capituli, fuiſſe, & eſſe nullum ac acephalum, & omnia in illo ordinata nulla eſſe, quorum tamen aliqua in hoc Capitulo maturè reformata ſtatuimus obſeruari, quæ de mente Sanctiſſimi Domini noſtri videntur emanaſſe.* Aduerte ergo Lector quòd quando citatur à predictis auctoribus Romanum Capitulum 1468. hoc nullam habuiſſe in noſtro Ordine auctoritatem.

2 Nullus ſub quocumque prætextu eſt exemptus à ſequela Chori. *Vide de Choro num. 2. & 3.*

3 Abſoluendi ſunt Priores qui permittunt Fratres gaudere exemptionibus à Choro, quibus tales exemptiones non debeantur. *Vide ibid. num. 7.*

De Exitu ex Conuentibus.

1 FRatres ex Conuentu ad negotia peragenda exeuntes, dum reuertuntur ſe coram Præſidente Conuentus præſentabunt, benedictionem ab illo recepturi. Ita fuit mandatum Neapoli 1600. inchoat. vnica, quod fuit etiam ita confirmatum Romæ 1601. confirmat. 11. *Confirmamus inchoationem factam in Capit. Neapolitano proximè præterito, vt Fratres redeuntes domum ex Ciuitate poſt expleta negotia debeant immediatè ſe præſentare coram Præſidente Conuentus toties quoties exierint, ab eo humiliter benedictionem accepturi.* Quod etiam fuit poſtea confirmatum Romæ 1608. conf. 9.

2 Difficiles ſe præbeant Supriores in danda licentia Fratribus exeũdi ex Conuentibus, maximè Iuuenibus. Romæ 1601. ord. 19. *Ordinamus, & præcipimus omnibus Conuentuum Præſidentibus, grauiterque eorum conſcientias oneramus, vt valde difficiles ſe præbeant in licentijs è domo egrediendi concedendis, præſertim iunioribus, actu verò ſtudentibus, & Iunioribus nulla ratione concedatur.* Quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conf. 28. & additum quòd poterunt Priores concedere licentiam ſemel in menſe Iuuenibus, ac Studentibus, vt recreationis cauſa ad Campum, vel Vineam omnes ſimul proficiſcantur, hoc pacto. *Confirmamus, & præcipimus omnibus Conuentuum Præſidentibus, grauiterque eorum conſcientias oneramus, vt valde difficiles ſe præbeant in licentijs è domo egrediendi concedendis, præſertim iunioribus: actu verò Studentibus, & Iunioribus nulla ratione concedantur: poterunt tamen Iuuenes ſtudentes ſemel in menſe recreationis gratia egredi domum, ita tamen, vt omnes ſimul, vel ad campum, vel ad vineam tendant cum licentia, & benedictione ſui Prælati; quibus præcipimus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt Socium nominent pro qualibet vice quibus licentiam egrediendi concedent.* Et Pariſijs 1239. ord. 9. mandatur Fratribus ne importuni ſint Superioribus in petenda exeundi licentia. *Item admonemus, ne Fratres noſtri itinerantes ex quacumq; neceſſitate habitum, niſi de ſui Prioris licentia ſpeciali, transforment. Nec Prælatis ſuis ſint nimis importuni pro impetranda licentia exeundi, niſi neceſſitas, vel euidens vtilitas hoc expoſcat. Sed nec Priores ſe exhibeant faciles ad huiuſmodi licentias concedendas.*

3 Nouitijs, & Iuuenibus non concedatur exeundi facultas, niſi euidenti neceſſitate inſtante. Romæ 1608. ord. 12. *Præcipientes omnibus Conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, ne vlla ratione Nouitios, & Iuuenes per Conuentum diſcurrere permittant, neque è domo egredi, niſi pro euidenti neceſſitate.*

4 Tenentur Conuentuum Præſidentes ſub pœna abſolutionis ab officijs toties quoties dant licentiam Fratribus exeundi ex Conuentibus Socium illis nominatim deſtinare. Ita ſubditur in Capitulo Rom. 1601. ordinatione 19. *Eiſdem autem Patribus Præſidentibus præcipimus ſub pœna abſolutionis ab officijs, vt Socium nominent pro qualibet vice, quibus licentiam egrediendi concedent.* Quod fuit confirmatum Romæ 1608. conf. 9.

5 Qui ſine licentia exeunt ex Conuentibus ſunt grauiter puniendi. Romæ 1558. decl. 2. *Item declaramus, Fratres exeuntes à Conuentu ſine licentia, vel cum Socio non ſibi à Prælato deputato, debere puniri eadem pœna, qua puniuntur in Conſtitutionibus hi, qui vltra terminum ſibi aſſignatum moram fecerint, vel ſine licentia reuerti præſumpſerint, prout exprimitur in Capitulo de graui culpa.* Et Mediolani 1505. ord. 11. ita dicitur. *Diſtrictè prohibemus omnibus, & ſingulis FF. cuiuſcunq; gradus, aut conditionis exiſtãt ſub pœna grauioris culpæ quã quilibet cõtrafaciendo ipſo facto incurrat quatenus nullus eorum exeat Conuentum, niſi rarò, & de licentia Prælati, & cum Socio honeſto, quem ipſe dederit.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 17. in decl. tex. 3. ſub litt. H.

Non

6 . Non concedatur Fratribus exeundi licentia in diebus feſtiuis; in alijs verò diebus poterunt ad ſummum quater in hebdomada egredi. Apud Nurimberg. 1405. ord. 11. *Vt autem Fratres à magnis diſcurſibus compeſcantur, non licentientur ad ciuitatem diebus ſolemnibus, & feſtiuis, neque aliàs pluries in hebdomada quàm quater, niſi cauſa prædicationis, aut pro factis Conuentus expediens fuerit, & tunc ſtatutis diebus & horis debitis præſidet ſe Præſidens in loco publico ad dandam licentiam.*

7 Combinare benè Fratres exeuntes debent Superiores, & Iuuenibus Patres graues aſſignentur in ſocios. Ita in prędicto Capitulo, & ordinatione 11. ſubditur. *Combinareque Fratres bene ſtudeat* (ſcilicet Præſidens Conuentus) *ita quòd vna pars copulæ ſit triginta annorum in ætate, aliàs licentia ipſa ſit nulla, caſu neceſſitatis excepto.*

8 Fratres combinati nullo modo ſe ſeparent. Treuetis 1289. ord. 3. *Item cum inſolentiæ creſcant non modicum ex defectu correctionis in multis Conuentibus, & incauta combinationis, ac Fratrum ſeparatorum combinatione, mandamus, & diſtrictè iniungimus Prioribus, & eorum Vicarijs, quòd inſolentes corrigant, & compeſcant, & diſtrictè Fratres combinent, nec Fratres combinati ſe ſeparent quin ad inuicem videantur, & ſibi poſſint teſtimonium perhibere, & ſi quos corrigendos inuenerint, & ſeueriùs non correxerint, ipſi Priores, ſeu eorum Vicarij per Vicarios Prioris Prouincialis, vel Viſitatores acriùs puniantur.* Et Pariſijs 1286. ord. 13. ſic dicitur. *Item diſtrictè inhibemus ne Fratres, vbi fœminæ ſunt, ſeparent ſe ab inuicem cum aliqua, ita quòd videre ſe non valeant mutuò in quocumque ſint negotio, ſiue loco.*

9 Fratres cum Socio ſibi aſſignato exeant, & cum eodem reuertantur, ſub pœna ſedendi ter in terra in pane, & aqua. Venetijs 1592. ordin. 10. *Ordinamus quòd Fratres bini ſemper per Ciuitates, & cum toto habitu Religionis incedant, quod & facere debebunt quando de vna Ciuitate, vel loco ad alium eos tranſire continget, ſpecialiter quando non ex obedientia pro Religionis ſeruitio, ſed recreationis, aut cuiuſcumque particularis negotij cauſa taleiter aſſument, volumus enim tunc à Superioribus eiſdem licentiam concedi poſſe, niſi ſocium pro itinere illis pariter conſignare valeant, & conſignent, cum quo, & redire ad Conuentum tenebuntur, ſub pœna ſedendi ter in terra in pane, & aqua.*

10 Nullus audeat ſolus incedere ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, vel grauioris culpæ. Ita enim ſancitum fuit Friburgi 1419. ordin. 7. *Nullus Frater ſine Socio Ordinis extra Conuentum, vel Ciuitatem exeat, niſi ad hoc habeat licentiam à Magiſtro Ordinis, aut Prouinciali, ſiue Vicario ſuæ Nationis, qui autem oppoſitum fecerit, vltra duas vices, voce in qualibet electione Ordinis ſit priuatus; ſi autem vocem non habuerit, pœna grauioris culpæ ſubiacebit.* Mediolani verò 1505. ord. 10. ſic dicitur. *Item quoniam vagi, & effrenati diſcurſus Fratrum ſcandali occaſionem ſolent ſecularibus præſtare; diſtrictè prohibemus omnibus, & ſingulis Fratribus cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtant ſub pœna grauis culpæ, quam quilibet contrafaciendo ipſo facto incurrat, quatenus nullus eorum exeat Conuentum, niſi rarò, & de licentia Prælati, & cum Socio honeſto, quem ipſe dederit, & ſine bottis: & quando habent exire Conuentum non vadant ad loca ſuſpecta, nec diſcurrant ad diuerſa loca vagando, ſed negotijs expeditis citò ad Conuentum reuertantur.*

11 Exprimant cauſas, dum licentiam exeundi Fratres petunt, ob quas exire debent, determinatumque Socium non petant. Florentiæ 1321. ord. 1. *Cum ex inordinato diſcurſu Fratrum diuerſa quandoque pericula, & ſcandala oriantur. Volumus, & ordinamus, quòd nulli detur licentia eundi extra Conuentum, niſi priùs expreſſis cauſis, negotijs, & perſonis: quæ licentia, niſi fuerit cauſa rationabilis, nullatenus concedatur, & conceſſa, aſſignetur eidem Socius prout expedit Ordinis honeſtati: quòd ſi petens licentiam determinatum Socium petierit, eo ipſo pro illa vice ſit illo ſocio priuatus. Si verò ſic licentiatus ad loca, vel perſonas non nominatas declinauerit, hoc ipſum dicere teneatur, alioquin tanquam ſuſpectus habeatur, nec extra Conuentum licentietur, niſi cum Socio ſibi ad cuſtodiam deputato. Iniungimus autem Prioribus, & eorum Vicarijs quòd ſic de combinationibus prouideant, quòd ſaltem altera pars copulæ ſit maturæ ætatis, & vitæ ſolidæ, ac ſecuræ.*

12 Ad Priores, ſeu Prſidentes Conuentuum, vel Suppriores, vel illorum Vicarios pertinet licentias exeundi ex Conuentibus, ſicut & quaſcumque alias, concedere. Pariſijs 1246. ord. 7. *Item nullus det licentias in domo, niſi Prior, vel Supprior, vel ille, de quo Prior ordinauerit.*

13 Arceantur Priores, qui malè combinant exeuntes Fratres. Perpiniani 1327. ord. 7. *Arceantur Priores, qui malè combinant Fratres, quòd ſaltem vna pars copulæ ſit claræ famæ, ſufficientis ætatis, & quòd ſaltem vnus ipſorum ſit de lingua patriæ, vbi hoc commodè poterit obſeruari.*

De Famulis.

1 FAmulos ſeculares in noſtris Conuentibus non habeamus plùs quàm duos, vel tres iuxta Conuentuum neceſſitates. Pariſijs 1239. ord. 10. *Fratres noſtri ſeruientes ſeculares non niſi duos, vel tres in domibus ſuis teneant niſi propter neceſſitatem in aliquibus locis per Priorem Prouincialem de pluribus diſpenſetur, pro quibus etiam in domibus noſtris carnes non præparentur.*

2 Loço ipſorum recipiantur Conuerſi, vel Tertiarij, Venetijs 1592. ord. 22. *Ordinamus quod in vnaquaque Prouincia curent Prouinciales, Conuerſos, vel Tertiarios ad habitum recipi, qui religioſè educati Conuentibus in manualibus exercitijs inſeruire poſſint; ſic que ſecularium quoad fieri poterit commercia, plurium malorum radices, tollantur.*

3 Non inducantur à noſtris ad Religionis eſſentialia vota perpetuò obſeruanda. Apud Montem peſulanum 1271. ordinat. 4. *Item inhibemus Prioribus, & Fratribus vniuerſis, ne famulos ſeculares in noſtris domibus commorantes obligent inſimul ad obedientiam, continentiam, paupertatemque perpetuò obſeruandam, cum hæc tria perſonam faciant regularem.*

4 Fratrum pedes nequaquam lauent. Pariſijs 1243. ord. 8. *Item Garciones in domibus noſtris non lauent pedes Fratrum.*

De Fauoribus extraneorum.

1 CVm Principum, & Prælatorum fauores Ordini noſtro maximum pariant incrementum, caueant Fratres ne illos aliquo modo offendant. Bononiæ 1275. ordinat. 3. *Cum fauor Regum, Prælatorum, & Principum noſcatur Ordini quam plurimùm fructuoſus; ab eorum offenſis Fratres caueant diligenter, & qui ſecus præſumpſerint, grauiter puniantur.*

2 Grauiter ſunt puniendi boniſque omnibus priuandi, qui fauoribus Principum, &c. vtuntur, aut ad eos recurſum habent, trahentes alios Fratres ad iudicium extra Religionem. Ita enim ſancitum fuit Venetijs 1437. ord. 6. *Perſonarum extra Ordinem noſtrum fauorem implorantes, aut ad eos recurſum habentes; & trahentes alios Fratres ad iudicium extra Religionem, & iuriſdictionem Superiorum noſtrorum per Principes, aut perſonas Eccleſiaſticas impedientes ſententiam excommunicationis incurrant, boniſque ad vſum conceſſis, & omnibus gratijs Ordinis ſint priuati.*

3 Siquis Frater noſtri Ordinis per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alio; ordinationem de ſe, vel de alio factam, vel obedientiam ſibi, vel alteri Fratri iniunctam per quamcunque perſonam extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutam quocumque modo procurauerit reuocari, &c. in pœnam incidat grauioris culpæ. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 9. Quæ fuit inchoata apud Montem peſulanum* 1271. *Confirmata Florentiæ* 1272. *& in Conſt. redacta apud Peſtum* 1273. Vide ibid. decl. ſub litt. N.

In cuius Conſtitutionis corroborationem, etiam pœna excommunicationis, præter alias, in diuerſis ſubſequentium Capitulorum ordinationibus fuit impoſita, quæ omnes in vnum collectæ, fuere confirmatæ Romæ ann. Iubil. 1650. conf. 8. in hunc modum. *Cum recurſus ad fauores Principum, Magnatum, aliorumque extraneorum pro gratijs impetrandis, pœnis euadendis, aut Superiorum præceptis eludendis omnem monaſtici regiminis neruum deſtruant, & vt emphaticè diffiniuit Capitulum Romanum* 1589. *inde Religionis ruina oriatur, eiuſdem ſtatus, atque tranquillitas ſummopere perturbetur, diſtributiuæ iuſtitia aditus intercludatur, ambitioni via aperiatur, & demum indigni (vtpote audaciores) virtute præditis, ac benemeritis in ſua ſe humilitate, ac modeſtia continentibus interdum præferantur, ideo in tante peſtis remedium confirmamus, & confirmando innouamus quidquid præceptorum cenſurarum, ac pœnarum contra huiuſmodi recurrentes, aut aduerſùs obedientiam Ordinis fauore ſecularium, & quorumcumque extraneorum (etiam Principum) ſeſe tuentes vſpiam reperitur fulminatum à Capitulis Generalibus, ac ſpecialiter ab vltimo Capitulo Valentino confir.* 8. *quarum præcipua ſunt excommunicatio latæ ſententiæ. Bononiæ* 1410. *Friburgi* 1419. *Metis* 1421. *Barcinonæ* 1323. *Auenione* 1470. *Venetijs* 1437. *Lugduni* 1536. *Romæ* 1589. *deniq; Valentiæ* 1647. *à qua nequit abſoluere etiam is, qui aliàs generalem licentiam habet abſoluendi à cenſuris, & caſibus reſeruatis Bononiæ* 1410. *ſuſpenſio ab omnibus funtionibus ſacerdotalibus, Ferrariæ* 1362. *Priuatio omnium ſuffragiorum Ordinis tam in vita, quàm in morte, Pariſijs* 1269. *Mediolani* 1270. *Priuatio omnium gratiarum, beneficiorum, officiorum, graduum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, bonorumque ad vſum conceſſorum, Pariſijs, & Mediolani cit. Cadurci* 1319. *Rothomagi* 1320. *Romæ* 1501. *Mediolani* 1505. *Venetijs* 1437. *Lugduni* 1536. *Nomen infame deſtructoris Ordinis, in Monte peſſulano* 1456. *Perpetua, ac indiſpenſabilis inhabilitas ad quemcumque gradum, vel dignitatem Ordinis Romæ* 1571. *Barcinonæ* 1574. *Cui acceſſit decretum*

Gre-

Gregorij XIII. denunciatum Romæ 1580. & 1589. Pœna grauioris culpæ, & carceris, Conſtit. diſt. 2. cap. 13. tex. 9. inchoata in Monte peſſulano 1271. Confirmata apud Peſtum 1273. & declarata Virduni 1356. Coloniæ 1301. & 1428. Lugduni 1318. Cadurci 1319. Rothomagi 1320. & iterum in Monte peſſulano 1350. Denique contra induratos, ac pertinaces maledictio Omnipotentis Dei, Diuæ Virginis Mariæ, & S.P.N. Dominici Baſileæ 1473. Caueant ergo Fratres à crimine, pro cuius eliminatione tot generalia Ord. Capitula vident tam anxiè, concorditerque ſudaſſe, ac ſuis deinceps conſulant non tantùm conſcientijs, ac internæ ſaluti, ſed & famæ, cætereque indemnitati.

Porrò Superiores quoque & Prælati meminerint (prout iam pridem eos monuit Capitulum Romanum 1589.) ſe abſque mortali peccato in ſupradictis non poſſe quidquam concedere ad interuentum, ſeu inſtantiam quarumcumque perſonarum extranearum, etiam Cardinalatus, vel Regiæ dignitatis honore fulgentium, maximè poſt mandatum in virtute ſanctæ Obedientiæ ipſis impoſitum à Gregorio XIII. quod à Clemente VIII. die 23. Martij 1592. in Conſtitutionem perpetuò valituram confirmatum, eodemque anno Venetijs denunciatum, exinde à Paulo V. die 7. Ianuarij 1608. roboratum fuit, vt denunciatur Romæ anno eodem, & Vliſſip. 1618. quod vt accuratè perpendant, ac ſecuritati ſuæ conſcientiæ conſulant, admonentur Mediolani 1622. Vtque delinquentibus in hac materia pœnas commeritas ſine remiſſione infligant, contraque tranſgreſſores ſeruata forma Iudicij per Clementem VIII. priuilegiata procedant, adſtringuntur citata Confirmatione 8. Capituli Valentini.

Rogamus autem Reuerendiſſimum Magiſtrum Ordinis, vt in exemplum cæterorum inferiorum Ordinis Prælatorum ſeueriſſimè, & inflexibiliter obſeruantiâ huius Apoſtolicæ Conſtitutionis inſiſtat, Fratres quorumcumque extraneorum interpoſitione apud ipſum vtentes ex toto legis rigore caſtiget, ac Prouinciales, alioſque Superiores quicumque ad extraneorum interuentum quidquam eiuſcemodi ſuis ſubditis indulſerint, ſine mora, ac reſpectu Officij priuet.

Denique ne legis tam ſanctæ, ac neceſſariæ memoria obliterari, aut ignorantia qualiſcumque allegari queat, Volumus quòd in vnum collectis, atque impreſſis omnibus, quæ de hac materia, vel à Summis Pontificibus, vel à Capitulis Generalibus, aut Magiſtris Ordinis ſtatuta reperiuntur, eadem in omnibus noſtris Conuentibus, & religioſis Communitatibus bis in anno, ſcilicet prima hebdomade Aduentus, & prima hebdomada poſt Octauas Trinitatis publicè coram omnibus prælegantur, ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda Priori, vel Superiori hoc negligenti. Vbi etiam inter alia cupimus illud cum primis attentè notari, quòd non tantùm eiuſmodi fauorem apud Extraneos procuratio, ſed & eorundem, vel ſponte oblatorum acceptatio, atque vſus per citati Gregorij XIII. decretum à Clemente VIII. & Paulo V. confirmatum ſumma diſtrictione inhibeatur.

Quæ verò circa hoc emanauere Apoſtolica decreta hæc ſunt.

Gregorius Papa XIII. Ad futuram rei memoriam. Cum nihil magis Religioſorum ſtatum perturbet, quàm fauorum, & ſuffragiorum ſecularium nuncupatio, & conquiſitio; quibus Superiorum æqua mens, qua pro meritis ſuorum vnicuique ſubditorum tribui debet, peruertatur. Nos malum hoc ab ordine Fratrum Prædicatorum, cuius proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ ſanctæ vtilitatem ſinceris exoptamus affectibus, pro noſtra Paſtorali ſolicitudine propellere ſummopere cupientes, Dilectis filijs Magiſtro Generali, ac Prouincialibus, & reliquis eiuſdem Ordinis Prælatis, nunc & pro tempore exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta, & in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipimus, & mandamus, ne ad inſtantiam & requiſitionem quarumcunque perſonarum, tam laicarum, quàm Eccleſiaſticarum, extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiuis dicti Ordinis Religioſo vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere audeant, ſeu præſumant; quinimo quoſcunque eiuſdem Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum Conſtitutionum hac via, & ijs medijs, per mendicatos fauores, & ſuffragia, aliquid ſibi procurauerint, ad talia & ſimilia, & etiam maiora in eodem Ordine conſequenda, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, inhabilitamus, ac inhabiles perpetuo fore, & eſſe, neque per quoſcunque, niſi per Sedem Apoſtolicam, rehabilitari, aut cum ipſis deſuper diſpenſari poſſe, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane quicquid contra præmiſſa aliquibus conceſſum fuerit, aut ſuper his à quoquam contigerit attentare, auctoritate, & tenore prædictis decernimus, & declaramus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis (quibus omnibus eorum tenore, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſuffi-

cien-

cienter expreſſis, habentes, ad earundem præſentium effectum ſpecialiter, & expreſsè derogamus) cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo dicti Magiſtri Generalis obſignatis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus litteris adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die primo Iunij, M.D.LXXX. Pontificatus noſtri Anno nono.

Caſ. Glorierius.

Ex Act. Cap. Gen. Romæ 1589. *admon.* 1.

Præfatum Gregorij decretum Clemens Papa VIII. in hunc modum confirmauit.

Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Religioſos viros, ſicut honorum gradus, cum ad eos aſſumuntur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptoſque humiliter adminiſtrare oportet, ſic ad eos mendicatis ſecularium præſertim ſtudijs, aditum ſibi patefacere minimè conuenit. Cum itaque fel. rec. Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter per ſuas in forma Breuis litteras, die primo Iunij 1580. Pontificatus ſui Anno nono, datas Magiſtro Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum Prælatis, tunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ Obedientiæ mandauerit, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcunque perſonarum, tam Laicarum, quàm Eccleſiaſticarum extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honorę, ac quacunque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali, fulgentium cuiuis dicti Ordinis Religioſo vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere auderent. Quinimo quoſcunque dicti Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum Conſtitutionum, hac via, & ijs medijs, per conquiſitos fauores, & ſuffragia aliquid ſibi procurauerint, ad talia & ſimilia, ac etiam maiora in eodem Ordine conſequenda perpetuò inhabiles etiam declarauit, prout latius in eiſdem literis continetur. Cumque, vt accepimus, à nonnullis ambigatur, an ſub gratiarum vocabulo gradus, honores, dignitates, officia, & munia Ordinis præfati comprehendantur. Nos Ordinis prædicti quieti, ac Religioſorum illius ſaluti opportunius conſulere, aliaſque in præmiſſis prouidere volentes, ac litterarum præfatarum, necnon Decreti Capituli Generalis eiuſdem Ordinis in executionem earundem litterarum facti, quod incipit. *Quamobrem ſingulos noſtri Ordinis Prælatos admonemus*, veriores, ac totos tenores præſentibus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes Motu proprio, ex certaque noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine litteras, ac decretum huiuſmodi, ac in eis contenta quæcunque Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omneſque & ſingulos tam iuris, quam facti, & alios defectus, ſi qui in eis interuenerint, ſupplemus. Et nihilominus præfatam Gregorij, de gratijs, vt præfertur, per Mendicatos fauores minimè concedendis prohibitionem ad quoſcunque gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, Prælaturas eiuſdem Ordinis perpetuo extendimus, & extendi debere decernimus. Et propterea dilectis Magiſtro Generali, Prouincialibus, & alijs Prælatis, ac Superioribus eiuſdem Ordinis, ne poſt aliquod præmiſſorum cuiquam ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem perſonarum ſuperius expreſſarum quarumcunque quouis modo concedere, Religioſis verò, ac Fratribus eiuſdem Ordinis quibuſcunque, non ſolum in præmiſſis omnibus ſecularium fauorem minimè procurare, ſed nec etiam ſponte oblatum, aut ab eis minimè procuratum recipere, & ſimiliter, ne ad hunc effectum munera aliqua ſecularibus impendere, vel exhibere audeant, vel præſumant, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium, in virtute ſanctę Obedientię, ac ſub eiſdem pœnis in dictis Gregorij litteris contentis pręcipimus, & expreſſe interdicimus, & prohibemus, eiſdem auctoritate, & tenore ſtatuentes, quod omnes, & ſinguli in pręmiſſis delinquentes nulla alia monitione pęcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo ſententias, & pœnas huiuſmodi damnabiliter incurriſſe legitimè probandum, & omnino conuincendum, ſolę pręmiſſarum perſonarum inſtantię, fauores, & preces etiam oretenus porrectę plenam, indubiam, & ſufficientem in iudicio, & extra fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur, ſicque ab omnibus eiuſdem Ordinis Superioribus, Pręlatis, & perſonis, ac alijs Iudicibus ordinarijs, & delegatis, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, vbique iudicari, & diffiniri, ac interpretari debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari perpetuò decernimus, & ſtatuimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictiſque Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quę dictus Gregorius prędeceſſor in pręfatis litteris voluit non obſtare, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt pręſentes litterę in quibuſcunque Capitulis, tam Generalibus, quam Prouincia-

libus, & Conuentualibus; vt ad ſingulorum notitiam facilius deueniant, publicentur, & inter ſtatuta, & ordinationes ipſius Ordinis perpetuò obſeruandæ deſcribantur, eorumque exemplis, etiam impreſſis, manu Secretarij, & ſigillo Magiſtri Generalis, vel manu alicuius Notarij publici, & ſigillo alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem, quæ præſentibus fides vbique adhiberi debeat. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſimatertia Maij. Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus Noſtri, Anno Primo.

M. Veſtrius Barbianus.

Ex Actis Cap. General. Venetijs 1592. denunciat. 5.

Vtrumque autem Apoſtolicum decretum confirmauit Paulus V. Pont. Max. in hunc modum.

Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

Admonemur Paſtoralis Officij noſtri debito diligentius proſpicere ne Religioſis ad Dignitates, & Officia per emendicata ſuffragia ambitioſus pateat acceſſus. Aliàs ſiquidem felicis recordationis Gregorius Papa XIII. prædeceſſor noſter per ſuas in forma Breuis litteras die prima Iunij MDLXXX. Pontificatus ſui anno Nono datas Magiſtro Generali, ac Prouincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum Prælatis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ mandauit, ne ad inſtantiam, & requiſitionē quarumcumque perſonarum, tàm laicarum, quàm Eccleſiaſticarum extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacunque ſæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuiuis dicti Ordinis Religioſo vllam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere auderent: quinimmò quoſcumque dicti Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum Conſtitutionum, hac via, & his medijs per conquiſitos fauores, & ſuffragia aliquid ſibi procurauerint, ad talia, & ſimilia, ac etiam maiora in eodem Ordine conſequenda perpetuò inhabiles etiam declarauit: Et ſubinde cum à nonnullis ambigeretur, an ſub gratiarum vocabulo gradus, honores, dignitates, officia, & munia Ordinis prædicti comprehenderentur, ſimilis memoriæ Clemens Papa Octauus etiam prædeceſſor noſter per alias ſimiles litteras die XXIII. Maij 1592. Pontificatus ſui anno primo datas, priores litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque approbauit, & confirmauit, ac prædictam Gregorij de gratijs, vt præfertur, per mendicatos fauores minimè concedendis, prohibitionem ad quoſcumque gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, Prælaturas eiuſdem Ordinis, perpetuò extendit, & extendi debere decreuit: & propterea dilectis filijs Magiſtro Generali, Prouincialibus, & alijs Prælatis, ac Superioribus eiuſdem Ordinis, ne in poſterum aliquod præmiſſorum cuiquam ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem ſuperius expreſſarum perſonarum quarumcunque quouis modo concedere: Religioſis verò, ac Fratribus eiuſdem Ordinis quibuſcumque, non ſolùm in præmiſſis omnibus ſecularium fauores minimè procurare, ſed nec etiam ſponte oblatum, aut ab eis minimè procuratum recipere: Et ſimiliter ne ad hunc effectum munera aliqua ſecularibus impendere, vel exhibere auderent, vel præſumerent, in virtute ſanctę obedientię, & ſub pœnis in dictis Gregorij prędeceſſoris litteris contentis prępepit, & expreſſè interdixit, ac prohibuit, prout in ſingulis litteris prędictis plenius continetur, &c. Nos, &c. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dictorum Gregorij, & Clementis prędeceſſorum prædictas litteras, & in eis contenta quęcumque, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuę, & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, &c. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictiique Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrarijs quibuſcunque, &c. Volumus autem, quòd præſentium litterarum exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem fides vbique adhiberi debeat, quę præſentibus adhiberetur, ſi exhibitę forent, vel oſtenſę. Datum Romę apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die VII. Ianuarij M.DCVIII. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Scipio Cobellutius.

Ex Act. Capit. General. Romæ 1608. denunciat. 8.

De Feſtis Sanctorum.

1 IN Sanctorum feſtiuitatibus celebrandis tenentur Fratres noſtri conformare ſe Matrici Eccleſię. Romæ 1484. Inchoat. 1. *In primis inchoamus hanc, quod in Feſtis Sanctorum, quæ in diuerſis celebrantur Prouincijs, Conuentus noſtri ſe Matrici conforment, ſi Feſtum*

Digitized by Google

ſtum ſeruatur à populo. ſicut eſt feſtum Ordinationis B. Ambroſij Epiſcopi, quod volumus ſub feſto duplici celebrari, & diuiſio Apoſtolorum, cuius Feſtum in aliquibus Prouinciis celebratur. Idem in Rubricis noſtris habetur.

2 Etiam ſi non ſint in noſtro Calendario. Romę 1571. conceſſione 4. *Item concedimus Prioribus, & Præſidentibus noſtrorum Conuentuum, vt feſta, quæ ſolemniter à populo celebrantur, etiam ſi non ſint in noſtro Calendario, ſub dublici poſſint in noſtris Conuentibus celebrari, ſe in hoc Matrici Eccleſiæ conformantes.*

3 In feſtis SS. Ordinis noſtris Priores non permittant operari in Conuentibus. In Monteſpeſſulano 1265. ord. 4. *Item in feſto SS. Dominici Confeſ. & Petri Mart.* (idem etiam ſeruandum eſt in feſtis aliorum SS. nam tunc hos tantùm Sanctos noſtros venerabatur Ordo ab Eccleſia inter diuos relatos) *Fratres in domibus noſtris opera fieri non permittant.* In Capitulo verò Pariſijs 1256. ordinatum iam fuerat vt prędicta feſta in noſtris Conuentibus cebrarentur ord. 7. hoc pacto. *Item apponatur diligentia quòd feſtum B. Petri, & B. Dominici vbique celebretur, & quòd Imagines eorum in locis conuenientibus depingantur, & nomina eorum in Kalendarijs, & Letanijs, & Martyrologijs adnotentur.*

4 Sanctorum Ord. noſtri feſta quandocumque ob aliquod impedimentum transferuntur in alium diem, ad illam etiam Indulgentię illis conceſſæ translatę cenſeatur ex Clementis VIII. Apoſtolico indulto. Ita denunciatum fuit Romę 1601. denunc. 5. *Denunciamus eundem Sanctiſs. D. N. viuæ vocis oraculo nobis conceſſiſſe, vt quotieſcumque contingat propter aliquod impedimentum Feſtum alicuius Sancti noſtri Ordinis in alium diem transferri, Indulgentias quoque pro eodem Feſto conceſſas ad diem eiuſdem Sancti celebrationis transferri.*

5 Prouinciales, non poſſunt in ſuis Prouincijs, neque in aliquo illarum Conuentu ordinare, vt Feſta SS. celebrentur diuerſo, quo ſunt in Ordinario ſancita modo. Romę 1583. declarat. 2. *Declaramus Prouinciales non habere authoritatem ordinandi Feſta, vt celebrentur aliter quàm ſit ordinatum in Ordinario, niſi ſolemnizentur à Ciuitate, vel talis conſuetudo ſit in Conuentu.*

6 Feſta Sancti Vicentij, atque aliorum Sanctorum, in quibus ludicrè eliguntur Priores earundem feſtiuitatum, nullo modo fiant ſub pœna priuationis vocis actiuę, ac paſſiuę, atque abſolutionis ab officio impoſita Conuentuum Pręſidentibus, talia feſta permittentibus. Barcinonę 1574. ord. 17. *Vide de Abſolut. Prior. num. 86.*

De Fide Catholica.

1 CVm Ordo noſter à Deo bonorum omnium largitore in Catholicę Fidei defenſionem fuerit Orbi datus Patres noſtri in eiuſdem Ordinis primordijs ſingulis Fratribus in Generali Capitulo Bononię 1242. congregato mandauere vt ſe in Catholicę Fidei defenſionem Hęreticis conſtanti pectore opponerent, ita enim ord. 6. habetur. *Fratres ſe exerceant ſtudioſius in ijs, quæ ſunt contra hæreticos, & ad fidei defenſionem.*

2 Et contra Ludouicum Bauarum, qui ab obedientia erga Summum Pontificem, atque Romanam Eccleſiam deſecerat, hęc in Generalibus Comitijs Toloſę 1328. habitis ord. 3. fuere mandata. *Cum illi, qui deberent eſſe aliorum exemplaria in actibus virtuoſis exorbitent; ab illo verò, quem Dominus Ducem, ac Principem aliorum in tota vniuerſali Eccleſia inſtituit, ſequatur in grege Dominico pernicioſus error, ſcandaloſa inuitatio, ac damnatum principium plurimorum; mandamus, & omni diſtrictione, qua poſſumus imponimus Fratribus vniuerſis, nec non & Magiſter Ordinis in virtute S. Obedientiæ præcipit Fratribus omnibus de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu quod Ludouicum quondam Ducem Bauariæ hoſtem, & perſecutorem Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac per eandem tanquam hæreticum condemnatum, nec non & alios fautores eiuſdem tanquam hæreticos condemnatos vitent, ac interdictam occaſione dicti perfidi Bauari per S. Romanam Eccleſiam poſitum inuiolabiliter ſeruent, nec eidem Bauaro, vel ſuis prædictis fautoribus quocumque modo præbeant auxilium, conſilium vel fauorem. Si qui autem contrarium inuenti fuerint facientes, pœnę carceris, ad quem eos nunc pro tunc adiudicamus, inuiolabiliter puniri volumus, & mandamus, eiſdem mandatis, & impoſitionibus quibus ſupra iniungentes, quod Fratres in ſuis prędicationibus iuxta formam mandati Apoſtolici proceſſus noviter factos contra dictum Bauarum cum omni diligentia ſtudeant publicare.*

3 Et Bononiæ 1410. Mandatum fuit omnibus Ordinis noſtri profeſſoribus, vt fidelitatem erga S. Apoſtolicam Sedem ſeruarent atque Alexandri Papæ V. fidem, & Succeſſorum, vna cum promotione S. Vnionis contra Pſeudopontific. omni conatu defenderent. Ita enim ord. 2. habetur. *Item fidelitatem noſtri Ord. ab ipſius fundatione continuatam, & ſolitam erga S. Matrem Eccleſiam proſequentes, volumus, & mandamus Fratribus noſtri Ord. vniuerſis quatenus ſtatum, & fidem quondam D. Alexandri Papæ V. & ſuorum ſucceſſorum,*

Digitized by Google

ritè, & canonicè intrantium, atque promotionem S. Vnionis in Concilio Generali (ſcilicet Piſano) *concluſæ in ipſorum ſermonibus, prædicationibus, conuerſationibus, conſilijs, & alijs actibus communibus, & priuatis iuxta gratiam à Domino eis collatam apud Dominos, & populos, & quaſcumque perſonas defendere ſatagant, & ſtudeant promouere. Oppoſitum verò facientes præcepti pœnam, & manifeſtæ rebellionis ſe nouerint incurriſſe.* Quia vero aliqui à fidelitate erga verum Chriſti Vicarium, vel Angeli de Corrario quondam Gregorij XII. à Summa Cathedra in Piſano Concilio depoſiti, vel Benedicti XIII. nuncupati Pſeudopontificis partes ſequentes, defecerant, ne dum in ſuarum Prouinciarum Capitulis, verum etiam in eodem Capitulo Generali fuere ſeueriſſimè puniti. Ita enim in illius Actis legitur. *In primis quia F. Vgolinus de Camerino S. Theol. Magiſter Prouinciæ S. Dominici diuiſiones, & turbationes uiſus eſt, & nititur ſuſcitare, & fouere, ac ſe Vicarium Generalem Ord. ex parte Angeli de Corrario per Generale Concilium Piſanum depoſiti, & damnati nominare præſumpſit, nec non, & Reuerendiſſimum Magiſtrum Ord. per ſuas litteras ad diuerſas Prouincias miſſas ex ignorantia, vel malitia infamauit, quod ſubmiſiſſet Ordinem noſtrum Fratribus Minoribus, & alia plura in derogationem officij Magiſtratus, atque fomentum pernitioſi ſchiſmatis, temerariè & ſcribere, & facere præſumpſit, ipſum fore ſchiſmaticum, & excommunicatum denunciamus, carcerique per ſex annos condemnamus, boniſque omnibus ſibi ad vſum conceſſis priuamus eidem Prouinciæ S. Dominici applicantes, caſdemque pœnas incurrere volumus complices infraſcriptos, videlicet FF. Angelum de Camerino ſibi affinem Sac. Theol. Magiſtrum, Iacobum de Ligniate Conuentus Paduani eiuſdem Prouinciæ, qui ex ſua prauitate ſathanas nominatur, per hoc conferentes ſententiam contra eos latam in Capitulo Prouinciali immediatè præcedenti eiuſdem Prouinciæ, & Natalem de Venetijs. Item FF. Stephanum Sac. Theol. Magiſtrum, & Antonium Franciſci ambos de Florentia, per hoc approbantes ſententiam contra eos latam per Capitulum Prouinciale Romanæ Prouinciæ immediatè præcedens. Item FF. Albertum Placx Conuentus Lubiten. Prouinciæ Saxoniæ, Hulderth Conuentus Columbarien. Prouinciæ Theutoniæ, & Matteum de Tartania olim Prouincialem Prouinciæ Trinacriæ tam ratione ſchiſmatis, quam ratione multiplicis ſuæ rebellionis.*

4 Prædicatores in ſuis prædicationibus animoſè contra hæreſes pro fide loquantur; qui autem in hoc notabiliter deliquerint, celebrandi, & concionandi munere priuentur. Auenione 1561. ordinat. 10. *Vide de Hæreſi num. 1.*

5 Ex quibus omnibus fidelitatem noſtri Ordinis erga S. Sedem Apoſt. cognoſcere licet, pro qua ſeruata, ab illius hoſtibus multas calamitates, Conuentuum euerſiones, FF. necem, atque incommoda multa fuit expertus.

De Fugitiuis.

1 FVgitiui Fratres carceribus mancipentur Nouariæ 1465. ord. 6. *Item quorundam Fratrum inſolentiam, & temeritatem compeſcentes, memoratis Præſidentibus iniungimus, vt aliorum Conuentuum, & Prouinciarum Fratres, qui teſtimoniales litteras ſuæ vagationis, aut itineris non oſtenderint, non recipiantur vllo modo: imò diſcurſus, & itineris cauſas ſciſcitari diligentiſſimè ſtudeant, & ſi ſcandaloſi, & fugitiui eſſe deprehenſi fuerint, carceribus mancipentur.*

2 Nullibi recipiantur niſi in carceribus. Romæ 1601. ord. 21. *Ordinamus, vt fugitiui in nulla Prouincia recipiantur niſi in carceribus, qui poſtquam ſtatas pœnas luerint, ad ſuas Prouincias, vel Conuentus ſtatim remittantur, & hoc mandamus ſub pœna ſuſpenſionis ab officio tam RR. AA. Patribus Prouincialibus, quàm Prioribus, ſeu Præſidentibus Conuentuum, ſeu Domorum.*

3 Non recipiantur, ſub pœna grauioris culpæ. Romæ 1558. ord. 4. quod fuit confirmatum Romæ 1557. conf. 13. in hunc modum. *Confirmamus, quòd nullus Prior Prouincialis, aut Conuentualis, nullusue Præſidens ſub pœna grauioris culpæ recipiat FF. Fugitiuos, aut vagabundos alterius Prouinciæ ſine licentia Prouincialis illorum, niſi in quantùm charitas religioſæ hoſpitalitatis exigit, quoſque, ſi deliquerint capi faciant, & vinctos ad ipſorum Prouincias earundem Prouinciarum ſumptibus mittant.*

Venetijs autem poſtea 1592. ordinatum fuit, vt non recipiantur niſi in carceribus. Ita enim habetur admonit. 1. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 8.*

Vt non reciperentur, ſub pœna etiã ſuſpenſionis ab officijs mandatum fuerat Auenione 1561. conf. 7. & Bononiæ 1564. conf. 5. ita dicitur. *Inſ. per aliã confirmamus* (ſcil. ordinat.) *quod nullus Prior Prouincialis, aut Conuentualis, nullusuè Præſidens ſub pœna ſuſpenſionis ab officio recipiat Fratres fugitiuos, aut vagabundos alterius Prouinciæ ſine licentia Prouincialis illorum, & hactenus ſic receptos à notitia præſentium expellant:* Ianuæ autem fuit hoc idem vetitum omnibus Superioribus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs ipſo facto incurrenda: quod fuit confirmatum Romæ 1518. ord. 5. *Item ordinamus quòd Fratres fugitiuos, qui ſine licentia legitima, hoc eſt Prioris Prouincialis, vel Vicarij Congregationis de ſua Prouincia, ſeu Congregatione receſſerunt,*

runt,nullus audeat vltra triduum retinere (hoc eſt in carceribus, vt dictum eſt) *abſque ſpeciali licentia Magiſtri Ord. in poſterum concedenda, ſi quis autem eos in Conuentu, vel Prouincia acceptare præſumpſerit,ſit à ſuo officio Prouincialatus, Vicariatus,ſeu Prioratus ipſo facto abſolutus, reuocantes omnem facultatem cuicumque conceſſam oppoſitum faciendi. Volumus enim huiuſmodi fugitiuos ad ſuam Prouinciam,vel Congregationem redire, & petere veniam, ac puniri iuxta Prouinciæ,vel Congregationis modum.* Ex quibus cõſtat ad Reuerendiſs. Magiſtrum Ord. ſpectare licentiam dare tranſeundi de vna ad alteram Prouinciam; Et fugitiuos Fratres illos intelligi, qui ſine licentia præfatorum Superiorum ex ſua Prouincia recedunt.

7 Nullo modo ad Sacros Ordines promoueantur. Ita ſubditur in præfato Capitulo Romano 1518. eadem ord. 5. *Prohibemus quoque, ne quis huiuſmodi fugitiuos faciat ad Sacros Ordines promoueri; contrarium autem faciens Præſidens ſit ipſo facto abſolutus ab officio, & pœna grauioris culpæ addictus. Ordinatus autem non permittatur miniſtrare in ſuſceptis Ordinibus.*

Vide plura alia de diſcurſu Fratrum.

De Furto.

1 SI quis furtum commiſerit, quod ſit notabile iudicio diſcretorum, carcerali cuſtodiæ mancipetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 4.*

2 Quicunque de furto fuerit conuictus, ſit in perpetuum omni voce priuatus. Apud Caturcum 1319. inchoar. 1. quod fuit approbatum apud Rhotomagum 1320. approbat. 1. *Approbamus hanc in Capitulo de Apoſtatis, vbi dicitur, nec ad aliquem tractatum eorum, quæ mittuntur ad Cap. Generale, vel Prouinciale, addatur: Et quicumque fuerit conuictus, vel confeſſus iudicialiter de lapſu carnis, vel de furto, aut carceri mancipatus, vel apoſtatauerit, aliquo crimine perpetrato, in perpetuum ſit omni voce priuatus, nec poſſit habere officium Prioratus, Supprioratus, vel Lectoratus, nec ad aliquod prædicatorum reſtituatur, niſi per Magiſtrum Ordinis, & Capitulum Generale, & hoc habet duo Capitula, et ordinamus quod iſta medio tempore inuiolabiliter obſeruentur. declaramus autem quod carceri mancipati intelliguntur, qui per diffinitiuam ſententiam ſunt carceri deputati.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. in decl. tex. 4. ſub litt. I.

3 Quicunque furtum de rebus Conuentus ſemel commiſerint, priuentur omni officio, ſintque impoſterum incapaces ad bonorum administrationem ſuſcipiendam. Romæ 1583. ord. 7. *Ordinamus, vt qui ſemel fuerint reperti furtum feciſſe de bonis Conuentus, priuentur officio, & inhabiles reddantur ad quamcumque adminiſtrationem rerum temporalium.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 4. ſub litt. N. vbi aſſeritur hoc fuiſſe etiam ordinatum Romæ 1580. quod à veritate eſt alienum.

4 Qui pecuniam, ac bona reliqua habet, & ignoratur quomodo illa acquiſierit, inquiratur per præceptum vnde habeat, & quomodo, & ſi mendax inueniatur, grauiter puniatur. Ianuæ 1513. declar. 4. *Item declaramus quod ſi quis Frater inuentus fuerit pecunias, vel bona alia temporalia habere cum communi admiratione Fratrum vnde habeat, quia ſcilicet nulla creditur ſubeſſe cauſa legitima acquiſitionis, poteſt, & debet contra talem procedi, primò inquirendo per præceptum in ſcriptis coram Patribus vnde habeat, & accepto reſponſo in ſcriptis, niſi ſatisfaciat, inquiratur veritas: & volumus quod ſi mendax conuincitur, priuetur illis bonis, & voce actiua, & paſſiua per triennium, ac in carcere per menſem puniatur, ita quod elapſo menſo in carcere nulla reſtet ex carcere nota, vel pœna.*

De Genuflexionibus.

1 FRatres in Choro dum cantatur *Salue Sancta Parens*, vel *Veni Creator Spiritus*, Chorus contra Chorum genua flectat ſalutando Beatiſſimam Matrem noſtram Mariam ſemper Virginem. Ita fuit ordinatum Treueris 1249. ord. 2. *Item quando Fratres flectunt ad Salue Sancta Parens, vel veni Sancte Spiritus, ſic faciant genuflexiones, vt ſit chorus contra chorum, & non procumbant, & proſtrationes, quæ fiunt in Canone, fiant ſuper formas.*

2 Tranſeuntes ante Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum. Romæ 1569. ordinat. 2. *Ordinamus, pro ſua pia deuotione ſuggerente Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſs. D. D. F. Michaele Bonello Cardinali Alexandrino S. Rom. Eccleſiæ Camerario, vt de cætero Fratres, omnes cum primùm ante diuiniſſimum Sacramentum Altaris ſe præſentauerint, etiam tranſeundo, non ſolùm profunda inclinatione, verum etiam genuflexione reuerenter adorent.* Quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 4.

3 Quandocunque manibus eſt diuiniſs. Euchariſtiæ Sacramentum tractandum. Pariſijs 1611. ord. 3. *Vt ampliori ea, qua non ſolùm animo, ſed & corpore, poſſumus reuerentia, auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum à nobis tractetur: Ordinamus vt in ſacra Miſſa deinceps, facta conſecratione, tum ante, & poſt eleuationem,*

tam

Digitized by Google

tam Hoſtiæ, quàm Calicis, tum etiam quotieſcunque tantum Sacramentum manu tractandum venit, Sacerdos ante eius acceptionem, & poſt eius depoſitionem ſingulis vicibus (omiſſa profunda venia) genua flectat.

4 Dum etiam peccata Fratres confitentur. Auenione 1561. ord. 5. *Ordinamus, quod Fratres propter reuerentiam Sacramenti pœnitentiæ, etiam Sacerdotes, dum confitentur peccata ſua, flectant genua ante confeſſionem.*

5 Ad illa verba: *Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui*, etc. & etiã ad illa: *Te ergo quæſumus tuis famulis ſubueni, quos pretioſo ſanguine redemiſti*, & in Euangelio Epiphaniæ: *Et procidẽtes adorauerunt eum.* Ita fuit inchoatum Romæ 1580. inchoat. 1. & confirmatũ Romę 1583. cõf. 1. & iterum Romę 1589. conf. 2. in hunc modũ. *Confirmamus etiam id quod in Capitulo Generali Romæ 1580. inchoatum, & in alio Capitulo Romæ 1583. pariter confirmatum fuit; nempe quod in Euangelio Epiphaniæ cum peruentum fuerit ad illud*, & procidentes adorauerunt eum, &c. *omnes Fratres in Choro genua flectant. Quod ſimiliter eſt faciendum in Cantico.* Te Deum, &c. *ad illum verſiculum:* Te ergo, &c. *Et in hymno Corporis Chriſti cum dicitur:* Tantum ergo Sacramentum, &c.

6 Dum dicitur in Symbolo, *Ex Maria Virgine, & Homo factus eſt*, atque in Euangelio, *& Verbum caro factum eſt*. Valentiæ 1596. ord. 1. *Ordinamus vt Sacerdotes omnes ſacrum facientes ad illa verba Symboli:* Et homo factus eſt; *Pariterque ad illa Euangelij:* Et Verbum caro factum eſt: *Genua flectere debeant, quod & alij Fratres Miſſam audientes facere debebunt, vt maiori, qua poſſunt humilitate Deo gratias referant de tam inſigni beneficio.*

7 In hymno paſſionis dum dicitur. *O Crux aue ſpes vnica.* Ita fuit inchoatum Romæ 1583. inchoat. 2. & confirmatum Romæ 1589. conf. 1. & Venetijs 1592. conf. 1. ſic dicitur: *Confirmamus id, quod in Capitulo Generali Romæ 1583. celebrato inchoatum, & in Capitulo Romæ 1589. pariter confirmatum fuit, nempè quod in hymno paſſionis cum peruenerint Fratres ad verſiculum illum:* O Crux aue, *omnes deuotè genua flectant. & hoc iam habet vim Conſtitutionis.*

8 In inchoatione hymni *Aue Maris ſtella*. Vliſſiponæ 1618. inchoat. 1. Mediolani 1622. conf. 1. & Romæ 1629. ordinat. 3. ſic dicitur. *Ordinamus, quod in pronunciatione hymni Aue Maris ſtella, Fratres maneant genuflexi vſquequo abſoluatur prima ſtrophes.*

9 Dum dicitur Antiphona *Sub tuum præſidium, &c.* Bononiæ 1615. ord. 3. *Quotieſcunque Antiphona:* Sub tuum præſidium *in Choro dicitur, per totam Antiphonam Fratres noſtri, & Sorores genua flectant.*

10 Dum Pſalm. *Venite exultemus*, cantatur ad illa verba, *Venite adoremus, & procidamus ante Deum*. Valentiæ 1647. inchoat. 3. *Vt interna animi ſubmiſſionis exterior humiliatio reſpondeat, inclinamus quòd in Choro ad illa verba Inuitatorij:* Venite adoremus, & procidamus ante Deum: *Fratres genua flectant; cantantes verò, vel recitantes, poſt expletum verſum reuerenter inclinent.* Quod iam antea fuerat ordinatum Romæ 1644. ordin. 16. atque hoc additum. *Idem fiat in hymno Feſti SS. Trinitatis ad illa verba*, Ad ſumus, & nos cernui te adorantes famuli: *Vbi ſecularium Eccleſiæ ita ſolent.*

11 In Antiphona *Salue Regina*, quæ poſt Completorium ſolemni ritu in noſtris Eccleſijs cantatur, ad illa verba: *Eia ergo Aduocata noſtra, &c.* Valentiæ 1647. ord. 16. *Vt eam reuerentiam, & ſubmiſſionẽ, quæ Ordini noſtro eſt congenita Dei Parenti noſtræ Aduocatæ, ordinamus, vt in Salue Regina poſt Completorium ad illa verba:* Eia ergo Aduocata noſtra, *vſque ad illa:* Poſt hoc exilium oſtende, *incluſiue, &c. Fratres genua flectant, vel verſo vultu ad Altare, vel Chorus contra Chorum, ſeruata conſuetudine cuiuſcunque Prouinciæ: Dum autem pulſantur Organa, ſic vices cantus Fratrum, & ſoni Organorum diſponantur, vt Fratres totam præfatam partem genuflexi, vt ſupra cantent.* Idem etiam fieri debet quando dicitur Antiph. *Salue Regina*, poſt omnes horas Canonicas: *Ita habetur in Conſt. noſt. loco infra adducendo.* Supradicta ferè omnia, & alia plura vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 2. *De Inclinationibus*, in declar. tex. 1. ſub litt. B. Et in Rubricis noſtris.

De Gradibus.

1 NVllus Magiſterij, vel Baccalaureatus Gradũ aſſumere valet, niſi præmiſſa fidei profeſſione Neapoli 1600. ord. 2. & Valliſoleti 1605. ord. 4. ſic dicitur. *Nullus gradũ Baccalaureatus, vel Magiſterij, neque apud nos, neque apud ſecularium ſcholas ante profeſſionẽ fidei emiſſam, iuxta formam in noſtris Conſtitutionibus contentã, vllo modo ſuſcipere audeat.* Neapoli autem 1600. hoc etiam ordinatur pro omnibus graduandis. Ita enim habetur in ord. 2. *Ordinamus, & omnino obſeruari volumus, quod nullus poſſit promoueri ad aliquem gradum, vel officium, puta Prædicatoratus, Lectoratus, Magiſtri Studentium, Baccalaureatus, aut Magiſterij in Sacra Theologia, niſi prius genuflexus coram Prouinciali, aut Præſidente Conuentus profeſſionem Fidei emiſerit, iuxta Bullam Pij Papæ V: de cuius profeſſionis emiſſione fidem autenticam in ſcriptis reportare debebit, & ſi ſecus factum fuerit*

rit, collatio dicti Gradus, vel officij nulla erit. Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 8. ſub litt. P.

2 In petitionibus, quæ pro Gradibus obtinendis fiunt, ſeruetur iuſtitia diſtributiua: exprimaturque tempus, quo, & vbi legerint, graduandi atque acta præcipua ſcolaſtica ab ipſis patrata manifeſtentur in eiſdē. Ita auctoritate Apoſtolica ſancitum fuit Romæ 1589. capit. *Ordinationes pro ſtudiorum reformatione,* ord. 7. *Ordinamus denique, & ſub eodem formali præcepto mandamus, vt nullus impoſterum à Prouincialibus, vel à Prouincijs, neque in Magiſtrum, neque in Baccalaureum, neque in Prædicatorem Generalem petatur, niſi ſufficienter legerit, prædicauerit, actuſque legitimos fecerit, ac omnes denique conditiones requiſitas (iuxta noſtras Conſtitutiones, & ordinationes Capitulorum Generalium) habuerit, locuſque vacauerit. Admonentes tamen, & (vt ſupra) præcipientes, vt ſtantibus æqualibus meritis, & æquali ſufficientia, antiquiores anteponantur, & nulli fiat iniuria, ſed iuſtitia diſtributiua in omnibus obſeruetur: Statuentes etiam, & inuiolabiliter obſeruari volentes, vt ſemper in petitionibus ipſorum Graduandorum, vel Prædicatorum Generalium exprimatur quot annos, & quibus in locis illi, qui petiti fuerint, lectioni aut prædicationi operam dederint, & an maiores æquè benè meritos habeant, & an pro huiuſmodi Gradibus, vel muneribus vacet locus, ſecus petiones nullatenus admittantur.* Audiant hæc PP. Prouinciales, atq; illi, ad quos pro Graduãdis petitiones faciēdę ſpectant, animaduertentes in graduandis petendis diſtributiuam iuſtitiam ſibi ſeruandam eſſe, aliàs de hoc ſe rationem Deo reddituros. Vnde Romæ 1611. in conf. 29. ſic dicitur. *Confirmamus ordinationem Romæ factam anno Dom.* 1589. *qua iubetur, vt in petitionibus, quibus poſtulantur promotiones graduandorum ſemper explicentur merita ipſorum, cuius ætatis ſint, quid, quamdiu legerint, quot annis, & quanto cum fructu prædicauerint. Caueantque ne Magiſtrum Ord. vel Capitulum Generale aliter informent, quàm rei veritatem habere compererint: Onerantes ſuper hoc conſcientias, tam Prouincialium, quàm Diffinitorum.* Et in Capit. apud Montempeſſulanum 1456. ord. 3. ſic præcipitur. *Prouinciales autem, & Diffinitores in Generali Capit. de promouendis ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam fidem facere tenentur quòd idonei, & ſufficientes ſint ad gradum, pro quo petuntur, aſſignati, & quòd in Prouincialibus Capitulis fuerint expoſiti, ſeu habilitati.*

3 Exprimantur etiam religioſi Graduandorum mores in Prouinciarum petitionibus. Bononiæ 1615. Capit. Pro Reformatione Studiorum. *Præcipimus Patribus Prouincialibus, & diffinitoribus Capitulorum Prouincialium, vt in ſuis petitionibus omnium promouendorum ætatem, mores religioſos, eruditionem, lecturæ, & meritorum qualitatem, & quantitatem temporis lecturæ, ac ſtudiorum exprimant, vt ſæpius ordinatum eſt.*

4 Caueant Prouinciales, & Diffinitores ne Magiſtro Ordinis, ſeu Capit. Generali indignos pro gradibus conſequendis proponant; hocque ſub pœna excommunicationis, ac formali præcepto fuit vetitum Bononię 1615. capit. Pro Reformatione Studiorum. *Quoniam verò Graduum prouiſiones ex petitionibus Prouinciarum, vt plurimùm conſurgunt, idcirco ſub præcepto formali, & pœna excommunicationis latæ ſententiæ P. Prouincialibus, & Diffinitoribus Capit. Prouincialium, & omnibus, à quibus pro more Prouinciarum Magiſtri, Regentes, Baccalaurei, tam ordinarij, quàm extraordinarij, ſiue Præſentati, & Prædicatores Generales poſtulari debent, præcipimus, vt non niſi dignos ad prædictos Gradus, & officia Reuerendiſſimo Magiſtro Ordinis vel Capitulo Generali proponant.*

5 Suſpendantur à ſuis officijs Prouinciales exponentes pro ſuſcipiendis gradibus inſufficientes. Peruſij 1478. ord. 9. *Propter vtilitatem, & ſingularem inſtructionem Studentium, & promouendorum ad ſtudia noſtri Ord. pro gradu, & forma Magiſterij, ſiue ad Biblicatum, ſiuè ad Baccalariatum: Volumus, & ordinamus, vt nullus promoueatur, nec habilitetur ad præfatos gradus, niſi priùs per Prouinciales, & Diffinitores ſuarum Prouinciarum, ſiuè per eos, quos ipſi deputauerint, præſententur Capitulo Generali, reddentes teſtimonium de idoneitate, & ſufficientia ipſorum, irritum declarantes, & inane quidquid in contrarium fuerit per quempiam attentatum. Mandantes Prioribus Prouincial. cum ſuis Diffinitoribus ſub pœna ſuſpenſionis à ſuis officijs, ne aliquem inſufficientem proponant, & exponant.*

6 Prouiciales, Diffinitores, & quicumque alij falſam informationem pro Graduandis Generali Capit. vel Magiſtro Ord. exhibentes, ſuis officijs priuentur, ſintque in perpetuum inhabiles ad omnes Prælaturas; litteræ autem ſubreptitiæ eo ipſo nullæ ſint. Romæ 1601. ord. 14. *Ordinamus, quòd ſi conceſſæ fuerint aliquæ litteræ patentes teſtificantes ſubreptitiè de aliquo, in quibus dicatur quòd legerit, vel alia huiuſmodi egerit, quarum vigore aliquos gradus conſequutus fuerit, eo ipſo eius gradus non admittantur à Capitulo Prouinciali. Idem dicimus reſpectu Prædicatorum Generalium, extendentes hanc ordinationem ad eos, qui falſam informationem Diffinitorio Generali, vel Reuerendiſſimo dederint, quos à ſuis officijs abſolui debere decernimus, & perpetuò inhabiles ad Prælaturas eſſe volumus.* Quod fuit confirmatum Vallisoleti 1605. conf. 23. & Romæ 1608. conf. vlt.

Digitized by Google

7 Expoſiti, ſeu petiti à Prouincijs pro Gradibus, nullo eorundem graduum titulo gaudere præſumant ante illorum conſequutionem ſub pœna inhabilitatis ad eoſdem obtinendos. Valentiæ 1596. admon. 2. *Expoſiti perinde à qualibet Prouincia, aut petiti pro Baccalaureis, vel Magiſtris, quouſque ad tales gradus per Generale Capit. vel per Reuerendiſſ. P. Generalem fuerint promoti, nullo pacto Baccalaurei, vel Magiſtri nominentur, locumve talibus gradibus debitum ſibi vſurpent; nam præter quod Prouinciales, ne id faciant inhibere ſub eodem formali præcepto debebunt, inhabiles nihilominùs eos præſenti ſtatuto declaramus ad eoſdem gradus in poſterum conſequendos.*

8 Neque Prouincialia Capitula, neque Prouinciales ipſi habent facultatem promouendi aliquem ad Gradus. Valentiæ 1596. eadem admon. 2. ſuprad. *Admonemus, neque Prouinciales, neque Capitulorum Prouincialium diffinitoria auctoritatem aliquam habere ad promouendum aliquem ad Gradum Baccalaureatus, multo minùs Magiſterij, nec ad licentiandum, vt quis legat pro gradu, & formæ, aut præfatam lecturam approbandi, ſed tantummodò ſimpliciter exponendi Generali Capitulo, aut ipſimet Reuerendiſſ. Generali, vt clarè in noſt. Conſtitut. diſt. 2. capit. 14. continetur. Quare quidquid in contrarium fuit de præterito attentatum, id totum irritum eſt, & nullum, ſicuti irritum, & nullum erit etiam ſi quid in futuro contigerit, attentari, taleſque ſic promotos, vel licentiatos nullo titulo Magiſtrorum, vel Baccalaureorum, multo minùs eorundem priuilegijs, potiri Prælati permittant: quod in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto illis mandamus. Expoſiti perinde, &c.* Sequuntur eadem verba in Superiori num poſita.

9 Graduandi ſunt priùs examinandi per quinque examinatores, atque approbandi. *Vide de Examinandis num. 1. & de Baccalaureis num. 5.*

10 Graduati, qui in ſuis Prouincijs eorundem graduum priuilegijs nequaquam gaudent, nominibus graduatorum vocandi ſunt. Venetijs 1592. decl. 1. *Declaramus Magiſtros omnes, & Baccalaureos legitimè creatos, licet quandoque eorundem graduum priuilegijs pro diuerſarum Prouinciarum conſuetudinibus non potiantur Magiſtros tamen, & Baccalaureos vocari poſſe, & debere.*

11 Admoneatur Magiſter Ord. ſtatim ac fuerint aliqui in Capitulis Prouincialibus deſignati ad legendum pro gradu, & formæ Magiſterij, aliàs talis lectio erit nulla. Valentiæ 1647. ord. 20. *Vide de Prior. Prouincial. num. 20.*

12 Nullus promoueatur ad Gradus quoſcumque niſi ſuæ Prouinciæ petitione accedente. Romæ 1583. ord. 4. *Vide de Baccalaureis num. 11.*

13 Qui nomine Prouinciæ Gradus pro aliquibus petunt, cum re vera Prouincia pro illis non petat, redduntur in perpetuum inhabiles ad tales Gradus conſequendos. Romæ 1583. eadem ord. 4. ſuprad. *At qui petentes nomine Prouinciæ falsò quemcumque Gradum, cum Prouincia non petat, inhabiles fiant, vt nunquam poſſint ad huiuſmodi Gradum aſſumi.* Vide de petitionibus num. 2.

Vide de petitionibus Prouinciarum, de Examinandis, de Magiſtris, & de Baccalaureis.

14 Nullus eſt ad quoſcumque Gradus promouendus in Capitulo Generali electionis Magiſtri Ord. Valentiæ 1647. Inchoat. 2. *Attendentes, quòd in Capitulo electionis Magiſtri Ord. eodem Magiſtro nondum plenam cognitionem Fratrum, & ſtatus Religionis, & Prouinciarum habente multi licet inepti, per falſas informationes exhibitas promouentur ad Gradus, unde poſteæ in Prouincijs murmura, & querimoniæ oriuntur, inchoamus, & ſimul ordinamus, vt in poſterum in Capitulo Electionis Magiſtri Ord. nulli omnino promoueri poſſint ad graduum quemcumque, petitioneſque Prouinciarum pro tunc ſuſpendantur, donec Magiſter Ord. pro ſua prudentia maturè, & diu illis examinatis, quid pro gloria Ordinis, & iuſtitia diſtributiua ſeruanda faciendum ſit, plenè ac perfectè cognouerit.*

15 Qui ſemel ad pœnam grauioris culpæ fuerint damnati, neque ad gradus quoſcumque, neque ad prælaturas poſſunt aſſumi. Romæ 1589. auctorit. Apoſtolica Sixti V. ord. vlt. *Item ordinamus, vt qui in poſterum ad pœnas grauioris culpæ ob delicta condemnabuntur, neque ad Prælaturas, neque ad gradus quoſcumque aſſumi poſſint, niſi fortè poſt multos annos ex ante acta vita, mores, & inſtituta in meliùs commutaſſe ita clarè conſtiterit, vt meritò non indigni aliqua gratiâ cenſeri poſſint. Ad prælaturas autem non ita de facili admittendi erunt.*

16 Prouinciæ non poſſunt ſupra numerum taxatum in vna quaque petitiones facere pro promouendis ad Gradus. Romæ 1569. conſ. vltima. *Vide de Petitionibus Prouinciarum num. 6.*

17 Litteræ patentes conceſſæ pro gradibus ſubreptitiè ex falſa informatione, sũt nullæ. Romæ 1601. ord. 14. & Romæ 1608. conſ. 10. *Vide de Litteris Patentibus num. 2.*

De

De Graduatis.

1 Tenentur Graduati docere, prædicare, ac in Miſſis, officiiſque ſe exercere, ſub pœna priuationis ſuorum Graduum. Romæ 1547. ord. 11. *Ordinamus, quòd Graduati ſufficientes, & idonei iudicati admoneantur, & compellantur quatenus opus fuerit ne diuina deſerant, ſiue in miſſis, ſiuè in officijs, docereque, & prædicare, ac alia pro ſuis gradibus agere, alioquin à Prouinciali cum conſilio diſcretorum ſuis gradibus priuentur.*

2 Graduati auctoritate Apoſtolica, non poſſunt loco gaudere niſi fuerint à Generali Capit. acceptati. Ita in pluribus Capit. ſancitum fuit, & præſertim Romæ 1546. conf. 7. & Salmanticæ 1551. conf. 3. ita dicitur. *Item confirmamus, quòd graduati aliter quàm per viam Ordinis, ſiuè per Breue ſiuè per ſaltum non habeant locum, quouſque per Capitulum Generale fuerint approbati.*

3 Graduatorũ numerus non eſt multiplicandus in illis Prouincijs, in quibus per Capitulũ Generale fuit taxatus. Romæ 1583. ord. 16. & 1589. vbi conf. 29. ita dicitur. *Decernentes quòd in poſterum huiuſmodi numeri ſunt ſeruandi, non quòd neceſſum ſit Graduatos ad talem numerum aſcendere, ſed quòd illum nullo modo excedant.* De numero autem Graduatorum ſingulis Prouincijs aſſignato, Vide in 2. p. vbi de ordinationibus pro ſingulis Prouincijs agitur.

4 Qui ad Magiſterium, vel alium quemcumque gradum per Breue Apoſtolicum fuerint promoti ſine beneplacito, ſeu licentia Magiſtri Ord. pro non promotis habeantur: contrarium autem facientes, pœnam grauioris culpæ incurrant. Mediolani 1505. ord. 11. *Declarantes etiam, quòd illi, qui per Bullas, aut Breuia Apoſtolica ſine licentia, & fauore Reuerendiſs. Magiſtri, vel Capitulorum Generalium promoti ſunt, vel de cætero promouebuntur ad quoſcumque Gradus in Theologia, ſiue Biblicatus, ſiue Baccalariatus, ſiue Magiſterij, nullis libertatibus, exemptionibus, gratijs, præeminentijs, huiuſmodi graduatis ab Ordine conceſſis gaudere poſſunt, ſed ſolùm pro ſimplicibus conuentualibus haberi debent. Mandantes Præſidentibus Conuentuum, & omnibus Fratribus noſtri Ordinis ſub pœna grauioris culpæ, ne tales ſic per ſaltum, & furtinè graduatos pro graduatis habeant, aut eos graduatos nominare præſumant.* Quod etiam fuerat ordinatum Romæ 1501. ord. 26.

5 In litteris patentibus pro Magiſterio conceſſis etiam ſi non apponatur particula, *ſaluis iuribus tuæ Prouinciæ*, ſemper tamen intelligatur ac ſi fuiſſet appoſita. Romæ 1589. decl. 2. *Item declaramus, quòd quoties pro Magiſterio litteræ patentes conceduntur, ſemper clauſula illa Generalis (ſaluis tu. Prouinciæ iuribus) ſubintelligenda eſt: etiam quòd in ipſis litteris interdum non exprimatur, neque clauſulæ Generales quæ in oppoſitum facere videntur, cuiquam ſuffragari debent niſi ſpecialiter fiat mentio de particulari derogatione priuilegiorum Prouinciæ pro tali vice.*

De Gratijs.

1 Gratiæ quæcumque à Magiſtro Ord. alicui conceſſæ ipſo mortuo perſeuerant. Argentinæ 1296. declarat. 3. *Item declaramus, quòd ſi gratiæ factæ fuerint per Magiſtrum Ordinis, ipſo mortuo non expirant.*

2 Gratiæ, quibus eximuntur Fratres ab aliquibus obligationibus ad quas tenentur cœteri, ipſo Magiſtro Ord. mortuo pereunt, Apud Caſtras 1352. ita fuit declaratum. *Declaramus, quòd gratiæ exemptoriæ per Magiſtrum Ordinis conceſſæ, cum ipſo debent expirare.*

De Gratijs Ordinis.

1 Qui eſt priuatus omnibus gratijs Ordinis, eſt priuatus vtraque voce, Prioratu, Supprioratu, Lectura, Prædicatione Generali, omnique gradu, & promotione, quæ in Ordine noſtro poteſt acquiri, ita quòd prædictæ gratiæ non poſſint illi reſtitui, niſi per Magiſtrum Ord. vel Generale Capitulum. Narbonæ 1354. & apud Rhotomagum 1361. *Vide de Electionibus nu. 21. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 8. ſub litt. M.*

2 Recurrentes ad fauores extraneorum pro pœnis euadendis, vel gratijs impetrandis ſunt omnibus gratijs Ordinis priuati. Romę 1650. conf. 8. & in pluribus alijs Capitulis. *Vide de Fauoribus extraneorum num. 3.*

3 Etiam diuiſionem Ordinis procurantes. Ferrariæ 1290. *Vide de Diuiſione Ord. num. 1.*

4 Etiam quicumque Religioſis alterius Ordinis, vel Clericis detraxerint. Colonię 1428. ord. 5. *Item cum in noſtris Conſtitutionibus inhibeatur Fratribus noſtris ne ponendo os in Cœlum detrahant Clericis, aut Religioſis alijs;*

Mandamus Præſidentibus noſtri Ordinis vniuerſis quatenus contrauenientes acriter puniant, taliter quòd ſe emendet, & ſi pertinaces fuerint, ipſos ex nunc officio prædicacionis, audientia confeſſionum, & omnibus gratijs Ordinis priuamus, donec iudicio ſui Præſidentis plenè correcti fuerint, & emendati.

6 Etiam quicunque contra Fratres ſuos ad ſeculares curias recurſum habuerint, vel appellauerint. Lugduni 1536. ord. 12. *Vide de Curijs num. 7.*

7 Nouitiorum, ſeu Iuuenum recenter profeſſorum Magiſtri, ſi in ſuo munere notabiliter negligentes extiterint, à talibus officijs abſoluantur, & voce, gratijſque Ordinis priuentur, Apud Nurimberg. 1405. ord. 6. *Vide de Iuuenibus num. 19.*

8 Apoſtatę de lapſu carnis conuicti, atque carceri ſententialiter, & legitimè mancipati, ſi ad omnes Ordinis gratias reſtituantur, non tamen poterunt ſine ſpeciali Magiſtri Ordinis licentia habere officium Prioratus, vel Supprioratus, vel Vicariatus, vel Lectoratus, nec fieri Diffinitores Capitulorum Generalium, vel Prouincialium, nec Pędicatores Generales, nec Magiſtri Ordinis Electores. Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4. *Vide de Lapſu carnis num. 5.*

9 Gratijs Ordinis etiam ſunt priuati, qui Magiſtri Ordinis litteris non paruerint. Apud Nurimberg. 1405. ordin. 13. *Vide de Mag. Ord. num. 4.*

10 Etiam qui inductiones in Electionibus fecerint. *Vide de Electionib. num. 1.*

11 Qui inſufficientes pro ſacris Confeſſionibus Ordinarijs expoſuerint. *Vide de Confeſſionibus secul. num. 6.*

De Graui Culpa.

1 GRauis culpa eſt, ſi quis inhoneſtè in audientia ſecularium cum aliquo contenderit, &c. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 17.* in quo enumerantur ſingula capita, quibus grauis culpæ pœna incurritur, cunctaque ad hanc materiam ſpectantia declarantur, ac pœnitentiæ pro ijs, qui in illam inciderint, apponuntur.

2 Mediolani autem 1505. ordin. 3. ſubſequentibus etiam hæc pœna infligitur. *Imponentes pœnam grauis culpæ omnibus, & ſingulis Fratribus cuiuſcunque gradus, aut conditionis exiſtant, qui iurauerint ſæculariter, vel blaſphemauerint, vel aliquem maledixerint, vel verba ſcurrilia, aut turpia ex ioco dixerint, vel alicui contumelias, aut iniurias irrogauerint, vel qui verba ſuſcitantia diſcordias reportauerint, vel qui improperauerint alicui defectus, pro quibus ſatiſfecit, vel qui mendacium de induſtria Prælato, aut in publico dixerint. Et ſi Prælati taliter delinquentes non coegerint prædictam pœnam facere, grauiter à Prouincialibus, vel eorum Vicarijs puniantur, vel à ſuis officijs abſoluantur.*

3 Qui carnes in 2. vel 4. ferijs, vel in Aduentu abſque neceſſitate comederint, vel 6. feriæ ieiunium violauerint, hac ſunt pœna plectendi. Apud Nurimberg. 1405. ordinat. 9. *Volumus, & ordinamus quòd ſecundis, & quartis ferijs per totum annum, & in Aduentu quotidie ab eſu carnium Fratres abſtineant, infirmis exceptis, nolentes quòd quicumque Præſidens in hoc, vel in ieiunio ſextæ feriæ cum Conuentu valeat quomodolibet diſpenſare. Præſidens autem, qui oppoſitum fecerit à ſuo ſit officio ſuſpenſus per menſem, & Fratres qui dictis diebus carnes ſine licentia comederint, vel ieiunium ſextæ feriæ, aut aliud ab Eccleſia inſtitutum fregerint, pœnitentiam faciant grauis culpæ in Conſtitutionum noſtrarum Capitulo de graui culpa pro ijs impoſitam.*

De Grauiori Culpa.

GRauior culpa eſt ſi quis per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem inobediens Prælato ſuo extiterit, &c. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 1.* Vide ibid. ſub litt. A.

Damnatus ad pœnam grauioris culpæ ab alijs ſequeſtrati debet, pœna autem ſequeſtrationis tunc tantum locum habeat, quando propter peccatum mortale ad pœnam grauioris culpę quis eſt damnatus. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

1 Pœna grauioris culpæ ſunt puniendi tranſgreſſores præceptorum ſuorum Prælatorum. Ita enim ſancitum fuit apud Caſtras 1352. *Declaramus quod tranſgreſſoribus ſcienter præceptorum, & obedientiæ Superiorum poteſt, & debet imponi pro huiuſmodi tranſgreſſione per Præſidentem pœna grauioris culpæ.* Quod tamen intelligendum eſt ſi adſit contumacia, atque rebellio prout habetur in declarat. tex. ſuprad. ſub litt. A. *Vide hic inferius num. 43.*

2 Qui de electionibus faciendis ante vnam diem tractauerint. Valentiæ 1592. ord. 12. *Vide de Electionibus num. 4.*

3 Qui quocumque modo diuiſionem Ordinis, aut inſtitutionem Vicarij Indiarum procurauerit. *Vide de Diuiſione Ord. num. 3. & ſequent.*

4 Qui auſi fuerint dicere, Priores ſuorum

Con-

Conuentuum non eſſe Priores. Valentię 1364. ord. 5. *Qui præſumpſerit aſſerere, Priorem ſui Conuentum non eſſe Priorem, vel ab eius obedientia ſe ſubtrahere, pœna grauioris culpæ puniatur.* Quod fuit confirmatum Mediolani 1505. ord. 7. *Vide de obedientia num. 3.*

5 Qui aliquem enormiter percuſſerint. Londonis 1314. ord. 4. *Vide de Percuſſoribus num. 2.*

Qui extra ſuæ Prouinciæ terminos exierint abſque licentia. Bononiæ 1410. ord. 6. & Argentinę 1417. ord. 5. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 6. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. ſub litt. K.*

6 Qui extra terminos ſuarum Prouinciarum prædicauerint, aut quęſtus fecerint abſque licentia illorum Superiorum intra quorum terminos fiunt. Romæ 1571. ord. 17. & 1608. ord. 23. quod fuit conf. Barcinonæ 1574. conf. 30. Auenione 1561. conf. 8. & Bononiæ 1564. conf. 5. & Pariſijs 1611. conf. 15. *Vide de Quæſtibus num. 1.*

7 Qui verbo, vel ſcripto ſecreta; vel ſcandala in noſtro Ordine patrata extraneis reuelauerint. Nouariæ 1465. ord. 4. *Item diuerſorum Capitulorum General. inſtitutis tanquam Sanctiſſimis, & maximè neceſſarijs nos conformantes, omnibus & ſingulis Fratribus cuiuſcunque ſtatus extiterint, in virtute Spiritus ſancti præmiſſæ obedientiæ, tenore præſentium præcipimus, vt nemo quibuſcunque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus extra noſtri Ordinis obedientiam conſtitutis, Ordinis aut Fratrum ſecreta, & peccata, ſi quæ commiſſa fuerint, aut per aliquorum infamiam conficta fuerint, verbo, vel litteris, per ſe, vel per interpoſitam perſonam directè, vel indirectè reuelare vel manifeſtare, aut ipſos contra alicuius Fratres, & noſtræ Religionis honorem, honeſtatem & libertatem, recurſum quemlibet habere præſumat. Si quis autem huic inſtituto auſus fuerit contraire ipſo facto à ſuis Præſidentibus pœna grauioris culpæ coerceatur.*

8 Qui Superiorum litteras occupauerint, vel ne ſuum ſortiantur effectum impediuerint. Auenione 1470. ord. 5. *Statuimus quod vbicunque Frater aliquis cuiuſcunque gradus, ac conditionis exiſtat auſerit Reuerendiſs. Magiſtri Ordinis RR. Prouincialium, ac Reuerendi Procuratoris Ordinis patentes litteras de ſuis effectibus impedire, vel eorundem litteras priuatas occupare, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrat, quàm proferrimus in his ſcriptis vna pro trina canonica monitione præmiſſa, pœnęque grauioris culpæ ſubiaceat quouſque tanto exceſſui dignas pœnas dederit.* Quod etiam fuit confirmatum Romæ 1501. ord. 6.

9 Qui Eccleſiaſtica ieiunia, quę ſunt ſub pręcepto, violauerint Romę 1518. ordinat. 8. *Nulli in huiuſmodi ieiuniorum* (ſcilicet de pręcepto Eccleſię) *tempore panis, quaſi ad cœnandum detur in ſero, ſed tantùm in communi potus cum aliquo comeſtibili per modum medicinæ, ne potus lauet ſtomachum, alioquin Priores abſoluantur, & Fratres non ieiunantes abſque legitima cauſa, & licentia puniantur pœna grauioris culpæ.*

10 Qui libros abſque Magiſtri Ordinis licentia impreſſioni dederint. Romę 1518. ord. 13. *Item prohibemus ſub pœna grauioris culpæ, quam contrafaciendo ipſo facto incurrant, omnibus & ſingulis Fratribus cuiuſcunque conditionis ſint, ne quis libros quoſuis à ſe, vel ab alio Fratre Ordinis nouiter compoſitos edat in publicum, vel imprimi faciat ſine expreſſa licentia Reuerendiſs. Magiſtri Generalis in ſcriptis obtenta, & ſine præmiſſo examine dictorum Virorum, & approbatione.* Et antea Mediolani 1505. ord. 12. hoc fuerat ordinatum. *Mandamus omnibus Fratribus noſtri Ordinis ſub pœna grauioris culpæ, quam ipſo facto contrafaciendo incurrant, quatenus nullus eorum præſumat imprimi facere libros Ordinis, aut à Fratribus Ordinis editos, ſine licentia ſpeciali Magiſtri Ordinis, & niſi fuerint prius bene correcti, & examinati.*

11 Qui crimen capitale, id eſt pœna mortis in ſeculo puniendum, commiſerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 1. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518. de qua vide ibidem in decl. tex. 1. ſub litt. E.* Vbi ebrietatem aſſiduam, & falſum teſtimonium, & ſimilia, quę committenti infamiam inferunt, hanc eandem pœnam promereri declaratur; ſubditque ibidem ſub litt. F. in eundem incidere ſcopulum eos, qui correctionem in delictis hoc capite, *De Grau. Culpa* contentis, de ſe, vel de alio factam, vel aſſignationem quamcunque per perſonas extra obedientiam Ordinis conſtitutas impedire procurauerint.

12 Qui Fratrum, ſiue Monialium Ordinis negotia quocumque modo ad Tribunalia ſecularium, ſiue extra Ordinem deferre auſi fuerint. Valentię 1596. ord 20. *Vide inferius de Recurſu extra Ord. num. 1.*

13 Detractores, etiam ſi vera dicerent, contra ordinem charitatis. Romę 1580. ord. 13. *Vide de Detractoribus num. 1.*

14 Qui notabile ędificium in Conuentibus ſine Patrum, ac peritorum conſilio, aſſenſuque P. Prouincialis fecerint, aut ab vno Priore inchoata ſubſequentes non fuerint proſequuti. Salmanticę 1551. ord. 6. *Vide de Aedificijs num. 3.*

15 Qui Fratres in Conuentibus regularis Obſeruantię degentes verbo, vel facto moleſtare pręſumpſerint. Colonię 1428. ord. 7. *Vide de Conuentib. Obſeruan. num. 8.*

16 Sacerdotes, qui ſaltem ſemel in ſeptimana ſacramentali confeſſione non vſi fuerint. Mediolani 1505. ord. 2. *Celebrantes, ſi non poſſunt quotidie, ſaltem ſemel in ſeptimana*

Digitized by Google

confiteantur, vt illud candidiſſimum Sacramentum dignè poſſint cum pura mente ſuſcipere ſub pœna grauioris culpæ.

17 Qui extra Conuentum ſine ſocio exire auſi fuerint. Friburgi 1419. *Vide de Exitu ex Conuen.num.10.*

18 Qui correctionem ſibi, vel alijs factam vel faciendam impediri, & grauamina alijs inferri procurauerint auxilio perſonarum extra Ordinem conſtitutarum. Lugduni 1318. ord.7. *Item, cum aliqui Fratres in confuſionem ſui Ordinis, & damnationem animarum ſuarum correctionem de eis, vel alijs faciendam, vel iam impediri, & grauamina inferri alijs Fratribus per potentiam extra obedientiam Ordinis conſtitutam procurent; Volumus & ordinamus quòd quicunque talis inuentus fuerit, pœnæ culpæ ſubiaceat grauioris, & omnibus gratijs Ordinis ſit priuatus, ad quas reſtitui non valeat niſi per Magiſtrum Ordinis, vel Diffinitores Capituli Generalis.*

19 Qui per ſe vel per alium, pro ſe vel pro alio, obedientiam ſibi vel alteri iniunctam per perſonam extra Ordinem reuocari procurauerint, vel gradus, &c. conſequi. Ex Conſt. noſt.diſt.2.cap.13.tex.9. *quæ fuit inchoata in Monte peſſulano* 1271. *conf. Florentiæ* 1272. *& in Conſt. redacta apud Peſtum* 1273. *& Romæ* 1650. *conf.*8. Vide de Fauoribus extraneorum num.3.

20 Fratres fugitiui hac quoque pœna puniantur, qua etiam puniendi ſunt, qui illos in ſuis Prouincijs, vel Conuentibus receperint. *Vide de Fugitiuis num.3.*

21 Superiores permittentes fieri in Eccleſijs noſtris repræſentationes, ſeu etiam religioſa ſpectacula. Bononiæ 1615. ord.6. *Vide de Eccleſijs num.3.*

22 Monialium Confeſſarij, qui eleemoſynas ſibi pro Miſſis datas intra dici ſpatium ſuo Prælato non manifeſtauerint. Romæ 1589. ord.8. *Vide de Confeſſ. Monial.num.7.*

23 Qui intra, vel extra ſepta Conuentuum inuaſiua arma deferre præſumpſerint. *Vide de Armis num.2.*

24 Qui bona Conuentus ſibi vſurpauerint. Mediolani 1505. ordin.8. *Vide de Bonis Fratr.num.12.*

25 Qui bona ſibi ad vſum conceſſa alienare præſumpſerint, vel commutauerint, cenſuſq; ac poſſeſſiones proprio nomine emerint negotiacioneſq. illicitas exercuerint. *Vide prout ſup. num.13.*

26 Qui pecunias, vel alia bona apud perſonas extra Ordinem conſtitutas, vel etiam apud ſe tanquam in depoſito vltra ſpatium viginti quatuor horarum retinuerint. Valliſoleti 1523. *Vide de Depoſitis Fratrum num.7.*

27 Qui Fratrum crimina extraneis reuelauerint. Romæ 1629. ord.28. *Vide de Detractoribus num.3.*

28 Iuuenes temerarij, inobedientes, & inſolentes & Patres illi fauentes. Romæ 1580. admon.1. *Admonemus AA.RR.PP. Prouinciales quod ſi qui Iuuenes reperti fuerint inſolentes, temerarij, & inobedientes contra ſuos Superiores, pœna grauioris culpæ eos ſubijciant. Si qui autem Patres etiam graduati in huiuſmodi illis fauere auſi fuerint, eadem pœna puniantur, nec poſſint ad ſuos gradus reſtitui niſi per Reuerendiſs. Magiſtrum Ordinis, vel Cap. Generale.*

29 Qui Fratres alterius Prouinciæ ſine illius Prouincialis licentia in ſuis Conuentibus permanenter receperint. Romæ 1553. ordin.4. *Ordinamus, quòd nullus Prouincialis nulluſue Prior aut Præſidens Conuentus ſub pœna grauioris culpæ Fratres alterius Prouinciæ abſque expreſſa licentia ſui Prouincialis recipiat, ſed eos ſtatim ad ſuas Prouincias remittat.*

30 Qui medicinæ arti operam dederint. Romæ 1553. ord.10. *Ordinamus, & ſtrictiſſimè inhibemus quibuſcunque Ordinis noſtri Fratribus ſub pœna grauioris culpæ, ne medicinæ artem, ſiue Phyſicam ſiue Chirurgicam exerceant, quaſcunque licentias ſuper his hactenus conceſſas irritantes.*

31 Quicunque intra Monaſteria Monialium noſtrarum extra caſus in Conſtit. noſtris expreſſos ingreſſi fuerint. Metis 1421. ord.5. *Nullus Frater noſtri Ordinis cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat Monaſteria Sororum nobis commiſſarum, præterquam in caſibus expreſſis in Conſtit. earundem quouis modo præſumat intrare; Cum intrantes abſque licentia Magiſtri Ordinis, vel eorum, quibus commiſerit vices ſuas, ſententiam excommunicationis incurrant, à qua non poſſint abſolui niſi à Papa, vel eodem Magiſtro, oppoſitum verò facientes, vltra ſupradictam pœnam, pœnæ grauioris culpæ ſubijcimus.*

32 Qui ad Monialium Monaſteria ſine debita licentia acceſſerint. Romæ 1569. Cap. de Acceſſu ad Monaſt. Monial. *Ad Monaſteria autem Monialium noſtri Ordinis nullus accedere præſumat ſub pœna grauioris culpæ ad menſem pro prima vice, & pro ſecunda vlterius ad arbitrium Prouincialis, exceptis dumtaxat Prælatis Ordinarijs, & Confeſſarijs ordinarijs, ac Prouincialibus, vel Viſitatoribus; præter quos ſi quis alius opus habebit accedere ad dicta Monaſteria, toties quoties petat à Prælato licentiam, qui nullatenus ei concedere poſſit, niſi priùs examinata cauſa an vrgens, & rationabilis ſibi videatur, & tunc Congregato Patrum Conſilio in Conuentu præſentium & propoſita coram illis cauſa, requiſitiſque eorum votis per ſecreta ſuffragia, tribus partibus ex quatuor conſentientibus licentiam concedat in ſcriptis, inſerta cauſa, quam licentiam ipſemet, cui conceſſa eſt apud ſe reſeruet, & in viſitatione Prouincialis, aut Viſitatoris, ſi requiratur, exhibere poſſit, & Viſitator teneatur inquirere de obſeruantia huius decreti.*

Qui

33 Qui mulieres in loca communia Conuentuum introduxerint. Metis 1421. eadem, ord. 5. *Fratres qui mulieres introducere præſumpſerint ſuis cameris, ſeu commodis, ſint ipſo facto omni voce priuati, ſi verò alias ad alia loca Conuentus communia eas introduxerint, pœnæ grauioris culpæ ſubiaceant per tres dies, & nihilominus voce ſint priuati.*

34 Qui Nouitios in ſuis cellis detinere, vel eorum opera vti præſumpſerint. Romę 1569. Capit. de Clauſtral. Reformat. *Nec liceat cuipiam eos* (ſcilicet Nouitios) *vel eorum aliquem in proprijs cameris, vel cellis retinere, ſeu eorum opera vti, multo minùs profeſſis, cum adoleuerint, vel in ſacris conſtituti fuerint, quod præcipimus omnibus, & ſingulis Fratribus cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ſub pœna grauioris culpæ quoad priuatiuas pœnas: quas nunc pro tunc illis infligimus, & inflictas declaramus.*

36 Qui in Carceribus conſtitutis fugam ſuaſerint, aut auxilium ad hoc porrexerint. Ianuæ 1513. ordinat. 8. *Vide de Carcerib. num. 19.*

36 Qui Fratres non ſibi ſubditos, aut hoſpites ad ſacros Ordines ſuſcipiendos miſerint. Ianuæ 1513. decl. 11. *Nullus Prior Conuentualis poſſit exponere Fratres ad ſuſcipiendos ſacros Ordines, niſi in ſuis Conuentibus aſſignatos, ſimiliter nec Prior Prouincialis, aut Vicarius poſſit exponere Fratres ad ſuſcipiendos ſacros Ordines niſi ſint, aut de ſua Prouincia, Congregatione, vel Natione, vel cum legitima licentia in ſua Prouincia, Congregatione, vel Natione aſſignati. Contrafacientes autem Præſidentes quidem ab omni officio Ord. ſint priuati, ſubditi autem ſciant ſe eſſe ſuſpenſos iuxta conſtitutionem Pij Papæ II., ſicut & illi, qui ante legitimam ætatem ſunt ordinati, & præter hoc pœnæ grauioris culpæ ſubiaceant. Et hæc eadem dicimus de Prædicatoribus, qui præſumunt ſocios ſuos mittere ad Ordines ſuſcipiendos, & de ipſis ſic ſuſcipientibus Ordines.* Nomine autem Nationis ſuæ hic intelliguntur illæ Congregationes, quæ per Nationes diſtinguebantur, de quibus multoties habetur ſermo in Capitulis.

37 Qui etiam Fratres fugitiuos ad eoſdem ſacros Ordines ſuſcipiendos expoſuerint. Romæ 1518. ord. 5. *Vide de Fugitiuis num. 7.*

38 Qui, non Sacerdotes exiſtentes, ad prædicandum verbum Dei, etiam in paruis oppidis, pergere auſi fuerint. Romæ 1571. ord. 5. *Item quòd nullus Frater Ord. noſtri ad prædicandum verbum Dei, etiam in paruis oppidis, admittatur, niſi ſit Sacerdos, & Theologiam per duos annos ad minùs audierit: cuius oppoſitum facientes pœni grauioris culpæ ſubijciantur, præcipientes in virtute Spiritus Sancti omnibus Prælatis, ne vllo pacto permittant huiuſmodi Fratres prædicare.*

39 Qui cum monialibus, tam noſtri, quam alterius inſtituti amicitias contraxerint. Romæ 1580. ord. 22. *Ad tollenda quàm plurium ſcandalorum, & peccatorum ſeminaria, & ea, quæ ſpirituali profectui afferunt impedimenta, volumus amicitias Fratrum noſtrorum cum Monialibus, tam noſtri quam alterius Ord. & è contra, penitùs eſſe abolitas, & ſublatas. Et prouidere volentes ne vllæ omnino in poſterum contrahantur, ordinamus, & præcipimus ſub pœna grauioris culpæ ipſo facto incurrenda, ne quis accedere poſſit ad Monaſteria Monialium prædictarum, nec litteras, vel munuſcula qualiacumque, tam per ſe, quam per interpoſitas perſonas eis mittere, vel ab eis miſſa recipere, & ſi quando miſſam celebrandi, ſeu prædicationis gratia aliquis ad Monaſterium miſſus fuerit, ſub eadem pœna mandamus ne cum Monialibus loquatur: Facultates omnes, & ſingulas hactenus cuicumque datas à quibuſcumque noſtri Ord. Prælatis, etiam à Reuerendiſs. Magiſtris Ord. præteritis, de accedendo, ſcribendo, alloquendo, mittendo munera, nuncios, & litteras Monialibus, vel ab eis miſſa recipiendo, reuocamus, & reuocata eſſe denunciamus, exceptis RR. Prouincialibus, Viſitatoribus, Confeſſarijs, in ijs dumtaxat, quæ ad curam regiminis dictorum officiorum ſpectant: Et exceptis etiam conſanguineis vſque ad ſecundum gradum incluſiuè, quibus conceditur, vt de licentia ſuorum Prælatorum, poſſint aliquando, ſed rarò ad Monaſteria accedere, & cum ipſis tantùm loqui, vel ſi concedatur illis, vt cum alijs loqui poſſint, nullo pacto tamen valeant cum ipſis amicitias contrahere, alioquin huius noſtræ ordinationis rei, & tranſgreſſores cenſeantur, & puniantur.* Quod fuit confirmatum Romæ 1583. 8. ordinat. Pro Monialibus. *Deinceps omnes amicitias, & familiaritates omnium Fratrum noſtrorum cum monialibus, tam noſtri, quàm alterius Ordinis, & è contra ſororum cum Fratribus, noſtri aut alterius Ord. ſiuè etiam cum quibuſcumque ſecularibus prohibemus, & ſublatas prorſus eſſe volumus, quod ſi quas in poſterum aliquem contraxiſſe contigerit, aut contractas proſequi litteris, aut muneribus, aut id genus ſimilibus rebus auſus fuerit, ad decennium pœna grauioris culpæ puniri volumus abſque vlla excuſatione atque exilio perpetuo ab eodem loco. Religioſas verò ad quoſcumque gradus, honores, & officia quæcumque inhabiles eſſe decernimus, & renuentes ſe corrigere, & ab huiuſmodi abſtinere omni voce, & Velo priuamus. Conuerſas autem tales amicitias contrahentes, aut contractas retinentes, nudo capite, & ſine ſcapulario incedere mandamus, nolentes poſſe vnquam reſtitui abſque noſtra auctoritate.*

40 Conſpirationes contra ſuos Prælatos facientes. Romæ 1525. ord. 1. Ibid. 1530. confirmat. 3. Ibid. 1532. confirmat. 2. & Lugdu-

Digitized by Google

gduni 1536. confirmat. 2. *Vide de Conſpirat. num.* 1.

41 Præſidentes Conuentuum qui Fratribus ſuis de competenti victu, ac veſtitu; Infirmiſque de neceſſarijs non prouiderint. Romæ 1525. ord. 2. *Ordinamus, & ſub pœnis abſolutionis à ſuis officijs, ac grauioris culpæ Præſidentibus Conuentuum mandamus, vt Fratribus de competenti victu, & veſtitu ſecundùm domus facultatem prouideant, volumuſque, vt infirmi tam minores, quàm maiores benè, & honeſte tractentur, ne cogantur ad hoſpitalia, vel domos ſecularium accedere, inſtituaturque infirmarius charitatiuus, qui eorum diligentem curam gerat.* Quod fuit confirmatum Romæ 1530. conf. 2.

42 Subſcribentes litteras communes abſque eo quòd ſint omnes ſimul congregati, & publice non videantur, & legantur quæ in dictis litteris continentur. Lugduni 1536. *Declaramus quòd ſubſcriptiones litterarum, & conſenſus Fratrum non poſſunt fidei à Conuentibus, niſi Patres, & Fratres ſuſcribentes, & conſentientes ſint ſimul congregati in aliquo vno loco, & hoc idem intimus de Patribus Prouinciæ ſubſcribentibus ſe, vel conſentientibus in aliquibus litteris: & quòd videantur, & ſcribantur quæ in litteris continentur, ſub pœna grauioris culpæ.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 8. ſub litt. X. Et de Literis num. 17.

43 Qui aſſignationes ſibi, vel alijs factas, per perſonas extra Ordinem procurauerint reuocari. Supriores ſuos verbis de honeſtauerint, vel pœnitentias iniunctas facere recuſauerint. Mediolani 1505. ord. 5. *Volumus, & ordinamus, quòd omnes Fratres tam Magiſtri quàm alij, ſuis Prælatis obediant, & eis debitam reuerentiam exhibeant. Si autem aliquis Frater deprehenſus fuerit alicui præcepto ſui Superioris ſcienter contrafeciſſe, vel proteruè cum eo contendiſſe, vel verbis cum dehoneſtaſſe, vel pœnitentiam ſibi iniunctam facere recuſaſſe, aut à correctione, vel præceptis maiorum appellaſſe, vel ſine licentia extra Conuentum per vnum menſem ſtetiſſe, ipſo facto ſit pœnæ grauioris culpæ ſubiectus, quam pœnam volumus etiam eos incurrere, qui per perſonas extra Ordinem conſtitutas præſumpſerint procurare officium, vel dignitatem, aut aſſignationem, ſeu remotionem, pro ſe, vel pro alio in aliquo Conuentu, vel qui defectus Fratrum, vnde poſſit Ordini, vel Fratri infamia, vel ſcandalum oriri, prædictis perſonis reuelauerit.*

44 Qui ad taxillos, vel cartas luſerint; vel cum perſonis ſuſpectis familiaritatem, vel conuerſationem habuerint, vel in lapſum carnis inciderint, aut falſum teſtimonium dixerint; aut ad vſuram pecunias dederint. Mediolani 1505. ord. 10. *Quia nihil ita nos odibiles Deo, & abbominabiles hominibus reddit, quàm promiſſæ caſtitatis votum deprauare, diſtrictè imponimus Præſidentibus Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis, quam ipſo facto contrafaciendo incurrant, quatenus ſi aliquem Fratrem legitimè deprehenderint in peccatum carnis cum quauis perſona incurriſſe, vel lapſum fuiſſe, aut poſt primam admonitionem in præſentia aliquorum Patrum ſibi factam ad loca ſuſpecta acceſſiſſe, aut cum perſonis ſuſpectis conuerſationem, vel familiaritatem habuiſſe, præter pœnas in Conſtitutionibus taxatas, ipſum eyciant à Conuentu, & priuent omnibus bonis ab Ordine illi conceſſis, quæ volumus communitati fideliter applicari; declarantes huiuſmodi criminoſos incurriſſe pœnam grauioris culpæ, & pœnam carceris, à qua non poſſunt abſolui niſi per Magiſtrum Ord. vel Diffinitores Capit. Generalis vel Prouincialis, quas etiam pœnas volumus ſubire eos, qui inuenti fuerint ad taxillos, vel cartas luſiſſe in Conuentu, vel extra Conuentum, aut falſum teſtimonium dixiſſe, aut pecunias ad vſuram mutuaſſe, aut aliquem Fratrem vulneraſſe, vel grauiter percuſſiſſe, aut quamcumque mulierem, vel mulieres ſiuè honeſtas, ſiuè inhoneſtas, ſiuè propinquas, ſiue extraneas in cellas, ſeu alias officinas Conuentus introduxiſſe, &c. Eaſdem etiam pœnas volumus incurrere eos, qui mutato, vel occultato habitu, aut laruatus Conuentum exire, aut quæcumque Monaſteria Monialium intrare, aut extra Conuentum de nocte exire, vel in villa, ſeu Ciuitate pernoctare, niſi fortè pro infirmis cuſtodiendis, & cum licentia Prælati præſumpſerint, &c. vel extra Conuentum choreas duxerint. Si verò Prælatus aliquid prædictorum commiſerit ipſo facto ſit ab officio abſolutus.*

45 Conuentuum Præſidentes, qui promotos per Apoſtolica Breuia ad Gradus ſine Magiſtri Ord. licentia, & fauore, tanquam legitimè promotos habuerint, vel nominauerint. Mediolani 1505. ordin. 11. *Vide de Magiſtris num.* 2.

46 Quicumque in publica prædicatione Prælatis Eccleſiæ, vel alijs Religioſis detraxerint, vel ſcandaloſa prædicauerint. Mediolani 1505. ord. 12. *Sub eadem pœna grauioris culpæ prohibemus omnibus prædicatoribus, ne prædicent ſcandaloſa, nec detrahant Prælatis Eccleſiæ, nec alijs Religioſis: ſed prædicent Doctrinam Euangelicam, & ſanam ad honorem Dei, & Sanctorum.* Et Lugduni 1450. hoc idem iam ordinatum fuerat de Religioſis noſtris in hunc modum. *Qui in publica concione Fratribus noſtris aliquo modo detraxerit, aut eorum famam, vel noſtri Ordinis coram ſecularibus denigrauerit, pœnę grauiori culpæ debitę ſubiacebit.* Et Romæ 1530. decl. vlt. ita ſancitum fuit. *Declaramus quòd Conſtitutio, vbi dicitur, quòd Fratres noſtri non ponant os in Cœlum, mandetur exequutioni contra tranſgreſſores à ſuis legitimis Prælatis, aut Præſidentibus: quod ſi Prælati; aut Præſidentes non fecerint, incurrant pœnam grauioris culpę ipſo facto.*

Qui

47 Qui contra Diffinitores Capitulorum Generalium, vel Prouincialium fecerint proteſtationes, & exceptiones, ne in ſuis diffinitionibus liberè poſſint procedere. Palentiæ 1291. ord. 7. *Vide de Diffinitoribus num. 4.*

48 Qui negotiationes illicitas exercuerint. Mediolani 1505. ord. 8. *Vide de Bonis Fratrum num. 15.*

49 Qui in ſuis Cellis menſam tenere præſumpſerint, & qui eis cibaria ſubminiſtrauerint. Mediolani 1505. ord. 4. *Prohibemus ſtrictiſſimè ſub pœna grauioris culpę, ne aliquis in Camera ſua menſam tenere, vel comedere præſumat, & eandem pœnitentiam volumus incurrere procuratores, & diſpenſatores, ſi Fratribus extra prędicta loca* (ſcilicet Refectorium, vel hoſpitium) *comedentibus, panem, vinum, pictantiam, vel alia cibaria dare præſumpſerint.*

50 Qui ex Conuentibus abſque Præſidentis licentia, etiam adeundi Superiores gratia exierint, pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. Bononiæ 1564. Capit. de Sac. Concil. Trid. decretis. *Neque à noſtris Conuentibus cuiquam abſque Pręſidentis licentia recedere liceat, etiam prętextu adeundi Superiorem, niſi cum ab eo fuerit euocatus: quòd ſi contrafecerit tanto tempore pœna grauioris culpę ſubiaceat, quanto extra Conuentum abſque licentia fuerit commoratus.*

51 Eandem incurrunt pœnam Superiores Fratribus ſibi ſubditis contrahendi notabilia debita, quibus ſatisfacere poſtea nequaquam poſſint, licentiam concedentes. Lugduni 1318. ord. 8. *Item cum non ſine confuſione Ordinis quidam debita notabilia contrahant, quę nolunt ſoluere, vel non poſſunt, volumus, vt per cautionem, & venditionem omnium bonorum ſuorum à ſuis Prioribus ad ſoluendum prædicta debita compellantur. Non potentes autem, & ſine licentia ſuorum Prælatorum debita contrahentes, huiuſmodi pœnę grauioris culpę volumus ſubiacere. Si de licentia Prelatorum huiuſmodi debita contraxerint, Priores Prouinciales, & eorum Vicarij compellant huiuſmodi Prelatos de ſuis appropriatis ad ſoluendum de eorundem licentia ſic contracta, & nihilominus à ſuis officijs abſoluantur.*

52 Reliqua autem capita ob quæ grauioris culpæ pœna incurratur, extant in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 18. quæ vide ibi cum ſuis declarationibus, in quibus manifeſtè dicitur ad prędictas Grauioris culpę pœnas nullum poſſe damnari, niſi ſit conuictus per teſtes, vel confeſſus proprio ore. *Vide ibidem omnia clarè ſub litt. G.* vbi etiam declaratur quis ſit propriè per teſtes conuictus, & quis non &c. Quam autem pœnam luere teneantur, qui in grauioris pœnæ culpam inciderint, vide ibidem & diſt. 2. capit. 13. in declarat. tex. 9. ſub litt. N.

53 In alijs etiam locis Conſtitutionum noſtrarum imponitur grauioris culpæ pœna. Vnde in eandem incidunt omnes tam Priores quàm reliqui Fratres, qui depoſitum cuiuſcumq; niſi in communi depoſito, receperint. *Diſt. 1. cap. 14. tex. 6.*

54 Apoſtatæ quamdiu Pręlato placuerit. *Diſt. 1. cap. 20. tex. 1.*

55 Qui fecerint, aut permiſerint fieri in domibus noſtris curioſitates in ſculpturis, picturis, pauimentis &c. *Diſt. 2. cap. 1. tex. 3.*

56 Qui ſine licentia Magiſtris Ordinis procurauerint Fratribus noſtris demandari Monialium, ſeu quarumlibet aliarum mulierum curam, aut illam receperint. *Ibid. tex. 4.*

57 Qui vel ex Electoribus Magiſtri Ordinis, vel ex excludentibus ipſos contraire pręſumpſerint ijs, quę de iſtorum incluſione ſtatuta ſunt. *Diſt. 2. cap. 4. tex. 4.*

58 Qui cauſam depoſitionis Magiſtri Ordinis, vel Prouincialium, vel eorũ exceſſus, vel ſecretum Capituli, ſeu diſſenſiones Diffinitorum, vel diuiſionem Ordinis procurauerint. *Diſt. 2. cap. 8. tex. 9.*

59 Qui in priuato Summum Pontificem diffamauerint. *Diſt. 2. cap. 16. tex. 1.* Superiores etiam qui renunciauerint alicui priuilegio noſtro Ordini conceſſo abſque Generalis Cap. conſenſu. *Ibid. tex. 2.*

60 Qui laicos ab Eccleſiarum ſuarum frequentia, vel acceſſu auertere procurauerint. *Ibid. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

61 Præſidentes in Ordine, qui perſonis extra obedientiam noſtram conſtitutis auctoritatem ſuper Fratres, vel Conuentus fuerint elargiti. *Diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 10.*

62 Superiores, qui profeſſuris Nouitijs non fecerint proteſtationem, quòd eorum profeſſio illos obligabit ad tria vota ſeruanda ſecundùm regulam B. Auguſtini, & Inſtitutiones noſtras, non autẽ ſecundùm quòd hic, vel alibi viuitur, ſeu obſeruantur. *Diſt. 1. cap. 14. tex. 16.*

63 Semel ad grauioris culpę pœnam damnati, neque ad Prelaturas, neque ad gradus quoſcunque poſſunt aſſumi, niſi poſt multorum annorum decurſum eorum vita, & mores in melius commutati clarè conſtiterint. Ita ordinatum fuit Apoſtolica auctoritate Sixti V. Romę 1589. ord. vlt. *Vide de Gradibus num. 15.*

64 Neque aſſignentur in paruis Conuentibus. Romę 1589. ord. 9. *Ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari pręcipimus, vt Fratres ad pœnas grauioris culpę condemnati, in Conuentibus paruis minimè aſſignentur, ſed in magnis, vbi ſuas pœnitentias humiliter adimplere, & obſeruantię regulari meliùs operam dare poſſint.*

65 Qui in vna Prouincia ad grauioris culpæ pœnam fuerunt condemnati, ſi ad aliam tranſeant, in illa non poſſunt à Superioribus

ab

ab eadem abſolui. Romę 1530. decl. 6. *Item declaramus, quòd exiſtentes in pœna grauioris culpę in vna Prouincia non poſſunt abſolui in alia, etiam ſi fuerint aſſignati in illa*. Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 2. litt. D.

66 Qui ad pœnam grauioris culpę pro determinato tempore v. g. decem annis ſunt condemnati, tranſactis decem annis poſſunt eiſdem, quibus fuerant priuati officijs fungi, ac paſſiua actiuaque voce frui abſque noua reſtututione Magiſtri Ordinis, vel Capituli Generalis. *Ita habetur in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 3. ſub litt. L.*

De Grauiſsima Culpa.

GRauiſſima culpa eſt incorrigibilitas illius, qui nec culpas timet admittere; & pœnas recuſat ferre, vel ex earum ſæpius repetita inflictione, iudicio diſcretorum cognoſcitur non proficere: talis de conſilio diſcretorum carcerali cuſtodię mancipetur, & ibidem ſecundùm exigentiam culparum iuxta diſcretionem Prælati ieiunijs, & abſtinentijs puniatur, vel ſecundum Regulam S. P. Auguſtini, ſi magis expediens iudicatur, per Magiſtrum Ordinis, &c. exutus habitu Ordinis de Ordine noſtro expellatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 19. tex. vnico, qua fuit inchoata Lugduni* 1274 *conf. Bononiæ* 1275. *& in Conſt. redacta Pariſijs* 1276. De qua vide ibidem in decl. eiuſdem tex.

De Habitu Ordinis.

1 HAbitus Ordinis noſtri eſt tunica alba, & ſcapulare eiuſdem coloris pro Clericis, nigri autem quoad Conuerſos, cum cappa nigra. Ita declaratum fuit Narbonæ 1394. decl. 5. *Declaramus quòd habitus noſtri Ordinis eſt tunica alba, & præſertim ſcapulare album pro Fratribus Clericis, nigrum autem pro Conuerſis, cum cappa nigri coloris, quem habitum debemus patenter deferre quando in publicum procedimus, tanquam proteſtatiuum noſtræ profeſſionis*. Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 10. in decl. tex. 1. ſub litt. C. At verò Habitus noſter de nocte eſt Tunicella lanea cum qua tenemur dormire ſimul cum cingulo & caligijs: ita enim in ſupradicto Cap. Narbonenſi ſubditur. *Porrò de nocte omnes dormiant cum tunicella, cingulo, & caligis, quia tunicella ſemper debet oſſibus noſtris adhærere, tanquam habitus noſter de nocte*. Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 9. ſub litt. B.

2 Qui in publicum procedunt ſine habitu, vel illum occultant abſque cauſa legitima, mortaliter peccant contra votum obedientiæ. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 2. ſub litt. E.* Qui autem illum temere dimittunt, pręter peccatum mortale, incidunt in excommunicationem. *Ibid. cap. 20. in declar. tex. 1. ſub litt. A.*

3 Qui de licentia Sedis Apoſtolicæ habitum Ordinis dimittunt, non recipiantur iterum in Ordine, niſi priùs examinatis Apoſtolicis litteris, qui ſi ſubreptitię inuentę fuerint, tanquam apoſtatę recipiantur, ac conſuetis pœnitentijs puniantur. Romę 1558. ord. 5. *Vide de Apoſtatis num.* 8.

4 Habitus noſtri nihil habeant quod paupertatē deformare valeat. Toloſę 1328. ord. 4. *Item volentes vitare notam & ſcandala, quę apud graues perſonas non immeritò oriuntur ex inordinata noſtri habitus qualitate, & quantitate: Imponimus Prioribus Prouincialibus, quod ipſi in ſuis Prouincijs, & Priores Conuentuales in ſuis Conuentibus cum omni diligentia ſtudeant reducere Fratres, per præceptum etiam ſi oportuerit, vt in habitu noſtri Ordinis nihil habeant, quod paupertatem noſtram valeat deformare, quinimò Fratres omnes compellantur portare habitum in breuitate capparum, & caputiorum, ac reſecatione curialitatum omnium & ſuperfluitatum conformem noſtri Ordinis inſtitutis.*

5 Omnes noſtri Fratres, qui in Conuentibus regularis obſeruantię permanent, eadem habitus forma, ac cœteri Ordinis Fratres vtantur. Valliſoleti 1605. ord. 16. *Vide de Conuentib. obſeruant. num.* 4.

6 Habitum, quem deferimus, B. Virgo Maria Ordinis noſtri Mater viſitans B. Reginaldum, induendum à nobis oſtendit dicens, *En iſte eſt habitus Ordinis tui*, quem ipſe primus à S. Patre Noſtro fœliciter induit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 15. in decl. tex. 1. ſub litt. D.*

Reliqua vide de Veſtibus.

De Hebdomadaria.

1 DOminica prima Aduentus Hebdomadarius ſuum officium in dextera Chori parte incipiat, etiamſi ſecundùm alternas vices ad ſiniſtram ſpectaret. Romę 1569. ord. 1. *Dominica prima Aduentus hebdomada ſemper in dextero Choro incipiatur*. Et apud Nurimberg. 1405. inchoat. 1. ita iam fuerat ſancitum. *Semper Hebdomada prima Aduentus Hebdomadarius ſtet, officiumque fiat, in dextero*

Cho-

Choro, alternatiſque Choris, etiam ſi duabus vltimis hebdomadis oportuerit officium eſſe in Choro ſiniſtro.

2 Nullus ab Hebdomadarię munere ſubeundo eſt exemptus pręter Magiſtros in Sac. Theol. Lectores actu legentes, & Prędicatores actuales. Argentinę 1417. ordin. 1. Metis 1421. ord. 4. *Quam vide de Magiſtris num. 24.* Romę 1553. ord. 8. Romę 1558. conf. 13. Auenione 1561. conf. 9. Pariſijs 1611. conf. 25. & nouiſſimè Romę 1629. conf. 1. ita ſancitum fuit. *Confirmamus id quod pluries ſancitum eſt, vt nullus pretextu Prelaturæ, aut Lecturæ præteritæ, Prædicaturę Generalis, ſiue alterius cuiuslibet officij, ſiue etiam titulo Paternitatis à ſequela Chori, & Hebdomadarij diu noctuque ſe exiſtimet exemptum, Magiſtris in Theologia, & Lectoribus actu legentibus, ac Prædicatoribus actu prædicantibus dumtaxat exceptis, circa quos laudabiles Prouinciarum conſuetudines ſeruentur. A Completorio verò, Salue Regina, & Officio Mortuorum nullus eximatur. Reuocantes omnem licentiam, & conſuetudinem in contrarium.* Nomine verò Prędicatorum, qui diſpenſantur ab Hebdomadaria, intelliguntur illi, qui in Conuentibus noſtris aſſignantur intra annum. Ita declaratum fuit Pariſijs 1611 conf. 25. *Per Prædicatores actu prædicantes intelligimus illos, qui in aliquo Conuentu deſignati ſunt ad conciones habendas per totum annum, quas & habent. Quod ſi in aliquibus Prouincijs nec iſti exempti ſunt, non ſint virtute huius declarationis exempti.*

3 Studentes formales in Studijs Generalibus ſemel in anno hebdomadarię onus ſubire tenentur. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 7. ſub litt. L.*

4 Solus Magiſter Ordinis poteſt Fratres noſtros ab hebdomadarię ſubeundę onere diſpenſare. Pariſijs 1611. conf. 26. *Nolumus hac in re* (ſcilicet ab hebdomadaria) *impoſterum, niſi per Magiſtrum Ordinis, poſſe diſpenſari.*

5 Ratione ſenectutis ſunt tolerandi Fratres, ne hebdomadariam, aliaque Ordinis onera ſubeant. Lugduni 1536. conf. 1. *Confirmamus quod in noſtro Ordine nulli ſint totaliter ab onere religionis exempti, ita quod ſint, vel appellentur Iubilarij* (hi enim erant diſpenſati ab hebdomadaria ſubeunda) *ſed ſi qui fuerint impotentes ratione ſenectutis vel infirmitatis, poterunt à Prælato ſupportari, & diſcretè tractari.*

De Hæreſi.

1 Contra hęreſis labe detentos ſe Dominicos Canes exhibeant verbo, & opere Fratres noſtri, illorum falſa dogmata impugnantes quandocunque ſe ſe prębuerit occaſio: quòd ſi aliqui in hoc notabiliter defeciſſe deprehenſi fuerint, celebrandi, concionandique officio priuentur. Auenione 1561. ord. 12. *Ordinamus, & pręcipimus ſingulis Prędicatoribus, vt apertè, & animosè pro ſide loquantur contra hęreſes (ſeruata tamen modeſtia) & teneantur proponere, ac aſſerere dogmata fidei, & Eccleſię Romanę quoties locus inciderit, pręcipuè per quadrageſimam. Quod ſi quis comprobetur ommiſſione notabili peccaſſe, pro hac ſola culpa priuetur officio celebrandi, & prędicandi.* Quod fuit confirmatum Barcinonę 1574. admon. 5. in hunc modum. *Item admonemus, & in Chriſti viſceribus adhortamur omnes Patres Magiſtros, Priores, et Prędicatores in Prouincijs Francię, Toloſę, Occitanię, Prouincię, & Germanię Inferioris & in reformata Congregatione Gallicana agentes, & alibi, vbi miſera hęreſum peſtis graſſatur, vt animaduertant quam grandis ſibi ſit tributa occaſio ęternę glorię coronam comparandi. Veros, & non degeneres Dei, & D. Patris Dominici filios ſe manifeſtent, & canes Chriſti Ouilis vigiles, & fidos, non mutos, non valentes latrare, & inculpatę vitę exemplo; & continua atque conſtanti verbi Dei prędicatione infidos conuertere, imbecilles confirmare toto animo ſtudeant, & ſanguinem fundere minimè pro eo dubitent, qui pro eiſdem totum iam priùs copioſiſſimè ſudit, ſicuti magna animi letitia eos feciſſe accepimus.* Et Bononiæ 1242. ord. 6. Ita fauet mandatum. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quòd Fratres ſe exerceant ſtudioſiùs in ijs, quę ſunt contra hęreticos, & ad fidei defenſionem.* Quod fuit conf. Bononię 1244. ord. 4.

2 Quicumque, tanquam de hæreſi vehementer ſuſpecti, abiurauerint, ſunt in perpetuũ omni dignitate, & officio priuati. Romæ 1558 ord. 3. *Item ordinamus quòd qui de cætero abiurauerint tanquam de hæreſi vehementer ſuſpecti, non poſſint à quocunque, etiam Magiſtro Generali reſtitui, aut promoueri ad aliquod officium, ſeu dignitatem toto tempore vitæ eorum, ſed permittantur in humilitate deflere peccatum ſuum, irritum decernentes quidquid in oppoſitum factum fuerit.* Quod fuit confirmatum Auenione 1561. conf. 14. & Bononiæ 1564. conf. 9.

3 Suſpecti de hæreſi, ſiue ex familiaritate cum hæreticis, ſiue ex modo dicendi, vel docendi, prædicandi, & celebrandi munere priuentur. Auenione 1561. ord. 12. *Suſpectis de hæreſi, ſiue ex familiaritate cum notatis, ſiue ex ſtilo dicendi & loquendi, ſiue ex omiſſione interdicitur prædicandi, & celebrandi poteſtas, donec ad arbitrium Prouincialium ſe purgauerint, vel ſatisfecerint. In eandem verò ſuſpicionem relapſi non poſſint, reſtitui, niſi per duo Cap. Prouincialia. Tertiò verò relapſis in eadem ſuſpicione nulla fiat perpetuo relaxatio.*

4 Qui etiam leuiter ſuſpecti extiterint de hæreſi, omnibus officijs dignitatibus, & honoribus priuentur. Romæ 1553. admon. 1. *Admonemus Prouinciales omnes, vt omni, quo poſſunt, ſtudio inueſtigent, atque explorent ne quis forte inter eos, quibus ipſi præſident, Fratres hæreſim habeat, eumque ea pœna plectant, quam iniungunt Canones. & ſi quis vel leuiter ſuſpectus de hæreſi fuerit officio Lectoratus, & Prædicationis, ac cuiuſcumque præterea honoris, ac dignitatis priuetur, & deinceps ad ſimile officium in futurum non aſſumatur.*

5 Quicumque librum hæreticum apud ſe retinere auſi fuerint, compellantur ad abiurandum hæreſim in tali libro contentam, & ab omni exequutione Sacrorum Ordinum, ac prædicationis munere ſuſpendantur. Ita enim habetur in eodem Cap. Auenionen. ord. ſupradicta. *Ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari volumus quòd apud quemcumque inuentus fuerit liber hæreticus, omni excuſatione exploſa compellatur ad abiurandum hæreſim, & per annum ad minus ſuſpendatur ab officio prædicandi, & omni exequutione ſacrorum Ordinum.* Ab hac autem ordinatione excluduntur illi, qui ex beneplacito Apoſtolicæ Sedis, ſeu eorum, ad quos legendi, & retinendi apud ſe prohibitos libros licentiam elargiri ſpectat, tales libros habent.

6 Hæreticos alterius Prouinciæ, non recipiant Priores Prouinciales in ſua. Romæ 1553. eadem admonit. 1. *Mandamus inſuper eiſdem RR. Prouincialibus, vt hæreticos alienæ Prouinciæ nullo modo accepteut.*

7 Suſpecti de hæreſi Reuerendiſs. Magiſtro Ordinis denũcientur. Ita habetur in eodẽ Cap. Rom. ac admonit. ſuprad. *Mandamus itidem omnibus cuiuſcunque Prouinciæ ſubditis, vt ſi quem nouerint de eodem hæreſis crimine ſuſpectum prouincis Reuerendiſs. Generali denuncient, à quo audientur quam libentiſſimè.*

8 Qui propoſitiones aliquas diſputando, prædicando, vel alio quouis modo, ſuſpectas de hæreſi ſuſtinuerint, carcerali cuſtodiæ mancipentur. Lugduni 1536. ord. 10. *Item ordinamus, conformiter ad Sacras Conſtitutiones, quòd quicumque Frater noſtri Ordinis, ſiuè prædicando, ſiuè legendo, ſiuè ſcribendo, aut quomodolibet dictando, vel diſputando ſuſtinuerit aliquas propoſitiones ſuſpectas de hæreſi, maximè Lutherana, vel alias propoſitiones ſcandaloſas, & Sanctorum Doctrinæ, ſiuè conſuetudini Eccleſiæ repugnantes (etiam ſi probabiliter ſuſtineri poſſent) ſtatim à ſuo Prælato corripiatur, & ſub clauſura cuſtodiatur, donec proceſſus eius per Prouincialem, vel Magiſtrum Ordinis fuerit plenè iudicatus. Quòd ſi Prælati ſuper hoc negligentes fuerint, ipſo facto ſint abſoluti à ſuis officijs, & priuati omni voce actiua, & paſſiua.*

9 Qui ab hæreſi conuertuntur, difficillimè ad Ordinem recipiantur. Pariſijs 1233. ordinat. 2. *Item illi, qui ab hæreſi conuertuntur, magna difficultate ad Ordinem recipiantur.*

De Horis Canonicis.

1 IN Conuentibus paruis, in quibus tres, vel quator Fratres Clerici reſident, debent horæ canonicæ in choro recitari. Neapoli 1600. ord. 1. *Ordinamus, quòd in locis, vbi morantur ad minus tres, vel quatuor Fratres Clerici, debeant horas Canonicas in choro perſoluere, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuper Altare in decenti Pyxide conſeruare, pendente coram ipſo vna ſaltem lampade accenſa.*

2 Perſoluantur iuxta rubricas Ordinis. Ferrariæ 1498. ord. 1. *Ordinamus, quòd diuinum officium tam diurnum quàm nocturnum iuxta rubricas Ordinis ſumma vigilantia perſoluatur, aſtringentes Præſidentium conſcientias ad hoc.*

3 Dicantur cum cantu, pauſa, inclinationibus, diſtinctè, & deuotè. Romæ 1481. ord. 1. *In primis quoniam cultus diuinus noſtris debet actionibus anteferri, hinc exordium rectè ſumamus, ſtatuentes vt in ſingulis Conuentibus Ordinis diuinum officium, diurnum pariter, & nocturnum cum nota, cantu, inclinationibus, proſtrationibus, & pauſa ordinaria, & conſtitutionibus obſeruetur, et diſtinctè ac deuotiùs celebretur: Negligentes autem, & remiſſi horis debitis intereſſe, grauiùs puniantur: & illi præcipue, qui Matutinas de tempore, vel B. Virgine ex conſuetudine, aut aliàs prætermiſerint, per Præſidentes in refectione publica ad terram comedendo indiſpenſabiliter dicere compellantur.* Idem fuit in omnibus ferè antiquis Capitulis etiam ordinatum. *Vide de Officio diuino num. 1.*

4 In omnibus Conuentibus, qui Prioratus titulo ſunt inſigniti, Matutinum de B. Virgine dicatur in dormitorio, reliquæ autem horæ, in choro. Barcinonæ 1574. ord. 6. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quòd in omni Prioratu deuotè in dormitorio matutinę Laudes Sanctiſs. Virginis recitentur: Cæteræ verò horæ canonicæ eiuſdem in choro de more: Et vbique tam in Prioratibus, quàm Vicariatibus, omnique domo Ordinis Altaria in dormitorijs erigantur in honorem eiuſdem piiſſima Aduocatæ, & D. N. & hoc ſub pœna abſolutionis, & inhabilitatis ad prælaturas.*

Cætera vide de Officio diuino.

De

Digitized by Google

De Hoſpitibus.

PRiot Priorem ſuperuenientem honoret, ſed & hoſpes per Ciuitatem ſine conſilio eius non diſcurrat, nec motam faciat. *Ex Conſtitut. noſt. diſtin. 2. capit. 13. tex. 4.*

1 Hoſpites ſecundùm qualitatem itineris magis, vel minùs, & meliùs pertractentur. Bononiæ 1240. ord. 11. *Fratres Hoſpites ſecundùm quòd magis, & minùs laborauerint in itinere, diutiùs & commodiùs procurentur.* Quod in antecedenti Capitulo. Pariſijs 1239. ord. 11. fuerat etiam ordinatum, & additum, quòd qui propter debilitatem, vel infirmitatem indigent veſci carnibus, itinera non ſuſcipiant, nec extra proprios Conuentus exeant, hoc pacto. *Item admonemus, vt Fratres Hoſpites ſecundùm quod magis, & minùs in itinere laborauerint, diutiùs, & commodiùs procurentur: Qui autem adeo infirmi, & debiles fuerint, vt neceſſe habeant carnibus recreari, ſiue ſint Priores, ſiue ſint alij, extra non exeant. Etſi aliquando occaſione Capituli, vel neceſſitate exire contigerit, nec equitent, nec quadrigent, nec carnes comedant, niſi adeo grauis infirmitas ſuperueniat quòd aliter fieri ſit neceſſe, & tunc ad ſuos Conuentus reuertantur.*

2 Omnes Hoſpites charitatiuè pertractentur, & præcipuè illi, qui ex alienis prouincijs veniunt. Pariſijs 1256. ord. 16. *Sint Fratres ſolliciti vbique tractare charitatiuè Hoſpites ſuos, & maximè de alijs Prouincijs venientes: & cum neceſſe fuerit addent eis conſilium, & adiutorium vſque ad illos Conuentus, maximè, vbi difficultas transeundi occurerit.* Et in Capit. Apud Sauiliam 1439. admonit. 3. ita ſubditur. *Hoſpites omnes benignè, & charitatiuè recipiantur, & maximè venientes ex conuentibus reformatis.*

3 In ſingulis Conuentibus ſit aliquis Hoſpitarius, qui charitatiuè hoſpites recipiat, & pertractet, ſintque pro his determinatę cellę. Venetijs 1592. commiſſione 8. *Committimus RR. Prouincialibus, & omnibus Conuentuum, & locorum Præſidentibus, vt omnem adhibeant diligentiam, quatenus cameræ aliquæ pro Fratribus Hoſpitibus cum debita licentia ad ipſos venientibus, recipiendis, deputentur, quorum cura alicui Fratri diſcreto, & charitatiuo committatur, qui eoſdem omni cum benignitate, & humanitate recipiat, illiſque neceſſaria pro poſſe procuret.* Vt autem ſaltim vna camera ſit in quolibet Conuentu pro Hoſpitibus ſuſcipiendis, Mediolani 1505. mandatum fuit ord. 8. *Volentes, & ordinantes quod in quolibet Conuentu ſit vna camera pro hoſpitibus deputata, & vna alia pro infirmis, & ſi talia loca non ſunt, ædificentur, & quòd benè fulciantur de lectis, & linteaminibus, & mappis, & de omnibus vtenſilibus, & alijs neceſſarijs, & quòd præficiatur eis vnus hoſpitarius, & vnus infirmarius, qui omnia pertinentia ad ſuum officium recipiant ſub inuentario: volentes quòd Fratres hoſpites charitatiuè recipiantur, & humaniter pertractentur, & etiam infirmi, & in camera infirmorum charitatiuè ſuſcipiantur, & cum pietate bene tractentur, ac eis de Seruitoribus, Medicis & Medicinis, & alijs neceſſarijs ſecundum facultatem prouideatur. Quòd ſi Præſidentes Conuentuum in hoc fuerint negligentes, per Priorem Prouincialem, vel eius Vicarium grauiter puniantur, & à ſuis officijs abſoluantur.* Extra dormitorium verò huiuſmodi cellæ pro hoſpitibus aptentur. Lugduni 1274. ord. 30. *Item Priores ordinent locum aliquem idoneum pro hoſpitibus ad iacendum extra dormitorium, vbi hoc commodè poterit obſeruari.*

4 Omnes hoſpites ſubduntur Pręſidentibus Conuentuum, ad quos declinant. *Ita habetur in Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 13. in declarat. tex. 2. ſub litt. D.* Vbi ſubditur poſſe Pręſidentes Conuentuum eorum defectus, tam ibi, quàm alibi commiſſos caſtigare, aſſeritutq; ibidem Ita fuiſſe ordinatum apud Claromontē 1334, Quod eſt falſum; nam illo anno fuit celebratum Capitulum Lemouicis, in quo de hac re nulla habetur ordinatio neq; mentio. *Vide hic num. 6.*

5 Poſſunt ab eiſdem Pręſidentibus à cenſuris, & peccatis abſolui. Madiolani 1505. declarat. 17. *Item declaramus quòd Priores in Conuentu ſuo, & in eorum abſentia Suppriores, & eorum Vicarij, omnes Fratres noſtri Ordinis hoſpites ad eorum Conuentus declinantes ab omnibus peccatis, & cenſuris, tam à iure, quàm ab homine generaliter prolatis, Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis poſſunt abſoluere, dummodo in fraudem hac intentione ad eos non accedant; ac etiam eis Sacramentum Eucharistiæ, & extremæ Vnctionis miniſtrare. Non tamen poſſunt à ſententia lata à Iudice noſtri Ordinis abſoluere, niſi Iudex ille eſſet eis inferior.*

6 In quacumque Prouincia Hóſpites, ſeu Fratres itinerantes deliquerint, Prior Prouincialis, vel Conuentualis, ſeu eorum Vicarij, Supprior, Viſitator, & cœteti, in quorum termi nis inuenti fuerint, corrigendi ipſos, ſicut Fratres ſuos, liberam habeant facultatem. *Ex Conſtitut. noſt. diſtin. 2. cap. 13. tex. 2. quæ fuit inchoata Bononiæ 1242. Confirmata Pariſijs 1243. & in Conſtitut. redacta Bononiæ 1244.*

7 Subduntur legi depoſiti, dummodo ſint in ſua Prouincia. Valentiæ 1596. confir. 5. & Romę 1601. conſ. 3. *Vide de Depoſitis Fratrum num. 8.*

Conſt.noſt. loco ſupra d. quæ fuit inchoata Pariſijs 1246. confirmata in Monte peſſulano 1247. & in Conſt. redacta Treueris 1248.

17 Obſeruent itinerantes ieiunia, quę communiter in illa Ciuitate, vel loco, in quo reperiuntur, obſeruantur. Budę 1254. ordin. 8. *Item Prouinciales cum Diffinitoribus prouideant quod Fratres itinerantes in ſuis Prouincijs obſeruent ieiunia, quę communiter in patria obſeruantur.*

18 A Paſcha vſque ad feſtum S. Crucis reficiantur bis Fratres, exceptis diebus Rogationum, & ſextis ferijs, & vigilia Pentecoſtes, & ieiunijs quatuor temporum, & vigilia S. Io: Baptiſtę, Petri, & Pauli, Iacobi, & Dominici P.N. Laurentij, Aſſumptionis S. Marię, Bartholomęi, ac Natiuitatis B. V. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. tex. 1. Quę fuit facta in pluribus, & diuerſis Capitulis.*

De PP. Ieſuitis.

1 TEnemur Societatis Ieſu Patrës ſincero animi affectu proſequi. Qui verò eos verbo, vel facto aliquo modo offendere auſus fuerit, grauiter puniatur; & Pręſidentes, qui in hoc inuenti fuerint negligentes, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur. Valentię 1596. admonit. 4. *Admouemus omnes Fratres Ordinis noſtri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno, ſinceroque affectu proſequi velint Religioſos omnes cum quibus ad eundem finem tendere debemus; ſpecialiter verò eos, qui inter reliquos non ſegniter laborant pro Fide Catholica tuenda, et ſalute animarum procuranda, Patres ſcilicet Societatis Ieſu, quos plurimum inter cæteros illis commendamus, optantes, vt operibus, internę affectionis, & charitati teſtimonium reddant, eiſdem vbi poterunt inſeruiendo, nullo verò pacto verbo, vel facto offendendo: talis ſiquidem offenſæ ſi (quod abſit) occurrerit, ſeueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam ſumi, grauiter puniendo offendentes. Quod ſi non egerint, & Reuerendiſs. P. Generalis id reſciuerit, delinquentem puniet, ſimul atque ipſos à ſuo officio abſoluet.*

2 Hoſpitalitatis etiam obſequia ipſis pręſtare debemus, atque de illis, eorumque inſtituto, ac regimine honorificè loqui. Romę in Cap. Generaliſs. 1644. ord. 21. *Ordinamus, ac omnibus Religioſis curę noſtræ ſubiectis diſtrictè præcipimus, vt quemadmodum Chriſtiana charitate tenemur omnes Dei ſeruos, ac quorumcunque Ordinum Religioſos, potiſſimè Mendicantium quos aut Eccleſiaſtica vitæ cultura, aut ſanctioris vitæ profeſſio nobis æquales reddit) omni honore atque amore proſequi, omniaque eis hoſpitalitatis obſequia præſtare. Eadem ſollicitè in RR. Patres Societatis Ieſu benigna cum humanitate impendere conentur. Horum & perſonas ſingulas, & Societatem totam benigniſſimè, & religioſiſſimè colant, ac venerentur, & tam intus quam foris, vbi de eorum S. Inſtituto, modo viuendi, & regimine ſermo inciderit, adeò circumſpectè, & honorificè ſemper de eis loquantur, vt tota Chriſtiana Reſpublica noſtri in eos compenſiſſimi amoris teſtimonium reddere queat, & vt ipſi ea in nobis charitatis eximiæ officia beneuolentiæ viſcera experiantur, quæ viros Apoſtolicos decet, quorum quamuis non vna ſemper in ſentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, ac anima vna in Domino nunquam, vt deſit, oportet.*

De Illegitimis.

1 COntra illegitimos ex inceſto, aut ſacrilegio natos, vt non poſſent ad Religioſum Clericalem habitum recipi, Apoſtolicam Conſtitutionem edidit Sixtus V. Summus Pontifex per omnia laudabilis an. Sal. 1587. quam tamen non Clemens VIII. vt in Conſtitution. noſtris aſſeritur, ſed Gregorius XIV. an. 1590. idib. Martij ad terminos iuris reduxit, poſſeque pręfatos illegitimos in Religionibus recipi, nedum in Conuerſos, ſed etiam in Clericos indulſit, qui tamen optimę eſſent indolis, atq; Ordinibus profuturi, agnoſcerentur: Dummodo tamen filius viuente Patre in eadem Religione non admitteretur. De quibus omnibus. *Vide in Conſtitut. noſt. diſtin. 1. capit. 13. in declarat. tex. 4. ſub lit. N.* Venetijs autem 1592. denunt. 2. denunciata fuit prędictę Sixti V. Conſtitutionis moderatio à Gregorio XIV. facta, hoc pacto. *Denunciamus emanaſſe Bullam à Sanctiſs. Dom. Noſt. fælic. record. Gregorio XIV. datam Romæ ibid. Martij 1590. in qua moderamen poſuit Conſtitutioni Sixti V. contra illegitimos editæ, & eam reduxit ad terminos iuris, &c.* Subditurque ibidem. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua Pater, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo Patre viuente non admittatur, quod expreſsè prohibuit.* Vide hic num. 5.

2 Vt illegitimi quicumque non reciperentur in Ordine noſtro, fuerat eodem modo pluribus annis antea ordinatum. Apud Claromontem 1339. ord. 6 hoc pacto. *Item volumus, & ordinamus, quod nullus notoriè illegitimus recipiatur ad noſtrum Ordinem niſi de Prioris Prouincialis illius Prouinciæ licentia ſpeciali, quam non concedat niſi ex cauſa euidenti, & conditione perſonę, quę ad magnū bonū Ord. cedere videretur.*

Si

3 Si autem illegitimè natus ad Ordinem receptus fuerit, & diſpenſatum fuerit cum eodem quòd poſſit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor ſiat Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec Prædicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. Quæ ſuit inchoata Pariſijs 1343. approbata Apud Podium 1344. & in Conſtitut. redacta Apud Briuam 1346.* Nam anno 1445. non fuit celebratum Capitulum Generale, Et in eodem Capitulo Apud Podium 1344. cit. ſubditur declarat. 3. *Item declaramus hanc, quòd illegitimè natus non poteſt eſſe Supprior, nec Prioris Vicarius in aliquo Conuentu, Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. N. vbi dicitur idem fuiſſe ordinatum Perpiniani 1427. quod eſt falſum; nam an 1327. fuit celebratum Capitulum Perpiniani, in quo tamen nulla fit mentio de illegitimè natis.

4 Recipiendi ad Ordinem examinentur de legitima natiuitate, alias receptio eorundem, ſi illegitimi fuerint, nulla ſit. Nouariæ 1465. ord. 7. *Item, vt à nobis paci, futureque tranquillitati noſtræ, Religionis conſulatur, inhibemus ne quis Conuentuum, & Prouinciarum Præſidens aliquem illegitimè natum ad noſtrum Ordinem deinceps recipiat, cum plerumque tales eſſe ſoleant ſuis Fratribus inquieti. Volentes, vt ſecundum laude dignam maiorum noſtrorum conſuetudinem Nouitij recipiendi, non ſolùm de moribus, & litteris, ſed etiam de legitima natiuitate diligentiùs examinentur: Quod ſi ſecus à præſentium actorum publicatione tentatum, aut factum ab aliquo fuerit, pro non receptis habeantur.*

5 Magiſter Generalis, & Prouinciales cum Generali, vel Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, ſed non aliter, quos dignos iudicauerint, illegitimos ex inceſtu, aut ſacrilegio natos ad honores, & gradus, dignitateſque obtinendas diſpenſare poſſunt. Ita enim expreſsè habetur in præfata Gregorij XIV. Conſtitutione in Bullario appoſita §. 4. *Volumus quoque, ac ſtatuimus licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta nec aliàs ſub nullis reuocationibus comprehenſa ſint, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcunque vt antea valere, & tenere perinde ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.* Quę Apoſtolica Conſtitutio acceptata fuit Venetijs 1592. denunc. 2. Hoc modo. *Vult quoque, ac ſtatuit* (ſcilicet Gregorius XIV. in ſua Conſtit. Apoſtol. edita Romæ idibus Martij 1590.) *licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub vllis reuocationibus comprehenſa (vt præfertur) in hac parte reualidauit cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, vt antea valere, & tenere perindè, ac ſi ſupradictæ Sixti V. Conſtitutiones non emanaſſent. Irritum, & inane decernens quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Idcirco omnes Prouinciarum, & Conuentuum Præſidentes curent diligenter, ea quæ in Bulla continentur prouidè conſiderare, ne quicquam à ſe, vel à ſuis ſubditis incautè prætereatur, ſed omnino ſingula executioni mandentur.* In Conſt. autē noſt. diſt. 2. cap. 13. in declarat. textus 4. ſub lit. N. de hac cōſtitutione Apoſtolica fit mentio, tamen ſiletur huiuſmodi diſpenſationes cum talibus illegitimis dandas eſſe à Magiſtro Ordinis, vel Prouincialibus in Capitulis Generalibus, ſeu Prouincialibus, vel Intermedijs, & non aliter, atque ibidem fit ſermo generaliter de omnibus illegitimis, Conſtitutio autem Sixti V. citata loquitur tantùm de illegitimis ex inceſtu, ſeu ſacrilegio natis. Ita enim habetur in eiuſdem Pontificis Apoſtolica Conſtitutione LXXI. data apud S. Petrum an. Dom. 1587. 6. Kal. Decemb. Pontificat. ſui III. §. 2. *Hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio quorum ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit, etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hoſpitalium Religionem, neque ad habitum nec profeſſionem regulares recipi, vel admitti quoquo modo poſſint. Quòd ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem præſentis Conſtitutionis in futurum receperit, vel profeſſionem poſt hac emiſerit, decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſſionem ex nunc prout ex tunc irritam, nullam, & inualidam, nul-*

Conſt.noſt. loco ſupr. prad. qua fuit inchoata Pariſijs 1246. confirmata in Monte peſſulano 1247. & in Conſt.redacta Treueris 1248.

17 Obſeruent itinerantes Ieiunia, quę communiter in illa Ciuitate, vel loco, in quo reperiuntur, obſeruantur. Budę 1254. ordin.8. *Item Prouinciales cum Diffinitoribus prouideant quod Fratres itinerantes in ſuis Prouincijs obſeruent ieiunia, quę communiter in patria obſeruantur.*

18 A Paſcha vſque ad feſtum S.Crucis reficiantur bis Fratres, exceptis diebus Rogationum, & ſextis ferijs, & vigilia Pentecoſtes, & ieiunijs quatuor temporum, & vigilia S. Io: Baptiſtę, Petri, & Pauli, Iacobi, & Dominici P.N. Laurentij, Aſſumptionis S.Marię, Bartholomęi, ac Natiuitatis B. V. *Ex Conſt.noſt. diſt.1. cap.4.tex.1. Quę fuit facta in pluribus, & diuerſis Capitulis.*

De PP. Ieſuitis.

1 TEnemur Societatis Ieſu Patrēs ſincero animi affectu proſequi. Qui verò eos verbo, vel facto aliquo modo offendere auſus fuerit, grauiter puniatur; & Pręſidentes, qui in hoc inuenti fuerint negligentes, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur. Valentię 1596. admonit. 4. *Admonemus omnes Fratres Ordinis noſtri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno, ſinceroque affectu proſequi velint Religioſos omnes cum quibus ad eundem finem tendere debemus; ſpecialiter verò eos, qui inter reliquos non ſegniter laborant pro Fide Catholica tuenda, et ſalute animarum procuranda, Patres ſcilicet Societatis Ieſu, quos plurimum inter cæteros illis commendamus, optantes, vt operibus, internę affectioni, & charitati teſtimonium reddant, eiſdem vbi poterunt inſeruiendo, nullo verò pacto verbo, vel facto offendendo: talis ſiquidem offenſa ſi (quod abſit) occurrerit, ſeueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam ſumi, grauiter puniendo offendentes. Quod ſi non egerint, & Reuerendiſs. P. Generalis id reſciuerit, delinquentem puniet, ſimul atque ipſos à ſuo officio abſoluet.*

2 Hoſpitalitatis etiam obſequia ipſis pręſtare debemus, atque de illis, eorumque inſtituto, ac regimine honorificè loqui. Romę in Cap.Generaliſs.1644.ord.21. *Ordinamus, ac omnibus Religioſis curę noſtra ſubiectis diſtrictè præcipimus, vt quemadmodum Chriſtiana charitate tenemur omnes Dei ſeruos, ac quorumcunque Ordinum Religioſos, potiſſimè Mendicantium quos aut Eccleſiaſtica vita cultura, aut ſanctioris vita profeſſio nobis æquales reddit) omni honore atque amore proſequi, omniaque eis hoſpitalitatis obſequia præſtare. Eadem ſollicitè in RR.Patres Societatis Ieſu benigna cum humanitate impendere conentur. Horum & perſonas ſingulas, & Societatem totam benigniſſimè, & religioſiſſimè colant, ac venerentur, & tam intus quam foris, vbi de eorum S.Inſtituto, modo viuendi, & regimine ſermo inciderit, adeò circumſpectè, & honorificè ſemper de eis loquantur, vt tota Chriſtiana Reſpublica noſtri in eos compenſiſſimi amoris teſtimonium reddere queat, & vt ipſi ea in nobis charitatis eximiæ officia beneuolentiæ viſcera experiantur, quæ viros Apoſtolicos decet, quorum quamuis non vna ſemper in ſentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, ac anima vna in Domino nunquam, vt deſit, oportet.*

De Illegitimis.

1 COntra illegitimos ex inceſto, aut ſacrilegio natos, vt non poſſent ad Religioſum Clericalem habitum recipi, Apoſtolicam Conſtitutionem edidit Sixtus V. Summus Pontifex per omnia laudabilis an.Sal.1587. quam tamen non Clemens VIII. vt in Conſtitution. noſtris aſſeritur, ſed Gregorius XIV. an.1590. idib. Martij ad terminos iuris reduxit, poſſeque pręfatos illegitimos in Religionibus recipi, nedum in Conuerſos, ſed etiam in Clericos indulſit, qui tamen optimę eſſent indolis, atq; Ordinibus profuturi, agnoſcerentur: Dummodo tamen filius viuente Patre in eadem Religione non admitteretur. De quibus omnibus. *Vide in Conſtitut.noſt.diſtin.1.capit.13. in declarat.tex.4.ſub lit.N.* Venetijs autem 1592. denunt. 2. denunciata fuit pręd ictę Sixti V. Conſtitutionis moderatio à Gregorio XIV. facta, hoc pacto. *Denunciamus emanaſſe Bullam à Sanctiſs.Dom. Noſt. fœlic. record. Gregorio XIV. datam Romæ ibid. Martij 1590. in qua moderamen poſuit Conſtitutionis Sixti V. contra illegitimos edita, & eam reducit ad terminos iuris, &c.* Subditurque ibidem. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua Pater, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo Patre viuente non admittatur, quod expreſsè prohibuit.* Vide hic num. 5.

2 Vt illegitimi quicumque non reciperentur in Ordine noſtro, fuerat eodem modo pluribus annis antea ordinatum. Apud Claromontem 1339. ord. 6 hoc pacto. *Item volumus, & ordinamus, quod nullus notoriè illegitimus recipiatur ad noſtrum Ordinem niſi de Prioris Prouincialis illius Prouinciæ licentia ſpeciali, quam non concedat niſi ex cauſa euidenti, & conditione perſonę, quę ad magnũ bonũ Ord. cedere videretur.*

Si

3 Si autem illegitimè natus ad Ordinem receptus fuerit, & diſpenſatum fuerit cum eodem quòd poſſit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor fiat Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec Prædicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. Quæ fuit inchoata Pariſijs 1343. approbata Apud Podium 1344. & in Conſtitut. redacta Apud Brinam 1346.* Nam anno 1445. non fuit celebratum Capitulum Generale, Et in eodem Capitulo Apud Podium 1344. cit. ſubditur declarat. 3. *Item declaramus hanc, quòd illegitimè natus non poteſt eſſe Supprior, nec Prioris Vicarius in aliquo Conuentu, Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. N. vbi dicitur idem fuiſſe ordinatum Perpiniani 1427. quod eſt falſum; nam an 1327. fuit celebratum Capitulum Perpiniani, in quo tamen nulla fit mentio de illegitimè natis.

4 Recipiendi ad Ordinem examinentur de legitima natiuitate, aliàs receptio eorundem, ſi illegitimi fuerint, nulla ſit. Nouariæ 1465. ord. 7. *Item, vt à nobis paci, futureque tranquillitati noſtræ Religionis conſulatur, inhibemus ne quis Conuentuum, & Prouinciarum Præſidens aliquem illegitimè natum ad noſtrum, Ordinem deinceps recipiat, cum plerumque tales eſſe ſoleant ſuis Fratribus inquieti. Volentes, vt ſecundùm laude dignam maiorum noſtrorum conſuetudinem Nouitij recipiendi, non ſolùm de moribus, & litteris, ſed etiam de legitima natiuitate diligentiùs examinentur: Quod ſi ſecus à præſentium actorum publicatione tentatum, aut factum ab aliquo fuerit, pro non receptis habeantur.*

5 Magiſter Generalis, & Prouinciales cum Generali, vel Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, ſed non aliter, quos dignos iudicauerint, illegitimos ex inceſtu, aut ſacrilegio natos ad honores & gradus, dignitateſque obtinendas diſpenſare poſſunt. Ita enim expreſsè habetur in præfata Gregorij XIV. Conſtitutione in Bullario appoſita §. 4. *Volumus quoque, ac ſtatuimus licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub nullis reuocationibus comprehenſa ſint, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcunque vt antea valere, & tenere perinde ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.* Quæ Apoſtolica Conſtitutio acceptata fuit Venetijs 1592. denunc. 2. Hoc modo. *Vult quoque, ac ſtatuit* (ſcilicet Gregorius XIV. in ſua Conſtit. Apoſtol. edita Romæ idibus Martij 1590.) *licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub vllis reuocationibus comprehenſa (vt præfertur) in hac parte reualidauit cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, vt antea valere, & tenere perindè, ac ſi ſupradictæ Sixti V. Conſtitutiones non emanaſſent. Irritum, & inane decernens quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Idcirco omnes Prouinciarum, & Conuentuum Præſidentes curent diligenter, ea quæ in Bulla continentur prouidè conſiderare, ne quicquam à ſe, vel à ſuis ſubditis incautè prætereatur, ſed omnino ſingula executioni mandentur.* In Conſt. autē noſt. diſt. 2. cap. 13. in declarat. textus 4. ſub lit. N. de hac cōſtitutione Apoſtolica fit mentio, tamen ſiletur huiuſmodi diſpenſationes cum talibus illegitimis dandas eſſe à Magiſtro Ordinis, vel Prouincialibus in Capitulis Generalibus, ſeu Prouincialibus, vel Intermedijs, & non aliter, atque ibidem fit ſermo generaliter de omnibus illegitimis, Conſtitutio autem Sixti V. citata loquitur tantùm de illegitimis ex inceſtu, ſeu ſacrilegio natis. Ita enim habetur in eiuſdem Pontificis Apoſtolica Conſtitutione LXXI. data apud S. Petrum an. Dom. 1587. 6. Kal. Decemb. Pontificat. ſui III. §. 2. *Hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio quorum ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit, etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hoſpitalium Religionem, neque ad habitum nec profeſſionem regulares recipi, vel admitti quoquo modo poſſint. Quòd ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem præſentis Conſtitutionis in futurum receperit, vel profeſſionem poſt hac emiſerit, decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſſionem ex nunc prout ex tunc irritam, nullam, & inualidam,*

nul-

Conſt.noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Pariſijs 1246. confirmata in Monte peſſulano 1247.& in Conſt.redacta Treueris 1248.

17 Obſeruent itinerantes Ieiunia, quę communiter in illa Ciuitate, vel loco, in quo reperiuntur, obſeruantur. Budę 1254. ordin.8. *Item Prouinciales cum Diffinitoribus prouideant quod Fratres itinerantes in ſuis Prouincijs obſeruent ieiunia, quę communiter in patria obſeruantur.*

18 A Paſcha vſque ad feſtum S.Crucis reficiantur bis Fratres, exceptis diebus Rogationum, & ſextis ferijs, & vigilia Pentecoſtes, & ieiunijs quatuor temporum, & vigilia S. Io: Baptiſtę, Petri, & Pauli, Iacobi, & Dominici P.N. Laurentij, Aſſumptionis S.Marię, Bartholomęi, ac Natiuitatis B. V. *Ex Conſt.noſt. diſt.1. cap.4.tex.1. Quę fuit facta in pluribus, & diuerſis Capitulis.*

De PP. Ieſuitis.

1 TEnemur Societatis Ieſu Patrēs ſincero animi affectu proſequi. Qui verò eos verbo, vel facto aliquo modo offendere auſus fuerit, grauiter puniatur; & Pręſidentes, qui in hoc inuenti fuerint negligentes, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur. Valentię 1596. admonit. 4. *Admonemus omnes Fratres Ordinis noſtri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno, ſinceroque affectu proſequi velint Religioſos omnes cum quibus ad eundem finem tendere debemus; ſpecialiter verò eos, qui inter reliquos non ſegniter laborant pro Fide Catholica tuenda, et ſalute animarum procuranda, Patres ſcilicet Societatis Ieſu, quos plurimum inter cæteros illis commendamus, optantes, vt operibus, internę affectioni, & charitati teſtimonium reddant, eiſdem vbi poterunt inſeruiendo, nullo verò pacto verbo, vel facto offendendo: talis ſiquidem offenſæ ſi (quod abſit) occurrerit, ſeueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam ſumi, grauiter puniendo offendentes. Quod ſi non egerint, & Reuerendiſs. P. Generalis id reſciuerit, delinquentem puniet, ſimul atque ipſos à ſuo officio abſoluet.*

2 Hoſpitalitatis etiam obſequia ipſis pręſtare debemus, atque de illis, eorumque inſtituto, ac regimine honorificè loqui. Romę in Cap.Generaliſs.1644.ord.21. *Ordinamus, ac omnibus Religioſis curę noſtræ ſubiectis diſtrictè præcipimus, vt quemadmodum Chriſtiana charitate tenemur omnes Dei ſeruos, ac quorumcunque Ordinum Religioſos, potiſſimè Mendicantium quos aut Eccleſiaſtica vitæ cultura, aut ſanctioris vitæ profeſſio nobis æquales reddit) omni honore atque amore proſequi, omniaque eis hoſpitalitatis obſequia præſtare. Eadem ſollicitè in RR.Patres Societatis Ieſu benigna cum humanitate impendere conentur. Horum & perſonas ſingulas, & Societatem totam benigniſſimè, & religioſiſſimè colant, ac venerentur, & tam intus quam foris, vbi de eorum S.Inſtituto, modo viuendi, & regimine ſermo inciderit, adeò circumſpectè, & honorificè ſemper de eis loquantur, vt tota Chriſtiana Reſpublica noſtri in eos compenſiſſimi amoris teſtimonium reddere queat, & vt ipſi ea in nobis charitatis eximiæ officia beneuolentiæ viſcera experiantur, quæ viros Apoſtolicos decet, quorum quamuis non vna ſemper in ſentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, ac anima vna in Domino nunquam, vt deſit, oportet.*

De Illegitimis.

1 COntra illegitimos ex inceſtu, aut ſacrilegio natos, vt non poſſent ad Religioſum Clericalem habitum recipi, Apoſtolicam Conſtitutionem edidit Sixtus V. Summus Pontifex per omnia laudabilis an.Sal.1587. quam tamen non Clemens VIII. vt in Conſtitution. noſtris aſſeritur, ſed Gregorius XIV. an.1590. iuib. Martij ad terminos iuris reduxit, poſſeque pręfatos illegitimos in Religionibus recipi, nedum in Conuerſos, ſed etiam in Clericos indulſit, qui tamen optimę eſſent indolis, atq; Ordinibus profuturi, agnoſcerentur: Dummodo tamen filius viuente Patre in eadem Religione non admitteretur. De quibus omnibus. *Vide in Conſtitut.noſt.diſtin.1.capit.13. in declarat.tex.4.ſub litt.N.* Venetijs autem 1592. denunt. 2. denunciata fuit prędictę Sixti V. Conſtitutionis moderatio à Gregorio XIV. facta, hoc pacto. *Denunciamus emanaſſe Bullam à Sanctiſs. Dom. Noſt. fœlic. record. Gregorio XIV. datam Romæ ibid. Martij* 1590. *in qua moderamen poſuit Conſtitutioni Sixti V. contra illegitimos edita, & eam reducit ad terminos iuris, &c.* Subditurque ibidem. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua Pater, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo Patre viuente non admittatur, quod expreſsè prohibuit.* Vide hic num.5.

2 Vt illegitimi quicumque non reciperentur in Ordine noſtro, fuerat eodem modo pluribus annis antea ordinatum. Apud Claromontem 1339.ord.6 hoc pacto. *Item volumus, & ordinamus, quod nullus notoriè illegitimus recipiatur ad noſtrum Ordinem niſi de Prioris Prouincialis illius Prouinciæ licentia ſpeciali, quam non concedat niſi ex cauſa euidenti, & conditione perſonę, quę ad magnũ bonũ Ord. cedere videretur.*

Si

Digitized by Google

3 Si autem illegitimè natus ad Ordinem receptus fuerit, & diſpenſatum fuerit cum eodem quòd poſſit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor fiat Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec Prędicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. Quæ fuit inchoata Pariſijs 1343. approbata Apud Podium 1344. & in Conſtitut. redacta Apud Briuam 1346.* Nam annò 1445. non fuit celebratum Capitulum Generale. Et in eodem Capitulo Apud Podium 1344. cit. ſubditur declarat. 3. *Item declaramus hanc, quòd illegitimè natus non poteſt eſſe Supprior, nec Prioris Vicarius in aliquo Conuentu, Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. N. vbi dicitur idem fuiſſe ordinatum Perpiniani 1427. quod eſt falſum; nam an 1327. fuit celebratum Capitulum Perpiniani, in quo tamen nulla fit mentio de illegitimè natis.

4 Recipiendi ad Ordinem examinentur de legitima natiuitate, alias receptio eorundem, ſi illegitimi fuerint, nulla ſit. Nouarię 1465. ord. 7. *Item, vt à nobis paci, futureque tranquillitati noſtræ Religionis conſulatur, inhibemus ne quis Conuentuum, & Prouinciarum Prę ſidens aliquem illegitimè natum ad noſtrum Ordinem deinceps recipiat, cum plerumque tales eſſe ſoleant ſuis Fratribus inquieti. Volentes, vt ſecundùm laude dignam maiorum noſtrorum conſuetudinem Nouitij recipiendi, non ſolùm de moribus, & litteris, ſed etiam de legitima natiuitate diligentiùs examinentur: Quod ſi ſecus à pręſentium actorum publicatione tentatum, aut factum ab aliquo fuerit, pro non receptis habeantur.*

5 Magiſter Generalis, & Prouinciales cum Generali, vel Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, ſed non aliter, quos dignos iudicauerint, illegitimos ex inceſtu, aut ſacrilegio natos ad honores, & gradus, dignitateſque obtinendas diſpenſare poſſunt. Ita enim expreſsè habetur in præfata Gregorij XIV. Conſtitutione in Bullario appoſita §. 4. *Volumus quoque, ac ſtatuimus licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub nullis reuocationibus comprehenſa ſint, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcunque vt antea valere, & tenere perinde ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.* Quę Apoſtolica Conſtitutio acceptata fuit Venetijs 1592. denunc. 2. Hoc modo. *Vult quoque, ac ſtatuit* (ſcilicet Gregorius XIV. in ſua Conſtit. Apoſtol. edita Romæ idibus Martij 1590.) *licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub vllis reuocationibus comprehenſa (vt pręfertur) in hac parte reualidauit cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, vt antea valere, & tenere perinde, ac ſi ſupradictæ Sixti V. Conſtitutiones non emanaſſent. Irritum, & inane decernens quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Idcirco omnes Prouinciarum, & Conuentuum Præſidentes curent diligenter, ea quæ in Bulla continentur prouidè conſiderare, ne quicquam à ſe, vel à ſuis ſubditis incautè prætereatur, ſed omnino ſingula executioni mandentur.* In Conſt. autē noſt. diſt. 2. cap. 13. in declarat. textus 4. ſub lit. N. de hac cōſtitutione Apoſtolica fit mentio, tamen ſiletur huiuſmodi diſpenſationes cum talibus illegitimis dandas eſſe à Magiſtro Ordinis, vel Prouincialibus in Capitulis Generalibus, ſeu Prouincialibus, vel Intermedijs, & non aliter, atque ibidem fit ſermo generaliter de omnibus illegitimis, Conſtitutio autem Sixti V. citata loquitur tantùm de illegitimis ex inceſtu, ſeu ſacrilegio natis. Ita enim habetur in eiuſdem Pontificis Apoſtolica Conſtitutione LXXI. data apud S. Petrum an. Dom. 1587. 6. Kal. Decemb. Pontificat. ſui III. §. 2. *Hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio quorum ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit, etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hoſpitalium Religionem, neque ad habitum nec profeſſionem regulares recipi, vel admitti quoquo modo poſſint. Quòd ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem pręſentis Conſtitutionis in futurum receperit, vel profeſſionem poſt hac emiſerit, decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſſionem ex nunc prout ex tunc irritam, nullam, & inualidam,*

nul-

Digitized by Google

Conſt.noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Pariſijs 1246. *confirmata in Monte peſſulano* 1247. *& in Conſt.redacta Treueris* 1248.

17 Obſeruent itinerantes ieiunia, quę communiter in illa Ciuitate, vel loco, in quo reperiuntur, obſeruantur. Budę 1254. ordin.8. *Item Prouinciales cum Diffinitoribus prouideant quod Fratres itinerantes in ſuis Prouincijs obſeruent ieiunia, quę communiter in patria obſeruantur.*

18 A Paſcha vſque ad feſtum S.Crucis reficiantur bis Fratres, exceptis diebus Rogationum, & ſextis ferijs, & vigilia Pentecoſtes, & ieiunijs quatuor temporum, & vigilia S. Io: Baptiſtę, Petri, & Pauli, Iacobi, & Dominici P.N. Laurentij, Aſſumptionis S.Marię, Bartholomęi, ac Natiuitatis B. V. *Ex Conſt.noſt. diſt.*1. *cap.*4.*tex.*1. *Quę fuit facta in pluribus, & diuerſis Capitulis.*

De PP. Ieſuitis.

1 TEnemur Societatis Ieſu Patrēs ſincero animi affectu proſequi. Qui verò eos verbo, vel facto aliquo modo offendere auſus fuerit, grauiter puniatur; & Pręſidentes, qui in hoc inuenti fuerint negligentes, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur. Valentię 1596. admonit. 4. *Admonemus omnes Fratres Ordinis noſtri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno, ſinceroque affectu proſequi velint Religioſos omnes cum quibus ad eundem finem tendere debemus; ſpecialiter verò eos, qui inter reliquos non ſegniter laborant pro Fide Catholica tuenda, et ſalute animarum procuranda, Patres ſcilicet Societatis Ieſu, quos plurimum inter cæteros illis commendamus, optantes, vt operibus, internę affectioni, & charitati teſtimonium reddant, eiſdem vbi poterunt inſeruiendo, nullo verò pacto verbo, vel facto offendendo: talis ſiquidem offenſæ ſi (quod abſit) occurrerit, ſeueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam ſumi, grauiter puniendo offendentes. Quod ſi non egerint, & Reuerendiſs. P. Generalis id reſciuerit, delinquentem puniet, ſimul atque ipſos à ſuo officio abſoluet.*

2 Hoſpitalitatis etiam obſequia ipſis pręſtare debemus, atque de illis, eorumque inſtituto, ac regimine honorificè loqui. Romę in Cap.Generaliſs.1644.ord.21. *Ordinamus, ac omnibus Religioſis curę noſtræ ſubiectis diſtrictè præcipimus, vt quemadmodum Chriſtiana charitate tenemur omnes Dei ſeruos, ac quorumcunque Ordinum Religioſos, potiſſimè Mendicantium quos aut Eccleſiaſtica vitæ cultura, aut ſanctioris vitæ profeſſio nobis æquales reddit) omni honore atque amore proſequi, omniaque eis hoſpitalitatis obſequia præſtare. Eadem ſollicitè in RR.Patres Societatis Ieſu benigna cum humanitate impendere conentur. Horum & perſonas ſingulas, & Societatem totam benigniſſimè, & religioſiſſimè colant, ac venerentur, & tam intus quam foris, vbi de eorum S.Inſtituto, modo viuendi, & regimine ſermo inciderit, adeò circumſpectè, & honorificè ſemper de eis loquantur, vt tota Chriſtiana Reſpublica noſtri in eos compenſiſſimi amoris teſtimonium reddere queat, & vt ipſi ea in nobis charitatis eximiæ officia beneuolentiæ viſcera experiantur, quæ viros Apoſtolicos decet, quorum quamuis non vna ſemper in ſentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, ac anima vna in Domino nunquam, vt deſit, oportet.*

De Illegitimis.

1 COntra illegitimos ex inceſto, aut ſacrilegio natos, vt non poſſent ad Religioſum Clericalem habitum recipi, Apoſtolicam Conſtitutionem edidit Sixtus V. Summus Pontifex per omnia laudabilis an.Sal.1587. quam tamen non Clemens VIII. vt in Conſtitution. noſtris aſſeritur, ſed Gregorius XIV. an.1590. idib. Martij ad terminos iuris reduxit, poſſeque pręfatos illegitimos in Religionibus recipi, nedum in Conuerſos, ſed etiam in Clericos indulſit, qui tamen optimę eſſent indolis, atq; Ordinibus profuturi, agnoſcerentur: Dummodo tamen filius viuente Patre in eadem Religione non admitteretur. De quibus omnibus. *Vide in Conſtitut.noſt.diſtin.*1.*capit.*13. *in declarat.tex.*4.*ſub litt.N.* Venetijs autem 1592. denunt. 2. denunciata fuit prędictę Sixti V. Conſtitutionis moderatio à Gregorio XIV. facta, hoc pacto. *Denunciamus emanaſſe Bullam à Sanctiſs. Dom. Noſt. fœlic. record. Gregorio XIV. datam Romæ ibid. Martij* 1590. *in qua moderamen poſuit Conſtitutioni Sixti V. contra illegitimos editæ, & eam reducit ad terminos iuris, &c.* Subditurque ibidem. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua Pater, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo Patre viuente non admittatur, quod expreſsè prohibuit.* Vide hic num. 5.

2 Vt illegitimi quicumque non reciperentur in Ordine noſtro, fuerat eodem modo pluribus annis antea ordinatum. Apud Claromontem 1339.ord.6 hoc pacto. *Item volumus, & ordinamus, quod nullus notoriè illegitimus recipiatur ad noſtrum Ordinem niſi de Prioris Prouincialis illius Prouinciæ licentia ſpeciali, quam non concedat niſi ex cauſa euidenti, & conditione perſonę, quę ad magnũ bonũ Ord. cedere videretur.*

Si

3 Si autem illegitimè natus ad Ordinem receptus fuerit, & diſpenſatum fuerit cum eodem quòd poſſit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor fiat Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec Prędicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. Quæ fuit inchoata Pariſijs* 1343. *approbata Apud Podium* 1344. *& in Conſtitut. redacta Apud Briuam* 1346. Nam anno 1445. non fuit celebratum Capitulum Generale, Et in eodem Capitulo Apud Podium 1344. cit. ſubditur declarat. 3. *Item declaramus hanc, quòd illegitimè natus non poteſt eſſe Supprior, nec Prioris Vicarius in aliquo Conuentu, Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. N. vbi dicitur idem fuiſſe ordinatum Perpiniani 1427. quod eſt falſum; nam an 1327. fuit celebratum Capitulum Perpiniani, in quo tamen nulla fit mentio de illegitimè natis.

4 Recipiendi ad Ordinem examinentur de legitima natiuitate, alias receptio eorundem, ſi illegitimi fuerint, nulla ſit. Nouarię 1465. ord. 7. *Item, vt à nobis paci, futureque tranquillitati noſtræ, Religionis conſulatur, inhibemus ne quis Conuentuum, & Prouinciarum Pręſidens aliquem illegitimè natum ad noſtrum Ordinem deinceps recipiat, cum plerumque tales eſſe ſoleant ſuis Fratribus inquieti. Volentes, vt ſecundùm laude dignam maiorum noſtrorum conſuetudinem Nouitij recipiendi, non ſolùm de moribus, & litteris, ſed etiam de legitima natiuitate diligentiùs examinentur: Quod ſi ſecus à pręſentium actorum publicatione tentatum, aut factum ab aliquo fuerit, pro non receptis habeantur.*

5 Magiſter Generalis, & Prouinciales cum Generali, vel Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, ſed non aliter, quos dignos iudicauerint, illegitimos ex inceſtu, aut ſacrilegio natos ad honores, & gradus, dignitateſque obtinendas diſpenſare poſſunt. Ita enim expreſsè habetur in præfata Gregorij XIV. Conſtitutione in Bullario appoſita §. 4. *Volumus quoque, ac ſtatuimus licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub nullis reuocationibus comprehenſa ſint, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcunque vt antea valere, & tenere perinde ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.* Quę Apoſtolica Conſtitutio acceptata fuit Venetijs 1592. denunc. 2. Hoc modo. *Vult quoque, ac ſtatuit* (ſcilicet Gregorius XIV. in ſua Conſtit. Apoſtol. edita Romæ idibus Martij 1590.) *licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub vllis reuocationibus comprehenſa (vt pręfertur) in hac parte reualidauit cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, vt antea valere, & tenere perindè, ac ſi ſupradictæ Sixti V. Conſtitutiones non emanaſſent. Irritum, & inane decernens quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Idcirco omnes Prouinciarum, & Conuentuum Præſidentes curent diligenter, ea quæ in Bulla continentur prouidè conſiderare, ne quicquam à ſe, vel à ſuis ſubditis incautè prætereatur, ſed omnino ſingula executioni mandentur.* In Conſt. autē noſt. diſt. 2. cap. 13. in declarat. textus 4. ſub lit. N. de hac cōſtitutione Apoſtolica fit mentio, tamen ſiletur huiuſmodi diſpenſationes cum talibus illegitimis dandas eſſe à Magiſtro Ordinis, vel Prouincialibus in Capitulis Generalibus, ſeu Prouincialibus, vel Intermedijs, & non aliter, atque ibidem fit ſermo generaliter de omnibus illegitimis, Conſtitutio autem Sixti V. citata loquitur tantùm de illegitimis ex inceſtu, ſeu ſacrilegio natis. Ita enim habetur in eiuſdem Pontificis Apoſtolica Conſtitutione LXXI. data apud S. Petrum an. Dom. 1587. 6. Kal. Decemb. Pontificat. ſui III. §. 2. *Hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio quorum ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit, etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hoſpitalium Religionem, neque ad habitum nec profeſſionem regulares recipi, vel admitti quoquo modo poſſint. Quòd ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem pręſentis Conſtitutionis in futurum receperit, vel profeſſionem poſt hac emiſerit, decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſſionem ex nunc prout ex tunc irritam, nullam, & inualidam,* nul-

Digitized by Google

8 Fratres Minores charitatiuè, ſicut, & noſtri, recipiantur, & ſecundùm facultatem, domus piè, & honeſtè procurentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 5. Vide ibid. in declarat. ſub litt. H.* Bononiæ autem 1244. ord. 12. permittur, vt recipiantur etiam in communi noſtro dormitorio cum alijs Fratribus. *Item nullus recipiatur in dormitorijs Fratrum, exceptis Fratribus Minoribus ad iacendum.*

Si ſeculares hoſpitij gratia recipiantur, non permaneant in noſtris conuentibus niſi duobus, vel tribus diebus. In dormitorijs autem Fratrum non quieſcant. Venetijs 1592. ord. 23. *Ordinamus quòd nullus laicus in poſterum in conuentibus ad commorandum recipiatur, ſed tantùm hoſpitij gratia, pietate, gratitudine, vel neceſſitate id ſuadente ad biduum, vel triduum ad ſummum, non vltra: Quando, & tales hoſpites neutiquam in dormitorijs Fratrum, ſed in locis remotioribus Conuentus collocabuntur, charitatiuè, & religioſa cum modeſtia tractandi.*

9 Priores atque Magiſtri hoſpites in paruis conuentibus debent eorundem Vicarios præcedere, Prioreſque fidelium dicere. Barcinonę 1574. decl. 15. *Item declaramus quòd Vicarij locorum in domibus ſuis de cætero ſubditos ſuos præcedant, habeantque ſuperiorem locum, prçterquàm ſuper Magiſtros. Quòd ſi accidat Priorem conuentualem aduenire ad ſuam domum, Priores præcedant huiuſmodi Vicarios, dicantque fidelium, etiam præſente Vicario.* Quod fuit confirmatum Romę 1589. conf. 9.

10 Prouinciales extra ſuas Prouincias exiſtentes, coram Prioribus locum teneant, atque in Refectorio nolç locum habeant, illam tamen non pulſabunt. Ianuę 1513. decl. 2. & Romę 1589. decl. 1. ſic dicitur. *Declaramus quòd Priores Prouinciales extra ſuam Prouinciam locum ſupra Priores Conuentuum, in quibus reperiuntur, habere debent, etiam in Refectorio, vbi ad locum nolæ ſedere debent, iuxta declarat. Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 13. de itinerant. cui declarationi, tanquam poſtremò factæ ſtandum eſt: non obſtante alia declaratione, quæ in contrarium facere videtur diſt. 2. cap. 3. de Electione Prouincialis: pulſare tamen nolam pertinebit ad Priorem conuentualem, vel ad Suppriorem, etiam præſente Prouinciali alterius Prouinciæ, cui nihilominus dandus eſt locus ipſius nolæ, cum non ſit locus iudicij, ſed dignitatis: aliud eſt enim tenere locum nolæ, aliud pulſare ad ipſam nolam.*

11 Ab aduenientibus hoſpitibus Conuentuum Pręſidentes litteras teſtimoniales ſui itineris requirant, quas oſtendere ipſi tenentur. Treueris 1289. ord. 8. *Item iniungimus Prioribus, & eorum Vicarijs, quòd Conſtitutio de non equitando, niſi in caſu neceſſario ab ipſis, & ſubditis arctius obſeruetur, & litteras teſtimoniales ab hoſpitibus, qui ad ipſos declinant, inquirere non omittant, & ipſi eiſdem oſtendere teneantur.* Pariſijs autem 1269. ord. 3. ita mandantur. *Item Fratres itinerantes litteras teſtimoniales ſecum ferant, quas Priores, vel eorum Vicarij requirant, niſi in die ſui aduentus obtulerint eas ipſis.*

12 Eaſdem etiam legant. *Vide de Itinerantibus num. 5.*

13 Acriter puniantur hoſpites ad loca, vbi Conuentus habemus, declinantes, ſi in diuerſorijs, vel domibus ſecularium permaneant, & non ad noſtros tranſeant. Maſſiliæ 1300. ord. 3. *Item mandamus omnibus Fratribus, vt tranſeundo per Ciuitates, & loca, vbi Conuentum habemus, declinent ad domos noſtras, nec hoſpitentur, nec comedant in domibus ſecularium, cum ex forma Conſtitutionum noſtrarum adhoc teneantur: ſi qui autem inuenti fuerint feciſſe contrarium, per Priores dictorum Conuentuum acriter puniantur.*

De Ieiunio.

1 A Feſto S. Crucis vſque ad Paſcha continuum tenebimus ieiunium, & Nona dicta comedemus, exceptis Dominicis diebus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. tex. 1. quæ fuit facta in primo Cap. Generali ſub B. Patre Noſtro Bononiæ 1220.*

2 In dicto ieiunio non poſſunt Præſidentes Conuentuum quotidie, & cum omnibus diſpenſare: bene tamen aliquando, & cum aliquibus ex cauſa rationabili. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. in declarat. ſub litt. A* vbi aſſeritur ita fuiſſe ſancitum Metis 1251. Quid autem in dicto Capitulo fuerit ordinatum, extat in ſequenti num. 3. In Cap. autem Florentino 1321. ibidem adducto ita habetur ord. 6. *Item ad reformationem ieiunij à feſto S. Crucis, vſque ad feſtum Paſchæ quod per inordinatas diſpenſationes notabiliter diſſipatur; volumus & ordinamus quod Priores, & eorum Vicarij non diſpenſent, nec diſpenſare poſſint vltra quàm ſemel, vel bis in ſeptimana ad plus in eadem hebdomada cum eodem, niſi cum notabiliter debilibus, vel infirmis, exceptis actu legentibus, & continuantibus Lectiones, & Iuuenibus non Sacerdotibus, cum quibus Prior poſſit diſpenſare ordinatè ſecundùm morem in Prouincia conſuetum, exceptis communibus recreationibus ſine carnibus; quæ ſolent fieri in quibuſdam Prouincijs ante quadrageſimam, & Aduentum. Quicumque autem aliter de facto diſpenſare præſumpſerit, ſi ſit Prior vel Supprior, ab officio in pœnam abſoluatur: Vi-*

carij

carij verò priuentur, vt non poſſint præeſſe per annum.

3 Qui duplici refectione indigent, in ſecunda menſa comedant. Ita in citato Cap. Metis 1251. ord. 3. *Priores non ſint faciles ad diſpenſandum in ieiunijs Ordinis, & dum ipſe Prior præſens in domo extiterit, ſuper eis poteſtatem non conferat diſpenſandi. Sanè ſi aliqui propter iuuentutem, vel debilitatem duplici refectione indigent, illis manè obtenta licentia, in ſecunda menſa comedant, propter diſſolutionem nocturnum, quæ ob cœnas ſerotinas conſueuit contingere, euitandas.*

5 Ieiunia Vigiliarum, & quatuor Temporum ſtrictiſſime obſeruentur, & dentur fructus in ſerò. Mediolani 1505. ord. 3. *In ieiunijs quatuor temporum, & in ieiunijs de præcepto, & ſextis ferijs per totum annum ſtrictiſſimum ſeruetur ieiunium, ita quòd extra prandium, nec panis, nec aliquis cibus alicui detur, niſi fructus in ſerò propter potum, &c.* Subditurque ibidem de Ieiunijs Ordinis. *In præfatis diebus* (ſcilicet fer. 2. & 4.) *in ieiunio S. Crucis non detur in ſerò alius cibus, quam panis, exceptis itinerantibus, ne videamur tale ieiunium noſtrarum Conſtitutionum, ſecundùm quas viuere tenemur, contemnere.*

5 Sextæ feriæ ieiunium ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur. Venetijs 1592. ord. 3. *Ordinamus, vt ſextæ ferię ieiunium, quod tanti fit in Conſtitutionibus noſtris, inuiolabiliter vbique ſeruetur; & abuſus omnes circa ipſum introducti Superiorum zelo, & cura omnino tollantur.*

6 Qui ſextæ feriæ, vel Vigiliarum, &c. ieiunium violauerint vel carnes in fer. 2. vel 4. comederint, pœnæ grauis culpæ ſubiacebunt. Apud Nurimberg. 1405. ord. 9. *Vide de Graui culpa num. 3.*

7 In ſextis ferijs quadrageſimali vtimur cibo. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. tex. 1. quæ fuit facta in primo Cap. Ordinis ſub B. Patre Dominico Bononiæ* 1220.

8 Cum aliquibus tamen poteſt propter laborem in eiſdem 6. ferijs (& ſi præcipuum feſtum fuerit, cum toto Conuentu) diſpenſari, vt ouis, & lacticinijs vtantur. *Ex Conſtit. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Pariſijs* 1269. *Confirmata Mediolani* 1270. *& in Conſt. redacta apud Montem peſſulanum* 1271. Pro præcipuo autem feſto intelliguntur feſta duplicia & ſupra. De quo vide ibid. ſub litt. C. Vbi ſubditur. Non poſſe Superiores in Aduentu diſpenſare in ouis & lacticinijs, &c.

9 Ex ſola cauſa infirmitatis eſt diſpenſandum cum Fratribus in ieiunio ſextæ feriæ. Mediolani 1340. ord. 2. *Cum in omnibus ſextis ferijs ieiunare debeamus indiſpenſabiliter, imponimus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus vniuerſis, vt dictum ieiunium ſextę ferię faciant ab omnibus & diligenter obſeruari, nec in hoc (niſi ex ſola cauſa infirmitatis) cum aliquo diſpenſetur. Priores autem Prouinciales puniant Præſidentes quoslibet, quos inuenerint irrationabiliter diſpenſaſſe.*

10 Non poſſunt Prælati diſpenſare cum toto Conuentu in ieiunio ſextæ ferię. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. in decl. tex. 2. ſub litt. D.* vbi adducitur pro hac re Cap. Florentinum 1321. in quo de eadem nulla fit ſpecialis mentio, vt videre eſt hic num. 2. Adducitur etiam ibidem Capitulum Mediolanenſe 1255. in quo pariter nulla ſpecialis de hac re mentio habetur, ſed tantum de ieiunijs in communi. Ita enim dicitur ord. 11. *Item diſpenſatio in ieiunijs non fiat cum toto Conuentu.* Ex quo fit, vt nullo die, quo ſecundùm Conſtitutiones noſtras ieiunare tenemur, poſſint Superiores diſpenſare cum toto Conuentu. Vnde Prælati, qui ſunt faciles ad diſpenſandum cum toto Conuentu regulariter in ieiunijs S. Crucis, vel in ſextis ferijs, vel duobus diebus ante Cineres, cum abutantur poteſtate ſibi tradita, debent grauiter puniri, & à ſuis officijs abſolui. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub eadem litt. D.*

11 Superiores non ſe præbeant difficiles in diſpenſando cum Fratribus indigentibus in vigilia S. Patris Dominici. Pariſijs 1286. ord. 17. *Declaramus quod Conſtitutio de ieiunio in vigilia B. Dominici, de vigilia præcipui feſti, & de ieiunijs Ordinis ſit intelligenda, & ob hoc Priores, ſeu eorum Vicarij non exhibeant ſe difficiles ad diſpenſandum cum Fratribus debilibus, vel alijs indigentibus cum in Sabbatho fuerit ieiunanda.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B.

12 Feria ſexta in Paraſceue per totam diem in pane, & aqua debemus abſtinere. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Pariſijs* 1256. *confirmata Florentiæ* 1257. *& in Conſt. redacta Toloſæ* 1258.

13 Eadem die non diſpenſetur cum ſanis, vt vinum bibant. Bononię 1242. ord. 9. *Item* (ſcilicet ordinamus) *ne aliqua fiat diſpenſatio ſanis in vino tota die Paraſceues.*

14 Feria 2. & 3. poſt Quinquageſimam, tam intus, quam extra quadrageſimali vtimur cibo, & ieiunamus. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Coloniæ* 1245. *confirmata Pariſijs* 1246. *& in Conſt. redacta in Monte peſſulano* 1247.

15 Tenentur Conuentuum Pręſidentes ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs diebus ieiunij ſufficienter de ferculis, ac pietantijs prouidere, vt Fratres poſſint commodè ieiunare. Mediolani 1505. ord. 3. *Vide de Abſolutione Priorum Conuent. num. 91.*

16 Itinerantes bis refici poſſunt, niſi in Aduentu, & vigilijs Natiuitatis, & Purificationis B. V. & ieiunijs principalibus ab Eccleſia inſtitutis, & ſextis ferijs intus & extra. *Ex Conſt.*

Digitized by Google

Conſt.noſt. loco ſupr ad. quæ fuit inchoata Pariſijs 1246. confirmata in Monte peſſulano 1247. & in Conſt.redacta Treueris 1248.

17 Obſeruent itinerantes Ieiunia, quę communiter in illa Ciuitate, vel loco, in quo reperiuntur, obſeruantur. Budę 1254. ordin.8. *Item Prouinciales cum Diffinitoribus prouideant quod Fratres itinerantes in ſuis Prouincijs obſeruent ieiunia, quę communiter in patria obſeruantur.*

18 A Paſcha vſque ad feſtum S.Crucis reficiantur bis Fratres, exceptis diebus Rogationum, & ſextis ferijs, & vigilia Pentecoſtes, & ieiunijs quatuor temporum, & vigilia S. Io: Baptiſtę, Petri, & Pauli, Iacobi, & Dominici P.N. Laurentij, Aſſumptionis S.Marię, Bartholomęi, ac Natiuitatis B. V. *Ex Conſt.noſt. diſt.1. cap.4.tex.1. Quę fuit facta in pluribus, & diuerſis Capitulis.*

De PP. Ieſuitis.

1 TEnemur Societatis Ieſu Patrēs ſincero animi affectu proſequi. Qui verò eos verbo, vel facto aliquo modo offendere auſus fuerit, grauiter puniatur; & Pręſidentes, qui in hoc inuenti fuerint negligentes, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur. Valentię 1596. admonit. 4. *Admonemus omnes Fratres Ordinis noſtri, pariterque in Domino hortamur, vt fraterno, ſinceroque affectu proſequi velint Religioſos omnes cum quibus ad eundem finem tendere debemus; ſpecialiter verò eos, qui inter reliquos non ſegniter laborant pro Fide Catholica tuenda, et ſalute animarum procuranda, Patres ſcilicet Societatis Ieſu, quos plurimum inter cæteros illis commendamus, optantes, vt operibus, internę affectioni, & charitati teſtimonium reddant, eiſdem vbi poterunt inſeruiendo, nullo verò pacto verbo, vel facto offendendo: talis ſiquidem offenſæ ſi (quod abſit) occurrerit, ſeueram mandamus à Prioribus, & Prouincialibus vindictam ſumi, grauiter puniendo offendentes. Quod ſi non egerint, & Reuerendiſs. P. Generalis id reſciuerit, delinquentem puniet, ſimul atque ipſos à ſuo officio abſoluet.*

2 Hoſpitalitatis etiam obſequia ipſis pręſtare debemus, atque de illis, eorumque inſtituto, ac regimine honorificè loqui. Romę in Cap.Generaliſs.1644.ord.21. *Ordinamus, ac omnibus Religioſis curę noſtræ ſubiectis diſtrictè præcipimus, vt quemadmodum Chriſtiana charitate tenemur omnes Dei ſeruos, ac quorumcunque Ordinum Religioſos, potiſſimè Mendicantium quos aut Eccleſiaſtica vitæ cultura, aut ſanctioris vitæ profeſſio nobis æquales reddit) omni honore atque amore proſequi, omniaque eis hoſpitalitatis obſequia præſtare. Eadem ſollicitè in RR.Patres Societatis Ieſu benigna cum humanitate inſpendere conentur. Horum & perſonas ſingulas, & Societatem totam benigniſſimè, & religioſiſſimè colant, ac venerentur, & tam intus quam foris, vbi de eorum S.Inſtituto, modo viuendi, & regimine ſermo inciderit, adeò circumſpectè, & honorificè ſemper de eis loquantur, vt tota Chriſtiana Reſpublica noſtri in eos compenſiſſimi amoris teſtimonium reddere queat, & vt ipſi ea in nobis charitatis eximiæ officia beneuolentiæ viſcera experiantur, quæ viros Apoſtolicos decet, quorum quamuis non vna ſemper in ſentiendo mens, voluntas tamen, & cor vnum, ac anima vna in Domino nunquam, vt deſit, oportet.*

De Illegitimis.

1 COntra illegitimos ex inceſto, aut ſacrilegio natos, vt non poſſent ad Religioſum Clericalem habitum recipi, Apoſtolicam Conſtitutionem edidit Sixtus V. Summus Pontifex per omnia laudabilis an.Sal.1587. quam tamen non Clemens VIII. vt in Conſtitution. noſtris aſſeritur, ſed Gregorius XIV. an.1590. idib. Martij ad terminos iuris reduxit, poſſeque pręfatos illegitimos in Religionibus recipi, nedum in Conuerſos, ſed etiam in Clericos indulſit, qui tamen optimę eſſent indolis, atq; Ordinibus profuturi, agnoſcerentur: Dummodo tamen filius viuente Patre in eadem Religione non admitteretur. De quibus omnibus. *Vide in Conſtitut.noſt.diſtin.1.capit.13. in declarat.tex.4.ſub lit.N.* Venetijs autem 1592. denunt. 2. denunciata fuit prędictę Sixti V. Conſtitutionis moderatio à Gregorio XIV. facta, hoc pacto. *Denunciamus emanaſſe Bullam à Sanctiſs. Dom. Noſt. fælic. record. Gregorio XIV. datam Romæ ibid. Martij* 1590. *in qua moderamen poſuit Conſtitutioni Sixti V. contra illegitimos edita, & eam reduxit ad terminos iuris, &c.* Subditurque ibidem. *Dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua Pater, ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem dicti filij profeſſus fuerit, ipſo Patre viuente non admittatur, quod expreſſè prohibuit.* Vide hic num.5.

2 Vt illegitimi quicumque non reciperentur in Ordine noſtro, fuerat eodem modo pluribus annis antea ordinatum. Apud Claromontem 1339.ord.6 hoc pacto. *Item volumus, & ordinamus, quod nullus notoriè illegitimus recipiatur ad noſtrum Ordinem niſi de Prioris Prouincialis illius Prouinciæ licentia ſpeciali, quam non concedat niſi ex cauſa euidenti, & conditione perſonę, quę ad magnū bonū Ord. cedere videretur.*

Si

3 Si autem illegitimè natus ad Ordinem receptus fuerit, & diſpenſatum fuerit cum eodem quòd poſſit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor fiat Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec Prędicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. Quæ fuit inchoata Pariſijs 1343. approbata Apud Podium 1344. & in Conſtitut. redacta Apud Briuam 1346.* Nam anno 1445. non fuit celebratum Capitulum Generale, Et in eodem Capitulo Apud Podium 1344. cit. ſubditur declarat. 3. *Item declaramus hanc, quòd illegitimè natus non poteſt eſſe Supprior, nec Prioris Vicarius in aliquo Conuentu, Priore illius Conuentus mortuo, vel amoto, niſi cum eo fuerit diſpenſatum.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. N. vbi dicitur idem fuiſſe ordinatum Perpiniani 1427. quod eſt falſum; nam an 1327. fuit celebratum Capitulum Perpiniani, in quo tamen nulla fit mentio de illegitimè natis.

4 Recipiendi ad Ordinem examinentur de legitima natiuitate, aliàs receptio eorundem, ſi illegitimi fuerint, nulla ſit. Nouarię 1465. ord. 7. *Item, vt à nobis paci, futureque tranquillitati noſtræ Religionis conſulatur, inhibemus ne quis Conuentuum, & Prouinciarum Prę ſidens aliquem illegitimè natum ad noſtrum Ordinem deinceps recipiat, cum plerumque tales eſſe ſoleant ſuis Fratribus inquieti. Volentes, vt ſecundùm laude dignam maiorum noſtrorum conſuetudinem Nouitij recipiendi, non ſolùm de moribus, & litteris, ſed etiam de legitima natiuitate diligentiùs examinentur: Quod ſi ſecus à pręſentium actorum publicatione tentatum, aut factum ab aliquo fuerit, pro non receptis habeantur.*

5 Magiſter Generalis, & Prouinciales cum Generali, vel Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, ſed non aliter, quos dignos iudicauerint, illegitimos ex inceſtu, aut ſacrilegio natos ad honores, & gradus, dignitateſque obtinendas diſpenſare poſſunt. Ita enim expreſsè habetur in præfata Gregorij XIV. Conſtitutione in Bullario apposita §. 4. *Volumus quoque, ac ſtatuimus licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta nec aliàs ſub nullis reuocationibus comprehenſa ſint, vt præfertur, in hac parte reualidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcunque vt antea valere, & tenere perinde ac ſi ſupradictæ conſtitutiones non emanaſſent.* Quę Apoſtolica Conſtitutio acceptata fuit Venetijs 1592. denunc. 2. Hoc modo. *Vult quoque, ac ſtatuit* (ſcilicet Gregorius XIV. in ſua Conſtit. Apoſtol. edita Romæ idibus Martij 1590.) *licere Generali, aut Prouinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat, iuxta tenorem priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo vſu recepta, nec aliàs ſub vllis reuocationibus comprehenſa (vt pręfertur) in hac parte reualidauit cum illegitimis, quos aliàs dictus Generalis, aut Prouincialis, cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, ſuffragantibus meritis dignos iudicauerint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes huiuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, vt antea valere, & tenere perinde, ac ſi ſupradictæ Sixti V. Conſtitutiones non emanaſſent. Irritum, & inane decernens quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, aut ignoranter contigerit attentari. Idcirco omnes Prouinciarum, & Conuentuum Præſidentes curent diligenter, ea quæ in Bulla continentur prouidè conſiderare, ne quicquam à ſe, vel à ſuis ſubditis incautè prætereatur, ſed omnino ſingula executioni mandentur.* In Conſt. autē noſt. diſt. 2. cap. 13. in declarat. textus 4. ſub lit. N. de hac cōſtitutione Apoſtolica fit mentio, tamen ſiletur huiuſmodi diſpenſationes cum talibus illegitimis dandas eſſe à Magiſtro Ordinis, vel Prouincialibus in Capitulis Generalibus, ſeu Prouincialibus, vel Intermedijs, & non aliter, atque ibidem fit ſermo generaliter de omnibus illegitimis, Conſtitutio autem Sixti V. citata loquitur tantùm de illegitimis ex inceſtu, ſeu ſacrilegio natis. Ita enim habetur in eiuſdem Pontificis Apoſtolica Conſtitutione LXXI. data apud S. Petrum an. Dom. 1587. 6. Kal. Decemb. Pontificat. ſui III. §. 2. *Hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne illegitimi procreati ex inceſtu, aut ex ſacrilegio quorum ſcilicet parentes conſanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerint, vel quorum alteruter parens caſtitatem Deo vouerit, etiam Apoſtolica, Imperiali, vel Regia, aut quauis alia auctoritate legitimati, aut natalibus reſtituti, ad aliquam quorumcumque Ordinum Mendicantium, & non mendicantium, Fratrum, Monachorum, Eremitarum, vel Canonicorum, aut Clericorum regularium, Congregationum, aut Hoſpitalium Religionem, neque ad habitum nec profeſſionem regulares recipi, vel admitti quoquo modo poſſint. Quòd ſi eorum quiſpiam habitum poſt publicationem pręſentis Conſtitutionis in futurum receperit, vel profeſſionem poſt hac emiſerit, decernimus habitus ſuſceptionem, & profeſſionem ex nunc prout ex tunc irritam, nullam, & inualidam,*

nul-

nulliuſque roboris, vel momenti fore, ac nullum exinde, aut ex huiuſmodi voto penitùs annullato obligationis vinculum oriri poſſe, &c. Subditurque ibid. *Sed ne iis, qui in humilitatis Spiritu Deo, & Religioni ſeruire, & pœnitentiam agere intra Monaſteria, vel domos regulares cupiunt, ad ſanctum huiuſmodi propoſitum via penitùs præcludatur, permittimus, vt præfati illegitimi ex dictis inceſtu, aut ſacrilegio geniti, ad habitum Conuerſorum, ſeu famulorum in Monaſterijs, vel domibus regularibus ſeruientium recipiantur, &c.* Reliqua ad hoc ſpectantia vide in Bullario Sum. Pont. loco ſuprad.

De Inchoationibus.

1 QVando in Capitulis Generalibus aliquid ſtatuitur per modum ſimplicis Inchoationis, ad id non tenentur Fratres obſeruandum. Ita fuit declaratum Romę 1583. decl. 1. *Declaramus inchoationes non obligare antequam ordinentur, vel confirmentur: & in feſtiuitatum inchoationibus non intermittatur officium B. V. in feſtis dublicibus, & ſupra.*

2 Si autem Inchoationes fiant per modum ordinationis, tunc obligant ſtatim. Romæ 1508. Inchoat. 1. *Inchoamus hanc, quòd inchoationes, quæ fiunt in Capitulis General. non mandentur exequutioni vſque quo approbatæ fuerint per alia duo Capitula, & factæ ſint Conſtitutiones, niſi fortè eadem inchoatio fiat per modum ordinationis.* Quod fuit approbatum Ianuæ 1513. & in Conſtitutionem redactum Neapoli 1515. prout habetur in Prologo earundem tex. 8.

De Inclinationibus.

TRes ſunt inclinationum differentiæ. Prima enim dicitur Inclinatio profunda, ſecunda dicitur, vſque ad genua, tertia autem dicitur inclinatio capitis. *De quibus vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 2. atque in decl. tex. 1. & 2.* Ibi enim quando, & quomodo præfatæ inclinationes, ſeu proſtrationes, vel genuflexiones fieri debeant declaratur: de quibus omnibus nullum aliu m habemus hic ſermonem, cum hæc ad rubricas potiùs ſpectent, quàm ad aſſumptum hoc opus.

De Incorrigibilibus.

1 INcorrigilis dicitur ille, qui nec culpas timet admittere, & pœnas recuſat ferre, vel ex earum ſæpius repetita inflictione, iudicio diſcretorum cognoſcitur non proficere. Talis de conſilio diſcretorum carcerali cuſtodiæ mancipetur, & ibidem ſecundùm exigentiam culparum iuxta diſcretionem Prælati ieiunijs, & abſtinentijs puniatur, vel ſecundùm Regulam S. P. Auguſtini, ſi magis expediens iudicatur per Magiſtrum Ordinis, vel Capit. Generale exutus habitu Ordinis, de Ordine noſtro expellatur. Quod tamen maturè fiat, ita vt appareant geſta cum toto proceſſu, & ſententia in ſcriptis, & cum debitis ſubſcriptionibus, & ſigillis; & hoc ſi talis ſit ſani capitis, & integri ſenſus vſque ad illam horam extitiſſe cognoſcitur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 19. tex. 1.* Vide ibid. ſub litt. B.

2 Vt non poſſent Priores Conuentuales, eorumque Vicarij aliquem Fratrem ex Ordine eijcere ſine Prouincialis, vel illius Vicarij licentia, fuerat ita ordinatum Cæſarauguſtæ 1309. ord. 6. *Item inhibemus Prioribus Conuentualibus, Supprioribus, & eorum Vicarijs, vt nullum Fratrem in Ordine noſtro profeſſum ad aliquem alium Ordinem licentient, vel aliter de Ordine expellere præſumant ſine Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij licentia ſpeciali. Si qui verò contrarium fecerint, ſi Priores aut Supperiores ſunt, ipſo facto ſint à ſuis officijs abſoluti, Vicarij verò per triennium voce priuati.* Modò autem ex decreto Cardinalium Sac. Congregationis Concilij Trident. interpret. emanato die 2. ſeptemb. 1624. nullus in quocumque Ordine profeſſus ob quodcumque delictum eſt ab eodem eijciendus, niſi ſit verè incorrigibilis, ita vt eius incorrigibilitas integro anni decurſu ieiunijs, & abſtinentijs, aliiſque condignis pœnitentijs in carceribus comprobetur. Ita enim denunciatum fuit Toloſæ 1628. denunc. 1. *Vide ſupra de Eiectione Fratrum num. 2.*

3 Non licet illos, etiam cum litteris teſtimonialibus ex ſuis Prouincijs eijcere, & ad Magiſtrum Ordinis tranſmittere. Romæ 1518. ord. 10. *Vid. de Eiectione Fratrum num. 4. & de P. Prouincialibus num. 34.*

De

De Indulgentijs.

1 SIxtus V. Pontifex verè Max. plenariam peccatorum Indulgentiam omnibus vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus confeſſis, & Sac. Communione refectis iu perpetuum conceſſit, qui noſtras, & Monialium noſtrarum Eccleſias in feſtis Sanctorum Dominici P. N. Petri Mart. & Catherinę Senenſis viſitauerint. Ita denunciatum fuit Romæ 1589. denunc. 2. *Item denunciamus Sanctiſs. D. N. Sixtum V. ad inſtantiam, & humilem petitionem Ad. R. P. Mag. Bartholomæi de Miranda Procuratoris Ordinis noſt. omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus perſonis verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſs. Euchariſtia refectis, qui diebus feſtis Beatiſs. P. N. Dominici, S. Petri Mart. & S. Catherinæ de Senis Eccleſias Fratrum, ſeu Monialium Ordinis noſtri, tam erectas, quàm erigendas vbique locorum exiſtentes à primis veſperis vſque ad occaſum ſolis cuiuslibet diei eorundem Sanctorum ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & hæreſum extirpatione, ſanctæque Matris Eccleſiæ exaltatione Deum precati fuerint, quo die prędictorum id fecerint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam benignè conceſſiſſe, quam etiam dicti Ordinis Monialibus conceſſit, ſi in loco ad Miſſam audiendam pro ipſis deputato (vt præfertur) orauerint.*

2 Eandem Indulgentiam plenariam, vt ſupra Clemens Papa VIII. etiam in perpetuum conceſſit iu feſtis SS. Antonini Archiep. Thomæ Doctoris Angelici, atque Vincentij Confeſſoris, prout denunciatum fuit Venetijs 1592. denunc. 4. *Denunciamus quòd, ſicut fel. rec. Sixtus Papa V. Indulgentiam Plenariam conceſſit viſitantibus Eccleſias noſtras iu feſtis SS. Dominici P. N. Petri Mart. & Catherinæ de Senis, modo in proximè præterito Capit. ſub titulo denunciationum expreſſo; ita S. D. N. Clemens VIII. pro ſua benignitate, & ad inſtantiam, humilemque petitionem Ad. R. P. Mag. F. Alexandri Franciſci Pędicatoris eximij, eiuſdem S. D. N. commenſalis nec non Procuratoris, & Vicarij Generalis in Rom. Curia in abſentia Ad. R. P. Mag. F. Io: Vincentij Aſturicenſis Procuratoris Ordinarij, omnibus, & ſingulis vtriuſque ſexus perſonis verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſs. Euchariſtia refectis, qui diebus feſtis SS. Antonini Archiepiſcopi Florentini, Thomę Aquinatis, & Vincentij Confeſſoris Ordinis noſtri, Monaſteria, Eccleſias, & alia loca quæcumque eiuſdem noſtri Ordinis iam erecta in quacumque mundi parte conſiſtentia, à primis Veſperis vſque ad occaſum ſolis cuiuslibet diei feſtiuitatum huiuſmodi ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, & hæreſum extirpatione, dictique Ordinis augumento, aut aliàs prout vnicuique ſuggeret deuotio, pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id fecerint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & Remiſſionem miſericorditer conceſſit, vt patet per Breue dat. Romæ die 20. Maij 1592. Pontificat. ſui anno primo.*

3 Eaſdem Indulgentias conceſſit Clemens VIII. pro feſtis SS. Hyacinti, atque Raymundi viſitantibus Eccleſias Ordinis noſtri, ſeu Altaria eiſdem SS. dicata prout habetur in Bullis Canonizzationis eorundem Sanctorum.

4 Paulus V. P. M. die 23. Maij 1605. Pontific. ſui 1. per Apoſtolicas litteras incipientes, *Romanus Pontifex, &c.* omnes Indulgentias Religionibus conceſſas reuocauit, & multas alias iterum largitus eſt. *Vide in Conſt. noſtris §. Indulgentia,*

5 Idem Pont. Max. ducentorum dierum Indulgentiam omnibus, tam Regularibus, quàm ſecularibus, qui in Eccleſijs noſtris, dum Antiph. *Salue Regina* poſt Completorium cantatur interfuerint, elargitus eſt. Ita denunciatum fuit Romæ 1608. denunciat. 6. *Denunciamus omnibus noſtri Ordinis Fratribus, Sanctiſs. D. N. Paulum Papam V. conceſſiſſe Indulgentiam ducentorum dierum omnibus, tam Religioſis, quàm ſæcularibus, qui intererunt iu Eccleſijs noſtris dum cantatur antiphona* Salue Regina *poſt Completorium.*

6 Idem Pont. Max. Paulus V. qui Indulgentias antiquitus Confraternitatibus Sanctiſs. Roſarij conceſſas reuocauerat, ſupplicante Mag. Ordinis P. F. Auguſtino Galaminio Confraternitatibus vbique ſub nomine Sanctiſs. Roſarij canonicè, ac ritè erectis omnes, & quaſcumque Indulgentias, à ſuis prædeceſſoribus conceſſas, reſtituit, atque iterum conceſſit, datis Apoſtolicis litteris Romę apud S. Marcum die 20. Septembris an. 1602. Pontificat. ſui 4. Extant præfatæ litteræ in fine Actorum Capit. General. Romę 1608. celebrati in hunc modum. *Paulus Papa V. &c. Nos igitur qui iuſtis, & pijs fidelium votis annuere pro muneris noſtri debito tenemur, &c. litteras noſtras prædictas, quarum tenorem pręſentibus haberi volumus pro expreſſo, harum ſerie ad terminos iuris reducimus, nec non Confraternitatibus vbique locorum exiſtentibus, canonicè tamen, inſtitutis Sanctiſs. Roſarij huiuſmodi, vt iiſdem Indulgentijs à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſis, prout ante dictas noſtras litteras, & non aliàs, vtebantur, fruebantur, & gaudebant, vti, frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, ac illis ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi prædictæ litteræ non emanaſſent, concedimus, & indulgemus.*

7 Pius V. Pontifex verè Sanctiſſimus Ordinis noſtri Iubar, omnibus noſtris Fratri-

bus, & Sororibus recitantibus Officium B. Virg. quotidianum, quando ex præcepto ordinationum noſtrarum non tenemur ad illud in Choro perſoluendum, centum dies de Indulgentia pro qualibet vice conceſſit. Ita denunciarum eſt Barcinonæ 1574. denunc. vlt. *Item nunciamus Sanctiſs. Pium V. æternę memorię ad preces noſtras, dum in humanis ageret, conceſſiſſe omnibus noſtri Ordinis Fratribus, & Sororibus Officium B. Virginis, quando non tenentur, deuotè recenſentibus, pro qualibet vice centum dies Indulgentiæ; quinquaginta dicentibus vigilias mortuorum, & totidem pro Pſalmis pœnitentialibus, & totidem pro Pſalmis Gradualibus.* Vide de Societatib. SS. Nominis Dei, & Roſarij num. vlt.

8 Alexander V. Generalia noſtra Capitula perpetuis Indulgentijs ditauit. Fratribuſque ad illa properantibus in via, vel in ipſis Capitulis decedentibus, Plenariam in mortis articulo Indulgentiam conceſſit. Ita denunciatum fuit Bononiæ 1410. denunc. 4. *Vide de Cap. General. num. 24.*

De Infamatoribus.

1 SI quis etiam alteri Fratri Ordinis, vel ipſi Ordini crimen falsò impoſuerit, propter quod crimen ſecundùm noſtrarum ſeriem Conſtitutionum Frater aliquis carcerem mereretur, aut crimina quæcunque huiuſmodi Fratrum ſecularibus perſonis, & extra obedientiam conſtitutis reuelauerit, vnde Fratri, vel Ordini infamia, vel damna fuerint ſubſequuta, modo conſimili carcerali cuſtodiæ mancipetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 5.*

2 Infamantes Ordinem, ſeu Prælatos ſuos vel Fratres, vel conſpirantes contra Prælatos ſuos pœnam carceris incurrunt. Coloniæ 1428 ord. 4. *Item nonnulli ſuæ ſalutis immemores per perſonas extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutas Præſidentium correctiones, & ordinationes impedire & fugere non verentur, omnes & ſinguli taliter delinquentes; pœnam carceris ipſo facto incurrant. Idem intelligentes de ijs, qui apud perſonas ſeculares, Fratres, vel Ordinem notabiliter & ex propoſito, iudicio Prælatorum, infamare præſumpſerint, vel aduerſus Prælatos conſpirationem faciunt, qui ſecundùm noſtrarum ſeriem Conſtitutionum pœnam culpæ grauioris incurrunt, & de cætero in omni vita ſua extremum locum ſui Ordinis tenere debent: diſtrictè mandantes Prioribus vniuerſis, quatenus huiuſmodi tranſgreſſoribus, poſtquam eis conſtiterit legitimè, prædictam pœnam infligant ſine defectu, alioquin à ſuis Prioratibus per Prouinciales ſuos abſoluantur in pœnam.* Quod fuit etiam ordinatum Romæ 1580. circa eoſdem infamantes Fratres ad quodcumque tribunal, tam Eccleſiaſticum, quam ſeculare. Ita enim habetur ordin. 11. *Ordinamus etiam quod infamantes Fratres, & Prælatos ſuos ad quodcunque tribunal, ſiue Eccleſiaſticum, ſiue ſeculare, ſiue apud quaſcunque alias perſonas, omnino ſecundùm noſtrum Conſtitutionum ſeriem puniantur.*

3 Qui contra Superiores ſuos crimina euulgauerint, quæ tamen probare nequeant, per triennium in carceribus recludatur. Romę 1580. ord. 13. *Si qui autem de Superioribus ſuis crimina, quæ probari non poterunt, euulgare præſumpſerint, volumus eos per triennium carcerali cuſtodiæ mancipari.*

4 Exhibentes Summo Pontifici memorialia contra Fratres ſuos, Superioreſque, falſa continentia, ſeueriſſimè ſunt puniendi. Romæ 1601. ordin. 25. *Ordinamus etiam ex mandato eiuſdem Sanctiſs. D. N. Clementis VIII. vt ſi qui tam temerarij, & audaces fuerint, nec Deum timentes, nec homines reuerentes, vt eidem Sanctiſſimo aliqua memorialia exhibere attentauerint, in quibus aliquid falſum contra Fratres ſuos & præcipuè contra Prælatos ſit contentum, ſeueriſſimè puniantur.* Quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conſ. 33.

5 Nullus audeat narrare malum, quod audierit de aliquo, niſi eum, à quo audiuit, velit manifeſtare, & ille, qui publicè aliquem diffamauerit publicè ſatisfacere illi teneatur. Ita ordinatum fuit Pariſijs in Capit. Generaliſs. 1236. admon. 5. *Item nullus audeat narrare quod audierit ab alio, niſi eum, qui narrauit, velit publicare, & ſi publicè infamat, publicè ſatisfaciat, nec Confeſſor eum aliter abſoluat.*

6 Nullus audeat de altero Fratre crimen manifeſtare, niſi illud poſſit probare, ſub talionis pœna. Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide de Abſolut. Prior. Prouincial. num. 39.* Vide etiam de Litteris diffamatorijs, & in Conſt. noſt. diſt. 1. c. 18. in decl. tex. 5. ſub litt. Q.

De Infirmis.

1 CIrca infirmos caueat ne ſit negligens Prælatus: ſic enim tractandi ſunt infirmi, vt citiùs releuentur, ſicut dicit S. P. Auguſtinus. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 1. cap. 7. tex. 1.* In cuius Conſtitutionis corroborationem. Mediolani 1278. ord. 3. ſic præcipitur. *Item monemus, quod Priores, & eorum Vicarij de Fratribus veſtiendis, & etiam infirmis procurandis*

de

de communi, curam habeant diligentem: Nec carnes dentur Infirmis, aliquatenus in ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis, niſi cauſa legitima & ineuitabilis hoc requirat, & tunc in domo tantummodo ſecretiùs præparentur.

2 Iuxta infirmitatum exigentiam prouideatur de Medicis, & medicinis. Burdegalis 1287. ord. 7. *Item quòd circa infirmos diligens eſt cura adhibenda, eiſdem Prioribus, & Vicarijs diſtrictè iniungimus, quod Fratribus infirmis in medicinis, & alijs neceſſarijs, ſecundùm quod eorum infirmitas exigit, prouideant diligenter.*

3 De conuenienti etiam ſocietate illis per Conuentuum Præſidentes prouideatur. Salmanticæ 1551. ord. 2. *Item omnibus Conuentuum Præſidentibus præcipimus, vt intenti ſint curæ infirmorum, ex cuius defectu cognouimus proprietatem in noſtro Ordine irrepere: Ita videlicet vt ſuis Fratribus infirmis de lecto, & carnibus (ſecundùm exigentiam) de Medico &, de medicinis, & conuenienti ſocietate prouideant iuxta noſtras Conſtitutiones, ac circa omnes alios Fratres ſint ſolliciti, vt ſcilicet eis ſufficienter prouideant de omnibus veſtimentis, & de expenſis pro itineribus neceſſarijs.* Neapoli autem 1515. mandatum fuit, ita de omnibus prouidendum fore cuilibet decumbenti Fratri, ac fieret Priori ipſi infirmo. *Vide de Abſolutione Prior. Prouincial. num. 7.*

4 Ita bene, & honeſtè tractentur, vt ad Hoſpitalia, ſeu ſecularium domos diuertere non compellãtur: & hoc ſub pœna abſolutionis ab officijs, & grauioris culpæ Conuentuum Præſidentibus fuit iniunctum. Romæ 1525. ord. 1. *Ordinamus & ſub pœnis abſolutionis à ſuis officijs, & grauioris culpæ Præſidentibus Conuentuum mandamus, vt Fratribus de competenti victu, ac veſtitu ſecundum domus facultatem prouideant, volumuſque vt infirmi, tam minores, quàm maiores benè, & honeſtè tractentur, ne cogantur ad Hoſpitalia, vel domos ſecularium accedere, inſtituaturque infirmarius Vir charitatiuus, qui eorum diligentem curam gerat.* Quod fuit eiſdem verbis confirmatum Romæ 1530. conf. 2. his additis. *Præcipimus autem RR. Prouincialibus pro tempore, vt Priores, quos in hoc negligentes inuenerint, ſtatim alia cauſa non quæſita, in pœnam abſoluant.*

5 In Infirmarijs curentur, neque expenſæ faciendæ in pecunijs eiſdem prætaxentur. Pariſijs 1286. ord. 1. *Admonemus, vt infirmi in Infirmarijs iuxta facultatem Conuentus de communi procurentur, nec expenſæ eiſdem in pecunia prætaxentur.*

6 In quolibet Conuentu ſit vna camera ſpecialiter deputata pro infirmis. Mediolani 1505. ord. 8. *Volentes & ordinantes, quod in quolibet Conuentu ſit vna camera pro Hoſpitibus deputata, & vna alia pro Infirmis, & ſi talia loca non ſint ędificentur.*

7 Non tantùm vna, ſed etiam plures cameræ pro infirmis, ſi opus fuerit, ſunt conſtituendæ in vnoquoque Conuentu cum lectis, linteaminibus, alijſque neceſſarijs, inſtituaturque aliquis Infirmarius, cui addantur adiutores pro eorum ſeruitio. Romæ 1608. ord. 15. *Ordinamus, vt iuxta noſtras Conſtitutiones Prælati maximam adhibeant curam circa Infirmos: ſicut in ſingulis Conuentibus ſint aliquę cameræ deputatę pro Infirmis benè inſtructæ lectis, & linteaminibus, & alijs neceſſarijs pro infirmaria: & inſtituatur vnus Infirmarius principalis diſcretus, qui prouideat infirmis de cibarijs, medicinis, & alijs neceſſarijs, cui adiungantur alij adiutores, vt opus fuerit pro ſeruitio infirmorum, curentque Prouinciales in viſitationibus, vt Priores, quos in hac re inuenerint negligentes, à ſuis officijs abſoluant.*

8 Talis Infirmarius debet eſſe charitatiuus, cunctaque ad ſuum officium ſpectantia ſub inuentario recipere. Mediolani 1505. ord. 8. *Vide de Hoſpitibus num. 3.*

9 Poſſunt infirmi veſci carnibus, prout eorum grauior exigit infirmitas. In locis verò vbi Conuentum habemus extra domum noſtram carnes non comedant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 7. tex. 1. quæ fuit facta in Cap. Generaliſs. Pariſijs 1236.*

10 Qui indigent carnibus recreari, extra Conuentum ad comedendum non exeant, nec itinera ſuſcipiant. Pariſijs 1239. ordinat. 11. *Qui autem adeo infirmi, & debiles fuerint, vt neceſſè habeant carnibus recreari, ſiue ſint Priores, ſiue ſint alij, extra non exeant; Et ſi aliquando occaſione Capituli, vel neceſſitate exire contigerit, nec equitent, nec quadrigent, nec carnes comedant, niſi adeo grauis infirmitas ſuperueniat, quod aliter fieri ſit neceſſe, & tunc ad ſuos Conuentus reuertantur.*

11 Deputetur aliqua pars pecuniæ Conuentus pro Infirmis curandis. Ita mandauit Io: XXII. prout habetur in Conſt. noſt. locis ſuprad. ſub litt. A.

Etiam cum impignoratione bonorum Conuentus, quando aliter fieri nequeat, ſunt neceſſaria infirmis ſubminiſtranda. Lugduni 1536. ord. 3. *Item infirmis ſine vlla tergiuerſatione, vel excuſatione tempeſtiuè, & diligentiſſimè de Socio, de Medico, de camera, & quibuſcumque neceſſarijs, etiam cum impignoratione, prouideatur.*

12 Vt autem ſupradicta omnia à Præſidentibus Conuentuum obſeruentur, fuerunt ipſi ita admoniti Romæ 1644. admon. 4. *Admonemus PP. Priores, ac Præſidentes Conuentuum, ijſque in memoriam reuocamus ea, quæ circa curam Infirmorum, tum in Regula S. P. N. Auguſtini, tum in Conſtitut. noſtris diſt. 1. cap. 7. §. 1. tum in plurium Capitulorum General. ordinationibus, vt Pariſienſis 1276. Salmant. 1551. &c. toties*

inculcantur. Proinde volumus, vt in ſingulis Conuentibus commoda Infirmaria habeatur pro Fratribus ægrotis, atque languentibus, eaque nulli in priuatam habitationem, ſiue tota, ſiue ex parte concedatur. Item deputetur idoneus Infirmarius maior, cui pro exigentia officij vnus, aut plures Fratres Conuerſi pro miniſteriali adiutorio adiungantur, teneaturque Prior, aut Præſes Conuentus vna cum Medico, & P. Infirmario Fratres ſuos infirmos benignè, & crebriùs inuiſere, ac eorum neceſſitatibus prouidere. Nec Syndicus in porrigendis eoemendiſque his, quæ ad infirmorum curam, medicinas, aut neceſſarios vſus ſpectant, durus ſit, aut inexorabilis, ſed P. Infirmario ea petenti charitatiuè omnia ſecundùm facultatem domus ſubminiſtret. Priores verò alijque Superiores, vti & ipſimet Syndici, qui hac in re negligentes reperti fuerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur, neque poſſint Prouinciales quoquomodo talibus parcere, aut pœnam conſtitutam relaxare.

13 Licet lineis non debeant vti ad carnes Infirmi, tamē linteamina in Infirmarijs pro infirmorū commoditate eſſe debent, ſicut & in cameris hoſpitum propter munditiam eorundem. *Ita habetur in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 10. tex. 1. quæ fuit inchoata Ianuę 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſtitut. redacta Romæ 1518.*

De Inquiſitoribus.

SAcrum Inquiſirionis Officium ab Apoſtolica Sede Ordini noſtro demandatum, primum Inquiſitorem obtinuit S. P. Dominicum, qui ab Innocentio Papa III. ann. Dom. MCCXVI. tali fuit munere decoratus, cuius fuit etiam confirmationem ab Honorio IV. conſequutus. In Cœlum verò ſublato eodem S. Patre, à Summis Pontificibus plures alij ex noſtris in diuerſis Orbis terrarum partibus fuere Inquiſitores inſtituti. Tandem ab Innocentio IV. Pontif. Maximo Ann. Domin. MCCXXXXV. Generali Ordinis noſtri Magiſtro P. F. Io: Theutonico (qui poſt renunciatum Boſnenſem Epiſcopatum ad Ordinem reuerſus, eiuſdem ſupremum caput fuerat electus) & PP. Prouincialibus, Inquiſitores inſtituendi munus Apoſtolica auctoritate fuit in hunc modum elargitum.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili Fratri Io: Epiſcopo quondam Boſſinenſi Magiſtro, & dilectis filijs Fratribus Ordinis Prædicat. ſal. & Apoſtol. benedictionem.

Odore ſuaui Ordinis veſtri continuè recreati, eum non immeritò fauore ſpeciali proſequimur, & ipſius exaltationem plenis deſiderijs afficiamus, quietem ei, et alia diligenti procurare ſolertia intendentes, per quæ ſemper optatum authore Domino ſuſcipere valeat incrementum. Hinc eſt quod nos veſtris ſupplicationibus annuentes, vt tu Frater Io: Epiſcope, ac Magiſter, tuique Succeſſores Fratres tui Ordinis, qui ad prædicandum Crucem, vel inquirendum contra prauitatem hæreticam, ſeu ad alia huiuſmodi negotia ſunt, vel fuerint a Sede Apoſtolica deputati, remouere, ſeu reuocare, penitus transferre, ipſiſque, quod ſuperſedeant, iniungere, alioſque ſubſtituere, cum expedire videritis, licitè ac liberè valeatis, et in eos, ſi contrauenerint, cenſuram Eccleſiaſticam exercere, ac quilibet Prior Prouincialis eiuſdem Ordinis id ipſum in ſua Prouincia circa Fratres ipſius Ordinis, quibus in illa ſimilia contigit ab eadem ſede committi facere poſſit, authoritate præſentium indulgemus. Lugduni 5. Idus Iunij Pontificat. noſtri ann. 3.

Hac igitur Apoſrolica auctoritate Magiſrri Ordinis, & Prouinciales noſtri ditati, plures in Chriſtiano Orbe creauere Inquiſitores, quorum inſtitutionis memoria in eorundem Generalium Magiſtrorum Regeſtris extat, eorumque aliquas hic referemus principaliores.

P. F. Leonardus Manſuetur de Peruſio ann. Dom. 1474. Generalem Inquiſirorem Galliæ, P. F. Io: Vvatat inſtituit: ex eiuſdem Regeſt. enim ita habetur. *Mag. Io: Vvatat Conuentus Cathalanenſis fuit factus Inquiſitor in Regno Franciæ, et Ciuitas; Pariſienſis eſt pro titulo principali, cum auctorit. ſolita, copiam ſeruans ſignatam C. Dat. Senis 24. Decemb. 1474.*

P. F. Io: Coſart à Magiſtro Ordinis P. F. Ioachino Tucriano Veneto fuit etiā Generalis Inquiſitor Galliæ inſtitutus ann. 1493. Ita enim in eiuſdem Regeſt. legitur. *Magiſter Io: Coſart fit Inquiſitor Generalis Franciæ pro titulo Pariſienſi, cum omni ſolemnitate. Florentię die 26. Nouemb. 1493.*

Er P. F. Elias Guiberti eadem die fuit inſtitutus Inquiſitor Aquitaniæ. Ita immediatè in ſuprad. Regeſt. ſubditur. *Magiſter Elias Guiberti fit, vt ſupra* (ſcilicet Inquiſitor Generalis) *pro titulo Aquitaniæ, dummodo fuerit diſpenſatus ſuper etate. Die ead.* Inſtituendi autem Inquiſitores debebant eſſe in matura ætate conſtituti: ita enim non ſolum mandatum fuerat Argentinę ann. 1358. (prout habetur in Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 5. ſub litt. G.) ſed etiam Apoſtolico decreto ſancitum erat, cuius diſpenſatio apud Summum Pontificem tantum reſidebat, quam etiam aliquando conceſſam fuiſſe in P. Magiſtri Ordinis F. Leonardi de Manſuetis Regeſt. ita emicat. *Magiſter Raphael Garſia fuit inſtitutus Inquiſitor Maioricarum, cum quo Papa di-*

diſpenſauit in defectu ætatis, ſicut patet per Breue Apoſtolicum ſub die 21. Februar. Dat. Romę die 25. Februar. 1475.

P. F. Saluus Caſetta de Panormo Sacri Palatij Magiſter fuerat ab Apoſtolica Sede Generalis Inquiſitor in Siciliam miſſus, vbi à Magiſtro Ordinis P.F.Leonardo de Manſuetis fuit etiam eiuſdem Prouinciæ Vicarius inſtitutus, (ita enim in eiuſdem Regeſt. habetur. *Mag. Saluus Caſetta de Panormo Magiſter Sacri Palatij fuit factus Vicarius totius Trinacriæ cum pleniſſima poteſtate, etiam ſuper Monaſterijs, citra abſolutionem Prouincialis, nullis obſtantib. Die 23. Iunij* 1474.) eiuſdem Inquiſitoris Generalis, & Vicarij muneribus ceſſit poſtea, quã renuntiationem Magiſter Ordinis Apoſtolica auctoritate interueniente admiſit, ipſumque à talibus officijs abſoluit, & P.F.Philippum de Barberijs, prout in eiuſdem Regeſt. conſpicitur, in eius locum ita ſubſtituit. *Magiſter Philippus de Barberijs fuit Apoſtolica auctoritate ſpecialiter commiſſa inſtitutus Inquiſitor hæreticæ prauitatis in toto Regno Siciliæ vltra Farum, & in Regno Sardiniæ, & Inſula Meliuetana, quæ vocatur Malta, & in Ciuitatibus, & diœceſibus, & locis dictorum Regnorum, vel Inſularum cum plenaria ſolita poteſtate, ex eo quod Mag. Saluus de Panormo Magiſter Sacri Palatij renunciauit dicto officio Inquiſitionis, & abſolutus fuit dictus Mag. Saluus, & omnis alius Inquiſitor, & fuit dictus Mag. Philippus inſtitutus Vicarius* (ſcil. eiuſdem Prouinciæ Siciliæ) *& nullus inferior poteſt eum abſoluere, vel impedire, & ſi ſecus actum fuerit, decernitur irritum, & inane. Dat. Romę die 20. Februar.* 1475.

P. F. Thomas de Vio Caietanus Magiſter Ordinis ann. 1508. Generalem Inquiſitorem Galliæ denuo inſtituit, & confirmauit P.F. Guillelmum Perui cum auctoritate alios ſubſtituendi Inquiſitores, & remouendi eoſdem. Ex Regeſt. eiuſdem Magiſtri Ordinis ita habetur. *Confirmatur, & quantum opus eſt de nouo fit inſtitutio Magiſtri Guillelmi Perui Rothomagẽſis in Inquiſitorem Generalem in Regno Franciæ, cum auctoritate ſubſtituendi, & ſubſtitutos remouendi, & mandatur, vt omnes Fratres Ordinis ei obediant quatenus requirit officium illud.* Ne vero Inquiſitores à Prouincialibus inſtituti ab illorum ſucceſſoribus, vel Magiſtris Ordinis amotionem à tali munere paterentur, eiuſdem confirmationem ab ipſis Generalibus Magiſtris expoſcebant, vt in ſupradicto P. F. Guillelmo, & aliis adducendis contigit. Inſtituebantur quandoq; etiam duo in ſolidum Inquiſitores Generales eiuſdem Regni; Vnde Magiſter Ordinis P. F. Ioachinus Turrianus Generales Inquiſitores in Sicilia inſtituit P.P. F.Iacobum Manſum, & Iacobum Reda. Ex eiuſdem Regeſt. *Magiſter Iacobus Manſus Prior Prouincialis, & Magiſter Iacobus Reda fiunt Inquiſitores in Prouincia Trinacriæ ambo in ſolidum cum plenaria auctoritate.* Romæ 9. Aprilis 1489. Abſoluto autem à ſuo Prouincialatus officio ab eodem Magiſtro Ordinis P. F. Iacobo Manſo die 24. eiuſdem menſis, P.F.Iacobus Reda ſuprad. fuit ipſe ſolus Generalis Inquiſitor inſtitutus pro toto tempore ſuæ vitæ. Ex Regeſt. eiuſdem. *Mag. Io: Reda fit Inquiſitor Hæreticorum toto tempore vitæ ſuæ ſuper totam Inſulam Siciliæ, & in Inſulis coadiacentibus, &c. cum remotione cuiuſcumque alterius, &c. Non obſtant. &c. Neapoli 22. Iuly* 1489.

Iterum autem eidem poſtea P.F.Iacobus Manſus fuit Coinquiſitor reſtitutus. Ex Regeſt. ſuprad. *Magiſter Iacobus Manſus, & Mag. Iacobus Reda fiunt hæreticæ prauitatis Inquiſitores in Regno Siciliæ, & in Inſulis coadiacentibus coniunctim, & indiuiſim, ita quod vnus ſine altero nihil poſſit; caſſando omnem alium Inquiſitorem, &c. Cum plena poteſtate Romæ 28. Nouembris* 1489.

P.F. Io: Tetzel fuit à Magiſtro Ordinis P.F.Thoma de Vio Caietano inſtitutus Generalis Inquiſitor in Polonia. Ex eiuſdem Regeſt. *F. Io: Tetzel Conuentus Glogouienſis licentiatur ad ſuſcipiendum Magiſterium in Theologia ad requiſitionem ſui Prouincialis de conſilio diſcretorum, dummodo fecerit actus debitos precedere illud Magiſterium. Idem F. fit Inquiſitor per Prouinciam Poloniæ cum gratijs, &c. ſimiliter ad petitionem ſui Prouincialis.* Sub titulo autem Generalis Inquiſitoris idem P.F.Io: in eiſdem Regeſt. nominatur pluries.

P. F. Marcus de Maroldis fuit confirmatus Generalis Inquiſitor Regni Siciliæ à Magiſtro Ordinis P.F. Leonardo Manſueto ann. 1474. Ita enim in eiuſdem Regeſt. habetur. *Magiſter Marcus de Maroldis de Labella fuit confirmatus Inquiſitor Regni Siciliæ citra Farum. Nullus inferior moleſtet. Nullis obſtantib. 25. Iuly* 1474.

P. F. Valentinus de Bruma fuit Inquiſitor in Vngaria, & Boemia renunciatus anno 1488. à P. F. Ioachino Turriano Magiſtro Ordinis, in cuius Regeſt. ita legitur. *Magiſter Valentinus de Bruma Conuentus Albæ Regalis fit Inquiſitor in Prouincia Vngariæ, & Boemiæ cum omni auctorit. Romæ 19. Ianuarij* 1488.

P. F. Io: Franco Inquiſitor Generalis Regni Aragoniæ fuit à Vicario Generali à ſuo officio amotus, in quo tamen poſtea reſtitutus, & confirmatus fuit à Magiſtro Ordinis P.F.Leonardo de Manſuetis, ita enim in eiuſdem Regeſt. habetur. *Magiſter Io: Franco Conuentus Oſcæ Inquiſitor Generalis Aragoniæ, qui per Magiſtrum Io: Lizaragh. Vicarium Generalem dicitur abſolutus; declaratur non bene abſolutus, & denuo inſtituitur Inquiſitor, & omnis alius abſoluitur, & inſtituitur in Aragonia,*

nia, &c. Dat. Romæ 2. Decemb. 1475.

In Capitulis etiam Generalibus inſtituebantur à Patribus Diffinitoribus, vt in eorundem Actis ſæpe ſæpius legitur, & in illis Capituli Romani 1530. declarat. 14. ita habetur. *Declaramus inſtitutum etiam Inquiſitorem hæreticæ prauitatis per diœceſim Traiectenſem, & Monaſterien. F. Laurentium Laurentij Magiſtrum Prouinciæ Germaniæ Inferioris Conuentus Gronien.* Et in Regeſt. P. F. Leonardi de Manſuetis ita legitur. *Die 4. Menſis Iunij 1474. fuit inſtitutus Inquiſitor Aſtenſis Magiſter Vgo de Albinis Conuentus Cherij de mandato Summi Pontificis, & conſenſu totius Diffinitorij*. Eodem enim tempore celebratum fuerat Romæ Generale Capitulum.

Sicut autem inſtituebantur ita quoque ab eiſdem à tali munere amouebantur. Vnde in Generali Capitulo Cenomanis 1491. congregato fuerunt omnes Inquiſitionis Siciliæ officiales à ſuis muneribus amoti. Ex Regeſt. P. F. Ioachini Turriani Mag. Ord. *Declaratur quod omnes Vicarij ſubſtituti, & alij Officiales ſub quocumque nomine cenſeantur pro Inquiſitionis Officio fuerunt abſoluti in Capitulo Generali Cenomanis celebrato, & hortantur Mag. Iacobus Reda, & Magiſter Iacobus Manſus Inquiſitores hæreticæ prauitatis, vt omnibus eorum Officialibus, Vicarijs ſubſtitutis, Aſſeſſoribus, ſeu Iudicibus per ipſos vel alterum ipſorum inſtitutis Magiſtris Notarijs; Herarijs, Algozinis, ſeruientibus ceteriſque Officialibus Curiæ Inquiſitionis denuntient eorum abſolutionem, & de alijs ſeruitoribus de nouo prouideant. Die 27. Iunij Romæ* 1492.

P. F. Simon de Nouaria Bononienſis Inquiſitor fuit etiam à P. F. Leonardo de Manſuetis à ſuo munere amotus, ita enim in eiuſdem Regeſt. legitur. *F. Simon de Nouaria fuit abſolutus ab officio Inquiſitionis Bononieñſis. IV. Iunij 1474. et F. Michael de Hollandia fuit inſtitutus Inquiſitor Bononien. eadem die.* Et P. F. Io: Annemeri fuit ab eodem officio à P. F. Ioachino Turriano amotus eo quod male ſe contra Fratres Minores geſſiſſet, ita enim in eiuſdem Regeſt. intuetur. *Magiſter Io: Annemeri abſoluitur ab officio Inquiſitionis, & Vicariatu ipſius Inquiſitionis, & mandatur ſibi ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt reparet omnia, quæ fecit contra honorem Ordinis Minorum*. Præfatum Inquiſitionis munus in Prouincia Prouinciæ exequebatur.

Inſtituebantur etiam eorundem Inquiſitorum Coadiutores cum futura ſucceſſione. Ita enim in Regeſt. Magiſtri Ordinis P. F. Ioachini Turriani habetur. *Magiſter Homucius ſit Vicarius Inquiſitionis in Natione Britanniæ cum gratijs, &c. Non derogando tamen iuribus Magiſtri Ioannis Coſſat, quando perſonaliter ad Britanniam pro officio exercendo accederet. Et ſit eius Coadiutor propter ſenectutem, & caſu quod ipſe Magiſter Ioannes Coſſat Inquiſitor decederet ab hac vita, ſit Inquiſitor cum poteſtate, &c. In contrarium, &c. Romę die 23. Iunij* 1500.

Inſtituebantur quoque ab ipſis Prouincialibus. Vnde cum à Prouinciali Francię P. F. Petrus Lietart fuiſſet Tullenſis Inquiſitor inſtitutus, & à Mag. Ordinis P. F. Leonardo de Manſuetis talis inſtitutionis inſcio fuiſſet inſtitutus etiam Tullenſis Inquiſitor P. F. Io: Fabri datis litteris ſub die 11. Martij 1475. Idem Magiſter Generalis inſtitutionem à ſe factam anullauit, & prędictum P. F. Petrum confirmauit. Ex eiuſdem Regeſt. *F. Petrus Lietart Lector Theologiæ, qui aſſeritur inſtitutus Inquiſitor contra hæreticam prauitatem in Diœceſi Tullenſi per R. Prouincialem die 18. Ianuarij, fuit confirmatus in Inquiſitorem, quia proponitur prior tempore, & potior in iure, & hoc ſi præmiſſa ſint vera, & fuit confirmata dicta eius inſtitutio, & mandatur Prouinciali, & alijs Præſidentibus, quod præmiſſis veris exiſtētibus eum vti permittat dicto officio amoto omni alio Inquiſitore: ipſi autem F. Petro., & mandatis eius inobedientes, per cenſuras Ordinis, & alia remedia oportuna coercere poteſt. Nullis obſtantib. Dat. Romę vltima May* 1475.

Multoties etiam huiuſmodi Inquiſitores à Prouincialibus ſuis inſtituti, per Magiſtris Ord. in eodem munere confirmabantur, vt à nullo eius inferiore amouerentur.

Vetitum autem fuerat eiſdem Inquiſitoribus in Priores eligi, vt ſui muneri congrua diligentia ſatisfacerent. Cum autem in Polonia fuiſſent quidam Inquiſitores in Priores aſſumpti Pater Fr. Leonardus de Manſuetis P. F. Iacobo de Hydgoſtia eiuſdem Prouinciæ Prouinciali iniunxit, vt tales Inquiſitores, aut Inquiſitoris, aut Prioris officium deponerent. Ex eiuſdem Regeſt. *Prouinciali Poloniæ ſcribitur quod officia Prioratus, & Inquiſitionis declarantur incompoſſibilia, & qui duo habet, vnum eligat quod voluerit, & qui vno fungitur, alio ſit priuatus, reuocando omnes litteras facientes in contrarium; & contra facientes pœnam grauioris culpæ incurrant. Et hoc perpetuò obſeruetur. Nullis obſtantib. Dat. Romæ 27. Ianuarij* 1475.

Per ſeuerauit in Ord. noſtro hæc creandi Inquiſitores conſuetudo vſque quo ſupremum S. Inquiſitionis Tribunal fuit Romę inſtitutū cui S. R. E. Cardinales in tota Chriſtiana Republica Generales Inquiſitores, atque ſupremi Iudices fuere ab Apoſtolica Sede præfecti: Huius autem Sacri Tribunalis ita contigit inſtitutio.

Anno Dom. 1543. Paulo III. Summo Pontifice P. F. Io: à Toleto noſtri Ordinis nobile germen ex Albani Ducibus S. Rom. E. Presb. Card. Tit. S. Sixti Burgenſis Epiſcopus, & Io: Petrus Carrafa Cardinalis S. Clementis cū eodem Pontifice Maximo, vt in Vrbe omnium

do-

Digitized by Google

domina Sacrum Inquiſitionis Tribunal erigeret, Cardinaleſque aliquos, Inquiſitorum Generalium titulo ditatos, eidem præficeret, egere, quod idem Pontifex Summo Studio pręſtitit, eodemque anno quatuor S. Romanę Eccleſię Cardinales Generales Inquiſitores, inter quos pręfati duo, vna cum Bartolomeo Tit. S. Cæſarij, & Thoma Tit. S. Sylueſtri, extitere, inſtituit, Generalemque eiuſdem Sacri Tribunalis Primum Commiſſarium P.F. Theophilum de Tropeia Calabrum noſtri Ordinis profeſſorem creauit, cui poſtea P.F. Michael Ghiſlerius in eodem munere, mandante Iulio III. P.M. ann. 1551. ſucceſſit, atque ita factum eſt, vt Summorum Pontificum benignitate tantum munus in Ordine noſtro perſeuerauerit, quod Pium V. Pont. Max. Orbi dedit, quinque S.R.E. Cardinales, nempe P.P.F.F. Michaelem Ghiſlerium, Archangelum Blancum, Auguſtinum Galaminum, Deſiderium Scaliam, & Vincentium Maculanum præſtantiſſimos Viros, Pietate, Doctrina & Catholicę fidei zelo munitos Eccleſię dedit, vnde eim Epiſcopos diuerſis Ecclelijs, duoſque Ordini noſtro Generales Magiſtros pręficiendos exhibuit. Quod munus modò ſummo zelo, & pietate Doctiſſimus Vir P.F. Vincentius Preti de Serauallo S. Theol. Mag. exequitur.

Ex quibus omnibus colligitur in manifeſtum lapſum fuiſſe errorẽ P.F. Teodorum Vallem, virum alias eruditione conſpicuũ, qui noſtrę Prouincię Regni nobilem hiſtoriã euulgauit, dum ex non veridica memoria in Archiuio S. Dominici de Neapoli aſſeruata, P.F. Theophilum ſupradictum, primum Generalem Commiſſarium à Paulo IV. creatum fuiſſe, ipſumque ann. Dom. 1556. floruiſſe affirmat. Nam dictus P. F. Theophilus, antequam Paulus IV. D. Petri Cathedram conſcenderet, vniuerſæ carnis ingreſſus eſt viam ſub Iulio Papa III. anno reparatæ ſalutis 1551. eique in Generalis Commiſſarij munere P. F. Michael Ghiſlerius ſucceſſit. Ita enim Io: Ant. Cabutius geſtorum Pij V. exactiſſimus Scriptor in eiuſdem vita Caput 111. orditur. *Poſt hæc autem anno M.D.LI. menſe Iunio Theophilo Dominicani Ordinis in Vrbe Proinquiſitore, quem Generalem S. Inquiſitionis Commiſſarium appellant, officio ſimul, & vita functo, cum plerique ſpectatæ virtutis viri in demortui locum apti proponerentur, Cardinalis Carafa Primarius illius Congregationis Præfectus Michaelem ſumma Collegarum atque adeo Iulij Pontificis voluntate ſua ſponte ad id muneris aptiorem iudicauit, & elegit.*

Generalium Inquiſitorum præfatorum quaternario numero duo alij S.R.E. Cardinales fuere poſtea additi, qui omnes ann. Dom. 1553. Iulio III. Pont. Max. Hębreorum Thalmud igni donandum, edito ſequentis tenoris decreto die 12. Septembris mandauere.

Nos Io: Petrus Caraffa Epiſc. Tuſculan. Rodulphus Pius de Carpo S. Mar. in Tranſtib. Io: à Toleto Compoſtellanus S. Pancratij, Hieronimus Verallus S. Martini in Montibus, Iacobus Puteus S. Simeonis, et Sebaſtianus Phigius S. Calixti Titulorum, miſeratione diuina S. Rom. E. Præsb. Cardinales in vniuerſa Republica Chriſtiana contra hæreticam prauitatem Inquiſitores Generales à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputati.

Summi Dei noſtri prouidentia, &c.

Anno Domini 1558. ſupradictis omnibus Cardinalibus, vel viam vniuerſæ carnis ingreſſis, vel ab Vrbe abſentibus, Paulus Papa IV. fidei zelator, tanti Tribunalis auctoritatem in maximum Catholicæ fidei detrimentum pallere animaduertens, P. F. Michaelem Ghiſlerium S. R. E. Præsb. Card. Alexandrinum Tit. S. Marię ſuper Mineruam, ex Ordine noſtro aſſumptum, cuius vitæ candorem, fideique zelũ optime nouerat, Summum, & Supremum in tota Chriſtiana Regublica Inquiſitorem creauit, quo titulo, atque munere, ſicuti ante ipſum nullus fuit potitus, ita neque poſt eundẽ alter extitit ditatus. Sex fere annis nobiliſſimam hanc, maximo cum catholice Religionis incremento, Præfecturam adminiſtrauit, tandemque terminato Sacroſancto Tridentino Concilio, à Pio Papa IV. remoto ab eodem Cardinali Alexandrino Summi, & Supremi Inquiſitoris titulo, ſeptem alios eidem adiunxit S.R.E. Cardinales, quos Generales Inquiſitores iterum nominauit. Aſſumpto autem ad Eccleſiaſticæ dignitatis Apicem eodem Cardinale Alexandrino, ac Pij V. nomine ſibi vendicato, pręfatum Generalium Inquiſitorum numerum ad quaternarium, prout in prima inſtitutione contigerat, reduxit, qui poſtea à ſucceſſoribus Pontificibus iuſtis de cauſis fuit auctus, conſtituitque modo vnam ex præſtantiſſimis Sacris Congregationibus, in qua pro ſummo ducunt honore S. Rom. E. Cardinales cooptari.

Poſt prædictorum igitur Generalium Inquiſitorum creationem, inſtituendi Inquiſitores in Chriſtiana Republica conſuętudo ad ipſos aduolauit.

1 In Hiſpaniarum Regnis Inuictiſſimus Philippus III. Pietate, Zelo Catholicæ Fidei, ac per omnia laudabilis ad Supremos S. Inquiſitionis Senatus Matriti, & Vlyſſiponæ duos ex Ordine noſtro Fratres, Generales Inquiſitores in perpetuũ futuros aſſumpſit, prout denunciatum fuit Bononiæ 1615. denunc. 2. hoc pacto. *Denunciamus Potentiſſimum, ac Inuictiſſimum Regem Catholicum Philippum Tertium, nunc fæliciter regnantem, pro ſua ſingulari erga Ordinem noſtrum beneuolentia ad ſupremos S. Inquiſitionis Senatus in Regnis Hiſpaniarum, Matriti videlicet, et Vlyſſiponæ duos ex Ordine noſtro Fratres In-*

qui-

quiſitores Generales perpetuò futuros aſſumpſiſſe.

2 De expenſis, vt ſingulis annis Inquiſitores rationē redderent Prouincialibus, ordinatum fuerat apud Mōtempeſſullanum 1294. Nouariæ 1465. & Bononiæ 1564. nunc verò rationes dati & accepti pro ſuo munere ex Apoſtolico decreto S. Congregationi Vniuerſalis Inquiſit. ſingulis annis reddere tenentur.

3 De perſonalibus autem tenentur reddere rationem ſuis Conuentualibus Prioribus. Vnde Pragæ 1359. ord. 7. ſic dicitur. *Item volumus quod Inquiſitores de perſonalibus reddant rationem Prioribus Conuentualibus.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 5. ſub litt. G. Et de Bonis Fratrum nu. 2.

4 Si in Priores eligantur, vt à Prouincialibus non confirmarentur inconſulto Ordinis Magiſtro, mandatū fuerat Romę 1580. admonit. 3. Nunc verò confirmari non poſſunt niſi prius S. Inquiſitionis Congregatio conſulatur. Ita enim aſſeritur in Conſtit. noſt. loco ſupradicto.

5 Vt non eligerentur in Priores cum retentione officij Inquiſitoris, ordinatum iam fuerat. Palentiæ 1291. ord. 5. & Nouariæ 1465. ord. 8. hoc modo. *Item vt hæreticæ prauitatis Inquiſitionis officium commodius exerceatur, remouemus ordinationem in quibuſdam Generalibus Capitulis factam, & volumus quòd Priores Conuentuales huiuſmodi Inquiſitores deinceps inſtitui non debeant, & ſi qui hactenus fuerint inſtituti, ex nunc pro abſolutis ab altero officiorum ſecundùm Prioris Prouincialis, aut Vicarij Generalis beneplacitum, & iudicium penitùs habeantur.*

6 In Conuentibus intra terminos ſuæ Inquiſitionis reſidere tenentur. Romæ 1553. ord. 11. *Ordinamus, quòd Inquiſitores in Conuentibus intra terminos ſuæ Inquiſitionis poſitis reſideant; qui autem reſidere noluerint, Inquiſitionis officio renuncient, aut ab eo deponantur.*

7 Tenentur Prioribus, etiam illis, ad quos declinant, obedire in omnibus, quæ directè ſuum non concernunt officium. Apud Podium 1344. ord. 3. *Item cum ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis pertinere noſcatur hæreticos, & errantes quoſque ad Catholicæ Fidei veritatem, atque Sacroſanctæ Eccleſiæ obedientiam, non minus exemplo vitæ, quam verbo, alijſque modis reducere, propter quod ſeipſos debent ſingularem obediendi formam cæteris exhibere, volumus & ordinamus quod Inquiſitores præfati ſicut cæteri Fratres Ordinis teneantur Superioribus Ordinis, ſiue Conuentuum, ad quos pertinent, vel aliquoties declinabunt, in omnibus, quæ directè ſuum non concernunt officium, obedire.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. vbi aſſeritur eos teneri etiā frequentare Chorum, & alia Officia more cæterorum Fratrum, Prioreſque debere illis aſſignare Socios diſcretos, & idoneos, &c.

8 Tenentur etiam ad Capitula, ſicut cæteri Fratres, accedere. Ita habetur in Conſtit. noſt. loco ſuperius cit. vbi aſſeritur hoc fuiſſe ordinatum Romæ 1275. & ibid. 1285. Capitulum autem celebratum ann. 1275. fuit Bononiæ, vbi de ſolis Cap. Prouincialibus fit ſermo ord. 7. in hunc modum. *Item Inquiſitores hæreticę prauitatis Capitulis Prouincialibus interſint.* Modò autem ad Prouincialia Capitula ſine licentia S. Congr. accedere nequeunt. Capitulum autem ann. 1285. in Conſt. citatum fuit etiam Bononiæ celebratum, in quo ord. 3. ita ſancitum eſt. *Item volumus, & ordinamus, quod Inquiſitores hæreticæ prauitatis ad Capitula Ordinis venire ſecundum modum Ordinis teneantur.* Ex quo colligitur ipſos teneri ad Capitula, quę fiunt à Prioribus, etiam de culpis, accedere.

9 Vt in ſuo officio exercendo negligentes corrigerentur, vel etiam iuxta defectus qualitatem, amouerentur à tali munere, fuerat mandatum Palentiæ 1291. ord. 5. quod fuerat confirmatum Florentiæ 1321. ord. 18. in hunc modum. *Item volumus, & ordinamus, quòd Prouinciales diligentiùs inquirant de exceſſibus Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, ſiue in modo procedendi, ſiue in exigentia pecuniarum, ſiue etiam in pompis, & victu, & veſtitu, & obſeruantia, & abſoluant quos inuenierint notabiliter excedere in prædictis, vel aliquo præmiſſorum.* Modò autem quantum ad eorum amonitionem ab officio, & exceſſus ad dictum munus ſpectantes corrigendos S. Congregationi ſubduntur, in reliquis autem, Ordinis Superioribus.

10 Debent abſtinere ab inſtituendis Vicarijs ijs, qui ſunt extra Ordinem noſtrum. Peruſij 1478. ord. 10. *Item ordinamus prohibentes ſub pœna ſuſpenſionis ab officio* (quæ tamen modo à nullo Ordinis Superiore infligi debet, ſed tantùm à S. Congregat.) *ne Inquiſitores noſtri Ordinis inſtituant Vicarios ſuos in eodem officio aliquos extra obedientiam noſtri Ordinis.*

11 Inquiſitoribus datus fuerat locus immediatè poſt Suppriores Romæ 1539. ord. 1. quod fuit conf. Romæ etiam 1542. prout habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. in decl. tex. 8. ſub litt. H. poſtea autem ex Sacræ Congregationis decreto, ſupra Suppriores illum obtinuere. Tandem ex noua eiuſdem S. Congregationis conceſſione, illum ſuper omnes Magiſtros, immediatè autem ſub Prioribus Conuentuum, in quibus reſident, intra ſuam iuriſdictionem conſequuntur.

12 Vt non procederent contra Patres Minores abſque Prouincialium eorundem licentia; neq; hi contra noſtros, Apoſtolica Conſtitutione ſanxerat Bonifacius Papa IX. prout habetur in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 17. tex. 5. Nunc autem contra quoſcunque, etiam noſtros,

ſtros,

ſtros, tenentur ex Apoſtolico decreto inquirere.

13 Incapaces ſunt S. Inquiſitionis munere ditari, qui ſufficienter in locis ſuæ Inquiſitionis neſciunt prædicare. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 5.*

De Interdicto.

1 IN ſeruando Interdicto Fratres noſtri Matrici Eccleſiæ ſe conformare tenentur. Cæſarauguſtæ 1309. ord. 11. *Item cum inobſeruantia Interdicti inter Fratres, & Clericos nonnulla aliquando diſſonantia oriatur; Volumus & ordinamus, quòd Fratres omnes quantum ſecundùm Deum poterunt, in ſeruando Interdicto Matrici Eccleſiæ ſe conforment.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 3. ſub litt. C.

2 Interdictum generale, quod non obſeruat Matrix Eccleſia, neque nos obſeruare tenemur, niſi aliàs de nobis ſpecialis mentio habeatur. Ita ex Apoſtolico indulto Leonis Papæ X. denunciatum fuit Ianuæ 1513. denunc. 2. *Item denunciat Reuerendiſs. Magiſter Sanctiſs. D. N. Leonem Papam X. ſuis ſupplicationibus inclinatum conceſſiſſe oraculo viuæ vocis, quod non teneamur ſeruare Interdictum Generale, quod non ſeruat Matrix Eccleſia, niſi Ordo noſter, ſeu nos fuerimus in ſpetie nominati, & hoc in foro conſcientiæ.*

3 Confeſſores non ſeruantes interdictum Epiſcoporum poſſunt ab audientia confeſſionum ſuſpendi. Ex decreto Sacr. Congregat. Epiſcop. & Regular. *Vide de Confeſſorib. ſecul. num. 9.*

De Inuentarijs.

1 IN vnoquoq; Conuentu ſit Inuentarium, ſeu liber aliquis priuilegiorum, ſcripturarum, vini, frumenti, olei, reliquorumque redditũum, necnon bonorum omnium illius, officinarum, ſacriſtiæ, atque Eccleſiæ, & hoc ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs fuit eorundem Conuentuum Præſidentibus mandatum apud Nurimberg. 1405. ord. 14. Romæ 1601. ord. 31. & Valliloleti 1605. conf. 35. in hunc modum. *Confirmamus, & omnibus Prioribus, Conuentuumque Præſidentibus diſtrictè iniungimus, vt quæ poterunt breuitate faciant memoralia, quæ vocantur inuentaria, tum in depoſito de omnibus ſcripturis, tum annuorum redditũum, quæ cenſualia vocantur, tum aliorum priuilegiorum, & ſimiliter in qualibet officina Conuentus: ad quæ inuentaria conſtituatur liber in Depoſito, in quo ponatur primo inuentarium priuilegiorum, & aliarum ſcripturarum pertinentium ad fundationem, & ſtatũ Conuentus; Secundò ponatur inuentarium ſcripturarum cenſualium perpetuorum, & poſtea ſcripturarum cenſualium temporalium per ordinem menſium cum aliquo ſigno, tam in inuentario, quàm in ipſa ſcriptura, vt poſſint facile reperiri, & in alia parte ponatur inuentarium omnium ſcripturarum pertinentium ad annuos redditus frumenti, vini, & olei; In alio autem libro ponantur ſigillatim inuentaria omnium bonorum, quæ reperiuntur in qualibet officia Conuentus, in quibus quæcunque bona, quæ de nouo ponuntur in aliqua officina, addantur inuentario illius officinæ: maximè autem in inuentario Sacriſtiæ ponantur omnia iocalia, & quæ offeruntur, quæ teneantur Sacriſtæ quantocyus acceperint præſentare P. Priori, ſeu principali Præſidenti Conuentus, vt ponantur in inuentario; ex quibus inuentarijs detur tranſumptus cuilibet officiali talis officinæ ſubſcriptus à Priore, ſeu principali Præſidente Depoſitarijs Conuentus, & Officiali officinæ; quæ omnia teneantur adimplere Prælati ſub pœna abſolutionis ab officijs eorum: Addentes quòd nullo modo extrahantur aliqua ſcriptura à depoſito, niſi in præſentia Prælati, taliter quod in depoſito maneat aliquod memoriale ſemper ipſius ſcripturæ donec reſtituatur.* Quod fuit iterum confirmatum Pariſijs 1611. conf. 14. *Vide de Abſolut. Priorum Conuent. nu. 23.* De Infirmarijs & Hoſpitarijs autem ſpecialiter, vt daretur illis omnia ſub inuentario, fuerat iam antea ordinatum Mediolani 1505. ord. 8. *Vide de Hoſpitibus num. 3.*

2 Vt præfata inuentaria, ne dum in depoſitis Conuentuum verùm etiam in Archiuijs Prouinciarum, ſeu Congregationum conſeruentur, ſancitum fuit Romæ 1629. conſ. 4. *Confirmamus ordinationem multoties factam, vt omnes Prouinciales, & Vicarij Congregationum ſedulò caueant certam habere notitiam redditũum ſuorum Conuentuum, ac locorum, bonorumque omnium, tam mobilium, quam immobilium eorundem, quæ libris authenticis diſtinctè, diligenterque Syndicorum opera adnotata in communi Archiuio Prouinciæ, ſiue Congregationis conſeruentur.*

3 Omnes Fratres ſingulis annis bonorum ſibi ad vſum conceſſorum inuentaria faciant, eaque ſuis Superioribus præſentent, Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. *Vide de Bonis Fratrum num. 2.*

4 Eadem inuentaria Priores Prouinciales ſingulis annis à ſuis ſubditis requirant, & ſpecialiter in ſuorum regiminum primordijs.

Mediolani 1270. ord. 3. *Item volumus, & diſtrictè iniungimus, quod quilibet Prior Prouincialis ſingulis annis, & ſpecialiter in principio ſui regiminis à quolibet Fratre diligenter inquirat quid habeat, quid debeat, quid etiam debeatur ei, & in ſcriptis redigat, & cum poſtea ſcrutinium de rebus Fratrum fecerit, ſi quid auctum, vel diminutum fuerit, inquirat de hoc ſollicitè rationem.* Bononiæ autem 1410. mandatur etiam omnibus Conuentuum Præſidentibus, vt huiuſmodi inuentaria à Fratribus requirant, ſub pœna ſuſpenſionis ab officijs. Ita enim dicitur in ordinat. 4. *Quilibet autem Prior, aut principalis Præſidens in quocumque Conuentu infra menſem à notitia præſentium ſub præcepto S. Obedientiæ huiuſmodi ſcripturam de bonis prædictis requirat à Fratribus capitulariter congregatis infra quindenam ſibi dandam. Prior autem, ſiuè Præſidens, qui hoc facere neglexerit, vel ſupradictam pœnam* (ſcilicet priuationis rerum ipſarum) *exequutioni, quantum in eo fuerit, non mandauerit, à ſuo Prioratus, ſiuè Præſidentiæ officio ſit ipſo facto ſuſpenſus.*

5 Menſe Decembris talia inuentaria petantur, atque exequutioni mandentur. Mediolani 1505. ord. 8. *Præcipimus etiam omnibus Fratribus in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ Obedientiæ, & ſub pœna priuationis omnium gratiarum Ordinis, vt quilibet eorum teneatur ſaltem ſemel in anno de menſe Decembris omnia bona, eis ad vſum conceſſa ad pedes ſui Prælati realiter ponere, vel ſaltem integraliter omnia in ſcriptis redigere, & ſuis Præſidentibus, tanquam ſe ipſos, omnium rerum proprietate ſpoliantes, præſentare.*

6 Qui ſua bona Superioribus præſentare recuſauerint, omnibus illis, atque etiam Eccleſiaſtica ſepultura, ſi obſtinati deceſſerint, priuentur. Nouariæ 1465. *Vide de Bonis Fratrum num. 2.*

7 Tenentur omnes Conuentuum Præſidentes ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs inuigilare, vt præfata inuentaria ſemel in anno fideliter facta, ſibi à ſubditis ſuis exhibeantur. Romæ 1629. conſ. 3. *Propterea vniuerſis totius noſtri Ordinis Prioribus, & locorum Præſidentibus ſub eadem pæna* (ſcilicet abſolutionis ab officijs) *mandamus, vt obſeruari omnino curent Conſtitutionem aliàs factam, qua præcipitur, vt omnes Fratres ſemel in anno omnia mobilia, pecunias, & bona quomodocumque ad eorum vſum conceſſa ijſdem Prioribus, ac Præſidentibus ſcripto fideliter exponant, ac Prouincialibus in eorum viſitationibus exhibeant, eorum omnimodæ diſpoſitioni eadem liberè relinquendo.*

De Itinerantibus.

1 Itinerantes omnes pedeſtres ibi dunt, tam Superiores, quàm ſubditi; Nulluſque abſque ſui Prælati licentia equitabit. Venetijs 1592. ord. 10. & Romæ 1608. ord. 5. ita dicitur. *Ordinamus, & diſtrictè mandamus, vt Fratres noſtri memores ſuæ profeſſionis, & exempli Sanctiſſimorum Patrum noſtrorum, itinera pedibus conficiant cum omni humilitate, & paupertate, habentes ſemper itineris Socium aliquem Fratrem. Monemus verò Prælatos omnes, vt in hac re ſubditis exemplo ſuo præeant. Nec vlli deinceps equitare liceat, niſi obtenta prius à ſuo Prælato licentia in ſcriptis, qua cauſas iuſtas exprimat, ob quas cum illo ea in re diſpenſatum ſit. Contrarium autem facientes grauiter puniantur: & Prælati, qui in puniendis huiuſmodi delinquentibus fuerint negligentes, grauiùs & ipſi puniantur.*

2 Ex nulla cauſa habitum Ordinis transforment. Pariſijs 1239. ord. 9. *Vide de Exitu ex Conuent. num. 2.*

3 Fratres viatores litteras teſtimoniales ſecum deferant, & in Conuentibus, ad quos declinauerint, de ſuis exceſſibus corrigantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. lit. 2.* Vide ibid. in decl. ſub litt. C.

4 Prædictas teſtimoniales litteras ab eiſdem Conuentuum Præſidentes inquirant, quas ipſi illis exhibere tenentur. Treuetis 1289. ord. 8. *Vide de Hoſpitibus num. 11.*

5 Tenentur etiam Conuentuum Præſidentes itinerantium teſtimoniales litteras diligenter legere. Apud Montempeſſulanum 1294. ord. 7. *Item cum Conſtitutio dicat, quòd Fratres viatores teſtimoniales litteras ſecum ferant; monemus, & mandamus quòd Priores, Suppriores, & Vicarij illorum Conuentuum, ad quos declinant, teneantur ipſas litteras exigere & inſpicere diligenter.* Et Bononię 1564. ord. 3. ita dicitur. *De cætero etiam Fratres noſtri, & maximè Iuuenes, neque ſine Socio à Prælato deputando, nec ſine teſtimonialibus litteris à ſuis Conuentibus recedant, quas Præſidentes Conuentuum, ad quos declinauerint, legere teneantur.*

6 Sine huiuſmodi litteris non recipiantur niſi in carceribus, ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, abſolutionis ab officijs, omnibuſque gradibus, & honoribus. Ex decreto Sixti V. Pont. Max. denunciato Romę 1589. admonit. 4. *Admonemus etiam qualiter Sanctiſs. D. N. Sixtus Papa V. ſua Conſtitutione, & declaratione ſuperiori anno edita prohibuit expreſſè, ne quis Regularis ex vna Pro-*

Prouincia ad aliam Prouinciam, ſeu de vno in aliud eiuſdem Prouinciæ Monaſterium, tam ſui, quàm alterius Ordinis tranſeundo, etiam in itinere intra aliquod Monaſterium, domum, vel Locum ad habitandum, vel tanquam hoſpes recipi, aut ad modicum tempus diuertere poſſit, niſi à Superiore eius loci, vbi reſidet, expreſſam licentiam diſcedendi in ſcriptis deferat, & exhibeat, vel niſi ità cognitus ſit, vt de eius perſona nullus omnino dubitationi, aut ſuſpicioni locus relinquatur. Et illi, qui huiuſmodi Regulares ſine licentia in ſcriptis aduenientes, etiam pietatis, vel hoſpitalitatis prætextu receperint, eo ipſo ab eodem Sanctiſs. D.N. priuantur, & in perpetuum priuati declarantur voce actiua, & paſſiua, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcumque per eos obtentis, & inhabiles ſiunt, incapaceſque ad illa, & quæcumque alia impoſterum obtinenda, præter id, quòd priùs multoties ordinatum fuit in multis Generalibus Capitulis in noſtro Ordine ne aliqui Fratres abſque licentià aduenientes à Prælatis recipi, vel detineri vllo modo poſſint, niſi in carceribus, vt puniti ad ſuos Conuentus, vel Prouincias remittantur, quòd quidem mandatum fuit omnibus Prælatis, & Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, prout etiam præſenti decreto omnibus, & ſingulis Prouinciarum, & Conuentuum Præſidentibus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ ſub formali præcepto diſtrictè præcipimus, ne quempiam ſine licentia aduenientem recipere, vel retinere audeant, ſeu quouis modo præſumant: niſi fortè iuſtæ punitionis dumtaxat gratia, & nihilominus contrafacientes ex nunc pro tunc à ſuis officijs abſolutos declaramus.

7 A Pręſidentibus Conuentuum, ad quos declinant, ſine pręfatis litteris, priuentur voce ad annum. Apud Montempeſſulanum 1316. ord. 2. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 9. & in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. C.*

8 Tenentur intra ſpatium viginti quatuor horarum pręſentare ſe cum litteris teſtimonialibus Pręſidentibus Conuentuum, quibus, dum ad ipſos declinant, ſubduntur. Romę 1508. ord. 6. *Omnes Fratres ad loca, vbi ſunt Conuentus, venientes, infra viginti quatuor horas præſentent ſe cum litteris teſtimonialibus Prælato Conuentus, cui ſecundùm Conſtitutiones, quamdiu ibi ſunt, ſunt ſubiecti.*

9 Tranſeuntes per Ciuitates, vel Oppida in quibus domos, vel Conuentus habemus, ad illos pergant, & in ſecularium domibus nullo modo permaneant. Maſſilię 1300. ord. 3. *Item mandamus omnibus Fratribus, vt tranſeundo per Ciuitates, & loca vbi Conuentum habemus declinent ad Domos noſtras, nec hoſpitentur, nec comedant in domibus ſecularium: cum ex forma Conſtitutionum noſtrarum ad hęc teneantur: ſi qui autem inuenti fuerint feciſſe contrarium, per Priores dictorum Conuentuum acriter puniantur.*

10 Ocreas, & penulam nullus deferat in itinere. Venetijs 1592. ord. 10. *Ocreas nihilominus, & penulam (quod vulgò dicitur feltrum) nemo deferet, præſertim Conuerſi, ſed religioſè incedent omnes ita, vt habitus patenter feratur, & pro Religioſis, vel ex ipſo habitu dignoſci poſſint; contra facientes autem, præter amiſſionem dictorum mobilium, pœna priuationis vocis actiuę, & paſſiuæ, vel ſcapularis per biennium, vel ſedendi ter in terra in pane, & aqua, reſpectiuè puniantur.*

11 Nullus pernoctare audeat extra Conuentum in locis, vbi Domos habemus. Romę 1601. ord. 22. & Valliſoleti 1605. conſ. 31. *Confirmamus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto mandamus, vt in Ciuitatibus, & Oppidis in quibus Conuentus, aut domos habemus, nullus poſſit pernoctare extra conuentum, nec in ſuburbanis, ſine licentia Prælati, cuius conſcientiam aggrauamus, ſi in hac concedenda fuerit facilis.* In locis verò eiſdem habitare permanenter extra Conuentum ſub excommunicationis, ac carceris pœna fuit vetitum Mediolani 1505. ord. 11. *Mandantes omnibus, & ſingulis Fratribus noſtri Ordinis ſub pœna excommunicationis, quam contrafaciendo, quilibet eorum incurrat, quatenus nullus eorum in locis, vbi eſt Studium, præſumat manere extra Conuentum ſine ſpeciali licentia Magiſtri Ordinis, dantes facultatem Pręſidentibus noſtrorum Conuentuum, vt tales Fratres extra Conuentum ſine prędicta licentia manentes, poſſint capere, & incarcerare, ac eos punire, inuocato, ſi opus fuerit brâchio auxilij ſecularis: & idem dicimus de his, qui manent extra Conuentum in locis, vbi Conuentum habemus.*

12 Baculos in via ad imitationem S.P.N. deferre poſſunt, quos tamen in ciuitatum introitu ſecularibus deferendos non tradant. Pariſijs 1286. ord. 3. *Item Fratres itinerantes baculos portent in via, & vſque dum veniant ad hoſpitium, vel Conuentum, nec in introitu locorum, ad quæ declinant, committant baculos alicui ſeculari ad portandum.*

13 In quacumque Prouincia, vel Conuentu deliquerint, à Superioribus illius puniantur. *Vide de Hoſpitibus num. 6.*

Plura alia vide de Diſcurſu Fratrum, & de Hoſpitibus, atque in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13.

14 Nullus ex ſua Prouincia abſque proprij Prouincialis beneplacito egrediatur, ſub grauioris culpę pœna. Mediolani 1505. ord. 5. *Volentes quod nullus Frater exeat Prouinciam ſuam ſub pœna grauioris culpę ſine licentia ſui Prouincialis, vel Vicarij ſuę Congregationis, & ſine litteris teſtimonialibus eorundem.*

De Iubilarijs.

IVbilarij in Ordine noſtro aliquando fuerunt, quorum memoria habetur in Capitulis ab an. 1414. vſque ad 1532. quo Romę in Capit. Generali celebraro nomen hoc ab Ordine noſtro eliminatum fuit. Iubilariorum priuilegia erant, exemptio ab hebdomadaria, à ſeruitio, & lectura menſę, alijſque grauibus Religionis noſtrę oneribus, ad quę tenebantur tunc cœteri Fratres, prout declaratum fuerat Bononię 1426. locuſque eorum erat ille met, quo ante Iubilariam gaudebant. Vt tali honore non potirentur niſi illi, qui quadraginta annorum continuo curſu in Ordine perſeuerallent, mandatum fuerat Florentię 1414. quod Friburgi 1419. fuerat confirmatum. Imò poſtea, vt non niſi illis, concederetur qui quinquaginta annis perſeueraſſent in Religione ordinatum poſtea fuit Bononię 1426.

Iubilarię gratię concedebatur ijs, qui ſex Nouitios ad Ordinem noſtrum perduxiſſent, qui propter bella aſſidua, frequentes peſtilentias, atque ęgritudines, Eccleſię ſchiſmata, aliaque incommoda quamplura ſatis ſuperque in Fratrum numero defecerat, prout ex Capitulorum Generalium Actis conſtat: vnde Romę 1481. ord. 11. & ibidem 1484. ord.6. ita dicitur. *Item ob frequentes peſtilentias, & ægritudines, propter bella, & alia multa incommoda, cum numerus Fratrum plurimùm deficere videatur, hortamur omnes Patres, & Fratres, vt Iuuenes bonæ indolis, honeſtè natos, et bono ingenio præditos ad Ordinem introducere laborent, eoſque in moribus Ordinis, in honeſtate vitę, in officio, et pſalmis dicendis, cantuque, et grãmatica erudire conentur. Et vt promptiùs hoc faciant, volumus, vt quicumque Frater ſex Nouitios ad Ordinem introduxerit, pro Iubilario habeatur, et ſit de facto.*

Deo tandem fauente, qui non permittit nos tentari ſupra id quod poſſumus, poſt firmatam in Eccleſia tranquillitatem, fugatamque peſtilentiam, ordinatum fuit nullum in poſterum inſtituendum fore Iubilarium, nomenque hoc ab Ordine pœnitùs eliminandum. Vnde Romę 1532. Reuocatione vnica ita ſancitum fuit. *Reuocamus Iubilarios,* & Lugduni 1536. confirmatione 1. ſic dicitur. *Confirmamus quòd in noſtro Ordine nulli ſint totaliter ab onere Religionis exempti, ita quòd ſint, vel appellentur Iubilarij: ſed ſi qui fuerint impotentes ratione ſenectutis, vel infirmitatis, poterunt a Prelato ſupportari, et diſcretè tractari.*

De Iuuenibus.

1 PRiores in inſtructione Iuuenum inuigilent, neque illos diſcurſibus, vel artium ſtudio exponant, niſi ſint in obſeruantia regulari bene informati. In Montepeſſullano 1283. ord.1. *Admonemus & volumus quod Priores circa inſtructionem, & informationem Fratrum Iuuenum, etiam poſt ipſorum profeſſionem, diligentem curam adhibeant, nec eos exponant diſcurſibus, nec ad Artes addiſcendas eos exponant, niſi priùs in diuino Officio inſtructi fuerint, & in Religione, & in obſeruantijs regularibus informati.*

2 Non morentur in illis Conuentibus, in quibus non ſunt Lectores. Valencenis 1259. ord.16. *Si in aliqua Prouincia non poſſint haberi Lectores in omnibus Conuentibus, prouideatur ſaltem quòd Fratres, maximè Iuuenes, non ſemper remaneant in illis Conuentibus, ſed mittantur ad loca vbi ſunt Lectores.* Et propterea Romæ 1580. ord.4. ita ſancitum fuit. *In omni autem Conuentu, vbi ſunt Iuuenes, aliqua Lectio Artium habeatur.*

3 Priores, Viſitatores, & Magiſtri Studentium inuigilent circa eorum profectum in ſtudijs, & negligentes puniant. Valencenis 1259. ord.25. *Priores, & Viſitatores, & Magiſtri Studentium ſint ſolliciti diligenter inquirere, qualiter Fratres, & præcipuè Iuuenes circa ſtudium occupentur, & qualiter in ſtudio proficiciunt, & puniant negligentes.*

4 Annuale examen ſingulis annis ſubire debent. Neapoli 1600. ord.14. *Vide de Examinandis num.* 5.

5 Inſolentes, & temerarij, qui Senioribus debitam reuerentiam non exhibent, ſtudijs priuentur, alijſque grauibus pœnis plectantur. Mediolani 1340. ord.9. *Item cum feruor iuuenilis ætatis pronam reddat adoleſcentiam ad malum, niſi ipſam cohibeat rigor, & regula diſciplinę, & adoleſcens peruersè morigeratus à via ſua mala non recedat, vnde graues turbationes in Ordine conſequi poſſent, omnibus, & ſingulis Rectoribus imponimus, & eorum ſuper hoc conſcientias oneramus, vt ſi quos habeant Iuuenes Studentes, vel non Studentes, audaces, prauos, præſumptuoſos, rebelles, & vagos, Fratribus obedientiam, & ſenioribus reuerentiam debitam non exhibentes, aut notabiliter negligentes; tales humiliare, & procacitatem eorum refrenare, & coercere, ac defectus alios præfatos punire ſtudeant, pœnas graues eiſdem ſine miſericordia infligendo. Volumus, & mandamus, vt Priores Prouinciales in ſuis Capitulis,*

Digitized by Google

tulis, nec non in viſitationibus Conuentuum contra tales Iuuenes inſolentes pœnas conuenientes ſecundùm qualitates culparum inueniant, & ordinent, ac compellant eas inuiolabiliter obſeruari: & vbi inuenerint tales inſtigatores, vel colligationes, ſine mora colligationes impietatis diſſoluant, & eos diſpergant per Conuentus varios, abſolutos à ſtudio, & pœnis alijs debitis puniendos. Si qui verò ſenes, ſeu Fratres alij cuiuſcunque conditionis exiſtant, talibus Iuuenibus indebitum fauorem, aut huiuſmodi temeritates, vel eos ipſos fouere, aut eorum correctiones impedire deprehenſi fuerint, tanquam Ordinis deſtructores pœnis conſimilibus puniantur. Quod fuit confirmatum apud Podium 1344. ord. 8.

6 Etiam grauioris culpæ pœna ſunt puniendi, tam prædicti Iuuenes temerarij, quam Patres illis fauentes. Romæ 1580. admon. 1. *Vide de Grauiori Culpa num. 28.*

7 Inepti pro ſtudijs, Conuerſorum habitu donentur. Ita enim ſancitum fuit apud Pragam 1359. ord. 3. *Volumus quòd Iuuenes, qui inepti ſunt ad ſtudia, transferantur ad ſtatum Fratrum Conuerſorum.*

8 Raro ex Conuentu exeant, difficileſque ſe Priores exhibeant in danda illis licentia ad hoc. Romæ 1601. ord. 19. *Vide hic num. 19. & de Exitu ex Conuent. num. 2.*

9 Dum ex Conuentu exeunt, Patres graues in ſocios habeant. Apud Nurimberg. 1405. ordinat. 11. *Vide de Exitu ex Conuent. num. 7.*

10 Nec Magiſtris, nec Baccalaureis, ſeu quibuſcunque Fratribus in ſocios, ad inſeruiendum ipſis, concedantur. Apud Metas 1421. ord. 4. *Item volumus, & ordinamus quòd nullus ſacræ paginæ Magiſter, ſiue Baccalaureus, vel quicunque de gratia Ordinis habere poteſt, quemcumque Iuuenem Fratrem non Sacerdotem in ſocium à modò habeat.*

11 Maneant in Nouitiatu vſque ad Sacerdotium ſub Magiſtri cura. Romæ 1608. ord. 7. *Quia ex proba, & ſancta Nouitiorum educatione magni fructus in Religione proueniunt, & diſciplina regularis mirificè promouetur, ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, vt Nouitij impoſterum poſt emiſſam profeſſionem maneant in domo Nouitiorum, & ſub cura ſui Magiſtri vſque ad Sacerdotium; Nec ante id tempus, vel extra domum Nouitiorum habitare, vel à cura ſui Magiſtri ſubduci poſſint. Sic tamen, vt Nouitij puri, hoc eſt hi, qui intra annum adhuc probationis exiſtunt, in eiuſdem domus Nouitiorum loco ſeiuncto, & ſeparato ſeorſim à ſocietate, & conuerſatione Nouitiorum, ſeu Iuuenum iam profeſſorum habeantur, & educentur.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 6. Bononiæ 1615. conf. 7. Mediolani 1622. admon. 2. Romę 1644. ord. 10. & Valentiæ 1647. inchoat. 1.

12 Non permittant Priores ipſos per Ciuitatem diſcurrere, vel aliorum Fratrum cellas ingredi: contrafacientes autem grauioris culpæ pœnæ ſubiacebunt. Ita enim Venetijs 1437. ſancitum fuit. *Non permittant Priores ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs Iuuenes ſolos, vel ſine cappa per Ciuitates, vel Caſtella diſcurrere, aut cum alio Fratre cuiuſcumque conditionis exiſtat, niſi ratione prædicationis, aut celebrationis Miſſæ, aut viſitationis infirmorum caſu, quo alius dari illi non poſſit in ſocium, aut extra domum Nouitiorum aliorum Fratrum cellas intrare: Fratres autem huic noſtræ prohibitioni contrauenientes, pœnæ grauioris culpæ ſubijciantur, ſic quòd ad vocem, & gratias reſtitui non poſſint niſi de Magiſtri Ord. gratia ſpeciali.*

13 Ad Sacros Ordines ſuſcipiendos non mittantur, niſi in chorali cantu ſint ſufficienter inſtructi. Barcinonę 1574. ord. 18. *Item ordinamus quod Priores non poſſint ad ſacros Ordines mittere Iuuenes, niſi cantum, qui de more Ordinis in officio Eccleſiaſtico, diuinoque cultu vſu venit, ſufficienter calluerint.* Plura alia ad Iuuenes ſpectantia circa ſacros Ordines ſuſcipiendos vide de Ordinandis.

14 Ad Artium ſtudia neq; admittantur, niſi ſint in Grammaticalibus, & Diuino Officio inſtructi. Burdegalis 1324. ord. 3. *Item volumus, & ordinamus, quòd Fratres iuniores non mittantur ad ſtudia Artium, nec ad ſacros Ordines promoueantur, niſi ſint in diuino Officio, & Grammaticalibus ſufficienter inſtructi.* Vide de Lectoribus Artium num. 25.

15 Neque ad Monaſteria mittantur niſi neceſſitate inſtante. Et cum Mulieribus non loquantur niſi in conſpectu ſociorum. Ferrariæ 1290. ord. 19. *Vide de Monialibus num. 16.*

16 Simul omnes ad Chorum, & reliqua loca communia incedere debent. Romæ 1608. ord. 7. *Vide de Nouitijs num. 8.*

17 Cum Nouitijs non loquantur. Mediolani 1505. ord. 3. *Vide de Nouitijs num. 9.*

18 Grauioris culpæ pœna puniantur, qui eos in proprijs cellis retinere, ſeu eorum miniſterio vti præſumpſerint. Romę 1569. *Vide de Grauiori Culpa num. 34.*

19 Proprium Magiſtrum habeant, qui eos delinquentes diſciplinis, & abſtinentijs corrigat. Apud Nurimberg. 1405. ord. 6. *Adijcientes, quòd etiam profeſſi Nouelli non Sacerdotes habeant Magiſtrum, & informatorem; qui eorum inſolentias, & diſſolutiones diſciplinis, & abſtinentijs, & pœnitentijs alijs corrigat, & compeſcat, atque ad ſtudioſum exercitium, vel cantus, vel pulſus Organorū, vel aliud eis magis habile iugeat, & aſtringat: Nec huiuſmodi Iuuenes de facili licentientur extra Conuentum, ſi autem aliquis prędictorum Magiſtrorum, ſeu informatorum in ſuo officio notabiliter negligens fuerit, à ſuo officio abſoluatur in pœnam, & quilibet ſic abſolutus voce, & gratijs Ordinis ſit priuatus, ad quas per nullum,*

Ma-

Magiſtro Ordinis inferiorem reſtitui valeat quouis modo.

20 Dum ſunt ad ſtudia mittendi non præferantur iure antiquitatis, ſed maioris ſufficientiæ, morumque probitatis. Barcinonę 1574.cap.*de Stud.Promot.*num.3. Vide de Student.num.44.

21 Ad Generalia Studia extra proprias Prouincias non mittantur in Italia. Romæ 1612. decl.1.*Vide de Studentib.num.*43.

22 Non mittantur ad ſuſcipiendos Eccleſiaſticos Ordines, niſi moribus ornati, atque in ſtudio Grammaticæ fuerint verſati. Romæ 1501.ord.21.*Vide de Ordinandis num.*9.

De Lapſu Carnis.

1 QVi de Lapſu Carnis manifeſtè conuictus fuerit, de cœtero non prædicet, nec audiat confeſſiones, nec ad aliquam Electionem Ordinis, nec ad aliquem tractatum eorum, quæ mittenda ſunt ad Generale, vel Prouinciale Capitulum admittatur, niſi per Diffinitores Capituli Generalis, vel Prouincialis, vel per Magiſtrum Ordinis fuerit reſtitutus, quæ reſtitutio non fiat per eoſdem ante tres annos ad minus. Et ſi fuerit Prædicator Generalis, dicto officio non fungatur, nec poſſit habere officium Prioratus, vel Supprioratus, vel Vicariatus, vel Lectoratus, nec poſſit fieri Diffinitor Capituli Generalis, vel Prouincialis, nec Prædicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis, ſine licentia Magiſtri Ordinis ſpeciali. *Ex Conſt. noſt.diſt.*1. *cap.* 20. *tex.*4. Cuius aliquæ particulæ in diuerſis Capitulis fuere ſancitæ: quantum autem ad lapſum carnis fuit inchoata apud Caturcum 1319. & in ſubſequēti Capitulo apud Rothomagum 1320. approbatione 1.ita approbata. *Approbamus hanc in cap. de Apoſtatis, vbi dicitur nec ad aliquem tractatum eorum, quæ mittuntur ad Capit. Generale, vel Prouinciale, addatur: Et quicunque fuerit conuictus, vel confeſſus iudicialiter de Lapſu carnis, vel de furto, aut carceri mancipatus, vel apoſtatauerit aliquo crimine perpetrato, in perpetuum ſit omni voce priuatus, nec poſſit habere officium Prioratus, Supprioratus, vel Lectoratus, nec ad aliquid prædictorum reſtitui, niſi per Magiſtrum Ordinis, & Capitulum Generale.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.ſub litt.I. In eadem autem diſt.1.cap. 18. tex.4. ita dicitur pœna carceris addita. *Si quis autem (quod Deus auertat) in peccatum carnis lapſus fuerit, carcerali cuſtodiæ mancipetur.*

2 Pœnas delinquentibus in lapſu carnis ſeuerè infligant Priores Prouinciales, & Conuentuales, ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs. Salmanticæ 1551.ord.4. *Item admonemus omnes Priores, tam Conuentuales, quàm Prouinciales, vt in pœnitentijs (præſertim in Conſtitutionibus taxatis) imponendis, ſint ſeueriores, & in his maximè, quæ ad honeſtatem pertinent, vnde ſolet ex paucorum erratis tota Religio infamari, & in alijs, quæ in Capitulo de Grauiori culpæ continentur.* Quod in ſubſequenti Capitulo Romæ 1553.admonit.5.fuit hoc modo confirmatum. *Admonemus RR. Prouinciales, vt Fratres, quos contra caſtitatis votum egiſſe deprehenderint, pœnis in Conſtitutionibus taxatis acriter puniant: Quòd ſi negligentes in hoc fuerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur.* Idem habetur in Conſt. noſt.loco ſuprad.ſub litt.M.

3 De accedentibus autem ad Lupanaria, ſeu loca ſuſpecta ita ſancitum fuit apud Cenomanum 1491.ord.2.*Item ſtatuimus, & ordinamus, ac omnibus, & ſingulis Fratribus noſtræ Religioni. in virtute Spiritus Sancti, & S.Obed.præcipimus, & ſub excommunicationis pœna latę ſententiæ, quam ſedentes pro tribunali ſcriptis in his ſcriptis, vnica pro trina canonica monitione præmiſſa, ac ſub pœna carceris, vt nullus introducere præſumat mulieres ſuſpectas, aut malæ famæ in Conuentum, vel dormitorium, ſeu ad Cellas ſuas: præcipientes Præſidentibus Conuentuum in virtute Spiritus S.& S.Obed.& ſub pœna tranſgreſſoribus, præceptorum debita quatenus ſi qui vero tranſgreſſores inuenti fuerint, eos incarcerari faciant, et non liberentur, aut abſoluantur ſine expreſſa licentia Magiſtri Ordinis, aut Prioris Prouincialis, debita ſappoſita pœnitentia tanto exceſſui: Idem intelligentes de accedentibus ad Lupanaria, vel ad loca ſuſpecta: Quòd ſi Priores in prædictis rei, & tranſgreſſores reperti fuerint, per Prouincialem ſuę prouinciæ incarcerentur.* Mediolani autem 1505.ord.10.ita fuit ſancitum. *De Voto Caſtitatis. Item quia nihil nos ita odibiles Deo, & abominabiles hominibus reddit, quàm promiſſa caſtitatis votum deprauare, diſtrictè imponimus Pręſidentibus Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis, quam ipſo facto contrafaciendo incurrant quatenus ſi aliquem Fratrem legitimè deprehenderint in peccatum carnis cum quauis perſona incurriſſe, vel lapſum fuiſſe, aut poſt primam admonitionem in pręſentia aliquorum Patrum ſibi factam, ad loca ſuſpecta acceſſiſſe, aut cum perſonis ſuſpectis conuerſationem, vel familiaritatem habuiſſe, pręter pœnas in Conſtitutionibus taxatas ipſum eijciant à Conuentu, et priuent omnibus bonis ab Ordine illi conceſſis, quę volumus communitati fideliter applicari, declarantes huiuſmodi criminoſos incurriſſe pœnam grauioris culpę, et pœnam carceris, à qua non poſſint abſolui niſi per Magiſtrum Ordinis, et Diffinitores Capit. Generalis, vel Prouincialis.*

Si

4 Si quis nefandum crimen concubitus contra naturam, homicidij, vel propinati (etiam effectu non ſubſecuto) veneni commiſerit, perpetuo carceri ſit addictus, à quo nec per Magiſtrum Ordinis, nec per Capitulum Generale poſſit ante annos viginti liberari; & nihilominus pœnis alijs puniatur ſecundùm Prælati diſcretionem. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 9. quæ fuit inchoata Ianuę 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

5 Si aliquis de lapſu carnis conuictus, (& idem dicendum eſt de Apoſtatis, & ſententialiter ad carceres damnatis) & iuxta Conſtitutionum noſtrarum tenorum punitus, à Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Capituli Generalis, ſeu Prouincialis ad omnes gratias Ordinis fuerit reſtitutus, non tamen propter hoc poterit habere officium Prioratus, Suppriorattus, Vicariatus, Lectoratus, Diffinitoris Capit. Generalis, vel Prouincialis, nec Magiſtri Ordinis Electoris abſque eiuſdem Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.* Vide ibid. in declarat. ſub litt. K. In cuius Conſtitutionis obſeruationem anno Dom. 1653. cum quidam ſupradicto modo conuictus, & punitus, tranſactis pluribus annis fuiſſet in vno Conuentu vnanimiter in Priorem electus, qui aliàs ad omnes gratias Ordinis fuerat à Magiſtro Ordinis P. F. Thoma Turco reſtitutus, in præſtantiſſimorum Patrum Conſilio (cui ego omnium minimus interfui) in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam habito, eius electio vnanimiter fuit caſſata, eo quia in litteris patentibus reſtitutionis ipſius ad omnes gratias Ordinis, quæ ibidem coram omnibus fuere exhibitæ, & lectę nulla habebatur mentio ſpecialis, vt poſſet in Priorem eligi.

5 Conuentuum Præſidentes carnis lapſum opere conſumatum poſſunt ſibi reſeruare iuxta Apoſtolicam Clementis VIII. Conſtitutionem. *Vide in Prologo Conſt. noſt. in declar. tex. 10. ſub litt. S.*

7 Fratres de aliqua familiaritate ſuſpecti, prius moneantur, deinde puniantur. Neapoli 1515. ord. 10. *Contra Fratres ſuſpectos de aliqua familiaritate, prouideatur ſecundum Conſtitutiones monendo, pręcipiendo, puniendo.*

De Lectis.

1 SVper culcitras non dormiant Fratres noſtri niſi forte ſtramen, vel aliquid tale ſuper quo dormiant habere non poſſint. Qui autem culcitram petierit, ieiunet vna die in pane, & aqua. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 9. tex. 1. quæ fuit ſancita in Capitulo Generaliſſimo ſub B. Iordano ſecundo Ordinis Magiſtro.* Pariſijs ann. 1236.

2 Super ſtramina, & Saccones laneos dormire licebit: Extra domum vero dormire poterunt ſicut fuerit eis ſtratum. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. quæ fuit pariter in eodem Capit. Pariſienſi 1236. ſancita.* Licet ergo Fratres noſtri ſani ſuper culcitras dormire non debeant, infirmis tamen licitum eſt ſuper eas quieſcere de Suppriorum licentia. *Ita habetur ibid. ſub litt. A.*

3 Cum tunicella, & caligis cincti dormiant Fratres noſtri. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* in cuius confirmationem Narbonæ 1394. ſic dicitur. *Item Fratres cum tunicella, cingulo, & caligis dormiant, quia tunicella videtur pertinere ad habitum noſtrum de nocte, qui ſemper debet oſſibus noſtris adhærere.* Qui ergo ſine cauſa, ſed ex ſola ſenſualitate ſine tunicella, & caligis dormiunt, ad damnabilem contemptum diſponuntur. *Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B.*

4 Linteamina in infirmarijs noſtris concedimus quòd haberi poſſint, & ſimiliter in Cameris hoſpitum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 10. tex. 1.*

5 In eodem lecto nullo modo dormiant duo Fratres noſtri Mediolani 1505. ord. 3. *Vide de Cellis num. 10.*

De Lectoribus Artium, & Sac. Theologiæ.

1 COnuentus, qui Doctorem, hoc eſt Lectorem non habent, non admittantur ad ea, quę in Prouinciali Capit. tractanda ſunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 2.* In cuius exequutionem Burdegalis 1324. ord. 2. ſic dicitur. *Cum inuenerimus in quibuſdam Prouincijs multos Conuentus carere Lectoribus contra noſtri Ordinis inſtituta: Volumus, & diſtrictè iniungimus Prioribus Prouincialibus vniuerſis, quòd ſingulis Conuentibus ſuarum Prouinciarum*

Digitized by Google

Magiſtro Ordinis inferiorem reſtitui valeat quouis modo.

20 Dum ſunt ad ſtudia mittendi non præferantur iure antiquitatis, ſed maioris ſufficientiæ, morumque probitatis. Barcinonę 1574.cap.*de Stud.Promot*.num.3. Vide de Student.num.44.

21 Ad Generalia Studia extra proprias Prouincias non mittantur in Italia. Romæ 1612. decl.1. *Vide de Studentib.num.43.*

22 Non mittantur ad ſuſcipiendos Eccleſiaſticos Ordines, niſi moribus ornati, atque in ſtudio Grammaticæ fuerint verſati. Romæ 1501.ord.21.*Vide de Ordinandis num.9.*

De Lapſu Carnis.

1 QVi de Lapſu Carnis manifeſtè conuictus fuerit, de cœtero non prædicet, nec audiat confeſſiones, nec ad aliquam Electionem Ordinis, nec ad aliquem tractatum eorum, quæ mittenda ſunt ad Generale, vel Prouinciale Capitulum admittatur, niſi per Diffinitores Capituli Generalis, vel Prouincialis, vel per Magiſtrum Ordinis fuerit reſtitutus, quæ reſtitutio non fiat per eoſdem ante tres annos ad minus. Et ſi fuerit Prædicator Generalis, dicto officio non fungatur, nec poſſit habere officium Prioratus, vel Supprioratus, vel Vicariatus, vel Lectoratus, nec poſſit fieri Diffinitor Capituli Generalis, vel Prouincialis, nec Prædicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis, ſine licentia Magiſtri Ordinis ſpeciali. *Ex Conſt. noſt.diſt.1. cap. 20. tex.4.* Cuius aliquæ particulæ in diuerſis Capitulis fuere ſancitæ: quantum autem ad lapſum carnis fuit inchoata apud Caturcum 1319. & in ſubſequēti Capitulo apud Rothomagum 1320. approbatione 1.ita approbata. *Approbamus banc in cap. de Apoſtatis, vbi dicitur nec ad aliquem tractatum eorum, quæ mittuntur ad Capit. Generale, vel Prouinciale, addatur: Et quicunque fuerit conuictus, vel confeſſus iudicialiter de Lapſu carnis, vel de furto, aut carceri mancipatus, vel apoſtatauerit aliquo crimine perpetrato, in perpetuum ſit omni voce priuatus, nec poſſit habere officium Prioratus, Supprioratus, vel Lectoratus, nec ad aliquid prædictorum reſtitui, niſi per Magiſtrum Ordinis, & Capitulum Generale.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.ſub litt.I. In eadem autem diſt.1.cap. 18. tex.4. ita dicitur pœna carceris addita. *Si quis autem (quod Deus auertat) in peccatum carnis lapſus fuerit, carcerali cuſtodiæ mancipetur.*

2 Pœnas delinquentibus in lapſu carnis ſeuerè infligant Priores Prouinciales, & Conuentuales, ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs. Salmanticæ 1551.ord.4. *Item admonemus omnes Priores, tam Conuentuales, quàm Prouinciales, vt in pœnitentijs (præſertim in Conſtitutionibus taxatis) imponendis, ſint ſeueriores, & in his maximè, quæ ad honeſtatem pertinent, vnde ſolet ex paucorum erratis tota Religio infamari, & in alijs, quæ in Capitulo de Grauiori culpa continentur.* Quod in ſubſequenti Capitulo Romæ 1553.admonit.5.fuit hoc modo confirmatum. *Admonemus RR. Prouinciales, vt Fratres, quos contra caſtitatis votum egiſſe deprehenderint, pœnis in Conſtitutionibus taxatis acriter puniant: Quòd ſi negligentes in hoc fuerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur.* Idem habetur in Conſt. noſt.loco ſuprad.ſub litt.M.

3 De accedentibus autem ad Lupanaria, ſeu loca ſuſpecta ita ſancitum fuit apud Cenomanum 1491.ord.2. *Item ſtatuimus, & ordinamus, ac omnibus, & ſingulis Fratribus noſtræ Religioni in virtute Spiritus Sancti, & S.Obed. præcipimus, & ſub excommunicationis pœna latę ſententiæ, quam ſedentes pro tribunali ferimus in his ſcriptis, vnica pro trina canonica monitione pręmiſſa, ac ſub pœna carceris, vt nullus introducere præſumat mulieres ſuſpectas, aut malæ famæ in Conuentum, vel dormitorium, ſeu ad Cellas ſuas: præcipientes Præſidentibus Conuentuum in virtute Spiritus S. & S.Obed. & ſub pœna tranſgreſſoribus, præceptorum debita quatenus ſi qui veri trāſgreſſores inuenti fuerint, eos incarcerari faciant, et non liberentur, aut abſoluantur ſine expreſſa licentia Magiſtri Ordinis, aut Prioris Prouincialis, debita ſuppoſita pœnitentia tanto exceſſui: Idem intelligentes de accedentibus ad Lupanaria, vel ad loca ſuſpecta: Quòd ſi Priores in prædictis rei, & tranſgreſſores reperti fuerint, per Prouincialem ſuę prouincię incarcerentur.* Mediolani autem 1505.ord.10.ita fuit ſancitum. *De Voto Caſtitatis. Item quia nihil nos ita odibiles Deo, & abominabiles hominibus reddit, quàm promiſſæ caſtitatis votum deprauare, diſtrictè imponimus Pręſidentibus Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis, quam ipſo facto contrafaciendo incurrant quatenus ſi aliquem Fratrem legitimè deprehenderint in peccatum carnis cum quauis perſona incurriſſe, vel lapſum fuiſſe, aut poſt primam admonitionem in pręſentia aliquorum Patrum ſibi factam, ad loca ſuſpecta acceſſiſſe, aut cum perſonis ſuſpectis conuerſationem, vel familiaritatem habuiſſe, pręter pœnas in Conſtitutionibus taxatas ipſum eijciant à Conuentu, et priuent omnibus bonis ab Ordine illi conceſſis, quę volumus communitati fideliter applicari, declarantes huiuſmodi criminoſos incurriſſe pœnam grauioris culpę, et pœnam carceris, à qua non poſſint abſolui niſi per Magiſtrum Ordinis, et Diffinitores Capit. Generalis, vel Prouincialis.*

Si

4 Si quis nefandum crimen concubitus contra naturam, homicidij, vel propinati (etiam effectu non ſubſecuto) veneni commiſerit, perpetuo carceri ſit addictus, à quo nec per Magiſtrum Ordinis, nec per Capitulum Generale poſſit ante annos viginti liberari; & nihilominus pœnis alijs puniatur ſecundùm Prælati diſcretionem. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 9. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

5 Si aliquis de lapſu carnis conuictus, (& idem dicendum eſt de Apoſtatis, & ſententialiter ad carceres damnatis) & iuxta Conſtitutionum noſtrarum tenorum punitus, à Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Capituli Generalis, ſeu Prouincialis ad omnes gratias Ordinis fuerit reſtitutus, non tamen propter hoc poterit habere officium Prioratus, Supprioratus, Vicariatus, Lectoratus, Diffinitoris Capit. Generalis, vel Prouincialis, nec Magiſtri Ordinis Electoris abſque eiuſdem Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.* Vide ibid. in declarat. ſub litt. K. In cuius Conſtitutionis obſeruationem anno Dom. 1653. cum quidam ſupradicto modo conuictus, & punitus, tranſactis pluribus annis fuiſſet in vno Conuentu vnanimiter in Priorem electus, qui aliàs ad omnes gratias Ordinis fuerat à Magiſtro Ordinis P. F. Thoma Turco reſtitutus, in præſtantiſſimorum Patrum Conſilio (cui ego omnium minimus interſui) in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam habito, eius electio vnanimiter fuit caſſata, eo quia in litteris patentibus reſtitutionis ipſius ad omnes gratias Ordinis, quæ ibidem coram omnibus fuere exhibitæ, & lectę nulla habebatur mentio ſpecialis, vt poſſet in Priorem eligi.

5 Conuentuum Præſidentes carnis lapſum opere conſumatum poſſunt ſibi reſeruare iuxta Apoſtolicam Clementis VIII. Conſtitutionem. *Vide in Prologo Conſt. noſt. in declar. tex. 10. ſub litt. S.*

7 Fratres de aliqua familiaritate ſuſpecti, prius moneantur, deinde puniantur. Neapoli 1515. ord. 10. *Contra Fratres ſuſpectos de aliqua familiaritate, prouideatur ſecundum Conſtitutiones monendo, præcipiendo, puniendo.*

De Lectis.

1 SVper culcitras non dormiant Fratres noſtri niſi forte ſtramen, vel aliquid tale ſuper quo dormiant habere non poſſint. Qui autem culcitram petierit, ieiunet vna die in pane, & aqua. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 9. tex. 1. quæ fuit ſancita in Capitulo Generaliſſimo ſub B. Iordano ſecundo Ordinis Magiſtro.* Pariſijs ann. 1236.

2 Super ſtramina, & Saccones laneos dormire licebit: Extra domum verò dormire poterunt ſicut fuerit eis ſtratum. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. quæ fuit pariter in eodem Capit. Pariſienſi 1236. ſancita.* Licet ergo Fratres noſtri ſani ſuper culcitras dormire non debeant, infirmis tamen licitum eſt ſuper eas quieſcere de Suppriorum licentia. *Ita habetur ibid. ſub litt. A.*

3 Cum tunicella, & caligis cincti dormiant Fratres noſtri. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* in cuius confirmationem Narbonæ 1394. ſic dicitur. *Item Fratres cum tunicella, cingulo, & caligis dormiant, quia tunicella videtur pertinere ad habitum noſtrum de nocte, qui ſemper debet oſſibus noſtris adhærere.* Qui ergo ſine cauſa, ſed ex ſola ſenſualitate ſine tunicella, & caligis dormiunt, ad damnabilem contemptum diſponuntur. *Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B.*

4 Linteamina in infirmarijs noſtris concedimus quòd haberi poſſint, & ſimiliter in Cameris hoſpitum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 10. tex. 1.*

5 In eodem lecto nullo modo dormiant duo Fratres noſtri Mediolani 1505. ord. 3. *Vide de Cellis num. 10.*

De Lectoribus Artium, & Sac. Theologiæ.

1 COnuentus, qui Doctorem, hoc eſt Lectorem non habent, non admittantur ad ea, quę in Prouinciali Capit. tractanda ſunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 2.* In cuius exequutionem Burdegalis 1324. ord. 2. ſic dicitur. *Cum inuenerimus in quibuſdam Prouincijs multos Conuentus carere Lectoribus contra noſtri Ordinis inſtituta: Volumus, & diſtricte iniungimus Prioribus Prouincialibus vniuerſis, quòd ſingulis Conuentibus ſuarum Prouinciarum*

rum poſtpoſita quacumque excuſatione prouideant de Lectore, vbi autem ad hac idoneos eſſe contigerit in alijs officijs occupatos, volumus quòd à ſuis officijs abſoluantur, ſi de Lectoribus non poſſet aliter prouideri. Quod fuit conf. Mediolani 1340. Vide hic infra num. 17.

2 Viſitatores inuigilent, & inquirant, an Lectores ſuum laudabiliter exerceant officium aſſiduis lectionibus docendo; quòd ſi aliquos inuenerint in hoc negligentes, ſeuerè puniant. In Monte peſſulano 1265. ord. 7. *Item Viſitatores in ſuis viſitationibus diligenter inquirant quid, & quantum Lectores in anno legerunt, quoties diſputauerunt, qualiter Priores ſtudium promouerunt, & qualiter Fratres ſtudio incenderunt, & hoc Priori Prouinciali, & Diffinitoribus referant, à quibus ſi circa præmiſſa negligentes fuerint, grauiùs puniantur.*

3 Qui non ſunt aſſidui in lectionibus, Lectorum gratijs, & titulo non gaudeant. Londonis 1335. ord. 1. *Inhibemus diſtrictè ne Lectores, qui ſuas lectiones in ſcholis non continuant, quibuſcumque gratijs, nec titulo Lectoratus gaudeant, nec Lectores re, nec nomine reputentur.*

4 Suo officio etiam priuentur. Narbonæ 1303. ord. 3. *Lectores, qui ſaltim quatuor vicibus in ſeptimana (ceſſante tamen impedimento) non habuerint ſuas lectiones, lectura priuentur.* Quod ita fuit confirmatum Romæ 1553. ord. 1. *Lectores nullo pacto in alijs occupentur, ſed ſi actu non legerint, lectura priuentur.*

5 Suas Lectiones ſingulis annis nouem menſium integro curſu compleant, conferentias, & circulos de eiſdem habentes, aliàs non computentur illis ad impetrandos gradus. Romæ 1580. ord. 9. *Ordinamus etiam quòd Lectores in Vniuerſitatibus legere teneantur ſaltem per nouem menſes, & quòd nullo pacto facere poſſint vacantias, niſi à feſto S. Ioannis Baptiſtę vſque ad feſtum S. Crucis menſis Septembris propter nimium calorem, alioquin non computentur lecturæ eorum ad curſus peragendos pro forma, & gradu Magiſterij.* Quod Apoſtolica auctoritate iterum fuit ordinatum Romæ 1589. ord. 2. pro Studiorum reformatione hoc pacto. *Ordinamus etiam, & ſub eodem formali præcepto mandamus. (vti alijs etiam ordinatum, & mandatum fuit) vt Lectores decem, vel adminus nouem menſes in quolibet anno legant, ſitque lectionis quotidianæ ſpatium circiter vnius horæ vel in pluribus; & qui notabiliter in hoc defecerint, Lectoris officio omnino priuentur.* Idem confirmatum fuit Bononiæ 1615. Cap. *De Reform. Studiorum*, & additum, vt earundem lectionum repetitiones, & conferentię fiant. *Decreuimus, vt omnes Lectores in prælegendis lectionibus à feſto S. Crucis vſque ad feſtum S. Mariæ Magdalenæ, vel S. Io: Bapt. ad minus perſeuerent: prælectioni verò ſingulis diebus horæ vnius, & repetitioni, ſeu conferentiæ alterius horæ tempus præſcribimus, ita tamen, vt aliæ ordinariæ diſputationes non prętermittantur.* Qui verò huiuſmodi conferentias, & circulos neglexerint, ſuo munere priuentur. Valliſoleti 1605. conf. 20. *Confirmamus, & inuiolabiliter obſeruari volumus, vt quotidie omnium lectionum, quæ audiuntur, fiant conferentiæ, & circuli etiam ſingulis diebus proponantur, niſi actus ſuperior impedierit. Quòd ſi Lectores in hoc fuerint negligentes, lectionibus priuentur, conſcientias Prælatorum onerantes, ſi in promouendis ſtudijs fuerint negligentes.* Quod etiam Romæ 1601. ord. 11. ordinatum fuerat.

6 Triennio curſum ſuum perficiant. Valliſoleti 1605. ord. 6. *Lectores Artium triennio ad ſummum curſum ſuum perficiant, nullaque ratione eorum, nec aliorum Lectorum intermittantur lectiones, nec litteraria exercitia à feſto S. Crucis vſque ad feſtum S. Mariæ Magdalenę, exceptis hebdomada ante Aduentum, & duabus hebdomadibus ante quadrageſimam, in quibus exercitia intermitti poterunt, dummodo ſingulis diebus vna lectio habeatur. A Dominica autem in Ramis Palmarum vſque ad Dominicam in Albis, ceſſare poterunt omnia.* Bononiæ autem 1615. cap. *De Reformat. ſtudiorum.* ita ſubditur. *Quia verò dum breuitati nimiæ quidam ſtudent obſcuri diſcipulis fiunt, vel etiam aliqui dum nimiam claritatem affectant, prolixitate ingenia diſcipulorum retinent, & confundunt, ſtatuimus, vt Lectores Artium, ſeu Philoſophiæ nec breuiore quàm trium, nec etiam ampliore quàm annorum quatuor tempore in perficiendo curſu Artium durent.*

7 D. Thomæ in Theologicis, atque Ariſtotelis in Philoſophicis, Doctrinam ſequantur. Bononiæ 1615. loco ſuprad. *Quia verò in dies quamplurimi Doctrinæ S. Thomę Commentatores prodeunt, ita vt infinita penè mole librorum veritas ipſa, & ſincera eius Doctrina offuſcari videatur: Id circo ne tanta inutilium quæſtionum varietate diſcipulorum ingenia confundantur, omnibus Lectoribus, et Studiorum Moderatoribus ſub prædictis pœnis* (ſcilicet priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac inhabilitatis perpetuę ad omnes gradus) *mandamus, vt varietate Auctorum relicta, in Philoſophicis quidem Ariſtotelem, eius textum commentarijs Patrum noſtri Ordinis explicando; in Theologicis verò Doctrinam S. Tho. vt eſt in littera, ſingulariter, ſpecificè, & expreſsè; nedum quantùm ad ipſam ſubſtantiam, ſed etiam quantùm ad verba exactiſſimè proponant, explicent, doceant, & defendant, tam in publicis, quàm in priuatis diſputationibus, repetitionibus, alijſque ſcholaſticis exercitijs: ita vt ſi fieri poteſt, textum S. Thomæ integrum memoriæ comendent, & eiuſdem loquendi modo, ſtilo, ac verbis aſſuefiant.*

8 A Doctrina Sanctorum Patrum non recedant. Apud Briuam 1346. *Vide de Doct. SS. Patrum num. 1.*

Ne-

9 Neque à Doctrina, & ſententijs Angelici noſtri Præceptoris vllo modo. *Vide totum Cap. de Doctrina S. Thomæ, vbi de hac re agitur.*

10 Tenentur iurare in verbo eiuſdem Doctoris Angelici. Romę 1629. conf. vlt. *Vide de Doct. D. Tho. num. 17.*

11 In Summulis opere Petri Hiſpani vtantur: in Logicalibus autem, & Philoſophicis, Ariſtotelis textu: In Theologicis verò D. Tho. articulos declarent. Salmanticę 1551. ord. 10. *Ordinamus item, vt non ſolùm in ſacra Theologia, ſed etiam in Philoſophia ab omnibus Lectoribus legatur, declaretur, & defendatur ſemper Doctrina S. Thomæ, ſicut mandatum eſt à Patribus noſtris in Capit. Generalibus; Ita vt in Summulis legatur, ab omnibus Petrus Hiſpanus, & bene intelligatur reiectis Sophiſticis argutijs: In Logica textus Ariſtotelis, & in Philoſophia ſimiliter cum integro commento S. Thomæ, relictis inutilibus, & Sophiſticis queſtionibus. In Sacra Theologia item declaretur totus Articulus S. Thomæ, & ex ipſo met S. Thoma elucidetur, & difficultatibus reſpondeatur, vt habetur apud Capreolum, vel Caietanum, relictis proprijs phantaſijs, & ſcartafatijs, à quorum ſcribendorum obligatione omnes, & ſingulos ſcholares abſoluimus, nolentes eos ad id poſſe à quoquam, Magiſtro noſtro Generali inferiore, de cætero obligari.* Et Pariſijs 1611. ord. 5. ita mandatur. *Ordinamus, & hoc à Lectoribus, tam Artium, quàm Theologiæ inuiolabiliter obſeruari volumus, vt in legendo, textum ipſum, ſiuè Ariſtotelis, ſiuè S. Thomæ, non ſummariè, vel confusè, ſed diſtinctè, & dearticulatè declarent, & exponant, rationem habentes non ſolùm ſententia, ſed & ordinis, atque connexionis textuum, & hæc eadem à diſcipulis ſuis exigant in examinibus, & conferentijs, & memoriæ tradi curent.*

12 Si contra D. Thomę Doctrinam arguant, ſtatim argumenta ſoluant, aliàs officio Lectoratus priuentur. Apud Ciſtaricum 1329. ord. 2. *Vide de Doct. D. Th. num. 8.*

13 Nouas opiniones non adinueniant, ſed communes ſequantur. Bononię 1244. ord. 3. *Item monemus Lectores, quòd nouas opiniones non inueniant, ſed communiores, & magis approbatas ſequantur.*

14 In Lectura Sententiarum totum textum legant. Maſſilię 1300. ord. 1. *Admonemus, quod in lectione ſententiarum non omittatur quin totus textus legatur integrè, & Fratres, dum idem textus legitur, non ſubtrahant ſe de ſcholis. Quòd ſi contrarium fecerint, per Priores, & Viſitatores grauiùs puniantur.*

15 Non occupentur à Superioribus in officijs, à quibus impediantur in ſuo legendi munere probè obeundo. Valencenis 1259. ord. 12. *Item ad promotionem ſtudij ordinamus hoc, quòd Lectores non occupentur in officijs, vel negotijs, per quæ à lectionibus retrahantur.* Quod fuit confirmatum Lugduni 1274. ord. 7. & Romę 1553. ord. 1. vt dictum eſt ſupra num. 4.

16 Eant ad diſputationes ſi lectionibus operam nequaquam nauant. Valcncenis 1259. ord. 23. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quòd Lectores vacantes vadant ad ſcholas, præcipuè ad diſputationes.*

17 Priores, & Lectores ſimul nulli ſint. Mediolani 1340. ord. 8. *Imponimus Prioribus Prouincialibus, & eorum Capitulis, quòd cuilibet Conuentui prouideatur de Lectore; & vbi fortè non inueniantur Fratres idonei pro officio lectoratus ſecundùm numerum Conuentuum, abſoluantur Priores, ſi qui ſint adhoc vtiles, & in lectoratus officio reponantur; nec idem ſimul Lector, & Prior exiſtat, niſi forſitan ad tempus modicum, et ex cauſa neceſſaria, & vrgenti.*

18 Lectores nouiter inſtituti non eligantur, nec confirmentur in Priores, donec lectoratus officium per tres annos compleuerint. Ita in præfato Capit. Mediol. 1340. & ord. 8. ſubditur. *Redeuntes quoque de Generalibus Studijs non eligantur, nec confirmentur in Priores, donec lectoratus officium exercuerint per tres annos.* Vide num. ſequentem.

19 Neque etiam in Suppriores aſſumantur Burdegalis 1324. ord. 2. *Item cum inuenerimus in quibuſdam Prouincijs multos Conuentus carere Lectoribus contra noſtri Ordinis inſtituta: Volumus, & diſtrictè iniungimus Prioribus Prouincialibus vniuerſis, quòd ſingulis Conuentibus ſuarum Prouinciarum poſtpoſita quacumque excuſatione prouideat de Lectore; vbi autem ad hoc idoneos eſſe contigerit in alijs officijs occupatos, volumus quòd à ſuis officijs abſoluantur, ſi de Lectoribus non poſſet aliter prouideri: adijcientes quòd Studentes redeuntes de Studijs Generalibus non fiant Priores, vel Suppriores vſque poſt tres annos.*

20 Capitulis quotidianis, ſeu de culpis, cum cæteris Fratribus interſint. Mediolani 1340. ord. 8. *Lectores etiam Capitulis quotidianis Prioris interſint, & in obſeruantijs quotidianis ſe præbeant exemplares.*

21 Non amoueantur à ſuo munere donec curſum compleuerint. Romę 1589. admonit. 8. *Admonemus R. R. P. P. Prouinciales, vt omnino abſtineant à multitudine aſſignationum infra annum, vt vagandi occaſio (præſertim Iuuenibus) tollatur. Permittant etiam Lectores cum eiſdem diſcipulis in vno eodemque Conuentu ſuarum lectionum curſus perficere; neque eos remoueant quoadusque perfecerint. Hinc enim maximum incommodum, & damnum, tum diſcipulis, tum Lectoribus euenire ſolet, dum eorum curſus, & lectiones interrumpuntur.*

22 Non permittantur à Conuentibus, in quibus legunt, diſcedere neque ipſi, neque eorum diſcipuli. Bononię 1615. Capit. pro Reformat. ſtud. *Monemus autem PP. Prouinciales,*

vt non niſi ex grauiſſimis cauſis, tam Priores, quàm Lectores eorumque diſcipulos à ſuis Conuentibus abeſſe permittant.

23 Non pergant ad prędicandum in Quadrageſima. Romę 1571. Capit. *Ordinat. De Stud. Promot.* ord. 3. Barcinonę 1574. cap. *De Stud. Promot.* conf. 5. & Romę 1601. ord. 10. ita ſancitur. *Ordinamus quòd Lectores Artium non poſſint tempore Quadrageſimæ concionari, ita vt ob conciones ordinaria lectio impediatur, & quod ambo Theologiæ Lectores eodem tempore concionibus non vacent, ſed ſaltem alter eorum ſemper domi perlecturus remaneat.* Quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conf. 19. & Bononię 1615. conf. 5. vbi hoc ſubditur. *Quod ſi hoc ex cauſa rationabili per Prouincialem alicui Lectori conceſſum ſit, volumus & ordinamus, vt non ipſe Lector, ſed Prouincialis Lectorem alium, qui eius vices gerat, durante abſentia prædicti Lectoris ſubſtituat. Alias ſi id fieri non poteſt, vt alius Lector pro eo tempore habeatur, talis Lector concionibus vacare non poterit, Prouincijs deſolatis dumtaxat exceptis.*

24 Qui in legendo loco aliorum ſubſtituuntur, nullum in talibus Lectionibus, vel Gradibus ius acquirunt: ſi verò principalis moriatur, in eius locum ſuccedant. In Monte peſſulano 1456. declarat. vlt. *Item circa ſubſtitutos ad aliquam Lectoriam, vel Gradum: Declaramus, quòd vigore ſubſtitutionis nulli Fratri aliquod ius collatum eſt in illa Lectoria, vel Gradu, ad quem ſubſtitutus eſt, niſi præcisè ſi Fratrem aſſignatum mori, vel abeſſe contingat, Frater ſubſtitutus loco eius ſuccedet tanquam ſi foret aſſignatus pro illo Gradu, vel Lectoria.*

25 In quocumque Conuentu ſunt Iuuenes, ſint etiam Lectores, qui illos Grammaticam, vel Artes doceant. Romæ 1553. ord. 1. Ibidem 1558. conf. 13. Auenione 1561. conf. 5. & Bononiæ 1564. conf. 3. ſic dicitur. *Item confirmamus quòd in Conuentu, vbi ſunt Iuuenes, ſit aliquis Lector, qui eos doceat Grammaticam, vel Artes iuxta eorum capacitatem.*

26 Tres circulos ſaltem in ſingulis ſeptimanis habeant, quibus ſtudij Officiales interſint. Romæ 1589. cap. *Ordinat. Pro Studiorum Reformat.* ord. 3. *Ordinamus etiam & ſub eodem formali præcepto Studentium Magiſtris, & alijs Lectoribus præcipimus, vt qualibet hebdomada tres circulos, & diſputationes ad minus (iuxta antiquiſſimam, & laudabilem noſtri Ordinis conſuetudinem) habere procurent, quibus omnes diſcipuli ſtudentes, & ſtudij Officiales reſpectiue indiſpenſabiliter intereſſe debeant.*

27 Qui in aliquo Generali Studio fuere approbati, non tenentur iterum in propria Prouincia examen ſubire, niſi alias talis Prouincia aliquod ſpeciale indultum in hoc habeat. Romæ 1608. decl. 2. *Declaramus quòd Lectores examinati & approbati in aliquo Studio Generali, non teneantur iterum in propria, vel aliena Prouincia examinari.* Quę autem in hoc ſpeciale indultum habeant Prouinciæ, dum de ſingulis Prouincijs in 2. par. tractabitur, manifeſtabimus.

28 Qui per integrum menſem à lectionibus habendis ceſſauerint, tali munere priuentur. Bononiæ 1615. Capit. de Reformat. Stud. *Ordinamus, vt Regentes, Baccalaurei, Magiſtri Studentium, cæteríque Lectores actuales (vnica tantùm eundi ad Capit. Prouinciale, quando Vocales fuerint, vel pro publicis diſputationibus, aut concionibus in eodem Capitulo habendis occaſione excepta) ſtudij ſui, & lecturæ curam per aliquod ſpatium temporis notabile, vt puta per Menſem ſub pœna priuationis officiorum ſuorum deſerant.*

29 Lectores primi, qui Conuentus Doctores in Conſt. noſt. nominantur, voce in Conſilijs Patrum gaudere debent. Venetijs 1592. ord. 17. & Neapoli 1600. decl. 8. *Vide de Conſilio Patrum num. 5.*

30 Siue Patres à Conſilijs ſint, ſiue non, locum ſuæ profeſſionis ſemper teneant. Salmanticæ 1551. ord. 8. *Item ordinantes reprobamus abuſum quarundam Prouinciarum de loco dando Lectoribus, ſuper omnes Patres: mandantes, & præcipientes in virtute S. Obedientiæ conſuetudinem antiquam noſtri Ordinis vbique ab omnibus obſeruari, vt Fratres ſubditi, & non Graduati locum teneant ſecundùm ordinem ſuæ profeſſionis, ſiue ſint Patres Conſilij, ſiue de gratia, ſiue non.* Quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. Capit. *de Studiorum Promotione* num. 2.

31 Theologiæ Lectores in ſtudijs, quibus præſident, vnus eorum ſpeculatiuam; Alter verò moralem Theologiam doceant. Romæ 1571. Cap. *Ordinat. pro Studior. promot.* num. 5. *Tempus triennij Dialecticæ, Philoſophiæ, & Metaphyſicæ deputetur; Sacræ verò Theologiæ, quadriennij, niſi aliter R. Prouinciali de conſilio Magiſtrorum, & Officialium ſtudij viſum fuerit: quo tempore ita diſtinguantur lectiones, vt altera ſit ſpeculatiua ex Prima Parte, vel Prima Secundæ D. Thomæ, vel etiam de Incarnatione; Altera verò Moralis de Secunda Secundæ, vel 4. Sententiarum. In diſputationibus etiam alternis vicibus de vtraque materia proponantur Concluſiones. In quotidianis quoque exercitijs de altera lectione habeatur concluſio, de altera præſente Lectore, collatio: vt vtriuſque rationem habeant Studentes.*

32 Inſufficientes à legendi munere amoueantur. Valentiæ 1337. ord. 3. *Item cum ex inſufficientia Lectorum Ordo noſter veniat in contemptum: præcipit Mag. Ordinis in virtute S. Obedientiæ de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu Prioribus Prouincialibus, & Diffinitoribus Capitulorum Prouincialium, quòd in aſſignando Lectores principales Conuentuum, nec non, & Lectores Senten-*

tia-

tiarum, & Naturarum, & Artium ſemper præponant, quos penſatis moribus, & ſcientia iudicauerint meliores; & iam aſſignatos, de quorum inſufficientia clarè conſtiterit, ſi ſufficientiores conuenienter habere poterunt, à dictis Officijs amoueant, & abſoluant.

33 Ratione Lecturę carnes non comedant. Mediolani 1255. ord. 3. *Lectores etiam actu legentes, carnes non comedant, niſi ex cauſa rationabili.* Poteſt tamen cum illis aliquando diſpenſari. *Vide de Carnib. num. 4.*

34 Non vocentur Magiſtri, nec Doctores, ſed proprijs nominibus. Pariſijs 1256. ord. 6. *Item Fratres noſtri Lectores proprijs nominibus vocentur, & non Magiſtri, nec Doctores.*

35 In Dormitorio cum alijs Fratribus commorentur. Oxoniæ 1280. ord. 4. *Lectores autem legentes actu, vbi commodè fieri poterit, intra clauſuram Dormitorij ſecundùm eorum exigentiam collocentur.*

36 Non diſputent de quolibet, niſi in Studio Generali, & niſi ſint Magiſtri in Theologia. Oxoniæ 1280. ord. 6. *Item inhibemus ne Lectores diſputent de quolibet, niſi ſint Magiſtri in Theologia, & niſi in locis, in quibus ſecundùm Ordinem Studia Generalia vigent, niſi fortè ex cauſa aliqua in aliquibus locis ſpecialibus aliquid ſit conſuetum, aut niſi Prioribus Prouincialibus in ſuis Prouincijs aliter videretur.*

37 Ratione primæ Lectionis non faciant prandia, nec pictantias Fratribus dēt Auenione 1341. ord. 14. *Item cum ex eo quòd Magiſtri, & Baccalaurei Pariſienſes quandoque expenſas faciant in ſuis Prouincijs exceſſiuas, grauentur ipſimet facientes, & paupertas noſtra non ſine graui ſcandalo deformetur: Præcipit Magiſter Ord. in virtute S. Obedientiæ de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quòd prædicti Magiſtri, ac Baccalaurei nullas pictantias faciant die Aulæ ſuæ, nec in diebus, in quibus ſuas incipiunt Lectiones. Et volumus quod Priores Prouinciales in ſuis Prouincijs conſimiles exceſſus Lectorum quorumcumque ſtudeant impedire. Inhibentes inſuper ne Studentes quicumque titulo alicuius actus ſcholaſtici permittantur expenſas facere qualeſcunque.*

38 Ad Completorium, & Salue Regina, & Officium Mortuorum tenentur accedere. Romæ 1629. conf. 1. *A Completorio verò, Salue Regina, & Officio Mortuorum nullus eximatur; reuocantes omnem licentiam, & conſuetudinem in contrarium.*

39 Non poſſunt inſtitui Prædicatores Generales. Ita enim ſancitum fuit Romæ 1532. *Ordinamus in toto Ordine, vt Lectores, & Baccalaurei, vel Præſentati fieri non poſſint Prædicatores Generales, & qui modo tales exiſtunt, volumus eos tali munere eſſe priuatos, quemadmodum re ipſa, ac de facto priuamus.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 5. ſub litt. F. vbi dicitur ita ordinatum fuiſſe Romæ 1533. Romæ autem fuit celebratum Capitulum an. 1532.

40 Tenentur genuflexi profeſſionem Fidei, antequam Lectoratus gradum ſuſcipiant, emittere, ſub nullitatis pœna. Neapoli 1600. ord. 2. *Vide de Gradibus num. 1.*

41 Vnicus tantum Lector principalis ſit in Conuentibus. Florentiæ 1321. ord. 12. *Item volumus, & diſtrictè inhibemus, ne in uno Conuentu ponatur niſi vnus Lector principalis.*

42 Nouitiorum gubernio nullo modo dent operam, eoſque contra ſuos Magiſtros non defendant, nec cum illis extra ſcholā loquantur, ſub pœna priuationis ſui muneris, & vocis actiuæ, ac paſſiuæ. Romæ 1608. ord. 11. *Vide de Nouitijs num. 13.*

De Lectoribus Biblicis.

1 VT in ſingulis Conuentibus, maximè principalioribus Sacrorum Bibliorum lectio habeatur, fuit ordinatum Salmanticæ 1551. ord. 9. *Item ordinamus, vt in qualibet Prouincia, præter Generalia Studia, ſint Lectores in Conuentibus, præſertim principalioribus, & Sacræ Bibliæ, & Theologiæ, vel Philoſophiæ ſaltem, in quibus Iuuenes exerceantur. Et in minoribus Conuentibus, vbi hæc ſeruari non poſſunt, teneantur, vel Concluſiones aliquæ de Caſibus conſcientiæ, vel ſtudioſam exercitium Sacræ Scripturæ: ſuper quibus grauamus conſcientias Prouincialium, vt hæc ſeruari curent, & Priores quos contra hoc negligentes inuenerint, abſoluant.*

2 Vbi eſt Studium Generale debet etiam eſſe Biblicus Lector, qui in profeſtis diebus, in quibus alij Lectores à lectionibus abſtinent, Sacram Scripturam iuxta SS. Patrum intelligentiam explicabunt. Valentiæ 1647. ord. 10. *Attendentes quòd Conſtitutiones noſtræ cap. de Student. decernunt, quòd Fratres noſtri ſtudeant in Biblijs, & Gloſſis, vnde modò etiam in aliquibus ſtudijs ſeruatur vſus antiquus Religionis, vt ſcilicet in Studijs Generalibus detur Lector, ſeu Baccalaureus Biblicus ad legendum Sac. Scripturam deputatus, quod etiam fieri mandauit Sac. Concilium Trident. ſeſſ. 5. cap. 1. de Reformatione; Ideo antiquum vſum renouandum cenſuimus, ac propterea ordinamus, vt in quolibet Studio Generali detur vnus Lector, qui legat Sac. Scripturam ſingulis diebus profeſtis, in quibus alij Lectores non legunt; excepto Studio Pariſienſi, in quo vnus Regentum munere legendi Sac. Scripturam hora ſibi competente fungetur; Volentes huiuſmodi Lectores aſſumi debere ex numero eorum, qui in legendo curſum Artium, & Theologiæ perfecerint, & quod hæc lectio valeat præfatis Lectoribus, ac ſi Theo-*

logiam ſpeculatiuam legerint; Mandantes Patribus Prouincialibus, vt de inſtitutione præfati Lectoris Reuerendiſs. P. Generalem admoneant. Quod iam antea Ferrariæ 1290.ord.11. fuerat in hunc modum ordinatum. *Item volumus, & ordinamus quòd in quolibet Studio Generali Biblia curſoriè & biblicè legatur: ſi autem in ſcholis publicè non legatur, quilibet Doctor in Theologia legat ſemper curſoriè aliquid de textu, lectione dumtaxat de ſententijs non ommiſſa.* Quod etiam confirmatum fuit Bononiæ 1564. ord.4.

3 In ſuo munere per biennium permanere debent. Senis 1462.ord.2. *Adijcientes quod tam Magiſtri Studentium, quam Biblici, & Baccalaurei in officijs ſuis per duos annos ſtare teneantur.* Quod fuit conf. Barcinonæ 1574.cap. *De Stud.Promot.*ord.9.*Similiter Biblici à ſuo biblicatu teneantur legere per biennium, alioquin non admittantur ad lecturam ſententiarum, & munus Baccalaureatus.* Vide de Stud.General. num.13.

4 In omnibus Prouincijs ſit aliquis Conuentus determinatus, in quo ſola Bibliorum lectio habeatur. Patauij 1308. ord.14. *Item diſtrictè iniungimus, quòd in Prouincijs Conuentus aliquis, ſeu aliqui ſtatuantur, in quibus ſola Biblia legatur biblicè.*

5 Nullus legat in Prophetis, vel in Pſalmis alium ſenſum litteralem, niſi quem Sancti approbant, & confirmant. *Ex Conſt. noſt. diſt.2. cap.14. tex.10. quæ fuit facta Pariſijs in Generaliſs. Capit.* 1236.

6 Lectores Biblici ſunt ab hebdomadaria exempti. Metis 1421. ord.4. *Omnes Fratres noſtri Ordinis hebdomadariam ordinariè in ſuis Conuentibus facere teneantur, niſi ſint Magiſtri in Theologia, in eadem facultate Baccalaurei, Biblici, vel Magiſtri Studentium, aut Lectores, & Sublectores actu legentes. Similiter ſi fuerint Priores, Diffinitores, & actu Prædicatores Generales exiſtant, quos tamen (Magiſtris, & Baccalaureis exceptis) volumus ad priuatas Miſſas ordinariè in tabula notari.*

7 Illi intelliguntur perfeciſſe ſuum curſum pro gradu, & forma Magiſterij, qui poſt conſuetum habitum curſum vno anno Bibliã legerint. Ianuæ 1513.decl.10.*Item* (ſcil.declaramus) *quod ſecundùm Conſtitutiones curſus ſuos perfeciſſe dicitur ille ſolus, qui poſtquam eſt incorporatus in Vniuerſitate, per quatuor annos omnes actus Scholaſticos in illa perfecerit, id eſt legerit omnes libros Sententiarum, & vnum in Biblia.*

De Lectoribus Caſuum Conſcientiæ.

1 CAſuum Conſcientiæ Lectores in Conuentibus, maximè vbi ſunt Lectiones Theologiæ, & Artium, eſſe debent, quorum Lectionibus omnes Confeſſarij, & PP. Sacerdotes intereſſe tenentur. Romæ 1571. ordin.4. Barcinonę 1574.conf.18.& Romę 1580.conf. 6.ſic dicitur. *Confirmamus illam ordinationem ſæpè alias factam, quòd in omnibus Conuentibus noſtri Ord. habeatur lectio de Caſibus Conſcientię, ad quam omnes Fratres Sacerdotes, Confeſſarij, præter Graduatos, & Lectores conuenire teneantur. Qui autem conuenire neglexerint, confeſſionis munere, & officio omnino priuentur.* Quod Romę 1601.ord.13. etiam fuit ordinatum, & confirmatum Vallisoleti 1605. conf.22.

2 In paruis Conuentibus, vbi huiuſmodi Lectores edi non poſſunt, loco eiuſdem lectionis habeantur aliquę Concluſiones, vel conferentię de eiuſdem Canons. Salmanticę 1551. ord.9. (quam vide ſupra de Lectorib. Biblicis num.1.) & Venetijs 1592. ord.16. ita dicitur. *Ordinamus, ac omnino obſeruari mandamus, vt in quolibet Conuentu, in quo id commodè obſeruari poterit, trina ſaltem Caſuum Conſcientiæ lectio in hebdomada habeatur ab aliquo perito Patre. In reliquis verò aliquam ſaltem, lectionis loco conferentiam de ijſdem caſibus inter paucos Religioſos in ipſis commorantes, fieri curabunt Superiores talium locorum, vel Conuentuum, memores diuini iudicij, eorum pariter, quæ in pluribus Capitulis circa hoc pro animarum ſalute, & Religionis decore ſeruando toties ſancita fuere.*

3 Non poſſunt huiuſmodi Lectores, bis in anno Priores Conuentuales eligere. Vliſſiponę 1618. ord. 5. *Vide de Electione Prioris Conuent.num.*10.

4 Nullus Lector, ſiue Caſuum Conſcientię, ſiue Artium, & Sacrę Theologię, ſiue Sacrę Scripturę poteſt Lectoris officium exercere apud Epiſcopos, vel Principes, ſeu quaſcunque alias perſonas abſque ſuorum Superiorum licentia, ſub pœna inobedientibus, & proprietarijs debita. Bononię 1564. Capit. de Sac. Concil.Trid. decretis. *Vide de Prædicatorib. num.* 31.

De Lectoribus Sacræ Scripturæ.

1 IN omnibus Eccleſijs noſtris ſingulis Dominicis diebus, ac feſtiuitatibus poſt Veſperas lectio de Sacra Scriptura, vel Catechiſmo habeatur, cui Fratres, & Conuerſi intereſſe debent. Romæ 1571. ord.4. *Dominicis autem diebus, & Feſtiuis per totum annum in Eccleſijs noſtris poſt Veſperas populo proponatur lectio de Sacra Scriptura, vel de Catechiſmo, cui lectioni Fratres, maximè Iuniores, & Laici intereſſe debebunt.* Quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574.conf.18.

2 Nullus Fratrum noſtrorum legat in Prophetis, vel in Pſalmis alium ſenſum litteralem, niſi quem Sancti approbant; & confirmant. *Ex Conſtit.noſt.diſt.2.cap.14.tex.10.quæ ſancita fuit in Generaliſs.Capit.Pariſys 1236. ſub B.Iordano.*

De Legatis.

1 LEgata cum onere non recipiantur, niſi cum conſenſu maioris partis Capituli conuentualis, & Prioris Prouincialis. Romæ 1608. ord.32. *Ordinamus, vt nulla legata cum aliquo onere recipiantur à Conuentibus, niſi de conſenſu maioris partis Capituli conuentualis, & licentia Prioris Prouincialis, & ea conditione ſi conſtiterit onus illud facile à Conuentibus impleri poſſe.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf.20.

2 Neque etiam recipiantur, niſi congruum ſuſtentationis ſubſidium habeant annexum. Bononię 1564.cap.*De Sac.Concil.Trid.Decretis* Vide de Miſſis num.20.

De Leui Culpa.

TRanſgreſſoribus eorum, quæ in Capitulo de Leui Culpa continentur, non eſt impoſita aliqua peculiaris pœna, ſed relinquitur arbitrio Superiorum infligenda. Ita enim in calce eiuſdem cap. ſubditur. *Clamatis vel proclamantibus ſe de ſupradictis detur pœnitentia ſecundùm quod Prelato videbitur expedire.* Ex Conſt.noſt.diſt.1.cap.16. tex. 5. Vide ibid. eiuſdem cap. declarationes.

De Libellis Famoſis.

FAcientes libellos famoſos, non poſſunt diſpenſari ſuper pœnas illis inflictas ab Ordine. Neapoli 1600.ord.6. *Ordinamus, quòd ſcribentes libellos famoſos non poſſunt ſuper pœnis ſibi inflictis diſpenſari, niſi per Capitulum Generale, vel per Magiſtrum Ordinis.* Pœna autem contra tales delinquentes inflicta eſt grauioris culpę, prout habetur: Romę 1589. conf. 8. *Confirmamus etiam ordinationem ſæpe, ac ſępiùs factam, nec non ſub præcepto formali, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa præcipimus, ne Frater aliquis cuiuſcumque conditionis, vel ſtatus exiſtat, litteras criminoſas, diffamatorias, aut famoſos libellos per ſe, vel per alium abſque proprij nominis ſubſcriptione aduersùs quemcumque, ſiue intra, ſiue extra Ordinem ſcribere præſumat: Præcipientes omnibus Prælatis in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ, vt ſi quos huiuſmodi Ordinis deſtructores repererint, pro tanto flagitio grauiſſimè puniant, & excommunicatos declarent.*

Nullus criminoſas litteras, tam Fratribus, quam ſecularibus abſque proprij nominis ſubſcriptione ſcribere præſumat. Aueniōne 1561.ord.2.& Bononiæ 1564.ord.7. quod fuit ita confirmatum Romæ 1580. conf.4. *Confirmamus quod in Capitulo Auenionen. ordinatum fuit, & confirmando præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ne de cætero Frater aliquis cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtat, ſcribere præſumat per ſe, vel per alios, litteras criminoſas ad quoſcumque intus, vel extra Ordinem ſine proprij nominis ſubſcriptione. Contrafacientes verò abſolui non poſſint niſi à Reuerendiſſimo Generali.*

De Libris.

NVllus audeat libros ad Conuentus quouis modo ſpectantes vendere, diſtrahere, pignorare, obligare, donare, conce-

cedere ſimpliciter, vel ad vitam alicui, ſed in communi libraria reponantur, niſi fortè in illa duplicati eſſent. Patauij 1308. ord. 15. *Item cum Ordo noſter ob prædicationis officium, & proximorum ſalutē ſit ab initio principaliter inſtitutus, illa debemus diligenter, & ſollicitè procurare, quę noſcuntur ad promotionem ſtudij, & profectum ſacræ ſcientiæ pertinere. Cùm igitur librorum copia neceſſariò adhoc ipſum coadiuuet, & ad profectum promoueat, & retroactis temporibus in nonnullis Conuentibus circa hoc multa negligentia ſit commiſſa. Ego F. Aymericus Ordinis Fratrum Prędicatorum Magiſter, licet indignus, de voluntate, & aſſenſu Diffinitorum ordino, & in virtute obedientiæ, & Spiritus Sancti præcipio Prioribus, & Supprioribus, & eorum Vicarijs, ac Fratribus vniuerſis eiuſdem Ordinis, quòd libros, qui per mortem decedentium Fratrum, vel titulo donationis, aut legati cuiuſcumque perſonæ, ſeu quocumque alio modo perueniant ad Conuentum, vendere, diſtrahere, pignorare, obligare, donare, vel concedere ſimpliciter, vel ad vitam aliquo modo non præſumant, ſed ad Librariam communem perueniant; niſi forſitan Conuentus tales libros dublicatos habeat, vel iudicio Prioris, vel Supprioris, vel eorum Vicarij, Lectoris, & Librarij pro communi Fratrum commodo minus vtiles viderentur. In quibus caſibus poterunt quidem vendi, ſed eadem præcepti diſtrictione teneantur in libros, ſeu pro diuino Officio, ſiuè pro Libraria communi meliores, vel magis neceſſarios commutare. Illi autem qui iam in Libraria ſunt poſiti, conſimili diſtrictione inhibeo ne modo aliquo diſtrahātur, ſecundùm quòd de alijs, qui in futurum obuenient, ſuperiùs eſt expreſſum. Verùm ſi eſſent, vel erunt libelli aliqui, vel quaterni non magnæ reputationis, vel pretij, poterit Prior, vel eius Vicarius de conſilio prędictorum aliquibus Fratribus magis indigentibus concedere ſimpliciter, vel ad vitam. Eadem autem diſtrictione præcepti prohibeo de aſſenſu, & conſilio prædictorum Fratribus vniuerſis, ne libri Fratrum Theologici vendantur perſonis extra Ordinem conſtitutis ſine Prioris Prouincialis licentia ſpeciali, quam de facili, & ſine cauſa multùm rationabili non concedat.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 10. ſub litt. T.

2 Decedentium Fratrum libri, & Biblia maximè, nec intra, nec extra Ordinem vendantur. Pariſijs 1233. ord. 4. *Item volumus, & mandamus, vt libri Fratrum decedentium, & maximè Biblia, extra, nec intra Ordinem vendantur, ſed potiùs Fratribus proficientibus concedantur.* Vt autem aliquando vendi poſſint pro alijs magis neceſſarijs emendis, ordinatum fuit poſtea Bononię 1340. ord. 18. *Item libri non vendantur, niſi alij magis neceſſarij ex illa pecunia emantur indè.* Quod fuit confirmatum Romæ 1569. ord. 6. atque additum, vt Priores qui huiuſmodi libros diſtrahere præſumpſerint, à ſuis officijs abſoluantur. *Vide de Bibliothecis num. 2.* Idem fuit etiam confirmatum Romę 1601. conf. 16. his additis. *Confirmamus illam, qua districtè mandatur, quòd libri ab aliquo Fratre demortuo relicti publicæ Librariæ applicentur, ſi in ipſa tales libri non erunt; ſin autem, in communi conſeruentur depoſito, huic, vel illi ad tempus pro ſtudio accommodandi, quos in receſſu à Conuentu Depoſitario conſignari omnino procurabunt Priores.*

4 Libros ſingulis annis præſtantiorum Auctorum, qui in dies lucubrationes in lucem pandunt, pro communibus Bibliothecis emāt Priores. Valliſoleti 1605. conf. 11. *Vide de Bibliothecis num. 2.*

4 Qui libros ſibi ad vitam conceſſos habent, illos alteri Conuentui non conſignent. Budę 1254. ord. 9. *Item nullus Frater libros ſibi commiſſos in vita ſua conſignet alicui Conuentui ſpeciali, nec ſuper hoc licentia à Prioribus Prouincialibus, vel Conuentualibus concedatur, & omnes licentias, quæ de hoc datæ ſunt, reuocamus.*

5 Theologicos libros perſonis extra Ordinem conſtitutis nullus abſque licentia vendere prẹſumat ſub pœna ſedendi in terra in pane, & aqua. Cęſarauguſtę 1309. ord. 4. *Item inhibemus Fratribus vniuerſis ne libros Theologicos vendant perſonis extra Ordinem conſtitutis ſine Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij licentia ſpeciali: Qui autem contrarium fecerint, ſemel in ſeptimana in pane, & aqua teneantur abſtinere donec prædictorum librorum pretium, quod Conuentibus, ad quos pertinent ipſi Fratres, ex nunc pro tunc applicamus, integrè reſtituant abſque fraude. Concedimus tamē Studentibus, qui ſunt extra ſuas Prouincias, nec commodè pro huiuſmodi licentia poſſunt ad ſuos Prouinciales recurrere, quòd pro ſuis neceſſitatibus, ſi aliunde ſibi prouidere non poſſint, libros ſuos, Biblia dumtaxat, & Fratris Thomæ* (ſcilicet de Aquino, qui non dum inter Sanctos fuerat relatus) *operibus exceptis, poſſint vendere de Prioris ſui, Magiſtrorum, Baccalaureorum, ſeu Lectorum, vel maioris eorum conſilio, & aſſenſu.*

6 Fratribus non vendantur libri maiori quàm empti fuerint pretio. Londonis 1263. ord. 3. *Frater Fratri librum non vendat cariùs, quàm ſibi conſtiterit.*

7 Libri pro communi Studentium vſu deputati, nec pignorari, nec alienari debent. Barcinonæ 1323. ord. 5. *Item quia libri ſunt profectui Studentium opportuni ſingulariter, volumus & ordinamus, quòd libri in catenis, vel armario, & vſui communi deputati, per Priores vel eorum Vicarios, vel Conuentus impignorari, vendi, commodari, vel quomodolibet alienari non poſſint: ſi qui verò contrarium fecerint, cogantur per Priores Prouinciales de bonis ſibi appropriatis valorem libri, ſeu librorum pro communi armario deputare.*

8 Librorum negotiationes non faciant Fratres noſtri. Pariſijs 1236. ord. 8. *Item Fratres non faciant negotiationes librorum.*

Viro-

Digitized by Google

9 Virorum illuſtrium libri, ſeu ſcripta, vel imprimantur, vel in communibus Bibliothecis ſeruentur. Bononię 1615. conf. 4. *Vide de Bibliothecis num. 5.*

10 Contra extrahentes libros, ſeu manuſcripta à Bibliothecis noſtris, excommunicationis ſententiam protulit Vrbanus Papa VIII. Apoſtolicis datis litteris ſub die 23. Martij 1626. prout denunciatum fuit Toloſæ 1628. denunc. 6. Litterę autem ſunt ſequentes.

Vrbanus Papa VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ſicut dilectus filius Lucas Caſtellinus Ordinis FF. Prędicatorum Procurator Generalis nobis exponi fecit, hactenus compertum fuerit, nonnullos conſcientiarum ſuarum prodigos, Libros ex Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis furto ſubripuiſſe, ac ſubripere, & ſeu extrahere, atque apud ſe vti proprios in graue animarum ſuarum periculum, & dictarum Bibliothecarum pręiudicium retinere. Nos prę miſſis, quantum nobis ex alto conceditur obuiare, & ipſarum Bibliothecarum conſeruationi, & manutentioni conſulere volentes, ſupplicationibus dicti Lucę nomine nobis humiliter porrectis inclinati. Ne de cœtero quiſquam quauis auctoritate fungens Libros, Quinterna, Folia ſiuè impreſſa, ſiue manuſcripta Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis hactenus donata, ſeu aſſignata, & in poſterum donanda, ſeu aſſignanda ex eiſdem Bibliothecis extrahere, ſeu vt extrahantur permittere, aut conſentire ſub quouis poſito colore pretextu, vel ingenio audeat, ſeu prę ſumat, ſub excommunicationis, nec non priuationis vocis actiuę pœnis per contra facientes eo ipſo incurren. Apoſtolica auctoritate, tenore prę ſentium interdicimus, & prohibemus. Non obſtant. Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, & illis domus Regularium quarumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, cœteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem quod pręſentium, etiã impręſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis, eadem prorſus vbique fides adhibeatur, quę eiſdem pręſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę, quodque tranſumpta huiuſmodi in valuis dictarum Bibliothecarum, vel aliquo alio perſpicuo loco, vnde ab omnibus cerni poſſint, continuo affixa remaneant. Dat. Romę apud S. Petrum ſub Anulo Piſcat. die 23 Martij 1626. Pont. noſtri ann. 3.

11 Libros interdictos legere, leuis culpa eſt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 16. tex. 2.* In quo loco declaratur ſub litt. D. non intelligi de libris à Sac. Canon. ſeu ab Indice prohibitis, ſed de ijs, qui ratione proprij ſtatus Religioſis interdicuntur. Vnde Romæ 1569. ord. 5. ſic dicitur. *Admonemus Prouinciales, & Priores Præfectoſque ſtudiorum, vt conſtitutio illa, qua canetur ne Studentes in libris Gentilium, & Philoſophorum ſtudeant, &c. exequutioni mandetur, ne prætextu bonarum, (quas vocant) litterarum, & politioris linguæ Eraſmi libros, aut conſimilium habeant, & legant, vnde mala dogmata, moreſq́; prauos imbibant.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 1. ſub litt. B.

De Libris Imprimendis.

1 NVlla ſcipta facta, vel compilata à Fratribus aliquatenus publicentur, niſi per Fratres peritos, quibus Magiſter Ordinis vel Prior Prouincialis commiſerit, diligenter fuerint examinata. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 11. quæ fuit inchoata Budæ* 1254. *confirmata Mediolani* 1255. *& in in Conſtitut. redacta Pariſijs* 1256.

2 Ad ſolos Magiſtros Ordinis fuit poſtea reuocata euulgendi libros licentia cõcedenda. Metis 1313. ord. 9. *Inhibemus etiam diſtrictè ne ſcripta, tractatus, compilationes, reportationes quæſtionum quarumcumque à Fratribus noſtris edita, vel edenda extra Ordinem publicentur, quouſque per Venerabilem P. Magiſtrum examinatæ fuerint, & correcta; communicata verò extra Ordinem, per eundem examinari, & corrigi volumus diligenter.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 11. ſub litt. V.

3 Pœnam grauioris culpæ ipſo facto incurrunt, qui proprios, vel alienos libros in lucem abſque Magiſtri Ordinis licentia inſcriptis obtenta euulgare præſumpſerint. Mediolani 1505. ord. 12. & Romæ 1518. ord. 13. *Vide de Grauiori Culpa num.* 10. Valliſoleti autem 1605. ord. 5. declaratum fuit præterea, libros in Italia imprimendos mittendos eſſe prius ad eundem Reuerendiſſimum, vel eius Vicarium Generalem approbandos, hoc pacto. *Libros autem ſic examinatos, & approbatos,* (ſcilicet à tribus Patribus in vna quaque Prouincia à Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis nominandis) *nolumus excuſioni mandari in Italia, antequam Romam ad Reuerendiſſimum, vel eius Vicarium Generalem mittantur approbandi: præcipientes ſub eodem formali præcepto ne poſt quam, vt dictum eſt, liber correctus fuerit, poſſit ei quidquam addi, vel ſubtrahi.* Et Romæ 1644. ord. 6. ſic dicitur. *Ordinamus, ac in* vir-

Digitized by Google

virtute Spiritus Sancti, ſubque S. Obedientię formali pręcepto, addita pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica admonitione præmiſſa mandamur omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Fratribus, cuiuſcumque gradus, conditionis, aut dignitatis extiterint, ne librum aliquem, ſiuè magnum, ſiuè exilē, aut aliter qualitercumq. paruum typis excudi faciant abſque expreſſa licentia Reuerendiſs. P. Magiſtri Generalis.

4 Caueant omnes ne ſuppreſſo proprio nomine, vel alio ficto appoſito, quemcumque libellum imprimi faciant. Ita ſubditur in præfata ord. 6. eiuſdem Cap. Romani 1644. *Sub eodem præcepto, ac cenſura prohibetur, ne quis ſuppreſſo ſuo nomine, aut ſubſtituto alieno, vel fictitio, quidquam, ſiuè modicum, ſiuè magnum typis committere audeat: Meminerintque omnes id grauiſſimè iam olim vetitum à Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 4. de vſu, & editione librorum.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 10. ſub litt. T.

5 Sunt priùs benè, & exactè examinandi à Patribus ad hoc deputatis, atque approbandi antequam impreſſioni ſubijciantur. Ita ordinatum fuit Vallisoleti 1605. ord. 5. & ſub his verbis confirmatum Romæ 1608. conf. 5. *Confirmamus ordinationem quintam Capit. præcedentis Vallisoletani, qua ſtatuitur, vt nullus deinceps liber typis mandetur, quin priùs examinatus, & approbatus fuerit à duobus, vel tribus Patribus in vnaquaque Prouincia à Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis nominandis. Quibus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obed. mandamus, vt totum librum diligenter videant, & examinent, quo ſtylo, graui, an humili conſtet, de qua materia, ſeu argumento, magni, an parui momenti, nec ſufficiat, vt nihil contra Fidem, aut bonos mores contineat, ſed talis ſit, qui honori, & decori Religionis eſſe poſſit.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. loco ſuprad.

6 Vt ordinationes de examinandis ſcriptis, & libris ante eorum euulgationem diligenter obſeruari faciant, tam Priores Prouinciales, quàm Conuentuales, ordinatum fuit Treueris 1266. ord. 6. *Item Fratres Conſtitutionem de ſcriptis Fratrum ante examinationem non publicandis meliùs obſeruent, & Priores Prouinciales, & Conuentuales eam faciant meliùs obſeruari.*

7 Qui lucubrationes aliquas proprias, vel alienas habent prælo dignas, carentque neceſſarijs pro illarum impreſſione pecunijs, eas ad Magiſtrum Ordinis tranſmittant. Romæ 1644. ordin. 19. *Ordinamus, vt quando aliquis Fratrum penes ſe habuerit opera aliqua, aut lucubrationes ſuas, vel alienas, quæ prælo, ac luce publica dignæ exiſtimentur, nec tamen media, aut modum inuenerit, vt eædem ad typos commodè promoueantur, curet eas tranſmittere ad manus Reuerendiſs. Magiſtri Ordinis, vel de illis ipſum admonere, quatenus per eius induſtriam, & promotionem excudantur Romæ, vel alibi, prout ei viſum fuerit, ne huiuſcemodi Ordinis theſauri in tenebris deliteſcant, aut aliorum ſuppoſititij fœtus fiant.*

8 Caueant Fratres noſtri ne prælo mandent lites, ſeu controuerſias, quæ in Ordine noſtro inter Prouincias, vel Conuentus inſurgunt. Ita ſubditur in præfato Capitulo 1644. eadē ordinatione 19. *Abſtineant quoque Fratres noſtri ab euulgatione, aut impreſſione eorum tractatuum, in quibus agitantur domeſticæ, ac priuatæ Ordinis noſtri controuerſiæ Prouinciarum, aut Congregationum, diſſidia, ac mutuæ lites, vel quodlibet aliud, quod oculis ſæcularium, aut quorumcunque extraneorum diſplicere, aut obſeruantiæ, pacisque inter nos opinionem aliquatenus conuellere poſſit. Quod ſi aliquid huiuſcemodi deinceps occurrerit, quod omnino prælo ſubijciendum videatur, mittatur manuſcriptum exemplar ad Magiſtrum Ord. vt eius iudicio primum diſcutiatur, antequam typos ſubeat.*

9 Qui libros in lucem edunt, terminata impreſſione vnum eorum exemplar in Bibliotheca principalioris Conuentus ſuæ Prouinciæ reponant, alterum verò Romam Reuerendiſſimo Ordinis Magiſtro tranſmittant. Valentiæ 1647. ord. 12. *Quoniam Codices impreſſi diſperguntur, & tempore, vel conſumantur, vel ad exteras manus perueniunt, ita vt, cum Religioni ſunt neceſſarij, non inueniantur; omnibus & ſingulis, qui vel propria, vel aliena ſcripta imprimeut, mandamus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, vt impreſſione terminata, exemplar vnum reponant in principaliori Conuentu ſuæ Prouinciæ, vel Congregationis, aliud verò Romam mittant aſſeruandum, vt Religio eo, occurrente occaſione, vti poſſit; volentes, vt ſi quis præſenti ordinationi non obtemperauerit, ſubiaceat pœnis omnibus imprimentium ſine licentia.*

10 Doctiſſimorum virorum defunctorum libri prælo nequaquam donati, à Conuentuum Præſidentibus, in quibus ex hac luce diſcedunt in communi depoſito cuſtodiantur, donec Reuerendiſs. Magiſter Ord. de illis fuerit admonitus. Valentiæ 1647. ord. 11. *Cum experientia teſte compertum ſit ſcripta doctiſſimorum virorum, quæ prælo non ſunt mandata, in morte eorum perire cum maximo damno Religionis; vt huic malo occurramus, omnibus, & ſingulis Prioribus, & Conuentuum, ſeu Locorum Præſidentibus præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, vt dum aliquis Frater in ſuo Conuentu obierit, ſummopere curent habere ſcripta omnia illius, & vt illa in communi depoſito ſub cuſtodia, & clauibus deponant, nec ea perire permittant; volentes vt ſtatim admoneant*

Ma-

Digitized by Google

Magiſtrum Ordinis, ſi aliquid dignum, vt euulgetur, in prædictis ſcriptis inuenerint.

De Licentijs.

1 NVlli Fratri concedatur aliqua licentia abſque temporis limitatione, intra quod eam exequi valeat. Valliſoleti 1605. ord. 18. *Nulli vnquam dentur aliquæ licentiæ abſque temporis deſignatione, intra quod eas exequutioni mandare poſſit, quo præterito ipſo facto ſint nullæ, nulliuſque roboris.* Quod fuit confirmatum Romæ 1608. confirm. 3. & Pariſijs 1611. conf. 23.

2 Licentiam itinerandi extra terminos ſui Conuentus, hoc eſt vltra dietam, Præſidentes Conuentuum non concedant abſque Patrum conſilio. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 9. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 2. ſub litt. C.*

3 Licentia ad Generale Capitulum accedendi, à ſolo Ordinis Magiſtro, & Prouinciali Priore illius Prouinciæ, in qua tale Capitulum celebratur; concedi poteſt. Toloſę 1304. declarar. vnica. *Declaramus, quòd nullus poteſt dare licentiam veniendi ad Capitulum Generale, niſi Magiſter Ordinis, & Prouincialis in cuius Prouincia fuerit Capitulum celebrandum, Fratribus ſuæ Prouinciæ, & ideo Magiſter Ordinis inhibet quòd nullus Prouincialis, vel Diffinitor, vel quilibet alius Frater quocumque prætextu det alicui licentiam veniendi ad Generale Capitulum; volens, & ſtatuens, quod qui deinceps cum tali licentia venire auſi fuerint, incurrant pœnam quam incurrunt ſine licentia venientes.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 9. in decl. tex. 3. ſub litt. B. vbi hoc idem etiam ordinatum aſſeritur apud Treuerim 1289. in quo Capitulo ord. 2. vbi de hac re agitur, nulla de Priore Prouinciali mentio habetur, circa talem licentiam dandam, ſed tantum de Magiſtro Ord.

Si autẽ Magiſter Ord. in litteris pro congregando Capitulo datis, ne Fratres ad illud nequaquam ſpectantes abſq; ſui licentia accedant, interdicat, Prouincialis illius Prouincię, in qua tale Capitulum eſt celebrandum huiuſmodi licentiam Fratribus concedere non valebit.

De Lineis.

1 LIneis non vtantur ad carnem, nec etiam infirmi. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 10. tex. 1. quæ fuit facta in Capit. Generaliſs. Pariſijs 1236. Conſtuut. 6.* Linteamina verò in Infirmarijs noſtris concedimus, quod haberi poſſint, & ſimiliter in cameris hoſpitum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* vbi ſub litt. B. idem intelligendum eſſe de cannabe, & bombice dicitur, atque ad damnabilem contemptum illos diſponi aſſeritur, qui nulla ſubſiſtente cauſa lineis ad carnem vtuntur, & in tali tranſgreſſione Conſtitutionis perſeuerare intendunt. In cuius confirmationem Mediolani 1505. ord. 3. ita dicitur. *Hortantes etiam omnes Fratres quantum poſſibile eſt, vt tunicellas laneas deferant, cum Conſtitutiones noſtræ prohibeant omnibus Fratribus, etiam infirmis non debere vti lineis ad carnem.* Et Valliſoleti 1605. ord. 28. mandatum fuit Prioribus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, vt Fratribus ſibi ſubditis de tunicellis, & linteaminibus laneis prouiderent, hoc pacto. *Nulli impoſterum dentur veſtes in pecunia numerata, ſed ſecundùm Fratris indigentiam, & Conuentus poſſibilitatem de veſtibus prouideatur. Præſidentes verò Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio infra ſex menſes à notitia præſentium de tunicellis, & linteaminibus laneis ſuis Fratribus prouideant.*

2 Abſoluendi ſunt à ſuis Officijs Conuentuum Pręſidentes, qui negligentes inuenti fuerint in puniendis Fratribus lineas ſubuculas deferentibus. Romę 1629. conf. 6. *Confirmamus, & innouamus ordinationem ſæpiſſimè ſtatutam contra deferentes lineas ſubuculas ſub pœnis in eadem ordinatione contentis, mandantes Prioribus Prouincialibus, vt in ſuis viſitationibus Priores, ac Præſidentes Conuentuum, quos in huiuſmodi ordinationis obſeruantia procuranda reiſque puniendis inuenerint negligentes, à ſuis officijs abſoluant.*

3 Voce actina, & paſſiua Sacerdotes, ſtudio, & promotione ad Ordines Clerici, & ſcapulari Conuerſi, ſunt priuandi; ſi abſque Prouincialis licentia lineis ad carnem vtantur. Romę 1644. ord. 13. *Inſuper quoad hoc ſtatuimus, & ordinamus, vt nemini abſque expreſſa licentia P. Prouincialis liceat aliquando vti tunicella linea ad carnem. Neque Prouinciales ſint faciles ad huiuſmodi licentiam, etiam pro modico tempore indulgendam, vbi vera ſufficiens, & comperta cauſa non ita exigerit. Quiſquis verò citra hanc licentiam lineis ad carnem vti præſumpſerit, ſi Sacerdos eſt, indiſpenſabiliter priuetur voce actiua, & paſſiua, ſi Clericus eijciatur a ſtudio, nec*

ad maiores Ordines promoueatur, ſi Conuerſus priuetur habitu. Quod ita fuit confirmatum Valentię 1647. conf. 9. *Confirmamus, & innouamus ordinationem ſæpiſſimè factam contra deferentes ſubuculas lineas ad carnem ſub pœnis in ea ordinatione contentis; Mandantes Prioribus ſeu Conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt ordinationem hanc ſeruare faciant; & Patribus Prouincialibus, vt Priores, ſeu Præſidentes in hoc negligentes ab officijs abſoluant.*

4 Qui lineas ſubuculas cum licentia Superiorum deferunt, caueant ne illas in collo, & brachijs manifeſtent. Argentinæ 1417. ord. 3. & Senis 1462. ord. 4. ita mãdatur. *Item honeſtati Religionis noſtrę pro viribus intendentes, Fratribus Ordinis noſtri vniuerſis præcipimus, & mandamus ſub pœna grauioris culpæ, ne quis camiſias de lino deferat, vel ſaltem circa collum, & brachia delatas oſtendat.*

De Litanijs.

1 Litaniæ de Sanctis in ferialibus diebus pro fœlici Ordinis noſtri conſeruatione in ſero præcedenti poſt Completorium dicantur. Oxoniæ 1280. ord. 1. *Ordinamus quòd ſingulis diebus immediatè poſt matutinas, exceptis Simplicibus, & ſupra* (tunc enim feſta Trium lectionum in Ordine noſtro non erant inſtituta) *Fratres in choro ſuper formas proſtrati pro bono ſtatu, & conſeruatione Ordinis dicant Pſal. Deus in adiut. cum Litania.* Et Salmanticæ 1551. capit. *Denunciationes* de Officio diuino ita dicitur. *Item declarauimus Litanias debere dici in choro quando fit de feria, prout hactenus factum eſt, ſed in eis non repetatur à choro nomen alicuius Sancti, ſed ſolùm reſpondeatur:* Ora pro nobis. *neque dicantur poſt matutinas, ſed in ſero præcedenti poſt Completorium, vbi meliùs omnes Fratres conueniant: qui tamen non conuenerint, vel extra conuentum fuerint, ad eas minimè teneantur.*

2 Nullum alicuius Sancti nomen, quod in antiquo ordinario Ordinis noſtri non ſit, in eiſdem litanijs apponatur. Ita ſubditur in eodem Salmanticenſi Capitulo & loco ſupradicto. *Item quod in ipſis litanijs nomina Sanctorum, qui non habentur in antiquo ordinario, à nemine apponantur, & appoſita deleantur.*

3 Litaniæ B. Virg. ſingulis diebus Sabbathi poſt *Salue Regina* in omnibus noſtris Eccleſijs cantentur. Bononiæ 1615. ord. 3. *Pro ſingulari autem Ordinis noſtri erga B. Virginem einſdem Ordinis Patronam deuotione, & vt pro innumeris ab eiuſdem Virginis manibus acceptis beneficijs aliquales gratias rependamus, & his præſertim calamitoſis temporibus Ordo noſter ipſius patrocinio protegatur, cuius ſingulari fauore, ac beneficio partus eſt, volumus, & ordinamus, vt in omnibus noſtri Ordinis Conuentibus, Locis, Domibus, ac Monaſterijs Monialium eiuſdem Deiparæ Virginis Litaniæ ſingulis diebus Sabbathi, prout in multis noſtri Ordinis Conuentibus piè fieri conſueuit, poſt Salue Regina decantentur.*

4 Præter Litanias de Sanctis, & de B. Virgine, nullus audeat nouas alias Litanias dicere, ſeu in lucem edere, abſque Sac. Congregationis Rituum approbatione, ſub grauibus pœnis. Romæ 1650. Denunciar. vltima. *In memoriam reuocamus decretum Sanctiſſimi D. N. Clementis PP. VIII. circa Litanias obſeruandum, quod eſt tenoris ſequentis. S. D. N. Clemens Papa VIII. Quoniam multi hoc tempore priuati etiam homines prætextu alendæ deuotionis nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam propè innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ ſententiæ; in alijs, quod grauius eſt, periculoſæ, & errorem ſapientes inueniantur, pro ſollicitudine ſua paſtorali prouidere volens, vt animarum deuotio, Deique, ac Sanctorum inuocatio ſine vllius detrimenti ſpiritualis periculo foueatur, præcipit, & mandat, vt retentis antiquiſſimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litanijs de B. Virgine, quæ in S. Aede Lauretana decantari ſolent, quicumque alias Litanias edere, vel iam editis in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue Proceſſionibus vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcendas mittere teneantur, neque ſine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumant ſub pœnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis. Præſens decretum factum fuit in Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſt. in monte Quirinali coram prædicto Sanctiſs. D. N. ac Illuſtriſs. & Reuerendiſs. DD. S. R. E. Cardd. aduersùs hæreticam prauitatem General. Inquiſitoribus 8. Idus Sept. An. à Natiu. [illegible] Ieſu Chriſti 1601.*

Quintilianu[illegible]

Vide in Conſt. no[illegible] tex. 1. ſub litt. E.

De Litteris.

1 GRauis culpa eſt ſi quis litteras alicui miſerit, vel ſibi miſſas legerit, quas primitus ſuo Præſidenti non oſtenderit, Magiſtris in Theologia, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & Prædicatoribus Generalibus dumtaxat exceptis. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 1. *cap.* 17. *tex.* 2. Hæc Conſtitutio fuit facta Bononiæ 1410. in quo Capitulo auctoritate Alexandri Papæ V. plures aliæ ſancitæ fuere Conſtitutiones, prout in fine capit. *Confirmationes*, denunciatur, vbi ſic dicitur. *Omnes ſupraſcriptæ Confirmationes tempore ſchiſmatis habuerunt in vna obedientia tria Capitula Generalia, & auctoritate Litterarum Apoſtolicarum fælic. recordat. Alexandri Papæ V. coram nobis, & toto Capitulo Generali lectarum in hac parte nobis commiſſæ ſunt pro veris Conſtitutionibus, & legitimis, ac ſi fuiſſent in tribus General. Capitulis continuis ordine generaliter vnito editæ, per nos approbatæ, & confirmatæ, & debent in Conſtitutionibus, & rubricis in locis debitis annotari.*

2 Qui litteras alicui (exceptis Superioribus) ſcripſerit, quas ſuo Prælato non oſtenderit, carceris pœnam per menſem ſuſtinebit. Venetijs 1592. ord. 24. *Ordinamus ad plurima tollenda inconuenientia, quæ hiſce præſertim temporibus multiplicantur, quòd nullus Frater noſtri Ordinis præter exceptos in Conſtitutionibus noſtris, audeat literas aliquas ad aliquem, præter quàm ad Superiores mittere, niſi priùs à proprio Prælato viſæ, & ſubſcriptæ fuerint; nec ad ipſum miſſas legere, vel aperire, niſi priùs eaſdem Superiori ſuo legendas præſentauerit, ſub pœna carceris per menſem, & alijs Superioribus arbitrarijs.*

3 Superiores ſubditorum ſuorum litteras legant. Pariſijs 1234. ord. 8. *Item nullus Prior in hoc deferat alicui, quin litteras mittendas, & recipiendas legat, niſi Superiori [illegible] ſuus Supprior ei.*

4 Neque eti[illegible] recipiantur. Pari[illegible] ntur, aut non [illegible] litt[illegible] *Fratres* pi[illegible] *nec reci-* [illegible] rdinatu[illegible] *ui miſer*[illegible] *relato* [illegible]

qui aliter habent, vſque ad inſtans reddere Supprioribus teneantur. Nomine autem Prædicatorum Generaliũ intelliguntur etiam Magiſtri prout ſæpe ſæpius habetur in Conſtitutionibus noſtris.

7 Neque etiam ſigillum commune habeant, qui non ſunt Prædicatores Generales. Florentiæ 1257. ord. 11. *Item Fratres, qui non ſunt Prædicatores Generales, & habent ſigilla, ſiuè propria, ſiue communia, ipſa infra quindenam Prioribus ſuis reſignent.*

8 Curioſum ſigillum nullus habeat, nec etiam Magiſter Ordinis. Bononiæ 1240. ord. 24. *Item nullus ſigillum habeat curioſum, nec excepto Magiſtro Ordinis, qui in ſigillo ſuo facit Crucifixum.*

9 Qui Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali ſcribunt, Prouinciæ, & Conuentus nomen cum proprio apponant in litteris. Florentiæ 1257. ord. 7. *Item Fratres, qui ſcribunt Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali, exprimant plenariè nomina ſua in litteris, ponendo etiam Prouinciam ſuam, & Conuentum.*

10 Fratres non procurent litteras apud Principes, vel Prælatos pro mutatione ſui ſtatus. Pariſijs 1243. ord. 4. *Item Fratres non procurent litteras apud Principes, & Prælatos, vel Magnates de mutatione ſui ſtatus, vel aliorum Fratrum.*

11 Quicumque litteras Magiſtri Ordinis, vel Prioris Prouincialis, ſeu ſigilla eorum falſificauerit, vel eis ſcienter vſus fuerit, ſententiam eandem incurrat excommunicationis latam, & priuationem dictarum ipſo facto. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 20. tex. 4. Quæ fuit incohata Pariſijs 1306. confirmata Argentinæ 1307. & in Conſtitut. redacta Patauij 1309.* Vide ibid. ſub litt. L.

12 Qui Superiorum litteras occupauerint aut ne ſuum ſortiantur effectum, impediuerint pœnæ grauioris culpæ ſubiacebant. Anconæ 1470. ord. 5. *Vide de Grauiori culpa num. 8. Vide* etiam num. ſequentem.

13 Eadem pœna plectendi ſunt qui Superiorum litteras occultauerint. Romæ [illegible] ord. 6. *Item cum teſte ſcriptura* [illegible] die [illegible] *ſacrificio anteponatur* [illegible]

[illegible] *ore, quo* [illegible] *orum, &* [illegible] erunt in [illegible] ordlocum [illegible] ent plures [illegible] erint quan- [illegible] *cap. 20. tex. 2.*

[illegible] exemptis ab [illegible] 2. declar. 2. [illegible] *Fratribus, qui* [illegible] *inſerint ext a* [illegible] *r, nec numere-* [illegible] *nis annos, & ſi* [illegible] *eos*

Digitized by Google

linm retinere, oceultare, aut ne ſuum conſequantnr quouis modo effectum, impedire, aut eorum praeceptis contrauenire pręſumat.

14 Expenſæ pro litteris ad P. Procuratorem Ordinis traſmiſſis ſoluantur ab ijs, qui illas mittunt. Venetijs 1592. ord. 9. *Quia Litterarum expenſę in immenſum propęmodum excreſcunt, vt ſupplere non ſit poſſibile, mandamus Prouincijs omnibus, & ſingulis quatenus A. R. Procuratori Ordinis in Cnria Romana expenſas, qnas pro litteris per cnrſores miſſis perſoluere faciant, vel caſdem f ancas, vt vocant, tranſmittere teneantur.*

15 Communes Conuentuum litteræ non muniantur illorum ſigillo, niſi priùs fuerint publicè in Capitulo lectę. Lucæ 1288. ord. 3. *Item monemns qnòd littera aliqua non ſigilletur ſigillo Connentus, niſi priùs in Capitnlo coram lecta fuerit, & ibidem in conſpectu omnium ſigilletur.*

16 Diffinitorum, & offitialium etiam litteræ non muniantur ſigillo publico, niſi priùs coram ipſis fuerint lectæ, & inſpectæ diligenter. Lucæ 1288. ord. 2. *Item admonemus, ne Diffinitores, & quæcumqne alię perſonę publicę Ordinis noſtri ſigillent, vel ſigillari faciant litteram aliquam, vel ſcriptnram, niſi priùs ab eiſdem andita, vel inſpecta fuerit diligenter,*

17 Subſcriptiones litterarum, quæ nomine Conuentus fiunt à Fratribus, vel nomine Prouinciarum à Patribus Prouinciæ, in Capitulo ab eiſdem ſimul congregatis, & non priuatim fiant ſub pœna grauioris culpæ, & nullitatis. Romæ 1539. ita dicitur conf. 6. *Snbſcriptiones Litterarum, & conſenſus Fratrum fieri non poſſint à Connentibns, niſi Patres, & Fratres ſubſcribentes, & conſentientes ſint inſimul congregati in aliquo vno loco: & hocidem dicimus de Patribus Prouincię ſnbſcribentibus, vel conſentientibus in aliquibus litteris, & quòd videantnr, & ſciantnr quę in litteris continentnr & ſcribuntur, & hoc ſub pœna grauioris culpę, vt in iſta ordinatione inhibetur, quę iam eſt Conſtitutio, ex quo habet tria Capitula, declarantes, & determinantes omnia, quę in contrarium fiunt eſſe irrita, innalida, & nullius roboris, vel momenti.* Quod etiam fuit confirmatum Romę 1542. conf. vlt. & ibidem 1558. decl. 12. Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 8. ſub litt. X.

18 Litteræ Prioribus, & Conuentibus ſimul miſſę non aperiantur, niſi in pręſentia Priorum, & Conuentuum. Burdegalis 1287. ord. 5. *Item litterę miſſæ Prioribus, & Conuentibns non aperiantur niſi in pręſentia Priorum, & Conuentnum, quibus litterę diriguntur.*

19 Sęcularibus non concedantnr commendatitię litterę nomine Conuentuum, niſi priùs in Capitulo fuerint lectę. Pariſijs 1276. ord. 7. *Item monemus, quòd litterę ex parte Conuentus, & maximè quę commendationem, vel teſtimonium contineant perſonarum, non de facili concedantur; & ſi concedere oportuerit non ſigillentnr, niſi priùs in Capitulo fnerint lectę.*

20 Fratres noſtri non portent alicuius extra Ordinem noſtrum conſtituti litteras, niſi priùs illas legerint; neque litterę Fratrum continentes aliquid irreligioſum per ſęculares mittantur. Pariſijs 1234. ord. 5 *Item non mittantur litterę per ſęcnlares continentes quidqnam inhoneſtum, ſed nec Fratres noſtri portent litteras alicuius, qui non ſit de Ordine, niſi priùs eas inſpexerint.*

21 Scribentes litteras criminoſas abſque proprij nominis appoſitione contra quemcumque, pœna grauioris culpę puniantur. Bononię 1564. ord. 7. Romę 1580. conf. 4. & Romæ 1589. conſt. 8. *Vide de Libellis famoſis num. 2.*

22 Litteris Magiſtri Ordinis omnes Superiores obtemperent, ſub pœna abſolutionis ab officijs, voce gratiſque Ordinis priuentur. Apud Nurimbergum 1405. ord. 13. *Vide de Magiſtro Ordinis num. 4.*

23 Nullus poteſt impediri ne litteras ſcribat Reuerendiſs. Magiſtro Ordinis, & Diffinitoribus Capit. Prouinc. *Vide de Magiſtro Ordinis num. 19.*

De Litteris Patentibus.

1 QVi patentes litteras Magiſtri Ordinis, Procuratoris Generalis, ſeu Prouincialium, ne ſuum ſortiantur effectum, impedire procurauerint, pœnę grauioris culpę ſubiacebunt. Auenione 1470. ord. 5. *Vide de Grauiori culpa num. 8.*

2 Litterę patentes ex falſa informatione conceſſæ pro gradibus nullę ſunt. Romę 1601. ord. 14. quod fuit confirmatum etiam Romę 1608. conf. 10. hoc modo. *Confirmamus ordinationem 14. Capit. Generalis Romę 1601. quę confirmata eſt in Capit. Valliſoletano 1605. vt ſi conceſſę fuerint aliqnę littræ pateutes teſtificantes ſubreptitiè de aliquo, in quibus dicatur quòd legerit, vel alia hniuſmodi egerit, quarum vigore aliquos gradus conſequutus fuerit, eo ipſo eius gradus non admittantur à Capitulo Prouinciali. Idem dicimns reſpectu Prædicatorum Generalium, extendentes hanc ordinationem ad eos, qni falſam informationem Diffinitorio Generali, vel Magiſtro Ordinis dederint, quos à ſuis officijs abſolui debere decernimus, & perpetuò inha-*

Digitized by Google

inhabiles ad Prælaturas eſſe volumus. Idem fuit etiam confirmatum Pariſijs 1611. confirmat. 24.

3 Litteræ patentes ad Beneficia Ordinis non concedantur de facili omnibus, ſed tantùm perſonis de Ordine noſtro benemeritis, ac excellentis conditionis; à Prouincialibus autem ſolùm in Prouinciali Capitulo, & non aliter concedantur. Lemouicis 1334. ord. 5. *Ne ex exceſſiua & nimis facili conceſſione litterarum de Beneficijs Ordinis res tam præcioſa minori deuotione, & reuerentia noſtri Ord. admittatur; Volumus, & ordinamus quod amodo nullus Prior Prouincialis tales litteras concedat, niſi ſolùm in ſuo Prouinciali Capitulo, & pro perſonis conditionis, & ſtatus multùm honeſti, & quæ perſonæ hoc ipſum cum magna deuotione petierint, & in ſuis Capitulis Prouincialibus. Fratres arctent etiam per præceptum, ne aliter huiuſmodi litteras audeant impetrare; niſi forſan pro perſona multùm excellentis conditionis aliquando, & rarò ſiendum aliter iudicaretur. Rogantes Reuerendiſs. P. Magiſtrum Ord. quod hoc ipſum velit de ſuis litteris obſeruare.*

4 Vt qui ad Beneficia Ord. fuere recepti, poſſent idoneum ſibi Confeſſarium eligere, qui ſemel in vita, atque iterum in mortis articulo poſſet eos ab omnibus peccatis, caſibus, & cenſuris, etiam Sedi Apoſtol. reſeruatis abſoluere, denunciatum fuit Romæ 1581. denunc. 2. *Item denunciamus, quod idem Sanctiſs. D. N. Papa* (Sixtus IIII. erat tunc temporis) *de gratia ſpeciali conceſſit, vt omnes Fratres, & Sorores clauſæ in Monaſterijs Ord. noſtri, ſimiliter & omnibus Fratribus, & Sororibus Tertij habitus, de pœnitentia nuncupatis: item & omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, qui per litteras ad ſuffragia, & Beneficia Ord. ſunt ſuſcepti, vt eorum quilibet poſſit idoneum Confeſſorem ſibi eligere, qui eum ſemel in vita tantùm, & in mortis articulo poſſit ab omnibus peccatis, caſibus, & cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluere, & eiſdem concedere valeant plenariam Indulgentiam ijs duabus vicibus prælibatis dumtaxat.*

5 Prædicatores Generales non inſtituantur per litteras patentes in Capitulis Prouincialibus, ſed eorum inſtitutio in Actis eorundem Capitulorum eſt euulganda. Barchinonæ 1325. decl. 3. *Vide de Prædicat. Generalib. num. 6.*

De Loco in Ordine ſeruando.

1 OMnes Fratres noſtri in Proceſſionibus, Choro, & vbique locum ſuæ profeſſionis, hoc eſt iuxta antiquitatem illius, teneãt. Mediolani 1505. decl. 2. *Item declaramus, quòd Fratres in Ordine noſtro debent tenere loca in Choro, Refectorio, Capitulo, Proceſſionibus, & in alijs locis ſecundùm ordinem ſuæ profeſſionis, ita quod illi, qui poſt profeſſionem ſuam tacitam, vel expreſſam diutiùs habitum noſtræ Religionis portauerunt, debent præcedere eos, qui non tanto tempore prædictum habitum detulerunt, exceptis Magiſtris in Theologia, qui habent locum immediatè poſt illum Priorem, in cuius Conuentu fuerint, et exceptis Baccalarijs, qui in aliquo Conuentu, vbi eſt Generale Studium ſententias legunt, vel legerint, qui locum debent habere immediatè poſt Suppriorem, vel poſt ſeniores Patres Conuentus ſecundùm conſuetudinem patriæ: Magiſtri verò, & alij Graduati locum inter ſe habebunt ſecundùm ordinem, & tempus ſuæ promotionis: Illi verò, qui in ſæculo aliquem gradum habuerunt, poſtquam recepti fuerint in Ordine, tenebunt locum ſuæ vocationis.*

2 Si aliquis ad alienum Ordinem tranſmigrauerit, & poſtea ad noſtrum reuerſus fuerit, loci antiquitas illi à tempore, quo redierit computandus erit. Bononiæ 1615. ordinatione 9. *Quoniam interdum ex Ordine noſtro ad alios Ordines non matura inſpectione præmiſſa ab aliquibus noſtris Fratribus facilem tranſitum fieri comperimus, vnde poſt breuem lapſum temporis eoſdem ad Ordinem noſtrum redire procurantes, & inſtantiſſimè petentes ex fraterna pietate, & charitate recipere compellimur: Idcirco decernimus, & declaramus, vt ſi quis Fratrum noſtrorum ex noſtro Ord. in alium commigrauerit, & denuo eo relicto ad Ordinem noſtrum rediens, receptus fuerit, à tempore, quo reuertitur ad noſtrum Ord. numerus annorum, & antiquitas ratione loci illi computentur.*

3 Apoſtatarum anni, quibus fuerunt in apoſtaſiâ non computentur illis quoad locum ſed ſint ſub illis omnibus, qui habent plures annos in Ordine quàm ipſi habuerint quando exiuerunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 2. Vide ibid. ſub litt. E.*

4 Idem fuit ordinatum de exemptis ab Ordinis obedientia Romæ 1542. declar. 3. *Item determinamus quod, cum Fratribus, qui exempti, vel quomodolibet permanſerint extra Ordinem noſtrum, non computetur, nec numeretur tempus inter alios ſuæ profeſſionis annos, & ſi*

eos

eos poſtea reuerti contigerit ad Ordinem, ad quem non volumus poſſe recipi, niſi de licentia Magiſtri Ord. vel Prouincincialis ſui, accedente conſenſu maioris partis ſui Conuentus. Quē autem locum teneant Officiales,& Graduati, Vide in ſingulis cap.in quibus de illis agitur.

5 Priuatis habitu Ord. non computetur ad antiquitatem in Ordine tempus, quo priuati illo extiterunt, quando illis reſtituitur habitus. Pariſijs 1611.decl.1. *Primo declaramus quod qui propter delicta ſua priuati fuerunt habitu Ordinis, aut eo ſe ſpontè, & culpabiliter exuerunt,& abſque illo per aliquod temporis ſpatium permanſerunt, ſi poſtea reſtitutus fuerit illis habitus,tempus ipſum, quo priuati extiterunt, non computetur eis ad antiquitatem Religionis.*

De Ludis Illicitis.

1 CArceris, & Grauioris culpæ pœnam ſuſtinebunt qui taxillorum ludo operam dederint. *Ex Conſt.noſt.diſt.1. cap.18. tex. 5.* In cuius Conſtitutionis obſeruationem Vallisoleti 1605. etiam de alearum ludo ita dicitur ord.29. *Districtè præcipimus ſub pœnis in noſtris Conſtitutionibus contentis ne Fratres chartis, vel taxillis ludant; omnibus Præſidentibus mandantes ſub pœna abſolutionis ab officio, vt quos culpabiles inuenerint,dictas pœnas ſubire cogant.*

2 Qui Scaccorum ludum exercuerint,grauis culpæ pœnam pro ſingulis vicibus incurrunt. Apud Nurimbergum 1405. ordinat. 9. *Pœnam grauioris culpæ facere teneantur pro vice quacumque qui abſque licentia à ſecundo ſigno Completorij vſque ad primum ſignum Primæ cellam alterius intrauerint, vel in quauis cella muſicalibus luſerint inſtrumentis, vel ibidem, ſeu alibi,alearum, ſeu Scaccorum ludos exercuerint.*

3 Manuum etiam ludus fuit interdictus Pariſijs 1256. ord. 15. *Quicunque luſerit manualiter, durè, & aſperè corrigatur.* Ludum hunc puto illum eſſe, qui communi nomine dicitur in Italia (*Giocare alla Morra.*)

De Magiſtro Ordinis.

1 MAgiſter Ordinis ex Apoſtolico Priuilegio, ſtatim ac canonicè fuerit electus, Fratrum omnium, ac Sororum Ordini commiſſarum animarum curam gerit; tenenturque omnes Fratres, ac Moniales illi in omnibus, & per omnia debitam obedientiam exhibere, qui poteſt eos non ſolum ab omnibus officijs amouere, ſed etiam à cunctis cenſuris, etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, abſoluere. Poteſt etiam extra Romanam Curiam ſibi cōfiteri volentes ab eorum peccatis, exceſſibus, & caſibus,in quibus Minores Apoſtolicæ Sedis Pœnitentiarj poſſunt,abſoluere, atque Miſſam antequam dies illuceſcat per ſe, vel per alium Sacerdotem idoneum celebrare. *Ex Conſtit. noſt.diſt. 2. cap.4. in decl. tex. 5.ſub litt. F.* In Capit.autem Bononiæ 1410. denunc.5. ita dicitur. *Item Magiſter Ord. impetrauit ab eodem Alex. Papa V. quòd ipſe,& quilibet futurus Magiſter Ordinis Præd. vnumquemque Fratrem noſtri Ord.ſemel durante ſuo Magiſterio, ab omnibus ſententijs, & peccatis abſoluere poſſit, & cum eis deſuper in irregularitatibus contractis, poſt ipſa peccata,& ſententias, celebrando diuina, diſpenſare, etiam in caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis. Et ſimiliter quilibet Magiſter Ord. poteſt ſemel abſolui.*

2 Reuerendiſſimi titulus proprius eſt illius, ac Diffinitorij Capituli Generalis, nulluſque in Ordine noſtro tali titulo gaudere valet, niſi illum ex Apoſtolico Priuilegio habeat, quod tamen eſt priùs eidem Ordini manifeſtandum. Neapoli 1600. decl. 2. *Declaramus, quod titulus Reuerendiſſimi Diffinitorio Capituli Generalis, & Magiſtro Ord, intra Religionem à Fratribus tantummodo debetur, niſi quis eodem potiatur titulo ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, quod quidem Ordini priùs erit inſinuandum adhoc, vt per publicam Conſtitutionem eidem in Ordine præſtetur, quod ſibi deberi conſtiterit.*

3 Plenariam habet auctoritatem, & poteſtatem in toto Ordine, tenenturque omnes Superiores ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs ſeuerè illos punire, qui aliquo modo audebunt aliquid attentare contra illius auctoritatem. Neapoli 1600.decl.1.*Vide de Abſol.Priorum Prouincial. num.2.*

4 Eius litteris omnes Superiores ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs obedire tenentur. Apud Nurimberg. 1405. ord. 13. *Præſidentes, qui Magiſtri Ordinis litteris inobedientes fuerint à ſuis præſidentijs ſint abſoluti,ac voce,graтиſque Ord.priuati.*

5 Eius præcepta, atque cenſuræ cum ipſo expirant. Romæ 1589.decl.7.*Vide de Excommunic.num.2.*

6 Gratiæ autem ab illo conceſſæ perſeuerant. Argentinæ 1296. decl. 3. *Item declaramus, quod ſi gratiæ factæ fuerint per Magiſtrum Ord. ipſo mortuo non expirant.* Quod fuit confirmatum apud Caſtras 1352. his additis verbis. *Gratiæ tamen exemptoriæ mortuo Magiſtro expirant.*

Ca-

Digitized by Google

7 Caueant omnes Fratres ne procuratores inſtituant ad defendendum ſe, vel alios Ordini ſubiectos coram quibuſcumque ſecularibus contra præcepta illius. Romæ 1518. ord.4. *Item prohibemus diſtrictè omnibus, & ſingulis Præſidentibus, & Fratribus Prouinciarum, Congregationum, & Conuentuum quorumcumque ne inſtituant procuratores ad defendendum ſe, vel alios Ordini ſubiectos coram quibuſcumque ſecularibus contra præcepta, & obedientiam Magiſtri Ordinis, & ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane.*

8 Ad ipſum, & Capitulum Generale ſpectat aſſignare Fratres ad legendum pro forma, & gradu Magiſterij. In Montepeſſulano 1456. declarat. 1. *Declaramus quòd nullus Frater poteſt ad aliquam Lectoriam, ſeu officium pro forma, & gradu aſſignari, niſi per Capitulum Generale, aut Magiſtrum Ordinis, quibus huiuſmodi promotionum auctoritas eſt commiſſa, fuerit aſſignatus.*

6 Ad ipſum ſolum pertinet licentiam FF. extra clauſtra permanendi concedere. Romæ 1553. ord. 6. *Ordinamus, quòd & aliàs ordinatum eſt, quòd auctoritas licentiandi Fratres, vt maneant extra clauſtrum, tantùm penes Reuerendiſſimum Magiſtrum Ordinis reſideat, irritantes quaſcumque licentias ſuper his hactenus à Prouincialibus conceſſas.*

10 Non poteſt propria auctoritate Monaſteria curæ Ordinis commiſſa derelinquere. Romæ 1629. admon. 5. *Admonemus eundem Reuerendiſs. P. Magiſtrum Ordinis ne curæ Monaſteriorum Monialium noſtri Ordinis commiſſarum renuntiet, cum id abſque Capituli Generalis facultate, conſenſuque, facere nequeat; quòd ſi ſecus fecerit, renunciationes huiuſmodi irritas omnino fore declaramus.*

11 Ab omnibus, & ſingulis Prouincijs eidem contributiones ſoluantur. Venetijs 1592. ord. 9. *Vide de Contributionib. num.* 1.

12 Dum Ordinem viſitatione ſuâ luſtrat, eandem conſequitur contributionem à Conuentibus, quam Prouinciales, floreno vnico ſuperaddito. Coloniæ 1428. denunc. vnica. *Reuerendiſſimo Magiſtro Ordinis, & eius Familia dum tranſit de Conuentu ad Conuentum ipſi Conuentus per terminos ſuos in via, & quilibet Conuentus, in quo moram traxerit, non viſitando, ſolum per tres dies, viſitando verò per octo, expenſas neceſſarias in omnibus facere teneantur. Toto autem reliquo tempore totus Ordo dictas expenſas faciat, &c. Adijcientes quod pro viſitatione tantum detur Reuerendiſs. Mag. Ordinis à Conuentibus, quos viſitabit, quantum idem Conuentus ſuis Prouincialibus in viſitatione dare conſueuit, & vltra illud vnum Florenum de Camera tantum.*

12 Conſtitutionum, & Priuilegiorum Apoſtolicorum ambiguitates declarare ad ipſum ſpectat ex conceſſione Iulij PP. III. *Vide de Conſtitutionib. num.* 13. Idem etiam dicendum eſt de Actis Capit. General. *Vide de Actis Capit. General. num.* 4.

13 Crucifixum in ſigillo habere debet. Bononiæ 1240. ordinat. 24. *Vide de Literis num.* 6.

14 Bona ipſius, dum ex hac luce migrauit, diuidenda ſunt inter Conuentum originalem, & Ordinem, iuxta declationem tamen Capit. Generalis Romani 1532. *Vide de Bonis FF. defunctorum num.* 4.

15 Prætextu quarumcumque litterarum, ſigilli, Regiſtri, licentiæ, confirmationis, & cuiuſcumque gratiæ nihil accipiat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 7. Vide de Abſolut. Mag. Ordinis num. vlt.*

16 Poteſt eximere à Prouincialium cura Conuentus, & Monialium Monaſteria in fauorem regularis obſeruantiæ. Ex Apoſtolico Indulto Iulij Papæ II. quod denunciatum fuit in Cap. Generali Ianuæ 1513. denunc. vlt. hoc modo. *Item denunciamus acceptatum eſſe vnanimiter Breue fæl. record. Iulij Papæ II. infraſcripti tenoris.*

Iulius Papa II.

Dilecti fili Sal. & Apoſt. bened.

Expoſuiſti nobis quòd in Ordine Prædicatorum tuæ curæ commiſſo, &c. Et pro augumento vitæ regularis, volumus, & declaramus quòd Magiſter Generalis pro tempore poſſit in fauorem regularis vitæ eximere non ſolùm Conuentus à cura, & iuriſdictione Priorum Prouincialium, ſed etiam Monaſteria Sororum ſub cura, & habitu eiuſdem Ordinis, & Collegia, ac perſonas quaſcumque Tertij habitus: Quamuis ſecundùm Conſtitutiones dicti Ordinis, tam Fratrum, quàm ſororum, & ſtatuta ac priuilegia Apoſtolica, fundationes Monaſteriorum nonnullorum ſpecialiter cautum ſit vt Prouincialibus ſubſint: ſtatuimus nihilominus, & decernimus omnes appellationes ab exemptionibus huiuſmodi interponendis nullius eſſe roboris. In contrarium nõ facientibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis dicti Ordinis, iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis, conſuetudinibus, priuilegijs in ſpecie, vel in genere quibuſuis, quauis auctoritate conceſſis, & impoſterum concedendis cum clauſulis derogatorijs, & derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, & inſolitis, etiam ſi de eis, eorumq; tenoribus ſpecialis, Indiuidua, & expreſſa de verbo ad verbum, & non per clauſulas id importantes, eſſet mentio habenda, alijſque non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo piſcat. die 4. Nouemb. 1511. Pontif. noſtri an. 8.

Sigiſmundus.

A tergo.

Dile-

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum.

17 Regulariter in Vrbe propter principaliora Ordinis negoria permanere debet. Neapoli 1600. Admonit. 1. *Admonemus Reuerendiſs. Magiſtrum Ordinis quòd regulariter velit Romæ manere propter principaliora Religionis negotia, & protectionem, & inde non diſcedere, niſi vrgente Capituli Generalis celebratione, vel aliquo alio negotio, aut viſitatione, quę ſuam omnino requirat præſentiam.*

18 Prouinciales tenentur exactè eum admonere de ſuarum Prouinciarum ſtatu. Romæ 1583. Admonit. 2. *Admonemus eoſdem Patres Prouinciales, vt per ſingulos annos bis ſaltem de ſtatu ſuarum Prouinciarum admoneant Reuerendiſſimum P. Generalem exactè, & adamuſſim, vt certior fiat de cunctis ille, cui eſt cura de omnibus.* Vide de Prior. Conuent. num. 15. vbi eiſdem Prouincialibus præcipitur, vt ſaltim ſexies in anno id præſtent ex ordinat. 8. Cap. Pariſien. 1611.

19 Fratres non poſſunt à Superioribus impediri ne ſcribāt quidquid voluerint Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Cap. Prouincialis Florentiæ 1272. ord. 7. *Diſtrictè inſuper inhibemus, ne aliquis Frater Prælatus, vel Vicarius, aut quicumque alius directè, vel indirectè audeat impedire, ne Fratres liberè ſcribant quod voluerint Magiſtro, & Diffinitoribus Capituli Generalis.*

20 Qui patentes litteras, vel qualeſcunque alias eiuſdem Reuerendiſs. P. Magiſtri Ordinis, vel A. R. P. Procuratoris Generalis, ſeu PP. Prouincialium, vel quorumcunque Superiorum, ne ſuum ſortiatur effectum impedire procurauerint, pœnæ grauiori culpæ debitæ ſubiacebunt. Auenione 1470. ord. 5. *Vide de Grauiori Culpa num.* 8.

21 Si ſuas Contributiones ex quacumque cauſa exigere non poſſit, vel expenſas aliquas pro Ordinis beneficio facere debeat, tunc Religio eidem in omnibus ſupplere tenetur. Venetijs 1592. ord. 9. *Quòd ſi contigerit præfatas contributiones* (de quibus dictum eſt de Contributionibus num. 1.) *rationabilibus ex cauſis exigi non poſſe, vel expenſas aliquas neceſſariò à Reuerendiſs. Generalibus, vel Ad. R. R. P. P. Procuratoribus Ordinis pro Religionis ſeruitio, aut benefitio fieri, Religio ipſa ſupplere tenebitur quando eidem in Capitulo Generali de præfatis conſtabit.*

22 Mittantur illi à Prouincialibus Capitulorum Prouincialium Acta ab eodem approbanda. Valentię 1647. ord. 19. *Vide de Priorib. Prouincial. num. 19.*

23 Mittat Viſitatores in illas Prouincias, & Inſulas, ad quas viſitandas accedere ipſe nequit. In Monte Peſſulano 1316. ord. 4. *Item cum ex hoc quòd Magiſter Ordinis omnes Prouincias Ordinis non poſſit commodè propter earum diſtantiam, & alia impedimenta legitima perſonaliter viſitare; volumus, & ordinamus eidem Magiſtro, cum reuerentia imponentes, quòd ad Prouincias ſic diſtantes, & in quibus non conſueuerunt Capitula Generalia aſſignari communiter, imo & ad Inſulas Viſitatores auctoritate ſua mittat, poteſtatem eis tribuens ſuper dictas Prouincias, & Inſulas, prout iudicauerit expedire.*

24 Magiſter Ordinis coram Diffinitoribus humiliter ſe proſternens veniam faciat, & ſtans de ſuis exceſſibus ſe accuſet, & Diffinitores audiant accuſantem. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 6. quæ fuit inchoata Metis* 1251. *confirmata Bononiæ* 1252. *& in Conſt. redacta Budę* 1254. Anno autem 1253. non fuit celebratum Generale Capitulum propter mortem Magiſtri Ordinis P. F. Io: Theutonici, qui Argentinæ apud noſtros fuit tumulatus.

25 Poteſt etiam in Ordine noſtro ea agere, quæ ipſe, & Diffinitores iuxta Conſtitutiones ſecundùm Deum viderit expedire. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. de Electione Magiſtri Ordinis cap. 4. in declarat. tex. 5. ſub litt. F.*

26 Poteſt quoque ex Priuilegijs Boniſatij VIII. & Clementis VII. omnes Fratres, Priores Prouinciales, & Conuentuales, & alios quoſcunque dicti Ord. ac Prioriſſas Monaſteriorum in dicto Ord. & per Sedem Apoſtolicam, vel quoſcunque, & quauis auctoritate deputatos, quoties ſibi videbitur, reuocare, & à ſuis officijs remouere, etiamſi eis per Sedem Apoſtolicam fuiſſet conceſſum quod à ſuis Prælationibus, vel Officijs remoueri non poſſent, & loco ipſorum alios, vel alias ſubſtituere, ac officia ipſa limitare, atq; in Curia Romana Procuratorem inſtituere, & inſtitutum ab ipſo officio remouere quoties ſibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. de Elect. Prioris Prouincial. in decl. tex. 8. ſub litt. H.*

27 Soli Magiſtro Ordinis, vel alteri nomine eius fit profeſſio, & promittitur obedientia, vt vnitas Ordinis, & profeſſionis ſeruetur, quæ ab vnitate vnius capitis, cui omnes tenentur obedire, dependet; vnde Magiſter Ord. eſt proprius, & immediatus Prælatus omnium Fratrum, & Conuentuum totius Ord. & poteſt omnes Pręlatos, & Officiales eiuſdem Ord. inſtituere, & deſtituere, & eorum officia, & auctoritatem limitare, ipſoſque Fratres authoritate propria ligare poteſt, & abſoluere, ijdemque Fratres tenentur ſibi deuotè, & humiliter obedire: ex Priuilegijs Alexandri IIII. Clementis IIII. Bonifacij VIII. Benedicti XI. Gregorij XI. Martini V. Eugenij IIII. & Sixti IIII. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. de Profeſſ. cap. 15. in declarat. tex. 1. ſub litt. F. & diſt. 2. de Elect. Magiſt. Ord. cap. 4. in declar. tex. 5. ſub litt. F.* Vt dictum eſt ſupra num. 1.

Alia

Digitized by Google

28 Alia plura ab Apoſtolica Sede emanauere Priuilegia Magiſtris Gener. conceſſa, quę quia eorundem propria extitere, recenſere hic ſuperfluum iudicamus aſſeruantur tamen in nouo Ordinis Archiuio à Reuerendiſs. P.N.F. Io:Bapt. de Marinis Generali Magiſt. in Conuentu S. Marię ſuper Mineruam ſummo ſtudio, in maximum Religionis commodum, constructo. Vt autẽ vnum tantum poſſit Mag.Ord. inſtituere Priorem Prouincialem titularem, qui loco, & voce in Cap.Generalibus gaudeat, ſancitum fuit ex Clementis VIII. decreto Romę 1601. ord. 8. prout dictum eſt ſupra de Elect. Magiſtri Ord. num. 12. poſtea autem P. F. Nicolaus Rodulphius Generalis Magiſter ab Vrbano VIII. obtinuit, vt duos ſibi aſſumere poſſet in Socios titulares Prouinciales, qui loco, & voce in Capitulis gauderent, dato ſuper hoc Apoſtolico Breui apud S. Mariam Maiorem die 21. Iulij 1629. Eandemque gratiam ab Innocentio X. etiam Reuerendiſs. P.N. Magiſter Ord. F. Io: Baptiſta de Marinis obtinuit in hunc modum.

Innocentius Papa X.

Dilecte Fili Sal. & Apoſt. benedictionem.

Cum ſicut accepimus tu pro commiſſo tibi munere Generalis Magiſterij Ordinis FF. Prædicatorum, &c. Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, Apoſtolicam tibi, & noſtram Benedictionem impartimur. Et vt efficacius domos, & Loca, ac Monaſteria huiuſmodi viſitare, & quæ opus fuerit reformare, ac bonos mores plantare, & quæ ad ſtudiorum promotionem conducunt agere, & exequi valeas, nec in rebus agendis ſcrupulus tibi aliquis, aut obex opponi poſſit, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus; quod dum in Generalatus huiuſmodi officio manſeris, ſuper Romanam, ac omnes, & ſingulas dicti Ordinis Prouincias, & Vicarias, tam citra, & vltra Montes, & Regnorum Hiſpaniæ, & vtriuſque Lombardiæ, ac Gallicanę, & Raguſinæ, nec non quaſcumque alias eiuſdem Ordinis Congregationes, & ipſarum Prouinciarum, Vicariarum, & Congregationum Loca, Domos, Collegia Studentium ad Prouincias, ſeu Cõgregationes, aut alias quomodolibet ad Ordinem huiuſmodi pertinentes, ſeu eius curæ quouis modo commiſſas, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus auctoritate, & facultate, ac iuriſdictione pleniſſimis, & illis, quibus cœteri Magiſtri Generales iuxta dicti Ordinis inſtituta, & S.Concilij Trident. decreta, ſeu Conſtitutiones, vel ex iure ordinario, ſeu ex conſuetudine, vel priuilegiorum Apoſtolicorum vi hactenus functi fuerint, ſeu fungi potuerunt, in omnibus, & per omnia fungaris, & fungi, & illos, illas, & illa viſitare corrigere, & reformare, nec non omnes, & ſingulas litteras Apoſtolicas, tam ſuper præmiſſis, quam amotione, & noua deputatione cuiuſcumque Prioris Prouincialis, ſeu Vicarij, aut Prioris cuiuslibet dicti Ordinis Conuentus, ac Monaſterij, vel Domus à nobis, ſeu Prædeceſſoribus noſtris emanatas exequi, & exequendas curare, ac quaſcunque ſententias, cenſuras, & pœnas in illis contentas fulminare, &c. Et inſuper quarumcunque Monialium ſub tua iuriſdictione vbique locorum exiſtentium ſibi confiteri volentium Sacramentales Confeſſiones, etiam abſque vlla Ordinariorum Locorum approbatione, ſeu licentia audire *(quod fuit conceſſum etiam Prædeceſſoribus moderni Reuerendiſs. Magiſtri Ord. occaſione Apoſtolicæ Conſtitutionis Gregorij XV. de non audiendis Monialium confeſſionibus abſque Ordinariorum licentia emanatę.)* Præterea quod omnem facultatẽ, & poteſtatem tibi per pręſentes conceſſam vni, ſeu pluribus Viſitatoribus, & Commiſſarijs idoneis cum limitatione, vel aliàs prout tibi videbitur, communicare, illaſque quoties, & quandocunque volueris reaſſumere liberè, & licitè valeas. Et ſi quę Prouincię, tam citra, quam vltra Montes, aut Congregationes, vel Vicarię, Conuentus, Collegia, Loca, & Monaſteria, & pręſertim Domus Pariſienſis prętextu priuilegiorum eis à Pręgeceſſoribus noſtris, & Sede Apoſtolica, vel etiam à nobis conceſſorum pręenderint ſe ad ſui Viſitationem nullum alium, quam te ipſum admittere teneri, ne propterea delicta remaneant impunita, aut rigor Religionis diminuatur, cum tu vbique non poſſis aſſiſtere, etiam volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod Viſitatores per te in Prouincijs, Congregationibus, Vicarijs, Conuentibus, Collegijs, Locis, Monaſterio, & Domo Pariſienſi huiuſmodi pro tempore deputati, illos, illas, & illa, auctoritate noſtra viſitare liberè poſſint; quodque Fratres Prouinciarum, Congregationum, Vicariarum, Conuentuum, Collegiorum, Locorum, & Domus Pariſienſis, ac Sorores Monaſteriorum huiuſmodi ſub excommunicationis maioris latę ſententię pœna, quam in contrafacientes ex nunc, prout ex tunc, & è contra ferimus in his ſcriptis, Viſitatores per te, vt pręfertur, deputatos, tanquam à nobis delegatos ſuſcipere, & ad eorum viſitationem admittere teneantur. Quodque quos in Socios, & laborum tuorum participes tam in huiuſmodi Viſitationibus, & Reformationibus, quam cœteris ad regimen dicti Ord. facientibus aſſumpſeris, debitis cumulati honoribus in comitatu tuo decentius eſſe valeant, iuxta antiquam, & approbatam, & in ipſo Ord. diutius obſeruatam conſuetudinem, duos ex ipſis Socijs tuis nulla præcedente electione titulo Prioris Prouincia-

virtute Spiritus Sancti, ſubque S. Obedientiæ formali præcepto, addita pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica admonitione præmiſſa mandamus omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Fratribus, cuiuſcumque gradus, conditionis, aut dignitatis extiterint, ne librum aliquem, ſiuè magnum, ſiuè exilẽ, aut aliter qualitercumq. paruum typis excudi faciant abſque expreſſa licentia Reuerendiſſ. P. Magiſtri Generalis.

4 Caueant omnes ne ſuppreſſo proprio nomine, vel alio ficto appoſito, quemcumque libellum imprimi faciant. Ita ſubditur in præfata ord. 6. eiuſdem Cap. Romani 1644. *Sub eodem præcepto, ac cenſura prohibetur, ne quis ſuppreſſo ſuo nomine, aut ſubſtituto alieno, vel fictitio, quidquam, ſiuè modicum, ſiuè magnum typis committere audeat: Meminerintque omnes id grauiſſimè iam olim vetitum à Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 4. de vſu, & editione librorum.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 10. ſub litt. T.

5 Sunt priùs benè, & exactè examinandi à Patribus ad hoc deputatis, atque approbandi antequam impreſſioni ſubijciantur. Ita ordinatum fuit Valliſoleti 1605. ord. 5. & ſub his verbis confirmatum Romæ 1608. conf. 5. *Confirmamus ordinationem quintam Capit. præcedentis Valliſoletani, qua ſtatuitur, vt nullus deinceps liber typis mandetur, quin priùs examinatus, & approbatus fuerit à duobus, vel tribus Patribus in vnaquaque Prouincia à Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis nominandis. Quibus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obed. mandamus, vt totum librum diligenter videant, & examinent, quo ſtylo, graui, an humili conſtet, de qua materia, ſeu argumento, magni, an parui momenti, nec ſufficiat, vt nihil contra Fidem, aut bonos mores contineat, ſed talis ſit, qui honori, & decori Religionis eſſe poſſit.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. loco ſuprad.

6 Vt ordinationes de examinandis ſcriptis, & libris ante eorum euulgationem diligenter obſeruari faciant, tam Priores Prouinciales, quàm Conuentuales, ordinatum fuit Treueris 1266. ord. 6. *Item Fratres Conſtitutionem de ſcriptis Fratrum ante examinationem non publicandis meliùs obſeruent, & Priores Prouinciales, & Conuentuales eam faciant meliùs obſeruari.*

7 Qui lucubrationes aliquas proprias, vel alienas habent prælo dignas, carentque neceſſarijs pro illarum impreſſione pecunijs, eas ad Magiſtrum Ordinis tranſmitrant. Romæ 1644. ordin. 19. *Ordinamus, vt quando aliquis Fratrum penes ſe habuerit opera aliqua, aut lucubrationes ſuas, vel alienas, quæ prælo, ac luce publica digna exiſtimentur, nec tamen media, aut modum inuenerit, vt eædem ad typos commodè promoueantur, curet eas tranſmittere ad manus Reuerendiſſ. Magiſtri Ordinis, vel de illis ipſum admonere, quatenus per eius induſtriam, & promotionem excudantur Romæ, vel alibi, prout ei viſum fuerit, ne huiuſcemodi Ordinis theſauri in tenebris deliteſcant, aut aliorum ſuppoſititij fœtus fiant.*

8 Caueant Fratres noſtri ne prælo mandent lites, ſeu controuerſias, quæ in Ordine noſtro inter Prouincias, vel Conuentus inſurgunt. Ita ſubditur in præfato Capitulo 1644. eadẽ ordinatione 19. *Abſtineant quoque Fratres noſtri ab euulgatione, aut impreſſione eorum tractatuum, in quibus agitantur domeſticæ, ac priuatæ Ordinis noſtri controuerſiæ Prouinciarum, aut Congregationum, diſſidia, ac mutuæ lites, vel quodlibet aliud, quod oculis ſæcularium, aut quorumcunque extraneorum diſplicere, aut obſeruantiæ, paciſque inter nos opinionem aliquatenus conuellere poſſit. Quod ſi aliquid huiuſcemodi deinceps occurrerit, quod omninò prælo ſubijciendum videatur, mittatur manuſcriptum exemplar ad Magiſtrum Ord. vt eius iudicio primum diſcutiatur, antequam typos ſubeat.*

9 Qui libros in lucem edunt, terminata impreſſione vnum eorum exemplar in Bibliotheca principalioris Conuentus ſuæ Prouinciæ reponant, alterum verò Romam Reuerendiſſimo Ordinis Magiſtro tranſmittant. Valentiæ 1647. ord. 12. *Quoniam Codices impreſſi diſperguntur, & tempore, vel conſumuntur, vel ad exteras manus perueniunt, ita vt, cum Religioni ſunt neceſſarij, non inueniantur; omnibus & ſingulis, qui vel propria, vel aliena ſcripta imprimunt, mandamus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, vt impreſſione terminata, exemplar vnum reponant in principaliori Conuentu ſuæ Prouinciæ, vel Congregationis, aliud verò Romam mittant aſſeruandum, vt Religio eo, occurrente occaſione, vti poſſit; volentes, vt ſi quis præſenti ordinationi non obtemperauerit, ſubiaceat pœnis omnibus imprimentium ſine licentia.*

10 Doctiſſimorum virorum defunctorum libri prælo nequaquam donati, à Conuentuum Præſidentibus, in quibus ex hac luce diſcedunt in communi depoſito cuſtodiantur, donec Reuerendiſſ. Magiſter Ord. de illis fuerit admonitus. Valentiæ 1647. ord. 11. *Cum experientia teſte compertum ſit ſcripta doctiſſimorum virorum, quæ prælo non ſunt mandata, in morte eorum perire cum maximo damno Religionis, vt huic malo occurramus, omnibus, & ſingulis Prioribus, & Conuentuum, ſeu Locorum Præſidentibus præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, vt dum aliquis Frater in ſuo Conuentu obierit, ſummopere curent habere ſcripta omnia illius, & vt illa in communi depoſito ſub cuſtodia, & clauibus deponant, nec ea perire permittant; volentes vt ſtatim admoneant*

Ma-

Digitized by Google

Magiſtrum Ordinis, ſi aliquid dignum, vt euulgetur, in prædictis ſcriptis inuenerint.

De Licentijs.

1 NVlli Fratri concedatur aliqua licentia abſque temporis limitatione, intra quod eam exequi valeat. Valliſoleti 1605. ord. 18. *Nulli vnquam dentur aliquæ licentiæ abſque temporis deſignatione, intra quod eas exequutioni mandare poſſit, quo præterito ipſo facto ſint nullæ, nulliuſque roboris.* Quod fuit confirmatum Romæ 1608. confirm. 3. & Pariſijs 1611. conf. 23.

2 Licentiam itinerandi extra terminos ſui Conuentus, hoc eſt vltra dietam, Præſidentes Conuentuum non concedant abſque Patrum conſilio. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 9. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 2. ſub litt. C.*

3 Licentia ad Generale Capitulum accedendi, à ſolo Ordinis Magiſtro, & Prouinciali Priore illius Prouinciæ, in qua tale Capitulum celebratur; concedi poteſt. Toloſę 1304. declarat. vnica. *Declaramus, quòd nullus poteſt dare licentiam veniendi ad Capitulum Generale, niſi Magiſter Ordinis, & Prouincialis in cuius Prouincia fuerit Capitulum celebrandum, Fratribus ſuæ Prouinciæ, & ideo Magiſter Ordinis inhibet quòd nullus Prouincialis, vel Diffinitor, vel quilibet alius Frater quocumque prætextu det alicui licentiam veniendi ad Generale Capitulum; volens, & ſtatuens, quod qui deinceps cum tali licentia venire auſi fuerint, incurrant pœnam quam incurrunt ſine licentia venientes.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 9. in decl. tex. 3. ſub litt. B. vbi hoc idem etiam ordinatum aſſeritur apud Treuerim 1289. in quo Capitulo ord. 2. vbi de hac re agitur, nulla de Priore Prouinciali mentio habetur, circa talem licentiam dandam, ſed tantum de Magiſtro Ord.

Si autē Magiſter Ord. in litteris pro congregando Capitulo datis, ne Fratres ad illud nequaquam ſpectantes abſq; ſui licentia accedant, interdicat, Prouincialis illius Prouincię, in qua tale Capitulum eſt celebrandum huiuſmodi licentiam Fratribus concedere non valebit.

De Lineis.

1 LIneis non vtantur ad carnem, nec etiam infirmi. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 10. tex. 1. quæ fuit facta in Capit. Generaliſſ. Pariſijs 1236. Conſtitut. 6.* Linteamina verò in Infirmarijs noſtris concedimus, quod haberi poſſint, & ſimiliter in cameris hoſpitum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* vbi ſub litt. B. idem intelligendum eſſe de cannabe, & bombice dicitur, atque ad damnabilem contemptum illos diſponi aſſeritur, qui nulla ſubſiſtente cauſa lineis ad carnem vtuntur, & in tali tranſgreſſione Conſtitutionis perſeuerare intendunt. In cuius confirmationem Mediolani 1505. ord. 3. ita dicitur. *Hortantes etiam omnes Fratres quantum poſſibile eſt, vt tunicellas laneas deferant, cum Conſtitutiones noſtræ prohibeant omnibus Fratribus, etiam infirmis non debere vti lineis ad carnem.* Et Valliſoleti 1605. ord. 28. mandatum fuit Prioribus ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, vt Fratribus ſibi ſubditis de tunicellis, & linteaminibus laneis prouiderent, hoc pacto. *Nulli impoſterum dentur veſtes in pecunia numerata, ſed ſecundùm Fratris indigentiam, & Conuentus poſſibilitatem de veſtibus prouideatur. Præſidentes verò Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio infra ſex menſes à notitia præſentium de tunicellis, & linteaminibus laneis ſuis Fratribus prouideant.*

2 Abſoluendi ſunt à ſuis Officijs Conuentuum Pręſidentes, qui negligentes inuenti fuerint in puniendis Fratribus lineas ſubuculas deferentibus. Romę 1629. conſ. 6. *Confirmamus, & innouamus ordinationem ſæpiſſimè ſtatutam contra deferentes lineas ſubuculas ſub pœnis in eadem ordinatione contentis, mandantes Prioribus Prouincialibus, vt in ſuis viſitationibus Priores, ac Præſidentes Conuentuum, quos in huiuſmodi ordinationis obſeruantia procuranda reiſque puniendis inuenerint negligentes, à ſuis officijs abſoluant.*

3 Voce actiua, & paſſiua Sacerdotes, ſtudio, & promotione ad Ordines Clerici, & ſcapulari Conuerſi, ſunt priuandi; ſi abſque Prouincialis licentia lineis ad carnem vtantur. Romę 1644. ord. 13. *Inſuper quoad hoc ſtatuimus, & ordinamus, vt nemini abſque expreſſa licentia P. Prouincialis liceat aliquando vti tunicella linea ad carnem. Neque Prouinciales ſint faciles ad huiuſmodi licentiam, etiam pro modico tempore indulgendam, vbi vera ſufficiens, & comperta cauſa non ita exigerit. Quiſquis verò citra hanc licentiam lineis ad carnem vti præſumpſerit, ſi Sacerdos eſt, indiſpenſabiliter priuetur voce actiua, & paſſiua, ſi Clericus eijciatur è ſtudio, nec*

ad maiores Ordines promoueatur, ſi Conuerſus priuetur habitu. Quod ita fuit confirmatum Valentię 1647. conf.9. *Confirmamus, & innouamus ordinationem ſæpiſſimè factam contra deferentes ſubuculas lineas ad carnem ſub pœnis in ea ordinatione contentis; Mandantes Prioribus ſeu Conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt ordinationem hanc ſeruare ſafaciant; & Patribus Prouincialibus, vt Priores, ſeu Præſidentes in hoc negligentes ab officijs abſoluant.*

4 Qui lineas ſubuculas cum licentia Superiorum deferunt, caueant ne illas in collo, & brachijs manifeſtent. Argentinæ 1417. ord. 3. & Senis 1462. ord. 4. ita mādatur. *Item honeſtati Religionis noſtrę pro viribus intendentes, Fratribus Ordinis noſtri vniuerſis præcipimus, & mandamus ſub pœna grauioris culpæ, ne quis camiſias de lino deferat, vel ſaltem circa collum, & brachia delatas oſtendat.*

De Litanijs.

1 LItaniæ de Sanctis in ferialibus diebus pro fœlici Ordinis noſtri conſeruatione in ſero præcedenti poſt Completorium dicantur. Oxoniæ 1280. ord. 1. *Ordinamus quòd ſingulis diebus immediatè poſt matutinas, exceptis Simplicibus, & ſupra* (tunc enim feſta Trium lectionum in Ordine noſtro non erant instituta) *Fratres in choro ſuper formas proſtrati pro bono ſtatu, & conſeruatione Ordinis dicant Pſal. Deus in adiut. eum Litania.* Et Salmanticæ 1551. capit. *Denunciationes* de Officio diuino ita dicitur. *Item declarauimus Litanias debere dici in choro quando ſit de feria, prout hactenus factum eſt, ſed in eis non repetatur à choro nomen alicuius Sancti, ſed ſolùm reſpondeatur:* Ora pro nobis. *neque dicantur poſt matutinas, ſed in ſero præcedenti poſt Completorium, vbi meliùs omnes Fratres conueniant: qui tamen non conuenerint, vel extra conuentum fuerint, ad eas minimè teneantur.*

2 Nullum alicuius Sancti nomen, quod in antiquo ordinario Ordinis noſtri non ſit, in eiſdem litanijs apponatur. Ita ſubditur in eodem Salmanticenſi Capitulo & loco ſupradicto. *Item quod in ipſis litanijs nomina Sanctorum, qui non habentur in antiquo ordinario, à nemine apponantur, & appoſita deleantur.*

3 Litaniæ B. Virg. ſingulis diebus Sabbathi poſt *Salue Regina* in omnibus noſtris Eccleſijs cantentur. Bononiæ 1615. ord. 3. *Pro ſingulari autem Ordinis noſtri erga B. Virginem eiuſdem Ordinis Patronam deuotione, & vt pro innumeris ab eiuſdem Virgineis manibus acceptis beneficijs aliquales gratias rependamus, & his præſertim calamitoſis temporibus Ordo noſter ipſius patrocinio protegatur, cuius ſingulari fauore, ac beneficio partus eſt, volumus, & ordinamus, vt in omnibus noſtri Ordinis Conuentibus, Locis, Domibus, ac Monaſterijs Monialium eiuſdem Deiparæ Virginis Litaniæ ſingulis diebus Sabbathi, prout in multis noſtri Ordinis Conuentibus piè fieri conſueuit, poſt Salue Regina decantentur.*

4 Præter Litanias de Sanctis, & de B. Virgine, nullus audeat nouas alias Litanias dicere, ſeu in lucem edere, abſque Sac. Congregationis Rituum approbatione, ſub grauibus pœnis. Romæ 1650. Denunciat. vltima. *In memoriam reuocamus decretum Sanctiſſimi D. N. Clementis PP. VIII. circa Litanias obſeruandum, quod eſt tenoris ſequentis. S. D. N. Clemens Papa VIII. Quoniam multi hoc tempore priuati etiam homines prætextu alendæ deuotionis nouas quotidie Litanias euulgant, vt iam propè innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ ſententiæ; in alijs, quod grauius eſt, periculoſæ, & erroremſapientes inueniantur, pro ſollicitudine ſua paſtorali prouidere volens, vt animarum deuotio, Deique, ac Sanctorum inuocatio ſine vllius detrimenti ſpiritualis periculo foueatur, præcipit, & mandat, vt retentis antiquiſſimis, & communibus Litanijs, quæ in Breuiarijs, Miſſalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, nec non Litanijs de B. Virgine, quæ in S. Aede Lauretana decantari ſolent, quicumque alias Litanias edere, vel iam editis in Eccleſijs, ſiue Oratorijs, ſiue Proceſſionibus vti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoſcendas mittere teneantur, neque ſine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis eas in publicum edere, aut publicè recitare præſumant ſub pœnis (vltra peccatum) arbitrio Ordinarij, & Inquiſitoris ſeuerè infligendis. Præſens decretum factum fuit in Generali Congregatione S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſt. in monte Quirinali coram prædicto Sanctiſſ. D. N. ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S. R. E. Cardd. aduersùs hæreticam prauitatem General. Inquiſitoribus 8. Idus Sept. An. à Natiu. D. N. Ieſu Chriſti 1601.*

Quintilianus Adrianus Not.

Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in decl. tex. 1. ſub litt. E.

De Litteris.

1 GRauis culpa eſt ſi qnis litteras alieui miſerit, vel ſibi miſſas legerit, quas primitus ſuo Præſidenti non oſtenderit, Magiſtris in Theologia, & Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, & Prædicaeoribus Generalibus dumtaxat exceptis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 17. tex. 2.* Hæc Conſtitutio fuit facta Bononiæ 1410. in quo Capitulo auctoritate Alexandri Papæ V. plures aliæ ſancitæ fuere Conſtitutiones, prout in fine capit. *Confirmationes*, denunciatur, vbi ſic dicitur. *Omnes ſuprascriptæ Confirmationes tempore ſchiſmatis habuerunt in vna obedientia tria Capitula Generalia, & auctoritate Litterarum Apoſtolicarum fælic. recordat. Alexandri Papæ V. coram nobis, & toto Capitulo Generali lectarum in hac parte nobis commiſſæ ſunt pro veris Conſtitutionibus, & legitimis, ac ſi fuiſſent in tribus General. Capitulis continuis ordine generaliter vnito editæ, per nos approbatæ, & confirmatæ, & debent in Conſtitutionibus, & rubricis in locis debitis annotari.*

2 Qui litteras alicui (exceptis Superioribus) ſcripſerit, quas ſuo Prælato non oſtenderit, carceris pœnam per menſem ſuſtinebit. Venetijs 1592. ord. 24. *Ordinamus ad plurima tollenda inconuenientia, quæ hiſce præſertim temporibus multiplicantur, quòd nullus Frater noſtri Ordinis præter exceptos in Conſtitutionibus noſtris, audeat literas aliquas ad aliquem, præter quàm ad Superiores mittere, niſi priùs à proprio Prælato viſę, & ſubſcriptæ fuerint; nec ad ipſum miſſas legere, vel aperire, niſi priùs eaſdem Superiori ſuo legendas præſentauerit, ſub pœna carceris per menſem, & alijs Superioribus arbitrarijs.*

3 Superiores ſubditorum ſuorum litteras legant. Pariſijs 1234. ord. 8. *Item nullus Prior in hoc deferat alicui, quin litteras mittendas, & recipiendas legat, niſi Suppriori ſuo, aut ſuus Supprior ei.*

4 Neque etiam non ſigillatę mittantur, aut recipiantur. Pariſijs 1243. ord. 8. *Item Fratres non mitant litteras, etiam non ſigillatas, nec recipiant ſine licentia.*

5 Idem de memorialibus fuit ordinatum Pariſijs 1264. ord. 7. *Item Fratres qui miſerint litteras, vel memorialia non oſtenſa Prælato ſuo, vel ſibi miſſa aperuerint, niſi priùs licentia habita, acriùs puniantur.*

6 Sigillum pro litteris ſcribendis nullus habeat præter Prædicatores Generales. Bononiæ 1240. ord. 23. *Item nullus faciat ſibi ſigillum fieri, niſi Prædicator fuerit Generalis, & qui aliter habent, vſque ad inſtans reddere Supprioribus teneantur.* Nomine autem Prædicatorum Generaliũ intelliguntur etiam Magiſtri prout ſæpe ſæpius habetur in Conſtitutionibus noſtris.

7 Neque etiam ſigillum commune habeant, qui non ſunt Prædicaeores Generales. Florentiæ 1257. ord. 11. *Item Fratres, qui non ſunt Prædicatores Generales, & habent ſigilla, ſiuè propria, ſiuè communia, ipſa infra quindenam Prioribus ſuis reſignent.*

8 Curioſum ſigillum nullus habeat, nec etiam Magiſter Ordinis. Bononiæ 1240. ord. 24. *Item nullus ſigillum habeat curioſum, nec excepto Magiſtro Ordinis, qui in ſigillo ſuo faciat Crucifixum.*

9 Qui Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali ſcribunt, Prouinciæ, & Conuentus nomen cum proprio apponant in litteris. Florentiæ 1257. ord. 7. *Item Fratres, qui ſcribunt Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali, exprimant plenariè nomina ſua in litteris, ponendo etiam Prouinciam ſuam, & Conuentum.*

10 Fratres non procurent litteras apud Principes, vel Prælatos pro mutatione ſui ſtatus. Pariſijs 1243. ord. 4. *Item Fratres non procurent litteras apud Principes, & Prælatos, vel Magnates de mutatione ſui ſtatus, vel aliorum Fratrum.*

11 Quicumque litteras Magiſtri Ordinis, vel Prioris Prouincialis, ſeu ſigilla eorum falſificauerit, vel eis ſcienter vſus fuerit, ſententiam eandem incurrat excommunicationis latam, & priuationem dictarum ipſo facto. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4. Quæ fuit inchoata Pariſijs 1306. confirmata Argentinę 1307. & in Conſtitut. redacta Patauij* 1309. Vide ibid. ſub litt. L.

12 Qui Superiorum litteras occupauerint, aut ne ſuum ſortiantur effectum, impediuerint pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. Auenione 1470. ord. 5. *Vide de Grauiori culpa num.* 8. Vide etiam num. ſequentem.

13 Eadem pœna plectendi ſunt qui Superiorum litteras occultauerint. Romæ 1501. ord. 6. *Item quia teſte ſcriptura omnibus obedientia ſacrificijs anteponitur, ſine qua omnis ordo confunditur, pax, & vnitas Religionis tollitur, ac perturbatur: volumus, & ordinamus, quòd omnes, & ſinguli Fratres cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, teneantur ſuis Prælatis reuerentiam, & obedientiam præſtare, & maximè Reuerendiſſ. Magiſtro, cui omnes per votum profeſſionis obedientiam promiſerunt, quia non aliter ſub vnius profeſſionis voto viuimus, niſi quia ſub vnius Generalis Magiſtri obedientia gubernamur, mandantes omnibus, & ſingulis Fratribus noſtris ſub pœna grauioris culpę, quam contrafaciendo ipſo facto incurrant, vt nullus litteras Reuerendiſſ. Magiſtri, & Priorum Prouincia-*

lium retinere, occultare, aut ne ſuum conſequantur quouis modo effectum, impedire, aut eorum præceptis contrauenire pręſumat.

14 Expenſæ pro litteris ad P. Procuratorem Ordinis traſmiſſis ſoluantur ab ijs, qui illas mittunt. Venetijs 1592. ord.9. *Quia Litterarum expenſę in immenſum propemodum excreſcunt, vt ſupplere non ſit poſſibile, mandamus Prouincijs omnibus, & ſingulis quatenus A.R. Procuratori Ordinis in Curia Romana expenſas, quas pro litteris per curſores miſſis perſoluere faciant, vel eaſdem f aucas, vt vocant, tranſmittere teneantur.*

15 Communes Conuentuum litteræ non muniantur illorum ſigillo, niſi priùs fuerint publicè in Capitulo lectę. Lucæ 1288. ord. 3. *Item monemus quòd littera aliqua non ſigilletur ſigillo Conuentus, niſi priùs in Capitulo coram lecta fuerit, & ibidem in conſpectu omnium ſigilletur.*

16 Diffinitorum, & officialium etiam litteræ non muniantur ſigillo publico, niſi priùs coram ipſis fuerint lectæ, & inſpectæ diligenter. Lucæ 1288. ord. 2. *Item admonemus, ne Diſſinitores, & quæcumque alię perſonę publicę Ordinis noſtri ſigillent, vel ſigillari faciant litteram aliquam, vel ſcripturam, niſi priùs ab eiſdem audita, vel inſpecta fuerit diligenter.*

17 Subſcripriones litterarum, quæ nomine Conuentus fiunt à Fratribus, vel nomine Prouinciarum à Patribus Prouinciæ, in Capitulo ab eiſdem ſimul congregatis, & non priuatim fiant ſub pœna grauioris culpæ, & nullitatis. Romæ 1539. ita dicitur conf. 6. *Subſcriptiones Litterarum, & conſenſus Fratrum fieri non poſſint à Conuentibus, niſi Patres, & Fratres ſubſcribentes, & conſentientes ſint inſimul congregati in aliquo vno loco: & hoc idem dicimus de Patribus Prouincię ſubſcribentibus, vel conſentientibus in aliquibus litteris, & quòd videantur, & ſciantur quę in litteris continentur & ſcribuntur, & hoc ſub pœna grauioris culpę, vt in iſta ordinatione inhibetur, quę iam eſt Conſtitutio, ex quo habet tria Capitula, declarantes, & determinantes omnia, quę in contrarium fiunt eſſe irrita, inualida, & nullius roboris, vel momenti.* Quod etiam fuit confirmatum Romę 1542. conf. vlt. & ibidem 1558. decl. 12. Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. in decl. tex. 8. ſub litt. X.

18 Litteræ Prioribus, & Conuentibus ſimul miſſę non aperiantur, niſi in pręſentia Priorum, & Conuentuum. Burdegalis 1287. ord. 5. *Item litterę miſſæ Prioribus, & Conuentibus non aperiantur niſi in pręſentia Priorum, & Conuentuum, quibus litterę diriguntur.*

19 Sęcularibus non concedantur commendatitię litterę nomine Conuentuum, niſi priùs in Capitulo fuerint lectę. Pariſijs 1276. ord. 7. *Item monemus, quòd litterę ex parte Conuentus, & maximè quę commendationem, vel teſtimonium contineant perſonarum, non de facili concedantur; & ſi concedere oportuerit non ſigillentur, niſi priùs in Capitulo fuerint lectę.*

20 Fratres noſtri non portent alicuius extra Ordinem noſtrum conſtituti litteras, niſi priùs illas legerint; neque litterę Fratrum continentes aliquid irreligioſum per ſęculares mittantur. Pariſijs 1234. ord. 5. *Item non mittantur litterę per ſęculares continentes quidquam inhoneſtum, ſed nec Fratres noſtri portent litteras alicuius, qui non ſit de Ordine, niſi priùs eas inſpexerint.*

21 Scribentes litteras criminoſas abſque proprij nominis appoſitione contra quemcumque, pœna grauioris culpę puniantur. Bononię 1564. ord. 7. Romę 1580. conf. 4. & Romæ 1589. conf. 8. *Vide de Libellis famoſis num. 2.*

22 Litteris Magiſtri Ordinis omnes Superiores obtemperent, ſub pœna abſolutionis ab officijs, voce gratiſque Ordinis priuentur. Apud Nurimbergum 1405. ord. 13. *Vide de Magiſtro Ordinis num. 4.*

23 Nullus poteſt impediri ne litteras ſcribat Reuerendiſs. Magiſtro Ordinis, & Diffinitoribus Capit. Prouinc. *Vide de Magiſtro Ordinis num. 19.*

De Litteris Patentibus.

1 QVi patentes litteras Magiſtri Ordinis, Procuratoris Generalis, ſeu Prouincialium, ne ſuum ſortiantur effectum, impedire procurauerint, pœnę grauioris culpę ſubiacebunt. Auenione 1470. ord. 5. *Vide de Grauiori culpa num. 8.*

2 Litterę patentes ex falſa informatione conceſſæ pro gradibus nullę ſunt. Romę 1601. ord. 14. quod fuit confirmatum etiam Romę 1608. conf. 10. hoc modo. *Confirmamus ordinationem 14. Capit. Generalis Romę 1601. quę confirmata eſt in Capit. Valliſoletano 1605. vt ſi conceſſę fuerint aliquę littræ patentes teſtificantes ſubreptitiè de aliquo, in quibus dicatur quòd legerit, vel alia huiuſmodi egerit, quarum vigore aliquos gradus conſequutus fuerit, eo ipſo eius gradus non admittantur à Capitulo Prouinciali. Idem dicimus reſpectu Prædicatorum Generalium, extendentes hanc ordinationem ad eos, qui falſam informationem Diffinitorio Generali, vel Magiſtro Ordinis dederint, quos à ſuis officijs abſolui debere decernimus, & perpetuò inha-*

inhabiles ad Prælaturas eſſe volumus. Idem fuit etiam confirmatum Pariſijs 1611. confirmat. 24.

3 Litteræ patentes ad Beneficia Ordinis non concedantur de facili omnibus, ſed tantùm perſonis de Ordine noſtro benemeritis, ac excellentis conditionis; à Prouincialibus autem ſolùm in Prouinciali Capitulo, & non aliter concedantur. Lemouicis 1334. ord. 5. *Ne ex exceſſiua & nimis facili conceſſione litterarum de Beneficijs Ordinis res tam præcioſa minori deuotione, & reuerentia noſtri Ord. admittatur; Volumus, & ordinamus quod amodo nullus Prior Prouincialis tales litteras concedat, niſi ſolùm in ſuo Prouinciali Capitulo, & pro perſonis conditionis, & ſtatus multùm honeſti, & quæ perſonæ hoc ipſum cum magna deuotione petierins, & in ſuis Capitulis Prouincialibus. Fratres arctent etiam per præceptum, ne aliter huiuſmodi litteras audeant impetrare; niſi forſan pro perſona multùm excellentis conditionis aliquando, & rarò ſiendum aliter iudicaretur. Rogantes Reuerendiſs. P. Magiſtrum Ord. quod hoc ipſum velit de ſuis litteris obſeruare.*

4 Vt qui ad Beneficia Ord. fuere recepti, poſſent idoneum ſibi Confeſſarium eligere, qui ſemel in vita, atque iterum in mortis articulo poſſet eos ab omnibus peccatis, caſibus, & cenſuris, etiam Sedi Apoſtol. reſeruatis abſoluere, denunciatum fuit Romæ 1581. denunc. 2. *Item denunciamus, quod idem Sanctiſs. D. N. Papa* (Sixtus IIII. erat tunc temporis) *de gratia ſpeciali conceſſit, vt omnes Fratres, & Sorores clauſæ in Monaſterijs Ord. noſtri, ſimiliter & omnibus Fratribus, & Sororibus Tertij habitus, de pœnitentia nuncupatis: item & omnibus Chriſti fidelibus vtriuſque ſexus, qui per litteras ad ſuffragia, & Beneficia Ord. ſunt ſuſcepti, vt eorum quilibet poſſit idoneum Confeſſorem ſibi eligere, qui eum ſemel in vita tantùm, & in mortis articulo poſſit ab omnibus peccatis, caſibus, & cenſuris, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis abſoluere, & eiſdem concedere valeant plenariam Indulgentiam ijs duabus vicibus prælibatis dumtaxat.*

5 Prædicatores Generales non inſtituantur per litteras patentes in Capitulis Prouincialibus, ſed eorum inſtitutio in Actis eorundem Capitulorum eſt euulganda. Barchinonæ 1325. decl. 3. *Vide de Prædicat. Generalib. num. 6.*

De Loco in Ordine ſeruando.

1 OMnes Fratres noſtri in Proceſſionibus, Choro, & vbique locum ſuæ profeſſionis, hoc eſt iuxta antiquitatem illius, teneāt. Mediolani 1505. decl. 2. *Item declaramus, quòd Fratres in Ordine noſtro debent tenere loca in Choro, Refectorio, Capitulo, Proceſſionibus, & in alijs locis ſecundùm ordinem ſuæ profeſſionis, ita quod illi, qui poſt profeſſionem ſuam tacitam, vel expreſſam diutiùs habitum noſtræ Religionis portauerunt, debent præcedere eos, qui non tanto tempore prædictum habitum detulerunt, exceptis Magiſtris in Theologia, qui habent locum immediatè poſt illum Priorem, in cuius Conuentu fuerint, et exceptis Baccalarijs, qui in aliquo Conuentu, vbi eſt Generale Studium ſententias legunt, vel legerint, qui locum debent habere immediatè poſt Suppriorem, vel poſt ſeniores Patres Conuentus ſecundùm conſuetudinem patriæ: Magiſtri verò, & alij Graduati locum inter ſe habebunt ſecundùm ordinem, & tempus ſuæ promotionis: Illi verò, qui in ſæculo aliquem gradum habuerunt, poſtquam recepti fuerint in Ordine, tenebunt locum ſuæ vocationis.*

2 Si aliquis ad alienum Ordinem tranſmigrauerit, & poſtea ad noſtrum reuerſus fuerit, loci antiquitas illi à tempore, quo redierit computandus erit. Bononiæ 1615. ordinatione 9. *Quoniam interdum ex Ordine noſtro ad alios Ordines non matura inſpectione præmiſſa ab aliquibus noſtris Fratribus facilem tranſitum fieri comperimus, vnde poſt breuem lapſum temporis eoſdem ad Ordinem noſtrum redire procurantes, & inſtantiſſimè petentes ex fraterna pietate, & charitate recipere compellimur: Idcirco decernimus, & declaramus, vt ſi quis Fratrum noſtrorum ex noſtro Ord. in alium commigrauerit, & denuo eo relicto ad Ordinem noſtrum rediens, receptus fuerit, à tempore, quo reuertitur ad noſtrum Ord. numerus annorum, & antiquitas ratione loci illi computentur.*

3 Apoſtatarum anni, quibus fuerunt in apoſtaſia non computentur illis quoad locum ſed ſint ſub illis omnibus, qui habent plures annos in Ordine quàm ipſi habuerint quando exiuerunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 2. Vide ibid. ſub litt. E.*

4 Idem fuit ordinatum de exemptis ab Ordinis obedientia Romæ 1542. declar. 3. *Item determinamus quod, cum Fratribus, qui exempti, vel quomodolibet permanſerint extra Ordinem noſtrum, non computetur, nec numeretur tempus inter alios ſuæ profeſſionis annos, & ſi*

eos

eos poſtea reuerti contigerit ad Ordinem, ad quem non volumus poſſe recipi, niſi de licentia Magiſtri Ord. vel Prouincincialis ſui, accedente conſenſu maioris partis ſui Conuentus. Quē autem locum teneant Officiales,& Graduati, Vide in ſingulis cap.in quibus de illis agitur.

5 Priuatis habitu Ord. non computetur ad antiquitatem in Ordine tempus, quo priuati illò extiterunt, quando illis reſtituitur habitus. Pariſijs 1611.decl.1. *Primo declaramus quod qui propter delicta ſua priuati fuerunt habitu Ordinis, aut eo ſe ſpontè, & culpabiliter exuerunt,& abſque illo per aliquod temporis ſpatium permanſerunt, ſi poſtea reſtitutus fuerit illis habitus,tempus ipſum, quo priuati extiterunt, non computetur eis ad antiquitatem Religionis*.

De Ludis Illicitis.

1 CArceris, & Grauioris culpæ pœnam ſuſtinebunt qui taxillorum ludo operam dederint. *Ex Conſt.noſt.diſt.1.cap.18.tex.* 5. In cuius Conſtitutionis obſeruationem Vallisoleti 1605. etiam de alearum ludo ita dicitur ord.29. *Diſtrictè præcipimus ſub pœnis in noſtris Conſtitutionibus contentis ne Fratres chartis, vel taxillis ludant; omnibus Præſidentibus mandantes ſub pœna abſolutionis ab officio, vt quos culpabiles inuenerint,dictas pœnas ſubire cogant*.

2 Qui Scaccorum ludum exercuerint,grauis culpæ pœnam pro ſingulis vicibus incurrunt. Apud Nurimbergum 1405. ordinat. 9. *Pœnam grauioris culpæ facere teneantur pro vice quacumque qui abſque licentia à ſecundo ſigno Completorij vſque ad primum ſignum Primæ cellam alterius intrauerint, vel in quauis cella muſicalibus luſerint inſtrumentis, vel ibidem, ſeu alibi,alearum, ſeu Scaccorum ludos exercuerint.*

3 Manuum etiam ludus fuit interdictus Pariſijs 1256. ord. 15. *Quicunque luſerit manualiter, durè, & aſperè corrigatur*. Ludum hunc puto illum eſſe, qui communi nomine dicitur in Italia (*Giocari alla Morra.*)

De Magiſtro Ordinis.

1 MAgiſter Ordinis ex Apoſtolico Priuilegio, ſtatim ac canonicè fuerit electus, Fratrum omnium, ac Sororum Ordini commiſſarum animarum curam gerit; tenenturque omnes Fratres, ac Moniales illi in omnibus, & per omnia debitam obedientiam exhibere, qui poteſt eos non ſolum ab omnibus officijs amouere, ſed etiam à cunctis cenſuris, etiam Apoſtolicæ Sedi reſeruatis, abſoluere. Poteſt etiam extra Romanam Curiam ſibi cōfiteri volentes ab eorum peccatis, exceſſibus, & caſibus,in quibus Minores Apoſtolicæ Sedis Pœnitentiarij poſſunt,abſoluere, atque Miſſam antequam dies illuceſcat per ſe, vel per alium Sacerdotem idoneum celebrare. *Ex Conſtit. noſt.diſt. 2. cap.4. in decl. tex. 5.ſub litt. F.* In Capit.autem Bononiæ 1410. denunc.5. ita dicitur. *Item Magiſter Ord. impetrauit ab eodem Alex. Papa V. quòd ipſe,& quilibet futurus Magiſter Ordinis Præd. vnumquemque Fratrem noſtri Ord.ſemel durante ſuo Magiſterio, ab omnibus ſententijs, & peccatis abſoluere poſſit, & cum eis deſuper in irregularitatibus contractis,poſt ipſa peccata,& ſententias, celebrando diuina, diſpenſare, etiam in caſibus Sedi Apoſt. reſeruatis. Et ſimiliter quilibet Magiſter Ord. poteſt ſemel abſolui.*

2 Reuerendiſſimi titulus proprius eſt illius, ac Diffinitorij Capituli Generalis, nulluſque in Ordine noſtro tali titulo gaudere valet, niſi illum ex Apoſtolico Priuilegio habeat, quod tamen eſt priùs eidem Ordini manifeſtandum. Neapoli 1600. decl. 2. *Declaramus, quod titulus Reuerendiſſimi Diffinitorio Capituli Generalis, & Magiſtro Ord. intra Religionem à Fratribus tantummodo debetur, niſi quis eodem potiatur titulo ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, quod quidem Ordini priùs erit inſinuandum adhoc, vt per publicam Conſtitutionem eidem in Ordine præſtetur, quod ſibi deberi conſtiterit.*

3 Plenariam habet auctoritatem, & poteſtatem in toto Ordine, tenenturque omnes Superiores ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs ſeuerè illos punire, qui aliquo modo audebunt aliquid attentare contra illius auctoritatem. Neapoli 1600.decl.1.*Vide de Abſol.Priorum Prouincial. num.2.*

4 Eius litteris omnes Superiores ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs obedire tenentur. Apud Nurimberg. 1405. ord. 13. *Præſidentes, qui Magiſtri Ordinis litteris inobedientes fuerint à ſuis præſidentijs ſint abſoluti,ac voce,gratijſque Ord.priuati.*

5 Eius præcepta, atque cenſuræ cum ipſo expirant. Romæ 1589.decl.7.*Vide de Excommunic.num.2.*

6 Gratiæ autem ab illo conceſſæ perſeuerant. Argentinæ 1296. decl. 3. *Item declaramus, quod ſi gratiæ factæ fuerint per Magiſtrum Ord. ipſo mortuo non expirant*. Quod fuit confirmatum apud Caſtras 1352. his additis verbis. *Gratiæ tamen exemptoriæ mortuo Magiſtro expirant.*

Ca-

7 Caueant omnes Fratres ne procuratores inſtituant ad defendendum ſe, vel alios Ordini ſubiectos coram quibuſcumque ſecularibus contra præcepta illius. Romæ 1518. ord.4. *Item prohibemus diſtrictè omnibus, & ſingulis Præſidentibus, & Fratribus Prouinciarum, Congregationum, & Conuentuum quorumcumque ne inſtituant procuratores ad defendendum ſe, vel alios Ordini ſubiectos coram quibuſcumque ſecularibus contra præcepta, & obedientiam Magiſtri Ordinis, & ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane.*

8 Ad ipſum, & Capitulum Generale ſpectat aſſignare Fratres ad legendum pro forma, & gradu Magiſterij. In Montepeſſulano 1456. declarat. 1. *Declaramus quòd nullus Frater poteſt ad aliquam Lectoram, ſeu officium pro forma, & gradu aſſignari, niſi per Capitulum Generale, aut Magiſtrum Ordinis, quibus huiuſmodi promotionum auctoritas eſt commiſſa, fuerit aſſignatus.*

6 Ad ipſum ſolum pertinet licentiam FF. extra clauſtra permanendi concedere. Romæ 1553. ord.6. *Ordinamus, quòd & aliàs ordinatum eſt, quòd auctoritas licentiandi Fratres, vt maneant extra clauſtrum, tantùm penes Reuerendiſſimum Magiſtrum Ordinis reſideat, irritantes quaſcumque licentias ſuper his hactenus à Prouincialibus conceſſas.*

10 Non poteſt propria auctoritate Monaſteria curæ Ordinis commiſſa derelinquere. Romæ 1629. admon.5. *Admonemus eundem Reuerendiſſ. P. Magiſtrum Ordinis ne curæ Monaſteriorum Monialium noſtri Ordinis commiſſarum renuntiet, cum id abſque Capituli Generalis facultate, conſenſuque, facere nequeat; quòd ſi ſecus fecerit, renunciationes huiuſmodi irritas omnino fore declaramus.*

11 Ab omnibus, & ſingulis Prouincijs eidem contributiones ſoluantur. Venetijs 1592. ord.9. *Vide de Contributionib. num. 1.*

12 Dum Ordinem viſitatione ſuâ luſtrat, eandem conſequitur contributionem à Conuentibus, quam Prouinciales, floreno vnico ſuperaddito. Coloniæ 1428. denunc. vnica. *Reuerendiſſimo Magiſtro Ordinis, & eius Familiæ dum tranſit de Conuentu ad Conuentum ipſi Conuentus per terminos ſuos in via, & quilibet Conuentus, in quo moram traxerit, non viſitando, ſolum per tres dies, viſitando verò per octo, expenſas neceſſarias in omnibus facere teneantur. Toto autem reliquo tempore totus Ordo dictas expenſas faciat, &c. Adycientes quod pro viſitatione tantum detur Reuerendiſſ. Mag. Ordinis à Conuentibus, quos viſitabit, quantum idem Conuentus ſuis Prouincialibus in viſitatione dare conſueuit, & vltra illud vnum Florenum de Camera tantum.*

12 Conſtitutionum, & Priuilegiorum Apoſtolicorum ambiguitates declarare ad ipſum ſpectat ex conceſſione Iulij PP. III. *Vide de Conſtitutionib. num. 13.* Idem etiam dicendum eſt de Actis Capit. General. *Vide de Actis Capit. General. num. 4.*

13 Crucifixum in ſigillo habere debet. Bononiæ 1240. ordinat. 24. *Vide de Literis num. 6.*

14 Bona ipſius, dum ex hac luce migrauit, diuidenda ſunt inter Conuentum originalem, & Ordinem, iuxta declationem tamen Capit. Generalis Romani 1532. *Vide de Bonis FF. defunctorum num. 4.*

15 Prætextu quarumcumque litterarum, ſigilli, Regiſtri, licentiæ, confirmationis, & cuiuſcumque gratiæ nihil accipiat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 7. Vide de Abſolut. Mag. Ordinis num. vlt.*

16 Poteſt eximere à Prouincialium cura Conuentus, & Monialium Monaſteria in fauorem regularis obſeruantiæ. Ex Apoſtolico Indulto Iulij Papæ II. quod denunciatum fuit in Cap. Generali Ianuæ 1513. denunc. vlt. hoc modo. *Item denunciamus acceptatum eſſe vnanimiter Breue fæl. record. Iulij Papæ II. infraſcripti tenoris.*

Iulius Papa II.
Dilecti fili Sal. & Apoſt. bened.

Expoſuiſti nobis quòd in Ordine Prædicatorum tuæ curæ commiſſo, &c. Et pro augmento vitæ regularis, volumus, & declaramus quòd Magiſter Generalis pro tempore poſſit in fauorem regularis vitæ eximere non ſolùm Conuentus à cura, & iuriſdictione Priorum Prouincialium; ſed etiam Monaſteria Sororum ſub cura, & habitu eiuſdem Ordinis, & Collegia, ac perſonas quaſcumque Tertij habitus: Quamuis ſecundùm Conſtitutiones dicti Ordinis, tam Fratrum, quàm ſororum, & ſtatuta ac priuilegia Apoſtolica, fundationes Monaſteriorum nonnullorum ſpecialiter cautum ſit vt Prouincialibus ſubſint: ſtatuimus nihilominus, & decernimus omnes appellationes ab exemptionibus huiuſmodi interponendis nullius eſſe roboris. In contrarium nõ facientibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis dicti Ordinis, iuramento, vel quauis alia firmitate roboratis, conſuetudinibus, priuilegijs in ſpecie, vel in genere quibuſuis, quanis auctoritate conceſſis, & impoſterum concedendis cum clauſulis derogatorijs, & derogatoriarum derogatorijs, fortioribus, & inſolitis, etiam ſi de eis, eorumq; tenoribus ſpetialis, Indiuidua, & expreſſa de verbo ad verbum, & non per clauſulas id importantes, eſſet mentio habenda, alijſque non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo piſcat. die 4. Nouemb. 1511. Pontif. noſtri an. 8.

Sigiſmundus.

A tergo.

Dile-

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum.

17 Regulariter in Vrbe propter principaliora Ordinis negotia permanere debet. Neapoli 1600. Admonit. 1. *Admonemus Reuerendiſs. Magiſtrum Ordinis quòd regulariter velit Romæ manere propter principaliora Religionis negotia, & protectionem, & inde non diſcedere, niſi vigente Capituli Generalis celebratione, vel aliquo alio negotio, aut viſitatione, quæ ſuam omnino requirat præſentiam.*

18 Prouinciales tenentur exactè eum admonere de ſuarum Prouinciarum ſtatu. Romæ 1583. Admonit. 3. *Admonemus eoſdem Patres Prouinciales, vt per ſingulos annos bis ſaltem de ſtatu ſuarum Prouinciarum admoneant Reuerendiſſimum P. Generalem exactè, & adamuſſim, vt certior fiat de cunctis ille, cui eſt cura de omnibus.* Vide de Prior. Conuent. num. 15. vbi eiſdem Prouincialibus præcipitur, vt ſaltim ſexies in anno id præſtent ex ordinat. 8. Cap. Pariſien. 1611.

19 Fratres non poſſunt à Superioribus impediri ne ſcribāt quidquid voluerint Magiſtro Ordinis, vel Diffinitoribus Cap. Prouincialis Florentiæ 1272. ord. 7. *Diſtrictè inſuper inhibemus, ne aliquis Frater Prælatus, vel Vicarius, aut quicumque alius directè, vel indirectè audeat impedire, no Fratres liberè ſcribant quod voluerint Magiſtro, & Diffinitoribus Capituli Generalis.*

20 Qui patentes litteras, vel qualeſcunque alias eiuſdem Reuerendiſs. P. Magiſtri Ordinis, vel A. R. P. Procuratoris Generalis, ſeu PP. Prouincialium, vel quotumcunque Superiorum, ne ſuum ſortiatur effectum impedire procurauerint, pœnæ grauiori culpæ debitæ ſubiacebunt. Auenione 1470. ord. 5. *Vide de Grauiori Culpa num.* 8.

21 Si ſuas Contributiones ex quacumque cauſa exigere non poſſit, vel expenſas aliquas pro Ordinis beneficio facere debeat, tunc Religio eidem in omnibus ſupplere tenetur. Venetijs 1592. ord. 9. *Quòd ſi contigerit præfatas contributiones* (de quibus dictum eſt de Contributionibus num. 1.) *rationabilibus ex cauſis exigi non poſſe, vel expenſas aliquas neceſſariò à Reuerendiſs. Generalibus, vel Ad. R. R. P. P. Procuratoribus Ordinis pro Religionis ſeruitio, aut beneficio fieri, Religio ipſa ſupplere tenebitur quando eidem in Capitulo Generali de præfatis conſtabit.*

22 Mittantur illi à Prouincialibus Capitulorum Prouincialium Acta ab eodem approbanda. Valentię 1647. ord. 19. *Vide de Prior. Prouincial. num.* 19.

23 Mittat Viſitatores in illas Prouincias, & Inſulas, ad quas viſitandas accedere ipſe nequit. In Monte Peſſulano 1316. ord. 4. *Item cum ex hoc quòd Magiſter Ordinis omnes Prouincias Ordinis non poſſit commodè propter earum diſtantiam, & alia impedimenta legitima perſonaliter viſitare; volumus, & ordinamus eidem Magiſtro, cum reuerentia imponentes, quòd ad Prouincias ſic diſtantes, & in quibus non conſueuerunt Capitula Generalia aſſignari communiter, imo & ad Inſulas Viſitatores auctoritate ſua mittat, poteſtatem eis tribuens ſuper dictas Prouincias, & Inſulas, prout iudicauerit expedire.*

24 Magiſter Ordinis coram Diffinitoribus humiliter ſe proſternens veniam faciat, & ſtans de ſuis exceſſibus ſe accuſet, & Diffinitores audiant accuſantem. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 6. quæ fuit incohata Metis* 1251. *confirmata Bononiæ* 1252. *& in Conſt. redacta Budæ* 1254. Anno autem 1253. non fuit celebratum Generale Capitulum propter mortem Magiſtri Ordinis P. F. Io: Theutonici, qui Argentinæ apud noſtros fuit tumulatus.

25 Poteſt etiam in Ordine noſtro ea agere, quæ ipſe, & Diffinitores iuxta Conſtitutiones ſecundum Deum viderit expedire. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. de Electione Magiſtri Ordinis cap. 4. in declarat. tex. 5. ſub litt. F.*

26 Poteſt quoque ex Priuilegijs Bonifatij VIII. & Clementis VII. omnes Fratres, Priores Prouinciales, & Conuentuales, & alios quoſcunque dicti Ord. ac Prioriſſas Monaſteriorum in dicto Ord. & per Sedem Apoſtolicam, vel quoſcunque, & quauis auctoritate deputatos, quoties ſibi videbitur, reuocare, & à ſuis officijs remouere, etiamſi eis per Sedem Apoſtolicam fuiſſet conceſſum quod à ſuis Prælationibus, vel Officijs remoueri non poſſent, & loco ipſorum alios, vel alias ſubſtituere, ac officia ipſa limitare, atq; in Curia Romana Procuratorem inſtituere, & inſtitutum ab ipſo officio remouere quoties ſibi, & ſuis ſucceſſoribus videbitur expedire. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. de Elect. Prioris Prouincial. in decl. tex. 8. ſub litt. H.*

27 Soli Magiſtro Ordinis, vel alteri nomine eius fit profeſſio, & promittitur obedientia, vt vnitas Ordinis, & profeſſionis ſeruetur, quæ ab vnitate vnius capitis, cui omnes tenemur obedire, dependet; vnde Magiſter Ord. eſt proprius, & immediatus Prælatus omnium Fratrum, & Conuentuum totius Ord. & poteſt omnes Prælatos, & Officiales eiuſdem Ord. inſtituere, & deſtituere, & eorum officia & auctoritatem limitare, ipſoſque Fratres authoritate propria ligare poteſt, & abſoluere, ijdemque Fratres tenentur ſibi deuotè, & humiliter obedire: ex Priuilegijs Alexandri IIII. Clementis IIII. Bonifacij VIII. Benedicti XI. Gregorij XI. Martini V. Eugenij IIII. & Sixti IIII. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. de Profeſſ. cap. 15. in declarat. tex. 1. ſub litt. F. & diſt. 2. de Elect. Magiſt. Ord. cap. 4. in declar. tex. 5. ſub litt. F.* Vt dictum eſt ſupra num. 1.

Alia

28 Alia plura ab Apoſtolica Sede emanauere Priuilegia Magiſtris Gener. conceſſa, quę quia corundem propria extitere, recenſere hic ſuperfluum iudicamus aſſeruautur tamen in nouo Ordinis Archiuio à Reuerendiſs. P.N.F. Io: Bapt. de Marinis Generali Magiſt. in Conuentu S. Marię ſuper Mineruam ſummo ſtudio, in maximum Religionis commodum, conſtructo. Vt autẽ vnum tantum poſſit Mag. Ord. inſtituere Priorem Prouincialem titularem, qui loco, & voce in Cap. Generalibus gaudeat, ſancitum fuit ex Clementis VIII. decreto Romę 1601. ord. 8. prout dictum eſt ſupra de Elect. Magiſtri Ord. num. 12. poſtea autem P. F. Nicolaus Rodulphius Generalis Magiſter ab Vrbano VIII. obtinuit, vt duos ſibi aſſumere poſſet in Socios titulares Prouinciales, qui loco, & voce in Capitulis gauderent, dato ſuper hoc Apoſtolico Breui apud S. Mariam Maiorem die 21. Iulij 1629. Eandemque gratiam ab Innocentio X. etiam Reuerendiſs. P. N. Magiſter Ord. F. Io: Baptiſta de Marinis obtinuit in hunc modum.

Innocentius Papa X.

Dilecte Fili Sal. & Apoſt. benedictionem.

Cum ſicut accepimus tu pro commiſſo tibi munere Generalis Magiſterij Ordinis FF. Prædicatorum, &c. Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigijs inhærentes Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, Apoſtolicam tibi, & noſtram Benedictionem impartimur. Et vt efficacius domos, & Loca, ac Monaſteria huiuſmodi viſitare, & quæ opus fuerit reformare, ac bonos mores plantare, & quæ ad ſtudiorum promotionem conducunt agere, & exequi valeas, nec in rebus agendis ſcrupulus tibi aliquis, aut obex opponi poſſit, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus; quod dum in Generalatus huiuſmodi officio manſeris, ſuper Romanam, ac omnes, & ſingulas dicti Ordinis Prouincias, & Vicarias, tam citra, & vltra Montes, & Regnorum Hiſpaniæ, & vtriuſque Lombardiæ, ac Gallicanę, & Raguſinæ, nec non quaſcumque alias eiuſdem Ordinis Congregationes, & ipſarum Prouinciarum, Vicariarum, & Congregationum Loca, Domos, Collegia Studentium ad Prouincias, ſeu Cõgregationes, ac alias quomodolibet ad Ordinem huiuſmodi pertinentes, ſeu eius curæ quouis modo commiſſas, cuiuſcumque gradus, & conditionis exiſtant, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus auctoritate, & facultate, ac iuriſdictione pleniſſimis, & illis, quibus cœteri Magiſtri Generales iuxta dicti Ordinis inſtituta, & S. Concilij Trident. decreta, ſeu Conſtitutiones, vel ex iure ordinario, ſeu ex conſuetudine, vel priuilegiorum Apoſtolicorum vi hactenus functi fuerint, ſeu fungi potuerunt, in omnibus, & per omnia fungaris, & fungi, & illos, illas, & illa viſitare corrigere, & reformare, nec non omnes, & ſingulas litteras Apoſtolicas, tam ſuper præmiſſis, quam amotione, & noua deputatione cuiuſcumque Prioris Prouincialis, ſeu Vicarij, aut Prioris cuiuslibet dicti Ordinis Conuentus, ac Monaſterij, vel Domus à nobis, ſeu Prædeceſſoribus noſtris emanatas exequi, & exequendas curare, ac quaſcunque ſententias, cenſuras, & pœnas in illis contentas fulminare, &c. Et inſuper quarumcunque Monialium ſub tua iuriſdictione vbique locorum exiſtentium ſibi confiteri volentium Sacramentales Confeſſiones, etiam abſque vlla Ordinariorum Locorum approbatione, ſeu licentia audire *(quod fuit conceſſum etiam Prædeceſſoribus moderni Reuerendiſſi. Magiſtri Ord. occaſione Apoſtolicæ Conſtitutionis Gregorij XV. de non audiendis Monialium confeſſionibus abſque Ordinariorum licentia emanatę.)* Præterea quod omnem facultatẽ, & poteſtatem tibi per præſentes conceſſam vni, ſeu pluribus Viſitatoribus, & Commiſſarijs idoneis cum limitatione, vel aliàs prout tibi videbitur, communicare, illaſque quoties, & quandocunque volueris reaſſumere liberè, & licitè valeas. Et ſi quę Prouincię, tam citra, quam vltra Montes, aut Congregationes, vel Vicarię, Conuentus, Collegia, Loca, & Monaſteria, & præſertim Domus Pariſienſis prętextu priuilegiorum eis à Prędeceſſoribus noſtris, & Sede Apoſtolica, vel etiam à nobis conceſſorum prętenderint ſe ad ſui Viſitationem nullum alium, quam te ipſum admittere teneri, ne propterea delicta remaneant impunita, aut rigor Religionis diminuatur, cum tu vbique non poſſis aſſiſtere, etiam volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod Viſitatores per te in Prouincijs, Congregationibus, Vicarijs, Conuentibus, Collegijs, Locis, Monaſterio, & Domo Pariſienſi huiuſmodi pro tempore deputati, illos, illas, & illa, auctoritate noſtra viſitare liberè poſſint; quodque Fratres Prouinciarum, Congregationum, Vicariarum, Conuentuum, Collegiorum, Locorum, & Domus Pariſienſis, ac Sorores Monaſteriorum huiuſmodi ſub excommunicationis maioris latę ſententię pœna, quam in contrafacientes ex nunc, prout ex tunc, & è contra ferimus in his ſcriptis, Viſitatores per te, vt præfertur, deputatos, tanquam à nobis delegatos ſuſcipere, & ad eorum viſitationem admittere teneantur.

Quodque quos in Socios, & laborum tuorum participes tam in huiuſmodi Viſitationibus, & Reformationibus, quam cœteris ad regimen dicti Ord. facientibus aſſumpſeris, debitis cumulati honoribus in comitatu tuo decentius eſſe valeant, iuxta anti quam, & approbatam, & in ipſo Ord. diutius obſeruatam conſuetudinem, duos ex ipſis Socijs tuis nulla præcedente electione titulo Prioris Prouincia-

Hs Terræ Sanctæ, vel alicuius alterius, malitia temporum deſolatæ Prouinciæ ipſius Ord. ita vt voce, & loco, ac omnibus alijs priuilegijs, gratijs, & dignitatibus, quibus cœteri Prouinciales dicti Ord. tam in Capit. Generalibus, quam extra ea, ſecundum inſtituta, & conſuetudines ipſius Ord. gaudere conſueuerunt, gaudeant, & potiantur, præfata auctoritate Apoſtolica inſignire, & quoties continget eos ab eodem comitatu ſuo recedere ab ipſo Prouincialatus gradu abſoluere, ſeu deponere, & alios, quos loco ipſorum in Socios aſſumpſeris eodem titulo, vt prefertur, inſignire liberè, & licitè poſſis, & valeas. Inſuperquo melius, & efficacius Reformationi totius prædicti Ord. inſiſtere valeas, ex ſpeciali gratia concedimus tibi omnia priuilegia, & facultates ſpectantia ad regimen, & reformationem dicti Ordinis conceſſa, tam bonæ mem. Mag. Paulo Conſtabili, quam alijs Magiſtris Generalibus prædeceſſoribus tuis: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ord. ſtatutis, & inſtitutis; nec non priuilegijs, indultis, gratijs, immunitatibus, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis, & in forma Breuis quibuſcunque dicti Ord. & præſertim Hiſpaniæ, Vtriuſque Lombardiæ, ac etiam quatenus opus ſit fœl. recordat. Clementis Papæ VII. Prædeceſſoris noſtri ſub dat. apud S. Petrum die 6. Maij 1533. Pontif. ſui an. 10. & Romanæ, Prouincijs, ſeu Congregationibus, & Gallicanæ, aut earum Conuentibus, Domibus, Collegijs Studentium, aut Monaſterjs Sororum ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac quibuſuis, etiam derogatoriarum derogatorijs, ac fortioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & alijs decretis etiam per nos, & dictam Sedem, & motu ſimili, aut alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, ſeu impoſterum concedendis, approbandis, & innouandis, &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die VII. Iulij M.DC.L. Pont. noſtri Anno VI.

M. A. Maraldus.

A Tergo. Dilecto filio Io: Baptiſtæ Marino Magiſtro Generali Ord. Prædicatorum. Plura alia in præfato Breui continentur, quæ alijs quoque Prædeceſſoribus Magiſtris Ord. noſtri ab immemorabili à diuerſis Summis Pontificibus fuere conceſſa.

De Magiſtris in Sacra Theologia.

1 NVllus ex Fratribus noſtris abſque licentia, ſeu aſſignatione Capituli Generalis ad legendũ pro forma, ſeu ad honorem Magiſterij in Theologia promoueri, vel gradu huiuſmodi Magiſterij fungi poſſit, aut debeat, niſi per dictum Capitulum fuerit approbatus, vel promotus. *Ex Apoſtolica Conſtitutione Bonifacij Papæ IX. prout habetur in Conſtitutionibus noſtris diſt. 2. cap. 17. tex. 1.* Vbi tex. 2. ſubditur. *Contrarium autem faciens eo ipſo excommunicationis ſententiam incurrat.* Quæ Conſtitutio poſtmodum in pluribus ſubſequentibus Capitulis fuit renouata, & approbata; nempe Venetijs 1437. Peruſij 1477. Romæ 1481. & Cenomanis 1491. *Vide ibid. ſub litt. A.* Idem fuit etiam confirmatum ab Alexandro Papa V. prout denunciatum fuit Bononiæ 1410. denunc. 4. *Item denunciamus, quod fœlicis recordationis D. Alexander Papa V. prælibatus pro Gradu Magiſterij S. Theolog. in noſtro Ord. vigorosè proſequendo edidit Conſtitutionem coram nobis in Capitulo promulgatam infraſcripti tenoris.* Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetua, & irrefragabili Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, quod de cœtero perpetuis futuris temporibus nullus ex Fratribus dicti Ord. abſque licentia, ſeu aſſignatione Capituli Generalis ſecundùm morem dicti Ord. ad legendum pro forma, ſeu ad honorem Magiſterij in Theologia promoueri, nec gradu huiuſmodi Magiſterij fungi, & proſequi debeat, niſi per dictum Capitulum fuerit approbatus, & promotus. Contrarium facientes eo ipſo, ſententiam excommunicationis incurrant. Et ſi per dictum Capitulum reprobatus extiterit, pro non magiſtro habeatur; Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus Prouinciarum, & locorum dicti Ord. nec non priuilegijs, gratijs, & conceſſionibus Apoſtolicis in genere, vel in ſpecie quibuſuis Fratribus, Prouincijs, ſeu locis factis, ſeu conceſſis, aut concedendis, vel faciendis ſub quauis forma, vel expreſſione verborum, etiamſi de eis de verbo ad verbum habenda eſſet in præſenti mentio ſpetialis, & alijs contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

2 Promoti ad Magiſterium etiam per Breue Apoſt. ſine Magiſtri Ordinis, vel Capituli General. licentia, pro non promotis habeantur

tur. Ita enim ſancitum fuit Baſileę 1473. ord. 3. *Qui fuerint promoti ad Gradus quoſcumque ſine licentia Magiſtri, aut Capituli Generalis, ſeu approbatione talis promotionis, vltra excommunicationis ſententiam latam auctoritate D. Papæ quam ipſo facto incurrunt, pro non promotis habeantur, nec bireta rotunda deferant ſub pœna carceris, nec loca ſupra alios teneant.* Et Mediolani 1505. ord. 11. ſic præcipitur. *Declarantes etiam quod illi, qui per Bullas, aut Breuia Apoſtolica ſine licentia, & fauore Reuerendiſſimi Magiſtri, vel Capitulorum Generalium promoti ſunt, vel de cætero promouebuntur ad quoſcumque gradus in Theologia, ſiuè Biblicatus, ſiue Baccalariatus, ſiue Magiſterij, nullis libertatibus, exemptionibus, gratijs, præeminentijs huiuſmodi graduatis ab Ordine conceſſis, gaudere poſſint, ſed ſolum pro ſimplicibus Conuentualibus haberi debent; mandantes Præſidentibus Conuentuū, & omnibus Fratribus noſtri Ordinis ſub pœna grauioris culpæ ne tales ſic per ſaltū, & furtiuè graduatos, pro graduatis habeant, aut eos graduatos nominare præſumant.* Neapoli autem 1515. ord. 1. idem præcipitur Conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officijs, & reliquis Fratribus, priuationis omnis officij, & Paternitatis per quinquennium, hoc modo. *In primis ordinamus, vt nulla Prouincia, Congregatio, aut Conuentus acceptet aliquem in Magiſtrum in Theologia ſine licentia ſpeciali Magiſtri Ordinis, aut Capituli Generalis, ſub pœna abſolutionis ab officio, quam omnes Præſidentes ipſo facto incurrant contrafacientes; Patres verò conſentientes ſint per quinquennium ipſo facto ab omni officio Ordinis, & paternitate Conuentus priuati: ſed ſi Apoſtolicæ literę in contrarium exhibitæ fuerint cum omni reuerentia recipiantur, ſed non acceptentur, cum experientia teſte viderimus multos Romanos Pontifices huiuſmodi litteras noluiſſe eſſe in grauamen Ordinis, & huiuſmodi promotiones ſint in grauamen Ordinis manifeſtè, dum & minùs ſufficientes, & ignorantes contemptis Prælatis quibus voto profeſſionis ſunt alligati, fiunt Magiſtri non pro vno Conuentu', ſed pro toto Ordine: & ſuperſedeant ab acceptatione vſque ad conſultationem Sedis Apoſtolicæ per Magiſtrum Ordinis fiendam. Et hoc præcipimus in virtute S. Obedientiæ inuiolabiliter obſeruari ſub dictis pœnis, cum hoc ſit in totius Ordinis præiudicium, & ad nos ſpectet acceptare, vel conſultare, vt de iure communi conceſſum eſt.*

3 Magiſtri, & Graduati quicumque auctoritate Apoſtolica, non poſſunt loco gaudere, niſi fuerint à Generali Capitulo acceptati. Romę 1546. & Salmanticę 1551. confirm. 3. *Vide de Graduatis num. 2.* Et à die talis acceptationis incipiunt locum tenere. Romę 1530. declarat. 8. *Item declaramus quòd illi Magiſtri, qui per Sedem Apoſtolicam fuerunt Magiſtri inſignia conſequuti, non habeant locum, niſi ab eo tempore, quo ab Ordine Magiſterium eorum fuit approbatum, & acceptatum.*

4 Promoti ad legendum pro gradu Magiſterij via extraordinaria ſine Capituli Generalis licentia, non pręſumant Magiſterij gradum aſſumere; aliàs eorum promotio nulla habeatur. Auenione 1470. ord. 4. *Item quia facilitas promotionum profectum impedit ſtudiorum, quæ res plurimum ignominiæ Religioni noſtræ infert. Volentes huic rei magnopere prouidere, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulla deinceps extraordinaria promotio fiat pro Gradu, & forma Magiſterij, ſed aſſignationes fiant per Capitulum Generale in locis, & Vniuerſitatibus aliàs conſuetis: Nec tales promoti gradum Magiſterij præſumant aſſumere', niſi priùs ſuæ lecturæ per Capitulum Generale fuerint approbatæ, licentiamque tribuat Magiſtrandi; promoti verò deinceps alijs vijs, pro non promotis habeantur: ſi quis autem contrarium attentauerit, ipſo facto ſit gradu priuatus.*

5 Nullus pręſentetur ad legendas ſententias pro gradu, & forma Magiſterij, niſi priùs legerit per tres annos Philoſophiam in aliqua Vniuerſitate. Lugduni 1536. Inchoat. 1. (cuius inchoationes vim ordinationum habuerunt; nam ibidem ita dicitur. *Inchoationes, quas nihilominus vim ordinationum interim habere volumus. Inchoamus conformiter ad Sacras noſtras Conſtitutiones, quòd nullus de cætero præſentetur ad legendas ſententias per Capitula Prouincialia, niſi priùs legerit per tres annos Artes, & fuerit Studens Theologus in aliqua Vniuerſitate famoſa, vtraque mediocriter doctus. Ante annum verò trigeſimum non poſſit ſuſcipere Magiſterium. Quòd ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane.*

6 Lectores ſubſtituti in locum eorum, qui pro gradu, & forma legunt, nullum ius ad talem lecturam, & Gradum aquirant, niſi illi, pro quibus ſubſtituuntur, moriantur, vel abſint; tunc enim in eorum locum ita ſuccedunt pro Gradu, & Lectura, ac ſi pro eo Gradu eſſent aſſignati. In Monte Peſſulano 1456. deci. vltima. *Vide de Lectoribus Art. & S. Theol. num. 24.*

7 Nullus ad Magiſterium promoueatur, niſi per quatuor annos Theologiam docuerit. Romę 1546. ord. 9. *Item ordinamus quòd nullus in noſtro Ordine ad Magiſterium promoueri poſſit, niſi per quatuor annos ad minus ſententias legerit, ac inde ritè examinatus, idoneus comprobetur; alioquin pro non Magiſtro habeatur.* Quod fuit confirmatum Romę 1553. ord. 2. & Romę 1558. conf. 13. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 10. ſub litt. R.*

8 Nullus promoueatur ad Magiſterium ante trigeſimum ætatis ſuæ annum. Lugduni 1536. *Vide hic ſupra num. 5.* Quod fuit confirmatum Romæ 1546. confirm. 12. & Salman-

ticæ 1551.ord.6.in hunc modum. *In conferendis itidem gradibus, Baccalaureatus, ſeu Praſentaturæ, & Magiſterij cum alijs conditionibus requiſitis hoc etiam ſeruetur, vt ad Magiſterium nullus promoueatur ante ætatem triginta annorum; & hæc clauſula, cum iam ante hoc habeat tria Capitula Generalia, in capitulo de Studentibus apponatur.*

9 Neque promoueatur aliquis, niſi ſuæ Prouinciæ petitionem habeat. Romæ 1583. ord. 3. *Vide de Baccalaureis num. 5. & hic ſequenti num.* 10. In ipſis autem petitionibus exprimantur eorum merita, & mores. *Vide de Gradibus num.* 12. *&* 3. *& num. ſequen.*

10 Ante quam promoueantur, ſunt examinandi, & approbandi pro tali munere. Romæ 1580. ord. 3. *Ordinamus, vt nullus deinceps promoueatur in Magiſterium S. Theologiæ, ſiue Baccalaureatum, niſi ſuæ Prouinciæ petitionem habeat, quæ etiam obtenta non niſi præmiſſo rigoroſo examine per quinque examinatores, & per vota ſecreta ad huiuſmodi gradus admittatur. Quod quidem inuiolabiliter vbique in noſtro Ordine, & ſpecialiter in Conuentu noſtro Pariſienſi ſeruari volumus.* Quod in ſubſequenti Romano Capit. 1583. ord. 4. fuit confirmatum. *Vide de Baccalaureis num.* 5. Si autem fuerint præſentes in Capitulo, in quo promouentur, examinentur per examinatores ab ipſo Capitulo deputatos. Senis 1462. ord. 2. *Item ſuperfluæ ad gradus Magiſterij promouendorum multitudini, quantùm pro viribus poſſumus obuiare, & Iuuenes ad ſtudium, & litterarum peritiam excitare volentes: Volumus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus, vt nemo per Capitulum etiam Generale ad aliquem Magiſterij gradum quouis modo promoueatur, niſi in eius abſentia per Prouincialis, & Diffinitorum ſuæ Prouinciæ examinatores diligenter examinatus, & à Prouinciali, vel Prouinciæ Diffinitore, Capitulo Generali expoſitus ſit, vel in eius præſentia ab examinatoribus per Generale Capitulum deputatis fideliter probatus eſſe intelligatur.* Si autem abſentes fuerint, examinentur à Moderatoribus Studiorum Generalium ſuarum Prouinciarum. Romæ 1629. ord. 16. *Vide de Examinandis num.* 1. *&* 2. Eximuntur tamen ab examine ſubeundo illi, qui ſecundùm noſtras Conſtitutiones tempus præfixum legerint. Valliſoleti 1605. conf. 3. *Vide de Examinandis vbi ſupra.*

11 Nullus debet fieri Magiſter, niſi priùs actus exercuerit debitos in aliqua Vniuerſitate. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex.* 10. Et niſi ſit ſufficiens adhoc vt ſit Regens in aliquo Studio Generali, vbi viget in veritate ſtudium Theologiæ. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 8. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *conſ. Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518. Vide inferius hic num. 27.

12 Ad ſolos Magiſtros ſpectat in Generalibus Capit. publicis diſputationibus præeſſe. Bononiæ 1615. cap. de Reformat. Stud. *Expoſcit partim Ordinis noſtri grauitas, partim & ipſum munus, vt non liceat cuique in publicis actibus diſputationum Theologicarum ex cathedris determinationes, & deciſiones facere: quare volumus, vt inpoſterum nemo, qui non ſit in Theologia Magiſter, in Capitulis Generalibus ſine ſpeciali licentia Reuerendiſs. Magiſtri Generalis Ordinis diſputationibus praeſſe poſſit.*

13 Magiſtri in ſuis Prouincijs acceptati vocem habent in examinibus Studentium, tam Materialium quàm Formalium. Romæ 1571. *De Studiorum promot.* ord. 2. & Barcinonæ 1574. capit. *De Studiorum promot.* conf. 4. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quòd in quolibet Conuentu; in quo viget Studium Generale omnes Magiſtri, etiam actu non legentes, vocem habeant in admiſſione, vel Studentium Formalium, vel quorumcumque aliorum Fratrum, qui ad Studia mittuntur; & ſimile ſuffragium habere volumus in emiſſione Studentium, cum ad proprios conuentus reuerti oportuerit, ſi tamen inter fuerint eorum examini.*

14 In litteris patentibus inſtitutionis Magiſtrorum apponatur clauſula *Saluis iuribus tuæ prouinciæ*, ſi talis Prouincia gaudeat iure acceptandi Magiſtros; quòd ſi talis clauſula in dictis litteris non fuerit appoſita, ſemper tamen intelligatur ac ſi in illis reperiretur. Romæ 1589. decl. 2. *Item declaramus quòd quoties pro Magiſtro litteræ patentes conceduntur, ſemper clauſula illa generalis (ſaluis tuæ Prouinciæ iuribus) ſubintelligenda eſt, etiam quòd in ipſis litteris interdum non exprimatur; neque clauſulæ Generales, quæ in oppoſitum facere videntur, cuiquam ſuffragari debent, niſi ſpecialiter fiat mentio de particulari derogatione Priuilegiorum Prouinciæ pro tali vice.*

15 In Prouincijs, in quibus Magiſtri non ſtatim loco, & voce gaudent, niſi acceptentur à ſua Prouincia, illi qui in eodem Capitulo ſimul acceptati fuerint, locum iuxta antiquitatem profeſſionis teneant inter ſe: In alijs verò Prouincijs, in quibus ſtatim ac ſunt ad Magiſterium promoti loco gaudent, ſecundùm tempus promotionis illum conſequentur. Romæ 1589. decl. 10. *Item declaramus, quòd in Prouincijs, in quibus Magiſtri non gaudent loco, nec priuilegijs Magiſtrorum, niſi ab ipſis Prouincijs ſint acceptati, illi qui in eodem Prouinciali Capitulo acceptati fuerint, iuxta ſuæ profeſſionis ordinem in tali Prouincia, in qua acceptantur locum inter ſe tenere debent, vt alias declaratum fuit. Verùm in Prouincijs, in quibus ſtatim graduati gaudere ſolent loco, & priuilegijs abſque eo quòd acceptentur à Prouincia; inter ſe locum habere debent Magiſtri, & Baccalaurei ſecundùm tempus promotionis eorum, pro vt etiam extra ſuas prouincias face-*

Digitized by Google

facere conſueuerunt, iuxta declarationem aliàs factam.

16 Qui acceptatione ſuarum Prouinciarum non indigent, præcedentiam, tam in Ordine, quàm in ſuis Prouincijs, à die ſuæ promotionis ſumere debent; qui verò illa egent, à die acceptationis in illis; à die verò promotionis, in toto Ordine illam habent. Romæ 1608. decl. 3. *Vide de Baccalaureis num.* 17. Dum autem dicitur à die promotionis eorum ſumendam eſſe præcedentiam, intelligitur à die ſubſcriptionis litterarum patentium. Pariſijs 1611. conf. 28. *Declarantes prædicta verba* (à die promotionis eorum) *ita intelligi debere, id eſt à die, quo ſubſcriptæ ſunt litteræ patentes à Reuerendiſs. Magiſtro Ordinis, vel à die, quo Reuerendiſs. ſua manu aliquem gradu Magiſterij ſolemniter decorauit, ſi litteræ patentes eiuſdem Magiſterij non fuerint ante expeditæ: Si autem in eodem Capitulo ſint promoti, aut extra Capitulum eodem die ſubſcriptæ litteræ patentes, tunc locum inter ſe teneant ſecundùm antiquitatem profeſſionis.*

17 Qui ſimul promoti, atque acceptati fuerint, locum inter ſe ſecundùm profeſſionis antiquitatem obtinebunt. Romę 1608. decl. 3. *Vide de Baccalaureis num.* 18. Idem fuerat etiam declaratum Bononię 1564. decl. 2.

18 Qui in Prouinciales eliguntur (dummodo ſint Magiſtri acceptati in ſua Prouincia) completo officio habeant locum inter ſe ſecundùm ordinem Magiſterij. Romæ 1553. decl. 6. *Declaramus conformiter ad ea, quæ iam à duobus Reuerendiſſ. Magiſtris Ordinis declarata ſunt, ſi in aliqua prouincia contingat inferiorem Magiſtrum priùs fieri Prouincialem, & poſtea antiquiorem, debere vtrumque completo Prouincialatu tenere locum ſecundùm ordinem Magiſterij eorum; Similiter & ſi duo non Magiſtri Prouinciales fiant, tenebunt locum ſuæ profeſſionis poſt Prouincialatum, etiam ſi iunior ante antiquiorem Prouincialis fuerit.*

19 Qui creantur Magiſtri dum ſunt Prouinciales, non debent habere locum ſuper alios Magiſtros, qui non fuerunt Prouinciales Neapoli 1600. decl. 7. *Declaramus quòd Magiſtri in S. Theol. qui creati ſunt poſt quam fuerunt Prouinciales, non habent ratione prouincialatus locum ſuper omnes Magiſtros, qui non fuerunt Prouinciales: & ſic intelligendum eſſe locum Conſtitutionum d. 2. cap. 8. ſub litt. F. Quod fuit confirmatum in ſubſequenti Capitulo Romæ 1601. decl. 1.*

20 Magiſtris in Sacra Theologia immediatè poſt Priorem, in cuius Conuentu fuerint, locum damus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 8. Quæ fuit inchoata apud Nurimbergum* 1405. *& in Conſt. redacta Bononiæ* 1410. vbi auct. Alex. Papæ V. quam plures ſancitæ fuere Conſtitutiones, vt dictum eſt alibi. De Magiſtris autem acceptatis in ſua Prouincia loquitur Conſtitutio.

21 Qui Magiſterij gradu noſcuntur indigni, pro non Magiſtris habeantur. Neapoli 1515. ord. 15. *Item mandamus quòd Magiſtri, etiam cum licentia Ordinis promoti, qui inſufficientes adeo ſunt, vt non ſint tolerabiles in Magiſterio S. Theol. pro non Magiſtris habeantur in Ordine in omnibus, & per omnia.* Idem ſubditur de Baccalaureis in eadem ordinat. vt dictum eſt ſupra de Baccalaureis num. 13. atque ita additum. *Hoc autem dicimus de ijs, qui iam pro Magiſtris Baccalaureis, & Prædicatoribus Generalibus ſunt acceptati in Ordine, illos ſiquidem qui ſemel à Prælatis Ordinis refutati ſunt, ſemper pro refutatis habemus, adijcientes quod huiuſmodi refutatos nullus Prior Prouincialis, aut Conuentualis, aut Vicarius audeat admittere ad exemptiones Ordinis tanquam eſſent promoti, ſed ac ſi non eſſent promoti (ſicut non ſunt in veritate quo ad noſtrum Ordinem) tractentur in omnibus, & per omnia ſub pœna abſolutionis ab officio, quam ipſo facto incurrant.*

22 Etiam facti per Breue Apoſtolicum, ſi ſint indigni, diſpenſationibus nequaquam gaudere poſſunt. Apud Cenomanum 1491. ord. vltima. *Item volumus quòd Magiſtri in Theologia per Bullas, aut Breuia Apoſtolica ſine licentia, aut fauore Reuerendiſs. Magiſtri Ordinis, vel Capitulorum Generalium promoti, & indocti, nullis libertatibus, exemptionibus, gratijs, priuilegijſque eiſdem ab Ordine conceſſis gaudere debeant, ſed ſolùm pro ſimplicibus Conuentualibus habeantur, nec ab officijs, & locis Fratrum conuentualium quomodolibet ſint exonerati, aut ſupportati.*

23 Qui in ſuis Prouincijs loco, & voce non gaudent, ſunt verè Magiſtri Sacræ Theologiæ, talique nomine ſunt vocandi. Venetijs 1592. declarat. 1. *Vide de Gradibus num.* 11.

24 Omnes ſunt ab hebdomadaria exempti. Metis 1421. ord. 4. *Omnes Fratres noſtri Ordinis Hebdomadariam ordinariè in ſuis Conuentibus facere teneantur, niſi ſint Magiſtri in Theologia, in eadem facultate Baccalaurei, Biblici, vel Magiſtri Studentium, aut Lectores, & Sublectores actu legentes. Similiter ſi fuerint Priores, Diffinitores, & actu Prædicatores Generales exiſtant; quos tamen (Magiſtris, & Baccalaureis exceptis) volumus ad priuatas miſſas ordinariè in tabula adnotari. Oppoſitum verò facientes, aut hanc ordinationem ſeruare nolentes, omni exceptione priuamus, & priuatos eſſe decernimus præſentium tenore.* Vide de Hebdomadaria num. 2. plures alias Capitulorum Generalium ordinationes circa hoc.

25 Poſſunt à Prioribus compelli ad audiendas fidelium vtriuſque ſexus confeſſiones in Eccleſijs noſtris. Valentiæ 1647. ord. 3.

Vide

Digitized by Google

Vide de Confeſſoribus ſecularium num. 12. & Metis 1421. ord. 4. ſic dicitur. *Similiter ipſi Magiſtri notati ad tabulam pro feſtis dublicibus, & ſupra, pro faciendo officio, aut in ſimilibus feſtiuitatibus ad Verbum Dei proponendum iniunctum ſibi miniſterium facere non recuſent.*

26 Neque Priores Prouinciales, neque Magiſtri in Theologia, etiam actu legentes, comedant in cameris, ſed in communi Refectorio, vel Hoſpitio, vel in domo infirmorum, aut domo debilium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 7. tex. 2. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſtitut. redacta Romæ 1518.*

27 Sententiarum lecturam, ſeu ſcholaſticos actus extra Conuentus, in quibus ſunt Vniuerſitates, factos, nulli ſuffragari poſſe ad Magiſterij gradum declaratum fuit Salmanticæ 1551. declaratione 1. *Declaramus conformiter ad noſtras Conſtitutiones, neminem poſſe aſſumere Gradum Magiſterij, niſi prius actus exercuerit pro forma, & gradu dicti Magiſterij per quatuor annos ad minus in aliqua Vniuerſitate. Declarantes Conuentus Vniuerſitatum, in quibus dicti actus exerceri poſſunt, eſſe infraſcriptos, videlicet.*

In primis Conuentum noſtrum Pariſienſem.

In Prouincia Hiſpaniæ Conuentum Salmantinum, Valliſoletanum, Segobienſem, & de Trianos.

In Prouincia Toloſana Conuentum Burdegalenſem.

In Prouincia Franciæ Conuentum Bituricenſem.

In Prouincia Vtriuſque Lombardiæ Conuentum Bononienſem.

In Prouincia Romana Conuentum Peruſinum.

In Prouincia Regni Conuentum Neapolitanum S. Dominici.

In Prouincia Prouinciæ Conuentum Aquenſem.

In Prouincia Aragoniæ Conuentus Barchinonenſem, & Valentinum.

In Prouincia Trinacriæ Conuentum S. Dominici de Panormo.

In Prouincia Portugalliæ Conuentum Vlyſſiponenſem, & de Belio.

In Prouincia Bethica Conuentum Cordubenſem, & Hiſpalenſem.

In Prouincia Inferioris Germaniæ Conuentum Louanienſem.

In Prouincia S. Thomæ Conuentum Andrienſem.

In Prou. Calabriæ Conuentum Cuſentinum.

In Congregatione Gallicana Conuentum Nannetenſem.

In Congregatione Franciæ Conuentum Toloſanum.

In Prouincia S. Crucis Indiarum Conuentum Ciuitatis S. Dominici.

In Vicaria S. Dominici, (quæ modò eſt Prouincia Venetiarum) *Conuentum Patauinum.*

In Vicaria Romana (quæ modò cum Romana Prouincia eſt vnita) *Conuentum S. Mariæ Nouellæ de Florentia.*

In Vicaria S. Petri Martyris (quæ modo eſt erecta in Prouinciam) *Conuentum S. Euſtorgij Mediolanenſis.*

Proteſtamur autem actus ſcholaſticos, ſiue lecturas ſententiarum extra hos Conuentus ſupradictos nullatenus impoſterum debere cuiquam pro ſuſcipiendo Magiſterio ſuffragari, ſalua tamen conceſſione Apoſtolica facta alijs Vniuerſitatibus Prouinciæ Franciæ. Inſtitutæ atque erectæ fuere poſtea quàm plures aliæ Prouinciæ in Ordine noſtro, in quibus ſpeciales deſignatæ ſunt Vniuerſitates, vt in ſecunda parte huius operis, dum de ſingulis Prouincijs tractabimus, dicetur.

28 In vnaquaque Prouincia, vbi non eſt aliàs taxatus numerus Magiſtrorum auctoritate Apoſtolica, ad petitionem ferè omnium Prouinciarum fuit eorum numerus determinatus ad duodenarium, vltra quem promoti, pro non promotis haberentur. Barcinonæ 1574. ord. 10. *Item ordinamus ad petitionem omnium ferè Prouinciarum, in quibus multitudo Magiſtrorum exiſtit, quòd nullus deinceps promoueatur ad Magiſterium, quouſque redigatur ad numerum duodenarium, quem nunquam excedere poſſint, & aliàs promoti, pro non promotis habeantur.* Hic tamen duodenarius numerus Magiſtrorum fuit poſtea in diuerſis Capitulis Generalibus ad petitionem Prouinciarum immutatus, prout in ſecunda parte, dum de ſingulis Prouincijs tractabimus, enarrabitur.

29 Magiſtri, dum extra Refectorium comedunt, loqui poſſunt in menſa. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 12. tex. 1.*

30 Non ſunt exempti à miſſis celebrandis, Fructibus, Proceſſionibus, Completorio, & Salue Regina, neque etiam ab Officio Mortuorum. *Vide de Officio Diuino num. 7.*

De Magiſtris Nouitiorum.

1 Prior Nouitijs Magiſtrum diligentem in inſtructione eorum præponat, qui eos de Ordine doceat; excitet in Eccleſia, & vbicunque negligenter ſe habuerint. *Ex Conſt. noſt.*

noſt.diſt.1.cap.14.tex.1. Vide ibid. ſub litt. A. In cuius Conſtitutionis obſeruationem mandatum fuit omnibus Prælatis, vt ſint ſolliciti circa Nouitiorum educationem, Romæ 1601. ordinat. 7. quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conf.16. *Confirmamus illam, vt Prælati ſolliciti ſint circa Nouitiorum educationem, & de Magiſtris Nouitiorum prouideant, & tales deputari curent, qui verbo, & exemplo eos in regulari obſeruantia nutriant.* Quod etiam confirmatum fuit Pariſijs 1611. conf.9.

2 Inſtituantur à Diffinitoribus Capituli Prouincialis, ſintque ætatis triginta quinque annorum adminus. Pariſijs 1611. ordinat.4. *Huiuſmodi Nouitiorum Magiſtri deſignentur à Diffinitorio Capituli Prouincialis, vel intermedij, quod eandem omnino habeat facultatem, qui ſint ætatis quadraginta, vel adminus triginta quinque annorum, pluresque deſignari debebunt quam tunc neceſſitas expoſcat, vt ſi forte alicubi prouidendum fuerit, poſſit ex deſignatis aliquis ad petitionem Patrum Conuentus indigentis prouideri. Qui verò ita deſignati officium præfatum exercere recuſauerint, ſint perpetuò inhabiles ad officium Prioratus, Magiſtris in Theologia, Patribus Prouinciæ, Lectoribus, & Prædicatoribus actu legentibus, & prædicantibus tantùm exceptis.*

3 Non poſſunt à Prouincialibus, nec Prioribus inſtitui, ſeu amoueri ſine Conſilio Patrum, ſub pœna abſolutionis ab officijs ipſo facto incurrenda. Romæ 1589. admonit. 2. *Vide de Abſolut. Priorum Prouinc. num.10. Et in Conſtitut. noſt. diſt.1. cap.14. in declar. tex.1. ſub litt. A.*

4 Sint ætate graues, diſcreti, & moribus conſpicui. Venetijs 1592. conf. 8. *Confirmamus quæ ſæpe ſæpius de Nouitiorum educatione in Generalibus Capitulis ſancita fuere, &c. Quod eiſdem in Magiſtros præficiantur Patres ætate graues, diſcreti, & morum probitate conſpicui, qui præcipuè curent eoſdem in ſpiritualibus exercitijs, & obſeruantia Regulæ, ac Conſtitutionum inſtruere, & quoad fieri poteſt ſicut Religionis habitum extrinſecus per veſtes ferunt, ita intrinſecus per virtutes, & ſuarum legum obſeruantiam eundem indeſinenter portent.*

5 Sint etiam in ceremonijs Eccleſiaſticis, & Ordinis, atque cantu inſtructi. Barcinonæ 1574. cap. de Nouitijs. *Nouitiorum curam adeo neceſſariam, & ad Ordinem inſtaurandum vnicum medium toties inculcatam iterum repetere, & omnino omnium animos, & Prælatorum maximè ad eam præ cæteris habendam excitare volentes, quæ præcedentibus Capitulis ſtatuta ſunt confirmantes, & approbantes ſtatuimus, vt ad Nouitiorum curam ſeligantur Patres, in Capitulis à RR. Prouincialibus, & PP. tanto muneri apti, religione, & pietate celebres, qui in cantu, & ceremonijs Eccleſiaſticis, & Religionis ſint inſtructi, maturi, & graues, bonique nominis, & qui deuotionis præſeferant guſtum, quos Patres à Conſilijs eſſe, & in debito honore haberi volumus.*

6 Recuſantes Nouitiorum Magiſterium ſubire, ſint voce paſſiua ad annum priuati in Electione Priorum Conuentualium. Romæ 1608. ord.13. *Ordinamus vt recuſantes officium Magiſtri Nouitiorum ſibi à Prouincialibus, vel Capitulo Prouinciali, vel Prioribus de conſilio Patrum impoſitum, non poſſint eligi per vnum annum in Priores; Magiſtris in Theologia, Patribus Prouinciæ, & actualibus Lectoribus dumtaxat exceptis.* Quod Pariſijs 1611. ord.4. fuit confirmatum, & additum quod ſint in perpetuum priuati voce paſſiua in Electione Priorum, prout videre eſt ſupra hic num. 2. Veruntamen hæc ordinatio non fuit executioni mandata quantum ad hanc perpetuam inhabilitatem, vnde nec in Conſtitutionibus noſtris vlla de hac re habetur mentio, bene tamen de priuatione vocis per annum ſuperiùs dicta. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

7 Qui per octo annos continuos Magiſtri Nouitiorum munus laudabiliter adimpleuerint, ſint ab Hebdomadariæ onere ſubeundo immunes, Patres à Conſilijs, atque poſt ordinarios Baccalaureos locum habeant. Romæ 1644. ord. vlt. *Ordinamus vt Magiſtris Nouitiorum in tam laborioſo educandæ Iuuentutis onere deſudantibus debitus quoque tanti operis honor rependatur; ideoque quod ea fuerit maioris partis Prouinciarum ſententia, volumus deinceps, & ſtatuimus, vt qui hoc munus per octo annos continuos probè, & laudabiliter exercuerint, ſint impoſterum ab Hebdomadariæ onere immunes; poſt Baccalaureos ordinarios locum habeant; ſint Patres à Conſilijs; & omni alia prærogatina fruantur, quam cuiuſcunque Prouinciæ Capitulum proximè celebrandum ijs ſtatuerit decernendam: Ita tamen, vt hæc omnia intelligantur de ijs dumtaxat, qui in maioribus Conuentibus, & ad educandam Iuuentutem deputatis, non Pædagogiæ, quam vocant, ſed propriè Magiſterij Nouitiorum funguntur officio.* Circa quam ordinationem Valentiæ 1647. Inchoat. vlt. ſic dicitur. *Attendentes quod in bona Nouitiorum educatione præcipua conſiſtis Ordinis obſeruantia, & ſanctitas, & quod alia ex parte pauci inueniuntur idonei, qui præfati muneris labores libenter ſuſtinere velint; attendentes inſuper quòd qui talibus donis, & prudentia ſunt præditi, vt ſanctè Iuuentutem dirigere, educare, & docere ſciant, non poſſunt non habere in agendis dexteritatem, & negotijs conſilium, ſeu in conſulendo iudicium, inchoamus, & ordinamus, & volumus, Primò quòd in Capitulo Prouinciali per Diffinitorem eligantur aliqui, qui ad regimen Nouitiorum in tota Prouincia iudicati fuerint idonei ad Magiſterij Nouitiorum munus exercendum; declarantes quòd in hac electione attendere debent, & eligere*

Digitized by Google

gere illos, quos maiori obſeruantia noſtrarum legum, charitate, diſcretione, prudentia, & doctrina præditos viderint, & quos idoneos ad negotia publica pertractanda cognouerint; volentes quòd ſi poſſunt haberi, eligantur ſemper illi, qui tam Philoſophicos, quam Theologicos in legendo curſus perfecerint: Et decernentes quòd poſtquam aliquis ex prædictis, ſic per Diffinitorium approbatis per ſex annos continuos integros laudabiliter functus fuerit præfato officio Magiſtri Nouitiorum, & Diffinitorium Capit. Prouincialis decretum fuerit eum laudabiliter dictum officium exercuiſſe, habeat vocem ad omnes electiones, & actiones Capitulorum Prouincialium, ac ſi eſſet Prædicator Generalis, vel Pater Prouinciæ. Declarantes quod in poteſtate erit Diffinitorij poſt expletum quadriennium approbare, & admittere præfatos ad vocem, vt ſupra habendam; dummodo poſtea ſic approbatus compleat ſexennium in præfato munere obeundo, & non aliter, nec alio modo.

8 Omnes, qui ſub ſua cura adminus ſex habent Nouitios, diſpenſatione ab Hebdomadaria, & voce inter Patres à Conſilijs fruantur. Pariſijs 1611. ord. 4. *Ordinamus igitur vt poſthac Magiſtri Nouitiorum, qui ſex ſaltem habebunt ſuæ curæ commiſſos Clericos Nouitios, ſiuè profeſſos, ſiuè ſimplices, quamdiu illud exercebunt officium, ſint Patres à Conſilijs, exempti ab officijs Hebdomadariæ.*

9 Nullus ex aliena Prouincia inſtituatur Nouitiorum Magiſter, niſi per tres annos in illa Prouincia fuerit, vel alias idoneus notoriè iudicetur. Romæ 1608. ord. 8. *Vide de Electione Prior. Prouincial. num. 11. Et in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 7. ſub litt. L.*

10 Sub Magiſtrorum cura maneant Nouitij profeſſi vſque ad Sacerdotium. Valentiæ 1647. Inchoat. 1. *Conſiderantes quòd in multis Prouincijs non parua relaxatio irrepſit, eò quòd inchoatio, & ordinatio facta Romæ 1608. & confirmata Bononiæ 1615. non fuit executioni mandata, vt ſcilicet Nouitij maneant in Nouitiatu vſque ad Sacerdotium; iterum inchoamus, & ſimul ordinamus, vt omnes Clerici maneant in Nouitiatu vſque ad Sacerdotium, & non pro forma, ſed in loco, & dormitorio à communi ſeparato, & clauſo, & ſub cura, non Supprioris Conuentus, ſed Magiſtri adhoc ſpecialiter deputati. Volentes quòd vbi ſunt Nouitij ſimplices, licet iſti debeant eſſe ab alijs ſeparati, & ſeparatim educati, ſi fieri poteſt, omnes tamen, tam ſimplices, quam profeſſi ſint ſub cura eiuſdem Magiſtri; mandantes Prioribus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt ſtatim hanc ordinationem executioni mandent.* Vide de Iuuenibus num. 11.

De Magiſtris Studentium.

1 QVoniam circa Studentes diligens eſt adhibenda cautela, aliquem ſpecialem Fratrem habeant, ſine cuius licentia non ſcribant quaternos, nec audiant Lectiones, & quæ circa eos in ſtudijs corrigenda viderit, corrigat, & ſi vires eius excedant, Prælato proponat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 1.* Vide ibid. ſub litt. A. in declarat. eiuſdem textus.

1 Nullus in Magiſtrum Studentium aſſumatur, qui Artium curſum non compleuerit, atque ad tale munus ſubeundum præmiſſo examine idoneus fuerit iudicatus. Valentiæ 1596. ord. 15. & Neapoli 1600. ord. 11. *Ordinamus quòd nullus poſſit in Magiſtrum Studentium inſtitui, qui non legerit curſum Artium, & ad legendum Theologiam præmiſſo rigoroſo examine ſufficiens fuerit inuentus; irritum declarantes quidquid in contrarium fiet.* Romæ autem 1580. ord. 4. additur, & niſi per biennium Theologiam docuerit. *De Magiſtro autem Studentiū ordinamus, quòd nullus ad huiuſmodi officium admittatur, niſi prius legerit integrū curſum Artium, et Sac. Theologiæ per biennium; vbi tamen commodè hoc obſeruari poteſt.* Vide de Examinandis num. 1.

2 Aſſumantur, illi qui aptiores ad hoc munus iudicantur, profeſſionis antiquitate minimè conſiderata. Barcinonæ 1574. cap. *De Stud. Promot.* ord. 11. *Item ordinamus, quòd deinceps nulli aſſumantur ad Magiſterium Studij, Baccalaureatum, vel Regentiam, niſi idonei; non antiquitatis, vel profeſſionis ratione penſata, ſed longo vſu docendi, & legendi periti.*

3 Tenentur legere loco Regentis, & Baccalaurei, quando hos impediri à Lectione contigerit. Valliſoleti 1605. ord. 6. *Quòd ſi contingat in aliquo Studio Generali Regentem, vel Baccalaureum aliquo legitimo impedimento legere non poſſe, tunc Magiſter Studij loco impediti Lectiones habeat.*

4 Locum ſuæ profeſſionis habeant. Barcinonæ 1574. Capit. *De Stud. Promot.* num. 2. *Item confirmamus quod Lectores Ordinis noſtri in quibuſcumque Prouincijs, Congregationibus, aut Vicarijs locum ſuæ profeſſioni debitum vbique teneant (niſi alias pro ratione gradus alius debeatur) neque ſuper antiquiores locum occupare permitantur, contraria conſuetudine non obſtante; & idem dicimus, & ſtatuimus de Magiſtris Studij.*

5 Tres circulos adminus ſingulis hebdomadis

Digitized by Google

madis habere tenentur, quibus Studij officiales cum Studentibus interſint. Romæ 1589. capit. *Ordinat. pro Stud. Reformat*, ord. 3. *Ordinamus etiam, & ſub eodem formali præcepto Studentium Magiſtris, & alijs Lectoribus præcipimus, vt qualibet hebdomada tres circulos, & diſputationes adminus (iuxta antiquiſſimam, & laudabilem noſtri Ordinis conſuetudinem) habere procurent, quibus omnes diſcipuli, Studentes, & Studij Officiales reſpectiuè indiſpenſabiliter intereſſe debeant.*

6 Studentes, maximè iuniores, in qualibet ſeptimana de eo, quod audierunt, interrogent. Apud Montem Peſſulanum 1265. ord. 6. *Item, Magiſter Studentium in qualibet ſeptimana Fratres aduocet, & maximè iuniores, & eos examinet ſuper lectionibus, & quæſtionibus, quas per hebdomadam audierunt.*

Quæ autem ſint propria Magiſtrorum Studentium munia, declarata fuere. Romæ 1569. decl. 6. in hunc modum. *Tertium autem locum pertinere declaramus ad Magiſtrum Studentium, quantum attinet ad litteraria exercitia prædicta. Præter autem ea, quæ de ipſo expreſſa ſunt in locis prædictis, ad eum peculiariter pertinere declaramus, proponere Concluſiones diſputandas in quotidianis circulis, aſſiſtereque reſpondentibus: Ad ipſum etiam pertinet proponere temporibus ſtatutis Caſus Conſcientiæ, & quæſtiones ſuper Epiſtolas, & Euangelia, & illa ad vtramque partem ventilare, relicta vltima reſolutione Regenti; nec non ſcribere litteras dimiſſorias Studentibus completo eorum ſtudio, de conſenſu tamen Regentis, curareque, vt Regens, & Baccalaureus vnà cum ipſo illas ſubſcribant: Simul declarantes eum exemptum eſſe à ſequela Chori, ſicut alij Lectores actu legentes, licet ad ipſum non pertineat lectionem aliquam legere. Curet etiam habere Regiſtrum, in quo continuatim notentur Officiales omnes, & Studentes, & eorum receptiones, & remiſſiones, nec non ordinationes circa Studium.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in declarat. tex. 3. ſub litt. G. vbi plura ad officium Magiſtri Studentium ſpectantia enumerantur ord. 11. *Item ordinamus quòd deinceps nulli aſſumantur ad Magiſterium Studij, Baccalaureatum, vel Regentiam niſi idonei; non antiquitatis, vel profeſſionis ratione penſata, ſed longo vſu docendi, & legendi periti, & Magiſtri quidem Studij per ſex annos ſaltim Theologiam legerint; Baccalaureus, per decem, & Regens per duodecim, actuſque publicos diſputationum ſolemnes ad minus quinque habuerit, ſuper quo Prouincialium, & Diffinitorum conſcientias in diem Chriſti aggrauamus.*

7 In ipſis deligendis antiquitas profeſſionis nequaquam conſideretur, ſed ſufficientia pro tali munere ſubeundo. Ita mandatur Barcinonæ 1574. capit. *de Stud. promot.* ordin. 6. & 11. vt ſupra retulimus; quod etiam fuerat antè ordinatum Romæ 1571. capit. *De Stud. promot.* ord. 4. & confirmatum poſtea Romæ 1580. capit. *De Studiorum Promotione* conf. vlt. & Romæ 1589. Capit. *Ordinat. pro Stud. Reformat.* ord. 1. Et Valliſoleti 1605. ord. 7. mandatur Superioribus, vt etiam conſiderent religioſos eorundem mores. *In prouiſionibus Studiorum faciendis non attendant Prælati ad ſolam profeſſionis antiquitatem ſed perſonarum ſufficientiam, eruditionem, & bonos mores, vt poſſint, non ſolùm verbis, ſed exemplis diſcipulos docere.* Stantibus tamen æqualibus meritis, antiquiores præferantur. Romæ 1589. capit. *Ordinat. pro Studentium Reformat.* ord. 1. Vide infra de Studijs Generalib. num. 8.

8 Illi tantùm ſunt ad hoc munus aſſumendi, qui Artium curſum compleuerint. Neapoli 1600. ord. 11. *Ordinamus quòd nullus poſſit in Magiſtrum Studentium inſtitui, qui non legerit curſum Artium, & ad legendum Theologiam præmiſſo rigoroſo examine ſufficiens fuerit inuentus: irritum declarantes quidquid in contrarium fiet.* Barcinonæ autem 1574. mandatum fuerat, vt nullus eligeretur in Magiſtrum Studij, niſi per ſex annos Theologiam docuiſſet; ita enim habetur Cap. *De Stud. Promot.* Vide infra de Stud. Generāl. num. 8.

9 Per biennium in ſuo officio permaneant, niſi aliàs pro aliquibus Prouincijs aliter ſit ordinatum, vt ſuo loco dicetur. Senis 1462. ord. 2. *Vide de Lectoribus Biblicis num. 3.*

10 Ad ipſos ſpectat cellas Studentibus aſſignare ſecundùm quod illis expedire videbitur. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. capit. 14. tex. 7.* quę tamen intelligenda eſt iuxta ordinationem Cap. Bononien. 1315. ord. 8. *Vide de Stud. n. 38.*

11 Ad illos ſpectat Studentes in ſtudio negligentes in Capitulo accuſare. Bononię 1252. ord. 16. *Negligentes circa Studium per Magiſtrum Studentium in Capitulo accuſentur.*

12 Quolibet anno fidele exhibeant teſtimonium Capitulo Generali, vel Magiſtro Ordinis de promotione ſtudij à Prioribus, & Lectoribus præſtito. Londonis 1314. ord. 11. *Teneantur* (ſcilicet Magiſtri Studentium) *omni anno ſuper animam ſuam fidele teſtimonium perhibere Magiſtro Ordinis, vel Generali Capitulo ſcribere quæ ſequuntur: videlicet quid, & quantum Lectores legerunt? quoties diſputauerunt; quomodo Fratres ordinationes Generalis Capituli Metenſis circa ſtudium ſeruauerunt; qualiter Priores ſtudium promouerunt, & libertates Studentium ſeruauerunt, quas volumus inuiolabiliter obſeruari. Vtatur autem prædictus Magiſter Studentium gratijs Curſoris actu legentis; & ſi hæc omnia fideliter adimpleuerit, ſequenti anno promoueatur ad lectionem idoneam, & ſolemnem.*

13 Poſtquā ſuo functi fuerint officio occu-

pentur in lectionibus,& inſtituantur ſtatim Lectores in alijs Conuentibus vſque dum ad Baccalaureatũ aſſumãtur. Barcinonę 1574. cap. *De Stud. Promot. n. 9. Item ordinando confirmamus, et confirmando præcipimus quòd, qui functi fuerint Magiſterio Studij ſtatim Lectores ſint in aliquo Conuentu ad legendum, vſque ad tempus ſui Baccalaureatus.*

De Matrimonijs non tractandis.

GRauiter puniendi ſunt qui matrimonia pertractanda aſſumpſerint. Burdegalis 1287. ord. 3. *Item prohibemus diſtrictè ne aliquis Frater de cæterò intromittat ſe de Matrimonijs conciliandis, aut pertractandis, ſeu etiam magnis, & arduis negotijs ſecularium ſine Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij licentia ſpeciali. Et qui contra fecerint per Priores, & Viſitatores ſeueriùs puniantur.*

De Matutinis.

1 MAtutinum, ſicut & reliquæ horæ Canonicæ, dicatur cum cantu, pauſa, inclinationibuſque, deuotè, & diſtinctè. Ita in omnibus ferè Capitulis antiquis primo loco mandatum conſpicitur. *Vide de Horis Canonicis num. 1. 2. 3. & 4.*

2 Priores in quorum Conuentibus Matutinum non dicitur media nocte, vel circa mediam noctem, nec ipſi, nec eorum Socij voce in electionibus Prouincialium gaudere poſſunt. *Vide de Elect. Priorum Prouincial. num. 21.*

3 Poſt Matutinum quando de feria agitur, detur diſciplina, exceptis noctibus vigiliarum Natiuitatis Domini, & Anunciat. B. Virg. Ita fuit inchatum Ianuæ 1513. approbatum Neapoli 1615. & Romæ 1518. hoc pacto confirmatum. *Item quod in locis vbi dicitur Completorium de die coram ſecularibus ſit quòd Fratres poſſint ab eis videri, diſciplina detur excluſis ſecularibus, aut de nocte poſt Matutinas quando ſit de feria, exceptis noctibus vigiliarum Annuntiationis Dominicæ, & Natiuitatis Domini, in quibus omittatur.*

De Medicina.

1 NOn ſe exerceant Fratres noſtri in Medicinæ Arte, ſiue Phyſica, ſiue Chirurgica, niſi fuerint priùs in ſeculo in illa ſufficienter inſtructi. Apud Inſulas 1293. ordinat. 4. *Item inhibemus diſtrictè ne aliquis Frater Artem Medicinæ exerceat, nec de Medicina ſe aliquatenus intromittat, niſi primò in ſeculo audierit, & fuerit ſufficienter inſtructus.*

2 Qui Medicinæ artem callent, illam abſque Superiorum licentia non exerceant. Apud Rhotomagum 1320. ord. 8. *Item cum ex hoc quòd nonnulli Fratres de medicinalibus ſe intromittunt, pericula, & turbationes frequenter oboriantur, inhibemus, & diſtrictè iniungimus Fratribus vniuerſis, quòd de medicinalibus ſe nullatenus intromittant niſi de licentia Magiſtris Ordinis, vel Prioris Prouincialis: quicumque autem practicauerint, vel de medicinalibus ſe intromiſerint, etiam ſi licentiam habuerint à prædictis, quodcumque emolumentum habuerint, ex nunc pro tunc Conuentibus applicamus, contrarium autem facientes, per Priores ſuos arceantur, & acriùs puniantur.* Quod fuit confirmatum Bononiæ 1410. ord. 7. addita pœna priuationis vocis, gratiarum Ordinis, & omnium bonorum. *Nullus Frater Medicinæ artem exercere præſumat quoquomodo ſub pœnis priuationis vocis, gratiarum Ordinis, & omnium bonorum ſibi ad vſum conceſſorum, quas ipſo facto contrafacientes incurrant.* Romæ autem 1553. ord. 10. fuit apponta etiam pœna grauioris culpæ. *Vide de Grauiori culpa num. 30.* Metis verò 1251. ord. 5. ita dicitur. *Fratres noſtri Medici curam aliorum infirmorum, quàm Fratrum noſtrorum, non ſuſcipiant. Et* (ſcilicet ordinamus) *quod Fratres Conuerſi Ordinis noſtri de iudicandis pulſibus, & vrinis ſe nullatenus intromittant.* Vide de Mercimonijs num. 2.

De Menſa.

1 NVllus Fratrum præſentium à prima menſa remaneat præter ſeruitores, & cuſtodes, niſi de licentia: Quot quot autem remanſerint comedant in ſecunda menſa, ita quòd tertiam facere non oporteat. *Ex Conſtitutione noſt. diſtin. 1. capit. 5. tex. 2.*

Ser-

Digitized by Google

2 Seruitores autem incipiant ab inferioribus vſque ad menſam Prioris aſcendentes. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 1.* Vide ibid. ſub litt. A. & B.

3 Dum Fratres comedunt, habeatur lectio in menſa. Senis 1462. ord. 1. *In omnibus Conuentibus, in locis publicis cum ſilentio, ac Lectione Menſæ comodatur.*

4 Tenentur Conuentuum Præſidentes ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs facere, vt in lectione menſæ inſeratur lectio vnius capit. de Conſtiturionibus noſtris cum ſuis declarationibus. Barcinonæ 1574. ord. 11. & Romæ 1580. conf. 17. *Vide de Abſol. Priorum Conuent. num.* 38. Bononiæ autem 1564. ord. 1. mandatum iam fuerat, vt bis, vel ter in anno in communi menſa Conſtitutiones legerentur: hoc modo. *Ordinamus in primis quòd in omnibus Conuentibus noſtri Ordinis bis, aut ter in anno Conſtitutiones noſtra in communi menſa legantur; & diligenter attendant Prælati ne contra eas abuſus, aut conſuetudines præualere incipiant, ſuper quo Prouincialium, & Viſitatorum conſcientias oneramus, vt ſi quos Priores, aut Præſidentes inuenerint, qui abuſus inducant, aut conſuetudines noſtris legibus contrarias in communi tolerant, in pœnam ab officijs abſoluantur.*

5 In quolibet conuentu ſit qui lectionem menſem corrigat. Metis 1251. ord. 8. *In quolibet Conuentu certus corrector lectionis in menſa ponatur, qui vt meliùs corrigere valeat, ea, quæ legenda ſunt, diligenter ſtudeat prævidere.*

6 Cum Fratres à menſa ſurgere debent, Priores, vel Suppriores nolā pulſent. Florentiæ 1257. ord. 8. *Item Prior, vel Supprior, cum Conuentus ſurgit à menſa in loco ſuo ſtantes pulſent nolam Refectorij.*

7 Qui benedictionem dat in menſa, ſtans illam det. In eodem ſuprad. Capit. ordinar. 9. *Qui in Refectorio ad collation. cum dicit, Largitor omnium bonorum, &c. ſurgens dicat.*

8 Gratias non reddant Fratres comedentes in Infirmaria, Hoſpitio, ſeu vbicumque extra Refectorium, niſi ex menſa ſurrexerint, atque exierint. Lucæ 1288. ord. 4. *Item admonemus, quòd Fratres extra Refectorium comedentes, gratias dicere non incipiant quouſque de menſa ſurrexerint, & extra menſam fuerint collocati.*

9 Prouinciales extra ſuam Prouinciam nolam in menſa non pulſent, locum tamen nolæ habeant. Ianuæ 1513. declarat. 2. & Romæ 1589. declarat. 1. *Vide de Hoſpitibus num.* 10.

10 Extra Refectorium poſſunt Fratres noſtri loqui ad menſam de licentia Epiſcoporum, ſeu Electorum, aut maiorum his, ſeu Regum, cum contigerit eos cum eis comedere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 12. tex. 2. quæ fuit inchoata apud Treuerim 1249. confirmata Londonis 1250. & in Conſt. redacta Metis 1251.* Vide infra num. 11. Poſſunt etiam loqui de licentia Magiſtri Ord. *Ex Conſtitutionibus noſt. ibid. quæ fuit inchoata Mediolani 1255. approbata Pariſijs 1256. & in Conſt. redacta Florentiæ 1257.* Et etiam de licentia Miniſtri Generalis Ord. Minorum. *Ita ibidem quoque ſubditur, quod fuit inchoatum Argentinæ* 1260. (vbi etiam redditum fuit hoc verbum, *& Reginarum*, quod verbum erat apponendum poſt illud, *Regum*, quæ tamen particula non fuit poſtea approbata Barcinonæ 1261.) bene verò de Miniſtro Ord. Minorum) *& in Conſt. redacta Bononiæ 1262.* Prior autem Prouincialis abſente Magiſtro Ord. Fratrum ſecum comedentibus in ſua dumtaxat Prouincia poſſit dare licentiam loquendi, in alia autem Prouincia tantùm vni. *Ita ſubditur in Conſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata apud Biſuntium 1303. approbata Toloſæ 1304. & in Conſtit. redacta Ianuæ 1305.* Vicarij autem Magiſtri Ord. vel Priorum Prouincialium non poſſunt dare licentiam loquendi in menſa. Lucæ 1288. decl. 2. *Declaramus quod Vicarij Magiſtri Ord. vel Prioris Prouincialis ad loquendum in menſa licentiare non poſſunt.* At verò Vicarius Ordinis, qui mortuo, vel amoto Magiſtro Ordinem regit, & quilibet Vicarius Prouinciæ, poſſunt dare licentiā loquendi ſecū in menſa comedētibus. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſæpiùs ſupra cit. ſub litt. E.* Talē verò licentiam loquēdi in menſa qui dare poſſunt, illam tantùm extra Refectorium concedere, nullo verò modo in illo, valent. Mediolani 1505. ord. 3. *Nullus Prælatus in Refectorio poteſt licentiam loquendi alicui dare.* Et licet Vicarij Prouincialiū non poſſint dare licentiā loquendi in menſa ſibi ſubditis, poſſunt tamen illos à fractione ſilentij in menſa abſoluere, & pœnam tranſgreſſoribus conſtitutam relaxare. Bononiæ 1302. admonit. 7. *Itēm declaramus, & ordinamus, quod Vicarij Priorum Prouincialium Fratres ſibi commiſſos poſſint à fractione ſilentij in menſa abſoluere, & pœnam ſuper hoc impoſitam relaxare.*

11 Omnes Fratres vbique intus, & extra ſilentium teneant in menſa, tam Priores, quàm alij, excepto vno, qui maior fuerit inter eos: vel alio, cui pro ſe loqui commiſerit, & tunc ipſe taceat, exceptis Magiſtris in Theologia. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 12. tex. 1.* In cuius Conſtitutionis declarationem Pariſijs 1239. admonit. 11. ita dicitur. *Qui maior eſt in Ordine poteſt loqui in menſa abſque alia licentia ſpeciali; & ſi maior ſuperuenerit, ipſe quidem taceat, & qui cœperat loqui, loquatur. Ad menſam verò Epiſcoporum vno loquente, nihilominus alij ad interrogata reſpondeant.* Et in Montepeſſullano

 1271.

1271.admonit.2.ita dicitur. *Item declaramus quòd omnes ſimul comedentes, ſiue in mari, ſiue in terra ſilentium ſeruare tenentur, excepto vno, qui maior fuerit inter eos, & ita monemus, & volumus ſeruari.*

12 Si plures Priores comederint ſimul, Prior antiquioris Conuentus loquatur, & alteri loquendi licentiam poteſt concedere. *Ex Conſt.noſt.diſt.1.cap.12 in decl.tex.1.ſub litt.C.*

13 Magiſtri in Theologia, dum extra Refectorium comedunt, loquendi licentiam habent. *Ex Conſt.noſt.loco ſuprad.tex.1.*

14 Nullus autem aliorum ibidem loquatur, niſi de neceſſarijs menſæ, & hoc per vnicam orationem. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2. quæ fuit inchoata Bononiæ* 1242. *conſ. Pariſijs* 1243. *& in Conſt.redacta Bononiæ* 1244. Subditur in eadem Conſtitut. *Breuiter, & ſubmiſsè*: quod fuit inchoatum Pariſijs 1246. conſ. in Montepeſſulano 1247. & in Conſt. redactum Pariſijs 1248. Dum verò Fratres loquuntur de neceſſarijs menſæ, per vnicam propoſitionem breuiter, & ſubmiſsè verba proferant, & non per longas orationes. In Montepeſſullano 1271.ord.3. *Item caueant Fratres ne loquantur per infinitiuos, vel alias orationes incongruas, cum ibi loqui non liceat niſi de neceſſarijs menſæ, & per vnicam orationem breuiter, & ſubmiſsè.* Apud Inſulas autem 1293. mandatur puniendos eſſe, qui alio modo, quàm ſupradicto, in menſa loqui audebunt. Ita enim dicitur ord. 9. *Item monemus quòd Fratres non loquantur in menſa, nec dent loquendi licentiam præter formam Conſtitutionum, & niſi vtrum hoc ſibi liceat per litteras Apoſtolicas poſſint docere, & contrarium facientes puniantur ſicut tranſgreſſores.*

15 Si quis hoc ſilentium fugerit ex propoſito, vel licentiam loquendi dederit, in vno prandio aquam bibat, & in Capitulo coram omnibus vnam diſciplinã recipiat, exceptis infirmis decumbentibus; & in hoc nõ diſpenſetur niſi per Magiſtrum Ord. & Priorem Prouincialem, & tunc raro, & ex rationabili cauſa. *Ex Conſt.noſt. loco ſæpius repetito tex. 2. quæ fuit inchoata Bononia* 1262. *conſ. Londonis* 1263. *& in Conſt.redacta Pariſijs* 1264. Quod etiam ita fuit confirmatum Mediolani 1505. ord. 3. *Et quia ſilentium eſt pulcra cerimonia, & multum conferens reformationi, paci, & ſtudio Conuentuum, volumus, & ordinamus quod in Choro, & in Clauſtro defunctorum, & in Dormitorio, & in Cellis, & in Refectorio ſilentium ſeruetur: præſertim autem in menſa; ita quod qui ſilentium fregerit in menſa in Refectorio, teneatur in communi menſa in vno prandio aquam bibere, & vnam diſciplinam coram omnibus accipere.*

16 Carnes in eo nunquam comedantur. Mediolani 1505. ord. 3. *Vide ſupra de Carnibus num. 7.*

17 Non admittantur Seculares in Ordinis feſtiuitatibus ad noſtras menſas Londonis 1250. ord.2. *Seculares perſonæ in Refectorio, & in domo hoſpitum de facili non admittantur; nec in dedicationibus, & feſtis Eccleſiarum, & B. Dominici ad prandium inuitentur.*

18 Deficientes à prima menſa ſine legitima cauſa abſtineant à vino. Apud Nurimberg. 1405.ord.9. *Deficientes autem pro vice quacunque à benedictione menſæ, vel prima menſa, aut collatione tempore ieiunij ſtatuti, &c. aut à gratijs diuertentes, ſiue intra Refectorium, ſiue extra, pro vice qualibet abſtineant à vino.*

19 Ante prandium, & cœnam dicatur Pſal. *De profundis, &c.* Toloſæ 1628. ordin.5. *Grati animi ergo Pſalmus* De profundis *in atrio Refectorij ante prandium, & cœnam pro benefactoribus recitetur, ex quorum beneficijs alimenta ſuſcipimus.*

20 Completa comeſtione Fratres proceſſionaliter eant ad Eccleſiam, &c. Mediolani 1505. ord.8. *Facto ſigno à Prælato cum campanula, Fratres bini, & bini intrent Refectorium, & inclinent ante Crucem, vel Imaginem, quæ eſt ſupra menſam Prioris, & vadant ad ſua loca, & poſtquam Prælatus ceſſauit pulſare campanulam, qui ſcriptus eſt ad Reſponſoria horarum dicat* Benedicite: *factaque benedictione in nota Ordinis, omnes vadant ad ſedendum ſecundum ordinem ſuum: Quando autem fuerint Fratres in menſa nullus incipiat comedere quouſque à lectore menſæ, lectis duobus verſibus Prælatus fecerit ſignum, quo facto cum ſilentio, & lectione menſæ capiant cibum, nec commeſtionem multum protrahant, nec perſonæ ſeculares de facili recipiantur ad comedendum in Refectorio cum Fratribus; completa autem comeſtione Fratres faciant gratias proceſſionaliter procedendo ad Eccleſiam.*

21 Menſam in cella nullus habere præſumat ſecluſa cauſa infirmitatis. In Montepeſſulano 1456.ord.10. *Vide de Cellis num.13.* Plura alia ad hanc materiam ſpectantia Vide in Conſtit.noſt.diſt.1.cap.5. & 13. & illorum declarat.

De Mercimonijs.

1 Fratres negotiationes quarumcunque rerum non exerceant, ſub pœna grauioris culpæ. Mediolani 1505. ord.8. *Vide de Bonis Fratrum num.13.*

2 Sint ipſo facto dictis bonis, & gratijs Ord. priuati. Peruſij 1478. ord. 8. *Item negotiationis abuſum ex noſtro Ord. penitùs remouere cupientes, quæcunque bona per cuiuſcunque gradus, vel conditionis Fratres negotiationi, aut mer-*

can-

cantiæ expoſita, quando id legitimè conſtiterit, proniſioni Nouitiorum, & Infirmorum, aut Sacriſtiæ ſuorum Conuentuum tenore præſentium irreuocabiliter applicamus, niſi admoniti infra octo dies huiuſmodi negotiationes retraxerint. Qui ſi recidiuare deprehenſi fuerint, ſint ipſo facto præfatis bonis, ac omnibus gratijs Ord. priuati. Modò autem prædicta bona ad commune Ord. depoſitum ſunt adiudicata. Et Ferrariæ 1498. ord. 10. ita dicitur. *Cum vita religioſa in ſuis actionibus differre debeat à ſeculari ſollicitudine rerum temporalium, diſtrictè prohibemus ſub interminatione maledictionis æternæ Dei, & Ordinis, & priuatione omnium bonorum ab Ordine conceſſorum, & communitat. applicandorum, ne aliquis Frater noſtri Ord. cuiuſcumque conditionis, & gradus exiſtat poſt noticiam præſentium exerceat negotiationes, ſeu mercantias, vel artem Medicinæ, ſeu Alchimiæ, & ſimilium, cum nedum Religioſos Mendicantes, ſed nec etiam Clericos ſeculares iuxta Sac. Canones deceat.*

3 Superiores mercimonijs operam dantes, vel Fratres ſibi ſubditos in hoc delinquentes talibus bonis nequaquam priuantes, à ſuis officijs abſoluantur. *Vide de Abſolutione Priorum Conuent. num. 44.*

4 Bona omnia Fratrum negotiationi expoſita, ad commune Ordinis depoſitum ſpectant. Romæ 1629. ord. 10. *Vide de Depoſito Ord. num. 1.*

De FF. Minoribus.

1 FRatres Minores, ſicut & noſtri charitatiuè, & hilariter recipiantur, & ſecundum facultatem Domus piè, & honeſtè procurentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 5.* In cuius declaratione ſub litt. H. ita dicitur. *Declaramus quod Priores, & Fratres noſtri omnes diligentiſſimè curare debent, vt amorem maximum erga Fratres Minores ſemper, & vbique habeant, & corde conſeruent, ore eos laudent, opere benigniſſimè recipiant, humaniſſimeque tractent, & de pace cum eis habenda, quantum poſſunt, ſint ſolliciti. Qui autem contrarium auſi fuerint, grauiter puniantur.* Quod etiam in Generaliſs. Pariſien. Capitulo an. 1236. ſub B. Iordano congregato fuerat in hunc modum ſancitum admon. 6. *Item memoriam de pace Fratrum noſtrorum, & Minorum monemus, & rogamus, & conſulimus quod Priores noſtri, & Fratres noſtri diligentiſſimè attendant quod FF. Minores corde, ore, & opere vtique diligant, & honorent in omnibus in quantum in eis eſt pacem habentes, ſi quis verò contra hoc facere attentauerit, grauiſſimè puniatur.* Et ibidem immediatè ſubditur admon. 7. *Item in hoc prouideant quod neque inter ſe, nec coram alijs, quantumcunque familiaribus, colloquantur de ijs; & ſi eis mala de prædictis Fratribus* (ſcilicet Minoribus) *aliqui ſub prætextu familiaritatis, & amicitiæ retulerint, non ſint faciles ad credendum, ſed excuſent eos; & ſi forſan Fratres noſtros dicti FF. prouocauerint iniurijs, & contumelijs in publico nullo modo contendant Fratres noſtri.* Bononiæ autem 1242. ord. 5. ita ſancitum fuit. *Item monemus quod Fratres noſtri ſollicitè ſeruent pacem Prælatorum, & Fratrum Minorum.* Et Valentiæ 1647. ord. 18. ita mandatur. *Cum Seraphica S. P. Franciſci Religio noſtrum Ordinem charitatis fraternæ brachijs amplexa in vltimis Comitijs, quę PP. Minores de Obſeruantia Toleti habuere, ſerio ordinauerit quod Magiſter Ord. Prouinciales, Priores, cæterique noſtri Ord. Prælati, & Fratres ad inſtar propriorum in ſuis Conuentibus recipiantur & reſpectiuè honorentur; idque cum effectu ſumma cum charitate erga perſonam Reuerendiſſimi P. Generalis noſtri executioni demandauerint, ideo vt, & debitum gratitudinis officium rependamus, & foueamus illum diuinæ charitatis ignem, quem in cordibus noſtris ardere erga præfatos S. P. Dominicus præcepit, aliàs ordinata à noſtris Conſtitutionibus innouantes, omnibus, & ſingulis Prioribus, ſeu Conuentuum, & locorum Præſidentibus mandamus, vt Fratres omnes Minores, & præcipuè de Obſeruantia, ſicuti noſtros charitatiuè in ſuis Conuentibus recipiant, eorumque Prælatos, & præcipuè Reuerendiſſimos PP. Generales cum omnibus reuerentiæ, & charitatis indicijs honorent, ac venerentur. Atque interim ordinamus, vt quoticſcunque in tertijs ferijs fit officium de S. P. Dominico, fiat etiam memoria de S. Patre Franciſco.* Valliſoleti autē 1605. ord. 2. ſancitū iam fuerat, vt Feſtū S. Franciſci ſub toto Duplici in Ordine noſtro celebraretur. *Feſtum autem B. Franciſci ſub toto duplici, ſicut Feſtum Cathedræ S. Petri ſub Duplici, volumus celebrari.* Ad conſeruandam autem, cunctiſque fidelibus manifeſtandam mutuam inter FF. Minores, & Noſtros dilectionem, Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. F. Dominicus de Marinis Archiepiſcopus Aueniocenſis, Reuerendiſs. P. N. Magiſtri Ord. Germanus Frater, dum Vicarij Generalis noſtræ Religionis ann. Dom. 1647. officio fungeretur, Reuerendiſſimum P. F. Io: de Neapoli Generalem Miniſtrum eorundem FF. Minorum, Virum vndique ſpectabilem, ſupplicauit, & obtinuit, vt in Feſto S. P. Noſtri Dominici (prout in aliquibus Conuentibus inter Fratres Minores, & Noſtros iam fieri conſueuerat) Officium compleret Miſſamque ſolemniter in hoc noſtro Templo S. Mariæ ſuper Mineruam celebraret; eodemque anno in ſolemnitate S. P. Franciſci in S. Mariæ de Ara Cœli Templo eadem munera præfatus noſter Generalis Vi-

ca-

Digitized by Google

carius ſingulari pietatis exemplo Vrbi exhibito compleuit, qui mos inter nos ſancitus ad omnes ferè Prouincias, & Conuentus Ordinis poſtea aduolauit, & perſeuerat.

2 Miniſter Generalis eorum poteſt cum Fratribus noſtris ſecum comedentibus diſpenſare ſuper ſilentium in menſa. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 12. tex. 2. quæ fuit incboata Argentinæ 1260. confirmata Barcinonæ 1261. & in Conſt. redacta Bononiæ 1262.*

3 In Dormitorijs noſtris ad iacendum recipiantur. *Vide de Hoſpitib. num. 8.*

4 Cum inimicus homo, humani ſcilicet generis perfidus hoſtis, qui in agro Dominico, inter fideles nempe, ſeminare zizaniam non deſiſtit, occaſione Stigmatum S. Catharinę Senenſis ſancitam pacem ex F.F. Minorum, atque Prædicatorum cordibus eliminare niteretur, Patres noſtri in Generalibus Comitijs apud Peruſiũ congregati an. 1478. tale in ord. 13. edidere decretum. *Ne inter Fratres Ordinis Minorum, & noſtros, qui diſcordantes debemus ad vnitatis fœdera reuocare, alicui vnquam turbationis materia ex indiſcreto ſermone poſſit oriri, ſed tanquam boni imitatores Sanctorum Patrum vtriuſque profeſſionis inuiolabili charitatis vinculo nos inuicem complectamur, præſentium tenore diſtrictè præcipiendo mandamus vniuerſis Fratribus noſtri Ordinis cuiuſcumque gradus, vel officij, aut conditionis exiſtant quatenus in publicis ſermonibus ad populum, neque alia quacumque cauſa, in Ordinem, aut Fratres ipſius Ordinis impingant, vel etiam ſuper excellentia meritorum, vel inſigniorum, ſeu titulorum, & laudum Sanctorum, vel Sanctarum vtriuſque Ordinis, & ſignanter de Stigmatibus B. Virg. Catharinæ Senenſis prædicare, vel contendere audeant, attentius, atque diſtrictius iniungentes Præſidentibus noſtri Ord. quatenus ſic cōtrafacientes cohibeant, vt de cætero ad talia linguã non audeant relaxare. Et quoniam totis viribus, & omni cũ deuotione votis, & intentioni Sanctiſsimi D.N.* (erat Sixtus IV.) *& Apoſtolicę Sedis, cui omnis potentatus inclinat, humiliter annuere, & conſentire debemus, ſub pœna carceris, & priuationis à ſuis officijs, quas ipſo facto contrafacientes incurrant, præcipimus, & mandamus vniuerſis, & ſingulis Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, & alijs quibuſuis noſtri Ordinis Præſidentibus quatenus nullam Imaginem præfatæ Virginis Catharinæ de Senis cum ſignis Stigmatum in Eccleſijs, & alijs locis noſtro Ordini ſubiectis pingi, aut formari faciant, vel permittant.* Cum autem ſedente Clemente VIII. occaſione eorundem Stigmatum ſancitæ pacis inter F.F. Minores, & Noſtros immineret euerſio, idem Pontifex Max. dato Apoſtolico Breui languentem illam in hunc modum inter eoſdem confirmandam, curauit.

Clemens Papa VIII.

Vniuerſis venerab. Fratrib. Patriarchis Archiep. Epiſc. & alijs locorum Ordinarijs per vniuerſum Orbem conſtitutis ſal. & Apoſt. benedic.

Cum ſicut accepimus nonnulli Fratres Ordinis S. Franciſci Immaginem S. Catharinæ de Senis non eſſe depingendam cum Stigmatibus, ſed ſolius S. Franciſci Immaginem ita depingi debere, ac ſuper hoc ſæpe cum Fratribus Ordinis Prædicatorum altercentur, & contendant. Nos huiuſmodi altercationes, & contentiones præcidere cupientes, negotium iſtud Venerab. Fratribus noſtris S.R.E. Cardd. ſuper Sac. Ritibus, & cæremonijs deputatis examinandum, cognoſcendum, & decidendum, ac terminandum commiſimus cum decreto tamen quod nihil innouetur. Ne autem dum in dicta Congregatione prędictum negotium deciditur, in aliqua orbis terrarum parte circa hoc aliquid innouari contingat, vobis, & cuilibet veſtrum per pręſentes committimus, & mandamus, vt auctorit. noſtra curetis, & pręcipiatis ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, arbitrio veſtro infligendis, ne in Ciuitatibus, & Diœceſ. veſtris quiſquam FF. prædictorum S. Franciſci, aut alij quicunque (donec in dicta Congregatione Cardd. huiuſmodi negotium Stigmatum S. Catharinæ definitum, & declaratum fuerit) circa illud aliquid innouare, aut vlterius altercari, vel contendere præſumant. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac præſertim fœl. recordat. Sixti Papæ Quarti prędeceſſoris noſtri, cæteriſque in cont. facientibus non obſtant. quibuſcunque, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die XXVII. Nouembris MDIC. Pont. noſt. Anno VIII.

M. Veſtrius Barbianus.

Ex Act. Capit. Neapolitani 1600. denunc. 2.

Via tandem veritatis in hac re cunctis Fidelibus illuxit, dum ex Congregationis Sacrorum Rituum decreto, ab Vrbano VIII. approbato, atque ſub die 16. Februarij an. 1630. emanato, hæc, quæ ex Apoſtolico prędicti Summi Pontificis calamo fluxere verba, in eiuſdem S. Catharinę Virginis Officio ab Vniuerſali Eccleſia recitando, fuere ſancita. *Cum Piſis immoraretur die Dominico refecta cibo cæleſti, & in extaſim rapta vidit Dominum Crucifixum magno cum lumine aduenientem, & ex eius vulnerum cicatricibus quinque radios ad quinque loca ſui corporis deſcendentes. Myſterium aduertens Dominum precata eſt ne cicatrices apparerent, & continuò radij colorem ſanguineum mutauerunt in ſplendidum, & in forma puræ lucis peruenerunt ad manus, pedes, & cor eius, ac tantus erat dolor, quem ſenſibiliter patiebatur, vt niſi Deus minuiſſet, breui ſe crederet morituram. Hanc itaque gratiam amantiſſimus Domi-*

nus

nus noua gratia cumulauit, vt ſentiret dolorem illapſa vi vulnerum, & cruenta ſigna non apparerent, Quod ita contigiſſe cum Dei famula Confeſſario ſuo Raymundo retuliſſet, vt oculis etiam repræſentaretur, radios in manibus B. Catharinæ ad dicta quinque loca pertingentes, pia fidelium cura pictis coloribus expreſſit.

Vt autem cunctis innoteſcat quale ſemper fuerit fraternæ charitatis, & pacis vinculum inter Fratres Minores, & Noſtros, binas epiſtolas quarum prima à Magiſtro Ord. noſtri P. F. Vmberto de Romanis, altera verò ab eodem vna cum Miniſtro Generali Ordinis Minorum ſcriptas poſt Capituli Generalis Mediolanen. 1255. Acta appoſitas, hic referre congruum iudicamus.

Chariſſimis in Chriſto Fratribus Prædicatoribus vniuerſis. Frater Vmbertus Seruus eorum inutilis ſalutem in omnium Saluatore.

Nouerit veſtra dilectio, quod cum Dominus Papa Alexander charitatiuè nos monuiſſet, & diligenter, vt ſupra querimonijs, quas multi Prælati de diuerſis partibus contra Ordinem noſtrum mouebant, tale conſilium apponeremus, ne Romana Eccleſia cogeretur aliquid graue nobis ſupra hoc ordinare. Nos auditis querimonijs prædictis, & memoriæ commendatis, habita ſuper his collatione cum Diffinitoribus Capituli Generalis, Mediolani celebrati, (ſcilicet anno 1255.) de Conſilo eorum omnium, & aſſenſu, pro vt inferius continetur, duximum ordinandum. Vna querimonia eſt, quod aliqui miniſtrant, & dant interdum Sacramenta Euchariſtiæ, vel Baptiſmi, vel Extremæ Vnctionis: Super hoc ordinamus, quod non fiat, niſi in caſu neceſſitatis, vel de licentia Epiſcoporum, vel Sacerdotum Parochialium, nec eſt vtendum talibus licentijs, niſi multum rationabilis cauſa hoc exigat. Alia eſt, quod Fratres diebus Dominicis, & Feſtiuis recipiunt Parochianos alienos ad Diuina Officia, & ita non veniunt ad Parochias, ſicut tenentur: Super hoc ordinamus, quod Fratres prædicent, doceant, & conſulant, tam publicè, quam priuatè, quòd Parochiani debent predictis diebus ad ſuas Parochias conuenire, & ibidem Diuina audire Officia, & mandata Eccleſiæ deuotè ſuſcipere, & oblationes debitas reddere, nec debent Fratres ſcienter aliquid facere, vel dicere ad hoc, vt prædicti Parochiani retrahantur a ſuis Eccleſijs, & ad noſtras conueniant. Alia eſt, quod Fratres prædicant illa die, vel hora qua Epiſcopi predicant, non deferentes Epiſcopis prout debent, & occaſionem deutes per hoc, vt Epiſcopi pauciores habeant Auditores: Super hoc ordinamus, vt illa die, qua Epiſcopus, vel alius loco illius facit ſolemnem prædicationem, & conſuetam, Fratres non faciant ſermonem ad Populum, niſi fortè in caſu aliquo hoc fieret de eius beneplacito. Item ſi interdicunt Epiſcopi, ne de tota illa die Fratres prædicent, acquieſcant eis: Si verò in ijs caſibus vellent concedere Epiſcopi, quod Fratres Prædicatores prædicarent, & non Minores, non vtantur Fratres iſtis licentijs, niſi communiter concederetur, ne ex hoc aliqua turbatio naſcatur inter Fratres Minores, & Noſtros. Alia eſt, quod faciunt prædicationes in diebus Dominicis, & Feſtiuis, quibus debent Parochiani conuenire ad Eccleſias illa hora, qua debent Populi ad ſuas Parochias conuenire, & ſic retrahuntur à ſuis Parochijs Parochiani: Super hoc ordinamus, quod in locis, in quibus habemus domos, Fratres non faciant Sermonem in Domibus noſtris, vel plateis, vel locis communibus hora prædicta, niſi hoc fieret in aliquibus caſibus de licentia Epiſcopi, vel beneplacito Sacerdotum, vel in Feſtis, vel niſi eſſent Eccleſiæ noſtræ Parochiales. Alia eſt, quod Fratres prædicant in Parochijs antè receptionem oblationum, & hac occaſione defraudantur Sacerdotes oblationibus conſuetis; Super hoc ordinamus, quod hoc non fiat contra beneplacitum Sacerdotum, niſi fortè in caſu de ordinatione Epiſcopi. Alia eſt, quod Fratres ordinant verè de omnibus Teſtamentis, & defraudantur Clerici de bonis illis, quæ ſolebant eis de Teſtamentis obuenire; Super hoc ordinamus, quod Fratres non ſe ingerant notabiliter ad teſtamenta, ſed ſi aliquando eos contigerit intereſſe, debent inducere Teſtatores ad benefaciendum Eccleſijs ſuis, & Clericis, cum ad hoc multis de cauſis teneantur. Alia eſt, quod occaſione Fratrum ammittunt Eccleſiæ ſecularium ſepulturas, quia relictis Eccleſijs ſæcularibus multi apud nos ſepulturas eligunt, & non redditur eis à Fratribus portio, quæ ſecundum Iura debetur de bonis, quę Fratribus obueniunt occaſione ſepulturarum: Super hoc Ordinamus, quod nullus Fratrum auertat aliquem, quin eligat ſepulturam in Eccleſia ſua; ſi autem ſepultus fuerit apud nos, reddant Fratres ſine omni difficultate Eccleſijs, à quibus aſſumuntur corpora, quidquid ſecundum varias conſuetudines in alijs Eccleſijs in ſimili caſu fieri conſueuit. Alia eſt, quod occaſione Fratrum videntur Sæculares auerſi à Sacerdotibus, & Clero: Super hoc ordinamus, quòd Fratres, tam publicè, quam priuatè inducant laicos ad exhibendam reuerentiam Prælatis, & Sacerdotibus, & Clero ad reddendum eis Iura, & foueant ipſos in deuotione ad Eccleſias ſæculares. Alia eſt, quod Fratres audiunt confeſſiones ſinè licentia Epiſcoporum, & Sacerdotum: Super hoc ordinamus, quod Fratres propter Indulgentias Ordinis non ommittant, quin petant licen-

tiam

tiam de audiendis Confeſſionibus ab Epiſcopis, vel Sacerdotibus Parochialibus. Hanc autem ordinationem noſtram volumus in ſcriptis deferri ad quemlibet Conuentum totius Ordinis, & diligentius ſeruari. Datum Mediolani Anno Domini 1255.

Sequenti anno pro eadem Fraterna charitate inter nos ſeruanda P. Miniſter Generalis Ord. Minorum, & P. F. Vmbertus de Romanis Generalis Magiſter Ordinis noſtri in vnum conuenientes, ſequentem direxere epiſtolam Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus.

Cariſſimis, & dilectiſſimis in Ieſu Chriſto Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus per vniuerſum Orbem diffuſis. F. Io: eorundem Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & F. Vmbertus eorundem Fratrum Prædicatorum ſeruus inutilis ſalutem, & in ſancta vocatione digne, & laudabiliter ambulare.

Saluator ſeculi, qui amat animas, & neminem vult perire, poſt primam generis humani ruinam, ad reparationem eiuſdem multimoda remedia per varios miniſtros generationibus ſingulis adhibens inceſſanter, nouiſſime diebus iſtis in fine ſeculorum duos noſtros Ordines in miniſterium ſalutis, prout indubitanter creditur, ſuſcitauit, vocans ad eos Viros non paucos, & ditans eos donis celeſtibus, per quæ non ſolum ſuam, ſed aliorum efficaciter poſſent operari ſalutem, verbo pariter, & exemplo. Hi ſunt, vt ad gloriam Dei loquamur, non ad noſtram, duo magna Luminaria, quæ lumine cœleſti ſedentes in tenebris, & vmbra mortis vbique terrarum illuminant, & inſtruunt. Hi ſunt duæ Tubæ argenteæ veri Moyſi Chriſti Dei noſtri, quorum miniſterio multitudinem innumerabilium populorum iam ad ſuum ſeruitium conuocauit. Hi ſunt duo Cherubim pleni ſcientia mutuò ſe reſpicientes, dum idem ſentiunt, alas ſuas expandentes ad populum, dum ipſum verbis, & exemplis protegunt, & diſcurrunt ſecundum obedientiæ volatum ſuper omnem populum diſſeminare ſcientiam ſalutarem. Hi ſunt duo vbera ſponſæ, ex quibus paruuli in Chriſto lac ſugunt, quo nutriantur, & augmenta recipiant in ſalutem. Hi ſunt duo filij ſplendoris, qui aſſiſtunt Dominatori vniuerſę terræ, prompti ad eius imperium, quocumque voluntas ipſius eos duxerit ſuas legationes implere. Hi ſunt duo teſtes Chriſti, qui ſacris amicti iam prædicant, & teſtimonium peribent veritati. Hi ſunt illæ duæ ſtellæ lucidę, quę ſecundum Sybillinum vaticinium, habent ſpecies quatuor animalium, in diebus nouiſſimis, nomen Agni vociferantes in directione humilitatis, & voluntariæ paupertatis. Quid plura? Quis enim enumerare plenè valeat ſacros Pœnitentiarios, qui ijs ſacris poſſunt coaptari Ordinibus, dummodo dignè, quę ad ſuam curationem pertinent, exequantur. Non caret autem ratione binarij huius productio, ſi quis diſcutiat diligenter. Noluit ſiquidem illa ſapientia, quæ prudenter in certo numero cuncta fecit, vnicum Ordinem producere, ſed duos inſimul, vt emolumentum ex ſocietate mutua, tam ipſis, quam alijs proueniret: Ipſis quidem, dum in calore ſancto ſe ſe mutuo confouerent; dum contra inſurgentes alterutrum ſe iuuarent; dum ſancta emulatione ad meliora ſe inuicem prouocarent. Alijs verò quorum ſaluti daturi erant operam, dum virtus duplicata reperitur magis efficax in opere ſalutari: dũ quod vni deeſſet ex imperfectione humana, reperiretur in altero, dum teſtimonium, quod peribituri erãt veritati, ex ore duorum potius quam vnius credibilius redderetur. Penſate dilectiſſimi; penſate quantum debet inter nos dilectionis ſinceritas abundare, quos eodem tempore genuit Mater Eccleſia; quos ad idem opus, ſcilicet ſalutem animarum, communiter operandam æterna charitas ordinauit; quos profeſſionis in modico differentes ſic aſſimilauit, vt tanquam animalia ſimilia nos inuicem diligamus. Denique quomodo veri diſcipuli cognoſcemur, niſi dilectionẽ ad inuicẽ habuerimus euidentem? Quomodo charitatẽ illam mutuam, quæ antè omnia ab omnibus eſt habenda, prædicationibus noſtris aliorum cordibus inſeremus, ſi læſa, vel tenuis reperiatur in nobis? Quomodo ſtabimus contra tot perſecutiones imminentes ſi inter nos perturbatione aliqua diuidamur? O quantum exemplum mutuæ charitatis, & pacis reliquerunt nobis Patres noſtri B. Franciſcus, & B. Dominicus, cœterique Fratres noſtri primitiui, qui ſic in vita ſua ſe tenere dilexerunt, tantaque ſinceræ charitatis indicia ſibi met oſtenderunt in diligendo ſe, ſicut Angelos Dei; ſuſcipiendo ſe inuicem ſicut Chriſtum, honore ſe ipſos præueniendo, profectui mutuo congaudendo, alternis ſe præconijs extollendo vtilitates mutuas promouendo fideliter, à ſcandalis, & turbationibus alterutris cauendo cum ſumma diligentia: Quod antiquus Hoſtis vidit, & inuidit. Quanta ædificatio populi. Quanta vtilitas noſtra: Quanta materia glorificandi Deum ex ſupradictæ charitatis glutiuo ſequebatur. Vidit hoc procul dubio, & inuidit, & conatus eſt, & conatur ſuis machinationibus perturbare charitatem antiquam. Cauete benedicti à Domino: cauete, ne quando glorietur, & dicat præualui aduerſus eos, quia recedentes à Patrum veſtigijs, iam ſecundum conſuetam non ambulant charitatem. Inueniat nos ille nequam Viros virtutum ſibi viriliter reſiſtentes in defendenda prætioſiſſima ſubſtantia prædictæ charitatis relicta à Patribus, & omni cuſtodia conſer-

uan-

uanda, quod vt fiat implorandum eſt adiutorium altiſſimi, quod nunquam nos deſerat contra hoſtem pugnantes. Et cauendum eſt ab omnibns diligenter quæ turbare poſſent illam, quam ad inuicem habuimus charitatem. Deinde cauendum eſt ne veſtrum aliqui propriam adeo ſequantur commoditatem, quod cum graui rurbatione aliorum Loca eis nimis notabiliter vicina recipiant, ſed potius ſecundum legem amicitię damnum proprium propter amicum negligant in hoc caſu. Et rurſus cauendum ne propter propinquitatem aliorum, alij ſic abominentur quod hoſtilitas inter nos, non fraternitas videatur. Cauendum iterum ne conceptum ſpiritum tranſeundi ad alterum noſtrorum Ordinum, quem aliquis inuenerit, in aliquo debilitet, vel extinguat zelo attrahendi ipſum ad ſuum Ordinem, ſed potius inceptum propoſitum foueat, & confirmet, Item ne Familiares, & Benefactores alterius Ordinis aliquis à ſua deuotione auertere, & ad Ordiuem ſuum conuertere conetur, vt ad alterum Ordinem deriuetur fructus deuotionis huiuſmodi, qui alij prouenire ſolebat. Item ne loca quæ aliqui pro Domibus conſtruendis accipere proponunt, præſentientes hoc alij cauti ſubripiant alios excludendo. Item ne eleemoſynas, quas deuotio fidelium aliquibus facere proponit, alij impediant, vt ipſi habeant, ſed potius cum interſunt teſtamentis, aut alijs negotijs bona fide ſint memores aliorum pias ſubuentiones eiſdem fieri procurando. Item ne alij ſermones impediant aliorum, vel auditores ſubtrahant, aut ipſos ſermones ſibi ſubripiant alternatim. Quæ enim eſſet charitas ſubtrahere perſonas, ſubtrahere amicos, ſubtrahere loca, ſutrahere ſermones? cum ſecundum charitatis regulam, non quæ ſunt noſtra, ſed quæ ſunt alterius ſuadente Apoſtolo querere debeamus. Cauendum eſt etiam ne quis veſtrum ſic ſanctos ſuos, ſic ſtatum ſuum impudenter, & imprudenter extollat, quod in aliorum depreſſionem laus talis fieri videatur. Item ne quis abloquatur de alijs, non ſolum in publico coram multis, ſed nec in clanculo coram extraneis, imo nec inter Fratres proprios in ſecreto. Item ne ſiniſtrum, ſi quid alij ſciuerint de alijs denudent, vbi nulla eſt vtilitas, nec fructus, ſed potius ſic culpabiles charitatiuè corripiant, vel oſtendant Correctoribus eorundem. Quis enim neſciat quantum per huiuſmodi depreſſiones, oblocutiones, & criminationes lædatur charitas, imò procul dubio pellatur ab omni genere amicorum? Cauendum inſuper ne quis mala ſibi relata de alijs facta, vel dicta, vel iniuriam aliorum leuiter credat, vel huiuſmodi inter Fratres ſuos referat, referendo aggrauet, corda Fratrum concitet, & ſic in eis charitatem concutiat, in quibus potius fuerat confirmanda. Cauendum præterea ne veſtrum aliqui, ſi læſi fortaſsè fuerint interdum ab alijs minus iuſtè, patientię, quę de charitate prędicatur, obliti ſic ſuam extendant impatientiam quod propter vnius, vel paucorum ſtultitiam contra alterius Ordinis, ſiuè Fratrum aliorum inocentiam moueantur. Illud autem omnino cauendum ne Fratres, qui in ſe abhorrent hęc, & ſimilia, in alijs ea diſſimulent, ſed potius, ſi quid tale viderint in aliquo, zelo ſancto ſuccincti ſtatim fraterna correctione vtantur, vel per illos, quorum intereſt, corrigi faciant huiuſmodi delinquentes; illos autem qui curam habent aliorum ſuper omnes eſſe reprehenſibiles iudicamus, ſi in prędicta correctione fuerint negligentes. Obſecramus igitur dilectam Fraternitatem veſtram per charitatem, quę Deus eſt, vt ab huiuſmodi, & ſimilibus offendiculis ſollicitè pręcauentes omnes, & ſinguli ſectemini diligenter quęcumque valere poſſunt ad pacem noſtram, & mutuam in Domino charitatem, & indiſſolubilem vnitatem: Scientes quod vterque noſtrum pleno corde vult, & deſiderat hoc à ſuis ſubditis obſeruari fideliter, & tranſgreſſores tanquam inimicos vnitatis, & pacis à ſuis Correctoribus corrigi diligenter, & dignè ſecundum ſuorum exigentiam meritorum; & proponimus circa correctionem huiuſmodi oportuno tempore nō inueniri deſides, vel remiſſi, ſed inuigilare cum zelo non modico, & feruore in hoc, quod idcirco vobis ſcripſimus, vt exortationis paternę debitum, quod ore non poſſumus, ſaltem ſcripto vobis omnibus redderemus, & incitaremus corda veſtra, de quorum bona voluntate plenam habemus fiduciam, ad illud, quod Ordinibus nobis commiſſis perutile reputamus circa materiam ſupradictam, & vt in extremi iudicij examine cum de vobis nos oportebit reddere rationem, noſtras poſſimus animas liberare. Ne autem per ignorantiam, & obliuionem circa ſupradicta Frater aliquis de Prouincia Prouinciæ poſſit aliquatenus excuſari, Ego F. Vmbertus Magiſter Ordinis Fratrum Prędicatorum iniungo vobis Priori Prouinciali eiuſdem Prouincię, quatenus circa iſta dę confirmanda charitate inter nos, & chariſſimos Fratres noſtros Minores litteram hanc, vel eius tranſcriptum ſub ſigillo noſtro faciatis legi per omnes domos Prouincię vobis commiſſæ excluſis Nouitijs, & Fratribus illiteratis exponi vulgariter, & in domibus ſingulis ad horum habendam memoriam retineri, & cum tali conſeruari diligentia, ne ad eos, qui non ſunt de prędictis Ordinibus poſſit tranſcriptum factum ab aliquo Fratre, ſeu aliàs horum notitia deuenire, quod penitus eſt cauendum. Sciatis autem quod per ſingulas Prouincias Ordinis noſtri ſimiles lit-

teras deſtinaui, ſed & Venecabilis P. Miniſter Fratrum Minorum idem fieri per Ordinis ſui Prouineias ocdinanit. Gratia Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & conſolatio S. Spiritus ſit ſemper eum omnibus vobis Amen. 4. Nonas Februarij Anno Dom. 1256. Paciſijs. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Magiſter Ord. F. Vmbertus de Romanis.

De Minutione.

1 MInutio quater in anno fieri poſſit. Prima in menſe Septembri: Seeunda poſt Natale: Tertia poſt Paſcha: Quarta poſt Feſtum S. Io: Baptiſtæ. Pcæter has minutiones nullus audeat ſibi minuere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 8. tex. vnico.* vbi de eonſilio medicinę faciendam eſſe aſſecitur ibidem ſub litt. A. ſubditucque poſſe etiam ſine conſilio medieinæ fieci, ſtatutis tamen temporibus, & non aliàs.

2 Extra Refectorium cum ſilentio minuti comedant: cauſa verò minutionis carnes non comedant, *Ex Conſt. noſtris loco ſuprad.* vbi ſub litt. B. ipſos commodè, & ſcagiliter, prout facultas Conuentus permiſecit, pcoeucandos eſſe mandatur: potccuntque cainibus veſci iuxta quod eorum complexio, vel debilitas poſtulaucrit, & prout Prælàto videbitur expedire.

3 Pulmenta cocta cum cacnibus, vel eondita ſagimine à minutis poſſunt eomedi, extra Refectocium tamen. Pariſijs 1269. ord. 4. *Vide de Carnib. num. 3.*

De Miſsis.

1 ANtequam celebrent Fratres noſtci ad Sacramentalem Confeſſionem aecedece tenentuc. Valeneenis 1259. ord. 4. *Item Fratres celebraturi Miſſam, antequam ſacris ſe induant, de confeſſione ſe expediant.*

2 Tenentur ſaltem ſemel in ſeptimana ſub pœna grauioris culpæ Sacerdotes confiteri. Mediolani 1505. ord. 2. *Vide de Graui culpa num. 16.*

3 Nullus ſaeris veſtibus indutus ad Saeramentalem confeſſionem accedat. Romæ 1589. ocd. 1. *Vide de Confeſſ. Sacram. num. 6.*

4 In Sacriſtia ſaeris veſtibus Sacerdotes eelebraturi induantur. Mediolani 1505. ord. 2. *Qui habent celebrare Miſſas priuatas, ſacras veſtes induant in Sacriſtia, & non ad Altare; & ſimiliter finita Miſſa reuertantur ad Saeriſtiam vt ſe ſacris exuant veſtibus.*

5 Omnes PP. Sacerdotes diligentiam apponant in Miſſarum celebratione, quas iuxta rubrieas, deuotè, & voee mediocci dicere debent. Ex eodem Capit. Mediolan. 1505. ord. 2. ſuprad. *Item volumus, & ordinamus, quòd Præſidentes Conuentuum prouideant, quod rubrica de celebratione Miſſarum habeatur, & ſaltim ſemel in anno legatur coram Sacerdotibus congregatis, & omnes apponant diligentiam, vt Miſſam bene prouideant, & eas uniformiter ſecundùm ceremonias Ordinis celebrent voce mediocri, vt circumſtantes poſſint audire, & verba intelligere.* Quod fuit confirmatum Salmantieæ 1551. denunc. 12. *Item* (ſcil. ordinamus) *quòd Miſſa tali voce adeo diſtinctè dicatur, quòd Sacerdos audiri, & intelligi poſſit à populo circumſtante: è contra verò Canon, & verba conſecrationis proferantur ſecretò, & reuerenter, & facientes contrarium puniantur.*

6 Nihil in Miſſis apponatur, quod non ſit notatū in noſtro ocdinacio. Salmanticę 1551. denun. 13. *Item quòd in Miſſa tam priuata, quam cōmuni nihil, quod notatum in noſtro ordinario nō eſt, interponatur, ſicut verſus quidā inter Kyrie,* Cunctipotens Genitor, &c. *cum ſequentibus, & in Gloria in Excelſis in Miſſis de B. Virg. poſt verſum* Tu ſolus ſanctus, Mariam ſanctificans. Tu ſolus Dominus, Mariam gubecnans, &c. *quæ in alijs Capitulis propoſita nunquam approbata fuerunt.* Sed neque poſt communionem interponat *Sacerdos, ſicut quidam faciunt;* Nunc dimittis, *vel,* O ſaccum conuiuium, *vel alia huiuſmodi alta voce, ſed ſimpliciter:* Quod ore ſumpſimus, &c.

7 Non dicantur celeriter valdè, aut moroſè nimis. Valentiæ 1596. ord. 6. *Ordinamus, vel potiùs ad memoriam reducimus, quod ſæpè ſancitum fuit de vniformitate ceremoniarum in ſacro faciendo: de omnibus prætermittendis, quæ in Miſſalibus noſtris ſcripta non ſunt, ne à Sacerdotibus dicantur: de non celeriter valde, aut moroſè nimis Miſſam recitando. Addentes quod cum non pro nobis metipſis ſolummodo, ſed & pro aſtantibus Miſſa dici debeat, ſicuti nec altè nimis, ita nec nimis ſubmiſsè, ſed voce mediocri, & deuota, vt aſtantes intelligere poſſint dicenda eſt: ſecreta verò ſilenter; Kyrie autem Sacerdos cum inſeruiente alternatim dicere debebit.*

8 Saeerdotes eelebrantes, vbi aſſeruatur Corpus Chriſti, quando dicturi ſunt *Dominus vobiſcum* paululum ad ſiniſtcum cornu Alraris declinent. Mediolani 1622. ord. 1. *Ordinamus vt PP. Sacerdotes ad Altaria, vbi Corpus Chriſti aſſeruatur, ſacrum facientes, dicturi* Dominus vobiſeum, *paulisper ad ſiniſtrum eornu declinent,*

ne

ne Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento terga vertant.

9 Quando Sacratiſs. Chriſti Corpus manibus tractandum eſt, Sacerdotes genua flectant. Pariſijs 1611. ord. 3. *Vide de Genuflexionibus num. 3.*

10 In Miſſis ad eleuationem cereus accendatur, & campanulæ ictibus populus moneatur. Barcinonæ 1574. ord. 4. Romæ 1589. ord. 4. & ibidem 1580. conf. 16. ita dicitur. *Confirmamus etiam quod in ſacro celebrando, etiam non ſolemni, vel maiori, debeat accendi cereus in conſecratione, & eleuatione diuiniſſimi Sacramenti, & ſic accenſus cereus remanere, quouſque Sacerdos completè communicauerit. Sed in eleuatione (vt præfertur) aliquot ictibus campanulæ populus moneatur.*

11 Omnes Fratres noſtri tenentur ſingulis diebus, vel celebrare, vel Miſſam audire. Barcinonæ 1574. ord. 2. Romæ 1580. conf. 15. & Romæ 1589. ord. 5. ita dicitur. *Ordinamus etiam, & ab omnibus obſeruari præcipimus id quod aliàs ordinatum fuit, vt quilibet Religioſus Ord. noſtri debeat quotidie audire, vel dicere Miſſam.*

12 Sacerdotes ſenio, vel perpetuo impedimento affecti, qui celebre non poſſunt, in Generali Communione cum alijs Sac. Euchariſtiam ſumant. Barcinonæ 1574. ordinat. 3. *Item ſi qui ſunt Sacerdotes, qui vel ſenio, vel alio quocumque perpetuo, vel ordinario impedimento detenti celebrare non poſſunt, teneantur ſaltim in omni Communione generali Sacram ſumere Euchariſtiam præmiſſa Sacramentali confeſſione: Communionem verò generalem haberi volumus omni die Dominico Aduentus, & Quadrageſimæ: cætero verò tempore de quindena in quindenam.*

13 Qui à celebratione Miſſæ defecerint, pœnitentiam in Refectorio ſubire tenentur. Mediolani 1505. ord. 2. *Qui autem ab Officio, & celebratione Miſſæ ſine cauſa remanſerint, teneantur in Refectorio facere aliquam pœnitentiam.*

14 Genua flectant Sacerdotes celebrantes ad illa verba Euang. *Et Verbum caro factum eſt.* & ad illa Symb. Apoſt. *Ex Maria Virgine, & Homo factus eſt.* Vide de Genuflexionibus num. 6.

15 In fine Miſſæ dicatur Euang. *In principio erat Verbum.* Romæ 1589. ord. 3. *Ordinamus etiam, vt omnes Sacerdotes vbique in noſtro Ord. poſt Miſſam dicant Euangelium.* In principio erat Verbum.

16 Caueant Sacerdotes ne poſt ſumptionem Sanguinis ante digitorum ablutionem, oriſque abſterſionem ſumant ablutionem Calicis. Neapoli 1515. ord. 6. *Item mandamus Fratribus vniuerſis, vt reuerentiam debitam Sacramento Sanguinis D. N. Ieſu Chriſti exhibeant in Miſſis, vt ſcilicet ante abſterſionem oris, & ablutionem digitorum ſumant ablutionem Calicis cum vino, & deinde abluant digitos; & vt hoc ſeruetur inuiolabiliter, Prælati hoc publicent, & per Viſitatores grauiter puniantur contrafacientes.*

17 In Confeſſione, quæ fit in inchoatione Miſſæ vbi dicitur: *Confiteor Deo, & B. Mariæ,* addatur, *ſemper Virgini.* Romæ 1629. ord. 4. *In Confiteor, poſt nomen Mariæ, addatur,* Semper Virgini, *& in Collecta S. Thomæ poſt verbum, Confeſſionis, addatur,* atque Doctoris. Vt in eadem Confeſſione ad illa verba *B. Dominico,* addatur *Patri noſtro,* ordinatum fuit Romæ 1644. ord. 2 *Ordinamus, vt in noſtro Confiteor, ad illa verba B. Dominico, addatur,* Patri Noſtro.

18 In Miſſis de B. P. Dominico poſt Alleluia vltimum dicantur poſtremi verſus Sequentiæ eiuſdem. Apud Nurimberg. 1405. inchoat. 2. *Item hanc in ordinario de Officio B. Dominici feria 3. fiendo, vbi dicitur quòd Miſſa ſicut in feſto ſimplici dicatur, addatur ſic, additis poſtremis quatuor verſibus Sequentiæ poſt vltimum Alleluia.* Idem habetur in noſtro Miſſali.

19 Miſſarum eleemoſynæ ad Conuentus ſpectant. Ianuæ 1513. ord. 6. *Lucra autem Miſſarum ad communitatem Conuentus pertineant.* Vide hic infra num. 23.

20 Onera perpetua Miſſarum celebrandarum non ſuſcipiantur ſine Prælati, & maioris partis Fratrum capitulariter congregatorum, atque etiam Prouincialis conſenſu. Bononiæ 1564. cap. de Sacri Concilij Tridentini decretis. *At ne deinceps huiuſmodi ſuffragiorum, & Miſſarum grauamina noſtris Conuentibus imponantur; nulla impoſterum perpetua obligatio ad certas Miſſas, vel Suffragia admittatur, niſi cui tale fuerit ſuſtentationis annexum ſubſidium, quod prudentum iudicio ſufficiens æſtimetur. Vt verò cum maiori conſideratione omnia hæc fiant, volumus quod huiuſmodi contractus rati habeantur, niſi Prælati, & maioris partis Fratrum conſenſus acceſſerit; & Prælati oppoſitum facientes à ſuis officijs abſoluantur. Quòd ſi alicubi ea eſt conſuetudo, vt Prouincialis adhuc licentia requiratur, nolumus eam vllo pacto derogari. Præſidentibus quoque noſtrorum Conuentuum, & alijs, qui huiuſmodi eleemoſynis recipiendis deputati fuerint, diſtrictè præcipimus, quatenus Miſſarum per ſingulos dies aduenientium eum numerum dumtaxat admittant, quem commodè poſſint implere, ne vltra modum grauati occurrentibus alijs neceſſitatibus prouidere nequeant, & ne hac occaſione Sacerdotes, aut non admodum diſpoſiti, aut ex conſuetudine potiùs, quàm deuotionis affectu ad tremendum Altare interim accedant.* At circa hanc materiam vide decretum Apoſtolicum de Celebratione Miſſarum, à S. Congregat. auctoritate Vrbani VIII. emanatum.

21 In Miſſis Defunctorum dabatur antiquitus benedictio in fine, perſeuerauitque talis conſuetudo in Ordine noſtro vſque ad annum 1608. quo in Capitulo Gener. Romæ ce-

lebrato fuit illa ab Ordine noſtro penitus eliminata. Ita enim ord. 3. dicitur. *Ordinamus vt Rubrica Miſſalium poſtremò reformatorum ab omnibus Fratribus inuiolabiliter obſeruetur, nimirum, vt in fine Miſſæ pro Defunctis Benedictio populo non detur.* Quod fuit etiam confirmatum Pariſijs 1611. conf. 3.

22 In Sacriſtijs ſit Oratorium vbi Sacerdotes celebraturi ſe dignè ad tantùm Sacrificium peragendum diſponere valeant. Vlyſſiponæ 1618. ord. 2. *Ordinamus, vt in omnibus Sacriſtijs noſtris, vel (ſi minùs capaces illæ fuerint) alio ſacro loco ipſis contiguo Oratoria aliqua decenter præparata conſtruantur, vbi Patres Sacerdotes celebraturi, ſacra præmiſſa confeſſione, & præuia oratione, dignè, & commodè ſe diſponere valeant.*

23 Miſſas ſuas celebrandas nemini promittant Fratres noſtri, ſed eas iuxta proprij Prælati intentionem dicant. Londonis 1335. ord. 8. *Item cum non ſine magna cupiditate in damnatione animarum ſuarum Fratres aliqui ſine Magiſtri Ord. licentia ſpeciali omnes Miſſas ſuas vnius anni, vel plurimorum annorum promittant, & de facto conferant, cum de iure non poſſint, recipiendo certas obuentiones annuas pro eiſdem: præcipit Magiſter Ord. de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu quod nullus Frater amodò aliquid præſumat facere prædictorum; quin potiùs Priores Conuentuales per Fratres ſui Conuentus Miſſas condiuidendo, vel hebdomadarios ſtatuendo de prædictis ordinent, & omnes obuentiones pro hoc exhibitas ad vſum Conuentus recipiant, quando talia Fratribus offeruntur.*

Ceremonias in Miſſis ſeruandas vide in Rubricis Miſſalis Ord.

De Miſsis Conuentualibus.

1 IN Miſſa Conuentuali *Credo* cantetur à Choro, & non cum Organis. Ita ordinatum fuit in pluribus Capitulis, & præcipuè Romæ 1546. conf. 3. Salmanticæ 1551. conf. 2. Auenione 1561. ord. 6. & Barcinonæ 1574. ord. 8. ſic dicitur. *Item ordinamus, quemadmodum ſæpe ordinatum fuit, quod Credo à toto Choro cantetur alternatim, neque tunc pulſentur Organa, & verſus pſalmi, aut hymni, qui pulſantur in Organo, recitetur alta voce ab vno ex Nouitijs, vel Cantore, & Hymni, Cantica, & Te Deum ſemper à Cantoribus cantando incipiantur, & ſtatim Organum proſequatur.*

2 *Gloria in Excelſis Deo* à Choro, & Organo alternis vicibus cantetur. Salmanticæ 1551. conf. 2. *Item confirmamus, quod quando pulſantur organa in Miſſa, Gloria in Excelſis à Choro, & Organis alternatis, Credo autem totum à Choro dextro, & ſiniſtro, vel à Cantoribus, & Choro alternatis ſimiliter verſibus cantetur.*

3 Dum dicitur in Symbolo. *Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur,* Fratres diſcooperto capite deuotius inclinent. Romæ 1580. inchoat. 1. Et ibidem 1583. conf. 1. & iterum Romę 1589. conf. 2. ita ſancitur. *In ſymbolo verò, quod in Miſſa publicè recitatur, cum dicitur:* Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, *omnes Fratres in choro diſcooperto capite deuotiùs inclinent, corporis geſtu interiorem animi fidem ſignificantes: & hoc iam habet vim Conſtitutionis.*

4 Prophetię dicantur ab Acolitis, Epiſtola autem à Subdiacono. Romæ 1569. ord. 1. *In ſacrificio Miſſę quando Prophetia fuerit Epiſtolę præmittenda, vt in feſto Natiuitatis, & quartis ferijs Quatuor Temporum, Prophetiam dicat Acolitus, Epiſtolam Subdiaconus.*

5 Epiſtola cum ſacris veſtibus cantetur tantùm à Subdiacono. Bononiæ 1564. capit. De Sac. Concil. Trident. decretis. *Nulluſque deinceps ſacris veſtibus indutus ſolemniter Epiſtolam canere permittatur, qui ad eum Ordinem non fuerit promotus. Iniungimuſque Viſitatoribus noſtri Ordinis, & Superioribus Prælatis, vt ſi in noſtris Conuentibus talis abuſus inueneriat, penitùs de medio tollant: & delinquentes ſeueræ vindictæ ſubijciant.*

6 Miniſtri Altaris hoc ordine ſedeant; primò Sacerdos, deinde Diaconus, poſtea Subdiaconus, deinde Acolyti. Bononiæ 1252. ord. 9. *Item Sacerdos, & miniſtri Altaris cum vadunt ſeſſum circa altare ſedeant, et primò Sacerdos ſedeat, deinde Diaconus à ſiniſtris, tertiò Subdiaconus à ſiniſtris Diaconi, & poſtmodum Acolyti.*

7 In ſingulis ſeptimanis cantetur Miſſa de B. Virgine. Florentię 1272. ord. 1. *Admonemus quòd in ſingulis Conuentibus ſingulis ſeptimanis, quando fuerit feria vacans, Cantor prouideat, vt in Conuentu vna Miſſa de B. Virgine celebretur.*

8 Idem fieri debet de B. P. Noſtro Dominico. Pariſijs 1239. ord. 2. *Item admonemus, vt Fratres noſtri, ſi vacauerit, ſimel in ſeptimana celebrent in honore B. Dominici Miſſam Conuentualem.*

9 In Monialium noſtrarum Eccleſijs Miſſa Conuentualis ſingulis diebus dicatur. Florentiæ 1321. ordinat. 20. *Item vult, & ordinat Magiſter Ordinis de Diffinitorum conſilio, quòd in quolibet Monaſterio Sororum Miſſa conuentualis de die quolibet habeatur.*

10 Ad Conuentualem Miſſam omnes con-

conueniant. Nouarię 1465. ord. 1. *Vide de Officio B. Virg. num. 6.*

11 Sequentes ceremoniæ pro vniformitate in noſtro Ordine ſeruanda tam in Miſſis, quam etiam in Choro in Generali Capitulo. Romæ 1569. celebrato fuere ſancitæ ord. 1. *Ordinamus pro ſeruanda vniformitate ceremoniarum in miniſterio Altaris, vt ceremoniæ infraſcriptæ, quas ſecundum Ordinarium legitimas putamus, ſeruentur, videlicet.*

Ante omnia Sacerdos celebraturus, antequam induat ſacras veſtes confiteatur, nec vlli vnquam confiteri liceat iam illas induto; Confeſſio autem ſiue reconciliatio fiat confeſſore ſedente, & pœnitente genuflexo diſcoopertoque capite.

In introitu miſſæ, circa cuius ceremonias de apertione iunctioneque manuum, non modica controuerſia in opinionibus fuit, atque in vſu diuerſitas, nec ordinarium aliquid exprimit, magis conſentaneum illi eſſe decernimus, vt manus à principio ſint iunctæ vſque ad inceptionem Gloria in excelſis, vbi deponuntur, & aperiuntur, ac iunguntur manus iuxta ordinarium, & ſic iunctis proſequatur Gloria vſque in finem. In Epiſtola cancellatis manibus ſuper librum, vel ſuper altare, in graduali vero atque offertorio, & in proſecutione Credo, ſimiliter iunctis manibus omnia dicat.

In ſacrificio miſſę quando Prophetia fuerit Epiſtolæ præmittenda, vt in feſto Natiuitatis, & quartis ferys quatuor temporum, Prophetiam dicat Acolitus, Epiſtolam Subdiaconus.

In Credo, ad verba illa, ex Maria Virgine, & Homo factus eſt, Sacerdos inclinet vſque ad genua (modo autẽ debet etiam ipſe flectere genua) *miniſtri genua flectant, ſicut & chorus, quod & facere debent ad eleuationem corporis, & ſanguinis Domini. Ad Dominus vobiſcum, poſt Euangelium, vel Credo, ſimiliter ad ſequens oremus, aperiendæ primum, deinde claudendæ ſunt manus, rurſum ad offertorium, & ad poſt communion. ante vltimam orationem iungendæ ſunt manus.*

Ad gratias agamus, vt vſus habet, eſt inclinandum, ita vt vnus miniſtrorum ſit contra alium. Conſecrationis verba ſicut, & totus Canon non alta voce (vt quibuſdam eſt vſus contra multorum Capitulorum, immo, & Conciliorum decreta) ſubmiſſa voce dicantur.

In principio ſacri Canonis, à Sanctus, vſque ad Memento incluſiue, iunctæ ſint manus, præmiſſis benedictionibus, ad hæc dona, etc. Poſt memento autem apertæ: ſimiliter in defunctorũ memento, principio iungantur, aperiantur in fine, & ſic apertis reſiduum ſacri Canonis proſequatur.

Poſt conſecrationem Hoſtiæ, & ante eius eleuationẽ, Sacerdos toto corpore inclinet cum maxima reuerentia, quod etiam poſt conſecrationem calicis eſt faciendum. Modo verò eſt genuflexio habenda.

In miſſis votiuis, ſiue defunctorum, ſiue ſanctorum, inclinationes fiant, ſiue proſtrationes pro tempore, eo modo quo in miſſa maiori fieri conſueuerunt. Sequentia autem in miſſa Beatæ Virginis, in ſabatho, tertyſque ferys, & in feſtis ſolemnibus, in quibus ſunt notatę, dicantur.

Memoriam de octaua Trinitatis feria ſexta poſt feſtum Corporis Chriſti, ad laudes, miſſam & veſperas declaramus iuxta Ordinarium, tam antiquum, quàm nouum, eſſe faciendam: In ſabbatho autem ſequenti ad laudes, & miſſam dumtaxat.

Antiphona ſuper pſalmos ad veſperas, in duplicibus, & totis dublicibus ab vno tantum Cantore, & non à duobus (vt in quibuſdam conuentibus fit) reincipiatur.

Benedicamus domino in veſperis, & in laudibus, ſuas differentias ſortiatur pro qualitate feſtorum, ſicut & Ite miſſa eſt, vel Benedicamus, quæ dicuntur pro tempore in miſſa.

Cantus hymni Ad cœnam agni, ad omnes hymnos eiuſdem metri in tempore paſchali ſeruetur, niſi in feſtis Apoſtolorum, & quæ proprium obtinent cantum. In ſabbathis etiam, ac tertys, & quintis ferys ad horas diei; ad veſperas autem, & matutinas cantus proprius dicatur.

Diſciplinæ iuxta ordinarium antiquum poſt Completorium ſuſcipiantur, quia tunc Fratrum numerus frequentior eſt, niſi forte obſtaret ſecularium præſentia: qui tamen à diſciplina ſuſcipienda, vel hoc tempore, vel illo defecerint, pſalmum Miſerere cum oratione conſueta dicere teneantur.

Dominica prima aduentus, hebdomada ſemper in dextro choro incipiatur.

De Monialibus.

1 IN virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna diſtrictè prohibemus ne aliquis Fratrum noſtrorum laboret, vel procuret de cœtero, vt cura, vel cuſtodia Monialium, ſeu quarum libet aliarum mulierum Fratribus noſtris committatur niſi de licentia Magiſtri Ordinis ſpeciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 4.*

Prohibemus diſtrictè ne aliquis curam recipiat prædictarum, niſi per tria Generalia Capitula continua fuerit approbatum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Mediolani 1255. conf. Pariſys 1256. & in Conſtitut. redacta Florentiæ 1257.*

Vel niſi cura earum per Dominum Papam Ordini committatur. *Ex Conſt. noſt. loco ſupra*

pra

prad. quæ fuit inchoata Bononia 1267. conf. Viterbij 1268. & in Conſtitut. redacta Pariſijs 1269.

Vel per alium, qui poſſit facere commiſſionem prędictam. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Burdegalis 1287. conf. Lucæ 1288. & in Conſt. redacta Treueris 1289.* Vide ibidem ſub litt. I.

2 Prioriſſis ſub pœna abſolutionis ab officio eſt interdictum recipere ad habitum, ſeu profeſſionem Sororem aliquam alterius Monaſterij, ſeu Ordinis. Romæ 1583. commiſſione vltima. *Committimus omnibus Prioriſſis noſtri Ordinis, & diſtrictè mandamus, ne audeant in ſuis Monaſterijs recipere ad habitum Sororem aliquam alterius Monaſterij, ſiuè Ordinis; quòd ſi aliquæ recepta fuerint, nolumus quòd poſſint profiteri, & Prioriſſæ abſoluantur in pœnam à ſuis officijs. Addentes ſub eadem pœna, & ſub præcepto formali, quòd ipſæ Prioriſſæ huiuſmodi Sorores non recipiant in Monaſterijs ad perpetuò ibi commorandum.*

3 Nouitiæ, tam ad habitum, quàm ad profeſſionem per vota ſecreta recipiantur. Valentiæ 1596. ord. 7. & Romæ 1644. decl. 2. ita dicitur. *Declaramus Conſtitutionem, quæ mandat receptionem Fratrum, ſiue ad habitum, ſiue ad profeſſionem non aliter, quàm per vota ſecreta debere inſtitui, omnino, ac pari iure concernere quoque Moniales; proinde id ipſum ſicuti hactenus in Monaſterijs Sororum noſtrarum ſeruatum non fuit, deinceps ſeruari præcipimus ſub nullitate receptionis, ſi ſecus fiat.*

4 Ad profeſſionem, & habitum (abſente tamen Prouinciali) non ſunt recipiendæ, niſi à Priore Conuentuali, & in eius abſentia, ab illarum Confeſſario. Toloſæ 1628. §. Pro Prouinciæ Hiſpaniæ. *Declaramus Moniales recipiendas eſſe ad habitum, & profeſſionem à Priore tantùm Conuentus, & eo abſente, à Confeſſario ipſarum; non autem à Suppriore, aut alio Præſidente.* Ipſi enim Confeſſarij tunc ſunt Monialium Vicarij, vt declaratum fuit Valentiæ 1647. *Vide de Vicarijs Monialium num. 3.*

5 Abſentibus Priore, & Confeſſario, alterius Monaſterij Confeſſarius eiuſdem ciuitatiſq; remanet Vicarius Monaſterij Confeſſario deſtituti, quo etiam deficiente, eligatur vnus à Patrum Conſilio, qui Monialium Vicarius exiſtat, donec à Prouinciali prouideatur de Vicario. Si verò plura quam duo Monaſteria ibidem exiſtant, inter Confeſſarios antiquior in Religione ſecundùm profeſſionem, Vicarij munus habebit. Valentiæ 1647. §. Pro Prouinc. Rom. *Ne cura Monaſteriorum Monialium propter abſentiam caſualem, ſiuè præuiſam, & ſæpe neceſſariam Prioris, & Confeſſarij Monialium, ad quos minùs decet deuoluatur, ordinamus, quòd vbi ſunt plura Monaſteria Monialium, ſi contingat Priorem ſimul abeſſe, et Confeſſarium vnius Monaſterij, remaneat tunc Vicarius Monaſterij deſtituti Priore, & Confeſſario, Confeſſarius alterius Monaſterij. Quòd ſi plura duobus Monaſterijs in eadem Ciuitate fuerint, tunc Confeſſarius in Religionis profeſſione antiquior curam ſuſcipiat. Vbi verò vnum tantùm Monaſterium eſt, ſi contingat abeſſe Confeſſarium, inſtituet, vt ſibi benè viſum fuerit, & placuerit Prior, quem ſi in præmeditato caſu mori, vel amoueri contingat, ad Conſilium Patrum ſpectet inſtituere, prout ſibi placuerit, donec per Priorem Prouincialem prouideatur.*

6 Tenentur Moniales ſuas conſtitutiones obſeruare: ſi vero ex aliqua graui cauſa Monaſterium aliquod ab illarum obſeruantia impediretur, conſulatur Reuerendiſſimus, vt de oportuno remedio prouideat. Valentiæ 1596. Admonit. 6. *Admonemus omnes Moniales Ordinis noſtri, quòd tenentur ad obſeruantiam eorum, quæ in ſuis Conſtitutionibus continentur, quæ ſi libera voluntate, & ex praua conſuetudine prætermittant, conſcientiam propriam lędunt, & graues pœnas incurrunt. Quare obligationi ſuæ ſatisfacturæ diligentiores ſint in eiſdem obſeruandis, quàm hactenus fuerint, quod vt Prælati etiam procurent maiori, qua poſſunt diligentia ipſis iniungimus: ſi verò occurreret ex aliqua graui cauſa, vel legitimo impedimento non poſſe aliquod Monaſterium illa ad amuſſim ſeruare, ad Reuerendiſs. P. Generalem recurrat, cauſam & impedimenta proponendo, vt maturè conſulatur quid facto opus ſit.*

7 Sacratiſſimum Chriſti Corpus intra Monaſterij chorum, & ſepta detinere non poſſunt. Vlyſſiponæ 1618. Admonit. 6. *Admonemus omnes PP. Prouinciales, & Priores, quibus Monaſteriorum Monialium cura incumbit, vt procurent ſtrictiſſimè obſeruari decretum S. Concilij Tridentini, quo cauetur ne Sanctiſſimum Chriſti Corpus intra chorum, vel ſepta Monaſterij Monialium conſeruetur: non obſtante quocunque indulto, ſeu priuilegio.*

8 Illarum Viſiones, ſeu extaſim nullus audeat reuelare ſub pœna grauioris culpæ. Romæ 1546. ordinat. vltima. *Item ordinamus, quòd nullus Fratrum reuelet extaſim, viſiones, aut miracula Sororum quarumcumque, niſi de conſenſu Reuerendiſs. Magiſtri Ord. aut Capituli Prouincialis, ſub pœna grauioris culpæ.*

9 Nullus ad eas accedat, ſiue noſtri, ſiuè alterius ſint inſtituti, ſub pœna grauioris culpæ. Mediolani 1622. admonitione 9. & Romæ 1569. *Vide de Grauiori culpa num. 32.* Venetijs autem 1592. ord. 8. idem præcipitur etiam ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, omnium graduum, dignitatum, officiorumque, atque etiam addita carceris pœna per ſex menſes, hoc pacto. *Ordinamus, ac ſub pœna priuationis omnium graduum, dignitatum,*

Digitized by Google

tatum, ſiuè officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, aut carceris per ſemeſtre reſpectiuè pręcipimus, ne aliquis audeat ad Monaſteria Monialium accedere, nec cum iiſdem loqui, litterąſque, & munuſcula ad illas dare, vel ab illis recipere. Excipientes ab hac lege Superiores, Viſitatores, & Confeſſores, in his dumtaxat, ſine quibus officium ſuum aliter exercere non poſſunt. Qui verò pro ſacro faciendo, concioneue habenda ad præfata Monaſteria mittentur, à reliquis præfatis omnimodè caueant, in comminatas pœnas aliter incurſui.

10 In caſibus neceſſarijs poſſunt concedere Superiores licentiam ſubditis accedendi ad Monaſteria, & maximè ijs, qui ſorores, vel conſanguineas in illis habuerint. Romæ 1583. §. Ordinationes pro Monialibus. *Ad Monaſteria Monialium nullus accedat, neque à Superioribus accedendi concedatur licentia, niſi in caſibus Pręlati iudicio neceſſariis, exceptis iis, qui in ipſo Monaſterio habuerint conſanguineam in primo, aut ſecundo gradu, incluſiuè, quibus conceditur, vt de licentia ſuorum Prælatorum poſſint aliquando, ſed raró, ad ea Monaſteria accedere, & cum ipſis tantùm conſanguineis loqui.* Vt talem licentiam autem non concedant Supriores ſine Conſilio Patrum, ordinatum fuit Romæ 1569. §. De Acceſſu ad Monaſt. Monialialium. *Si quis alius* (ſcilicet præter Prælatos) *opus habebit accedere ad dicta Monaſteria, toties quoties petat à Pręlato licentiam, qui nullatenus ei concedere poſſit, niſi priùs examinata cauſa, an vrgens, & rationabilis ſibi videatur, & tunc congregato Patrum Conſilio in conuentu præſentium, & propoſita coram illis cauſa, requiſitiſque eorum votis per ſecreta ſuffragia, tribus partibus ex quatuor conſentientibus licentiam concedat in ſcriptis inſerta cauſa, quam licentiam ipſe met, cui conceſſa eſt, apud ſe reſeruet, & in viſitatione Prouincialis, aut Viſitatoris, ſi requiratur, exhibere poſſit, & Viſitator teneatur inquirere de obſeruantia huius decreti.* Nunc verò ex decreto Apoſtolico non poſſunt Fratres ad illas, ad loquendum cum ipſis, accedere ſine Epiſcoporum licentia. *Vide infra num.* 17.

11 Non ingrediantur Superiores in eorum Monaſteria, niſi cum duobus ſocijs, & in caſu neceſſitatis, vel Viſitationis. Romæ 1583. capit. Ordinat. pro Monialibus. *Intra ſepta Monaſterij nullus Superior, neque Viſitatores ingrediantur præter quàm durante viſitatione. ſeu aliàs in caſibus neceſſariis iuxta decretum Concil. Trident. & Bullas Sum. Pontificum, & tunc aſſumptis duobus ſociis maturæ ætatis, & Conuentus illius loci grauioribus.* Et Bononiæ 1564. admonit. 2. ſic dicitur. *Item admonemus RR. Prouinciales, vt circa ingreſſum ad Monaſteria Monialium magnam cuſtodiam adhibeant: & quando grauis neceſſitas pro ſui officij exequutione intrare compulerit, vnum tantùm, aut duos, vt plurimum ſocios, eoſque graues ſecum adducant. Inferioribus autem Monialium præfectis ipſi RR. Prouinciales leges pręſcribant quando eis, & cum quibus ſociis ingredi liceat, ſuper quo eorum conſcientias oneramus, vt Fratrum, & Sororum honeſtati quam maximè conſultum ſit.*

12 Qui in Monaſteria ingrediuntur, non morentur in aliquo loco vbi à ſocijs videri non poſſint. Romæ 1583. *Vide de Confeſſoribus Monialium. num.* 8.

14 Fratres qui in illa abſque neceſſitate, vel caſibus expreſſis in Conſtitut. &c. fuerint ingreſſi, excommunicationis pœnam, nec non grauioris culpæ incurrunt. Metis 1421. ord. 5. *Vide de Grauiori Culpa num.* 31. & infra nu. 27.

14 Qui cum ipſis amicitias contraxerint, vel munuſcula; ac litteras eiſdem dederint, pœnæ grauioris culpę, & alijs grauiſſimis ſubiacebunt. Romę 1580. ordin. 22. *Vide de Grauiori Culpa num.* 39. Quod fuit confirmatum Romę 1583. in hunc modum §. Ordinationes pro Monialib. *Nemo ab vllis omnino Monialibus litteras, nuntios, aut ſchedulas, etiam apertas, per ſe, aut interpoſitas perſonas accipiat, aut eiſdem mittat, etiam prætextu cuiuſuis facultatis, aut licentiæ ſibi tributæ, quas omnes reuocamus (exceptis iis, qui ſuperiori ordinatione excepti ſunt,* ſcilicet conſanguineis: de quibus vide ſupra num. 10.) *contrarium autem facientes puniantur pœnis in ſuperiori ordinatione reſpectiuè conſtitutis. Quòd ſi neceſſitas, aut vtilitas Monaſterij tulerit, vt ab aliis litteræ aliquæ vltrò citroque mittantur, non alteri, quàm Prælato, aut Confeſſori, ſiuè Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ tradantur. Munuſcula verò à Monialibus nullus omnino accipiat, aut eiſdem mittat, & contra facientes grauiſſimè puniantur: Per hoc autem non prohibetur eleemoſynas mittere pro communitate, aut infirmis.* Romę autem 1580. decl. 1. ordinatum fuit non poſſe Prouinciales ſuper ordinationes, & cenſuras ſancitas contra habentes amicitias cū Monialibus diſpēſare. *Declaramus Ad. RR. PP. Prouinciales nullatenus poſſe diſpenſare ſuper ordinationibus, præceptis, & cenſuris contra Fratres habentes amicitiam cum Monialibus, ac ab eis accipientes munera, & litteras. Et quòd R. Prouincialis ad huiuſmodi ſcandala tollenda maximè inuigilet, & ad dirimendas omnino huiuſmodi amicitias.*

15 Indumenta, nec cuſtodienda, nec conficiēda, nec abluēda illis tradant Fratres noſtri, ſub pœna priuationis illorum, ac alijs arbitrio Superiorum infligendis. Romæ 1583. §. Ordinat. pro Monialib. *Non liceat alicui Fratri indumenta, pannos, aut alia quæcunque Monialibus tradere conficienda, ſarcienda, aut abluenda, ſub pœna amiſſionis ipſarum rerum, aliiſque pœnis arbitrio Superioris imponendis; quas etiam incurrant Moniales eiuſmodi res, vt circa eas laborent, accipientes: Si tamen aliquid erit, in quo Moniales operari debeant, illud de licentia Superioris,*

Prio-

Prioriſſæ, aut Abbatiſſæ tradatur, Moniali conſignandum cui ſibi videbitur.

16 Iuuenes abſque neceſſitate ad Monaſteria non mittantur. Ferrariæ 1290. ord. 19. *Item inhibemus diſtrictè ne Fratres, & præcipuè Iuuenes niſi exiſtente neceſſitate ad Monaſteria mittantur: & diſtrictè mandamus, vt ibidem, vel aliàs, niſi in conſpectu ſuorum ſociorum cum Monialibus, vel alijs Mulieribus non loquantur.*

17 Qui pro Miſſis celebrandis, vel concionibus habendis ad illas accedunt, cum eiſdem non loquantur. Mediolani 1622. Admonit. 9. *Admonemus, vt inuiolatè ſeruetur decretum à Sac. Congreg. Regularium emanatum, quòd nulli Religioſo cuiuſcunque Ord. ſtatus, conditionis, ac dignitatis exiſtat; Superioribus, Confeſſarijs ordinarijs, & extraordinarijs, ac Viſitatoribus exceptis, liceat abſque licentia eiuſdem Sac. Congregationis accedere ad Monaſteria Monialium, tam ſui, quam alterius Ordinis ad colloquendum cum eis. Quòd ſi aliquem ad prædicandum, vel celebrandum Miſſam mitti contigerit, prohibetur ne vllo quæſito colore Moniales, aut alias perſonas intra clauſuram degentes alloqui poſſit. Confeſſarijs autem interdicitur ne in domibus Monaſterio earum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, aut ſecum retineant, neuè extra tempora generalium confeſſionum vllo modo comedant. Eo verò tempore comeſtionem diurnam accipere vix permittuntur, & tunc cum ſua habitatio à Monaſterio nimium diſtat. Quæ omnia ſub priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendæ, & alijs pœnis dictæ Congregationis arbitrarijs infligendis præcipiuntur inuiolabiliter obſeruari.*

18 Non ſepeliantur ſecularium cadauera in Eccleſijs intra Monaſteria exiſtentibus. Romæ 1589. Admonit. 6. *Admonemus etiam eoſdem Prælatos, & Præſidentes, vt nullo pacto ſecularium defunctorum corpora in Eccleſijs intra Monialium Monaſteriorum clauſuras conſtitutis ſepeliri permittant; Non obſtante quacunque conſuetudine, licentia, aut facultate in contrarium obtenta.* Idem Romæ 1583. §. Ordinat. pro Monialib. fuerat antecedenter ordinatum, vt in ſequenti num. 19. conſtat.

19 Quando cadauera Monialium intra clauſuram illarum ſepulturæ traduntur, non ingrediantur in illam niſi Miniſtri neceſſarij, ſacris tamen veſtibus induti. Romæ 1583. §. Ordinat. pro Monialib. *In exequijs Monialium, tempore quo earum corpora ſepulturæ mandantur, ingrediantur ad ſepeliendum ſolum qui neceſſarij fuerint, ſed veſtibus ſacris induti, & non aliter. Neque permittantur ſecularium aliquorum corpora intra clauſuram Monaſteriorum ſepeliri.*

20 Prioriſſæ incepta ædificia proſequantur, illaque cum Matribus à Conſilijs faciant. Romæ 1580. admonitione 3. *Vide de Conſilio Patrum num. 18.*

21 Monialibus Conuerſis velum nigrum non concedatur. Romæ 1589. ord. 11. *Vide de Conuerſis num. 25.*

22 Monialium Monaſteria non recipiantur, in quibus ceremoniæ, pœnitentiæ, & ordinationes non conſueræ in Ordine noſtro fieri debeant. Valliſoleti 1605. ord. 19. *Vide de Conuentib. num. 8.*

23 Non poſſunt Monaſteria Monialium nobis commiſſarum à Magiſtro Ord. ſine Capituli Generalis aſſenſu renuntiari. Romæ 1629. Admonit. 5. *Vide de Magiſtro Ordinis num. 10.*

24 Puellæ in Monaſterijs noſtris educationis gratia receptę non vtantur veſtibus ſericeis, auro, vel argento contextis, ſed ſimplicibus, coloris modeſtiam exhibentis. Romę 1644. ord. 8. *Cum à Monaſterijs Monialium, quæ contemptus Mundi, mortificationis, & virtutum omnium ſunt ſeminaria arcere oporteat ea, quæ ipſorum non decent ſanctitatem, & cuiuſquam offendere poſſunt aſpectum; Ordinamus, & diſtrictè præcipimus omnibus Prioribus, & Præſidentibus Monaſteriorum Ord. noſtri, nec non Matribus à Conſilio, & Sororibus eorundem ſub pœnis priuationis ab officio, Maternitatis, & vocis actiuæ, ac paſſiuæ ipſo facto incurrendis inuiolabiliter obſeruari, vt puellæ, quæ in noſtris Monaſterijs educantur, vel commorantur, etiam ad breue tempus, cuiuſcunque ſint nobilitatis, gradus, conditionis, qualitatis, & præeminentiæ, non poſſint indui, tam intrinſecus, quàm extrinſecus veſtibus ſericeis, multo minùs aureatis, argenteatis, vel acu, & coloribus pictis, ſed tantùm laneis, lineis, bambicinis, ſeu goſſipinis, & ſimilibus, albi, nigri, violacei, punicei, vel cinericij coloris. Non deferant capillos calamiſtratos, intortos, cum cincinnis, aut per modum comæ defluentes, & deſcendentes ad aures, ſed obductos, complicatos, & ligatos modeſtè ſuper caput vittis contextis ex ſimplici filo, & non ſericis, quæ deſeruiant ad retinendos capillos ne defluant, nullo autem modo ad vanitatem, & ſint eorundem colorum, qui pro veſtibus ſupra deſignantur. Non deferant gemmas, monilia, annulos, vel quid ſimile: Permittimus tamen illis inaures ex vnico, & ſimplici annulo aureo. Vt autem ordinatio hæc ab omnibus legi poſſit, & nulla eius prætendatur ignorantia, volumus, & præcipimus quòd vulgari lingua tranſcripta ponatur in cella Prioriſſæ, & Magiſtræ Nouitiarum, ac in ipſo ingreſſu interiori Monaſterij, vt omnibus obuia, & conſpicua ſit.* Quæ ordinatio fuit confirmata Romę 1650. cont. 16.

25 Pro defuncta Sorore eiuſdem Monaſterij tenentur Moniales per octo dies poſt gratias redditas completo prandio cantare ℟. *Libera me Domine, &c.* Valentiæ 1647. ord. 8. *Vide de Suffragijs pro Fratrib. num. 17.*

26 In pretioſa, &c. poſt matutinum dicant

Le-

lectionem de Conſtitutionibus, quę earum ſunt proprię. Bononiæ 1615. conceſſione vnica. *Concedimus omnibus noſtri Ord. Sororibus, vt in Matutinis precibus lectionem, quæ in pretioſa recitari ſolet, de Conſtitutionibus, quæ earum ſunt propria, deſumant, & habeant, quatenus ea, quæ pro earum religioſa vocatione obſeruare oportet, in auribus earundem perpetuò verſentur.*

27 Interdictum eſt, tam viris, quàm mulieribus quibuſcunque ingreſſus in Monaſteria Monialium ſub excommunicationis pœna Apoſtolica auctoritate lata; vnde Valentiæ 1596. admonit. 3. ita dicitur. *Admonemus Prælatos, & Fratres omnes quatenus vnuſquiſque ipſorum reſpectiuè obſeruare ſtudeat, quæ mandantur in Bullis Summ. Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. circa ingreſſum mulierum intra clauſtra noſtrorum Conuentuum, & circa ingreſſum tam virorum, quàm mulierum in Monaſteria Monialium, aliàs pœnas dabunt abſolutionis à ſuis officijs, & grauioris culpæ reſpectiuè, præter eas omnes, quæ in præfatis Bullis continentur.* Quod etiam Paulus Papa V. dato Apoſtolico Breui die 10. Iulij 1612. Pontificat. ſui anno Octauo confirmauit, prout denunciatur in Cap. Rom. 1612. denunc. vlt. in qua præfatę Apoſtolicæ litterę extant inſertæ.

28 Prioriſſę Monialibus Nouitijs ad profeſſionem recipiendis faciant proteſtationem, quod tenebuntur ad obſeruantiam Regulę, & Conſtitutionum noſtrarum, non prout ibidem viuitur, ſed ſimpliciter ad litteram. Pariſijs 1611. admonit. 1. *Vide de Profeſſione num. 11.*

29 In eorum Eccleſijs conuentualis Miſſa diebus ſingulis celebretur. Florentię 1321. ord. 20. *Vide de Miſſis Conuentual. num. 9.*

30 Quæ ad electiones earum ſpectant. *Vide de Elect. Prioriſs.*

31 Monialium Prioriſſę à Viſitatoribus, & Vicarij Prouincialium ſuſpendi, ſed abſolui nequaquam poſſunt. Apud Nurimberg. 1505. ord. 14. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 92.*

Cœtera omnia ad Moniales ſpectantia vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in decl. tex. 4. ſub litt. I.

32 Plures alię ordinationes circa regimen Monialium ex mandato Clementis VIII. Pont. Max. emanauerunt, quę fuerunt receptę Romę 1601. atque inter alias ordinationes inſertę, ſuntque infraſcripti tenoris.

Ordinationes circa regimen Monialium ex mandato Sanctiſs. D. N. Clementis VIII.

1 In quolibet Monaſterio non habeantur, nec permittantur plures crates ferreę, ſeu loca colloquijs deſtinata, quę vulgo parlatoria vocantur, quàm vna, aut ad ſummum duę, niſi Monialium numerus, vel loci conditio plures neceſſariò exigeret, quod ordinariorum arbitrio, & conſcientię relinquitur, & hę, niſi ad audiendum verbum Dei, vbi omnes Moniales conuenire ſolent, nullo modo in Eccleſijs, ſeu Sacriſtijs ſint, ſed extra, & ſi huc uſque non fuerint clauſę, quàmprimum muro obſtruantur; In Sacriſtijs autem ſit vna tantum rota, apta ad ſacram ſupellectilem introducendam, vel emittendam, & quàm fieri poterit arcta, eademque abſque aliquo foramine, ex quo quid cerni poſſit.

2 In Monaſterijs verò, in quibus hactenus laminarum vſus non eſt introductus, ponantur in feneſtris collocutorijs binę crates ferreę, introrſus altera, altera extrorſus, & diſtantes ab inuicem ſaltem per ſpatium duorum palmorum, vel totius craſſitudinis muri, necnon ſpiſſę, & ſtrictę, adeo vt nec puellę manus per foramina tranſmitti poſſit.

3 Collocutorium, ſeu parlatorium interius ſit locus ſeris occluſus, in quem nulla Monialium ingrediatur, niſi vocata, & venia à ſua Superiore impetrata, ibique auſcultatrices huic muneri deſignatę ſemper interſint, & aſſiſtant, quę quicquid dicatur, audire debeant, niſi tale quid tractandum ſit, quod ſecretum poſtulet, quo caſu de Abbatiſſę, ſeu Prioriſſę licentia permittatur de eo cum propinquioribus vſque ad ſecundum gradum conſanguineis (remotis arbitris) agere.

4 Cùm autem contigerit aliquem ſecularem, vel Regularem (ſiue Superior ille ſit, ſiue Viſitator, aut quouis munere fungens) in ipſa parlatoria ingredi, vt Moniales alloquatur, tunc fores ipſius parlatorij, ſeu cubiculi, in quo ſunt crates, & rotę, omnino pateant, nec vllo modo, quàmdiu aliquis erit, claudantur.

5 Toto prandij tempore fores Monaſterij, atque adeo parlatoria ipſa, & rotę omnes diligenter occludantur, nec vllo modo cuiquam etiam Regulari, pateant ad colloquendum, aliudue quippiam agendum.

6 In feneſtellis confeſſionalibus configantur etiam laminę ferreę, ſcilicet cum minutis foraminibus, ne inde ipſę Moniales ſpectare quempiam, vel à quopiam ſpectari poſſint.

7 Feneſtella, vnde Sanctiſs. Euchariſtię Sacramentum Moniales prrcipiunt, alta ſit dimidiato palmo, lata verò integro, quę binis foriculis, totidemque feris, & clauibus alteris forinſecus occludatur, & ad hanc menſuram, & formam quamprimum vbique reducatur.

8 Nulli ex Monialibus perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, vel Regulares, aut laicas, etiam conſanguineas, cuiuſcunque ſexus ad fores Monaſterij alloqui, vel in eis apertis ſiſtere quacumque de cauſa liceat: nec fores huiuſmodi aperiantur, niſi ad introducendas, vel emittendas perſonas, & res neceſſarias.

9 Nulli Religioſo, cuiuſcumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat (Superiore, cui Monaſterij, ſeu domus cura incumbit, Viſitatore, vel Viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) liceat, abſque licentia expreſſa Sacræ Congregationis, negotijs Epiſcoporum, & Regularium in Vrbe præpoſitæ accedere ad Monaſteria, ſeu domus quarumcumque Monialium, ſeu Sororum ſui, vel alterius cuiuſque Ordinis, etiamſi ſit Frater germanus, ſiue quouis alio conſanguinitatis gradus coniunctus, ad colloquendum, ſeu tractandum cum eis, ſub pœnis in decreto eiuſdem Cógregationis contentis; videlicet priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis, alijſque eiuſdem Congregationis arbitrio infligendis. Cuius quidem decreti ipſi locorum Ordinarij ſint executores, & contra quoſcumque Regulares tranſgreſſores, & inobedientes, iuxta illius, & præſentis Conſtitutionis tenorem procedere omninò poſſint, ac debeant, dummodo prius Superiores regulares Conuentus admonuerint, & ipſi ſuperiores poſt Ordinariorum admonitionem negligentes fuerint. Si autem in fragranti Regulares reperti fuerint, poſſint Ordinarij illos carcerare: teneantur tamen ſuis Superioribus tradere, & conſignare infra tempus ab eiſdem Ordinarijs præfigendum puniendos, ac de punitione eoſdem certiores facere iuxta Concilij Tridentini decreta.

10 Quod ſi aliquando mandato Superioris contigerit mitti aliquos Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum Monialium, vel Sororum Eccleſijs, ſiue Oratorijs exterioribus, vel extra clauſtra exiſtentibus, non poſſint ipſi Religioſi, ſeu Regulares, vllo quæſito colore, ſub eiſdem pœnis, Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentem alloqui, nec ad parlatoria, aut ad rotas, vel ad fores accedere.

11 Interdictum ſit omninò Confeſſarijs, & omnibus alijs Regularibus, etiam Superioribus in cubiculis, ædibus Monaſterij, ſeu domibus Monialium, aut Sororum contiguis, ſub eiſdem etiam pœnis pernoctare, vel alios pernoctare facere, vel aliàs ſecum retinere. Nec liceat Confeſſarijs ordinarijs, ſeu extraordinarijs ſub eiſdem pœnis apud Moniales in cubiculis parlatorij, ſeu alijs ędibus coniunctis comedere, aut cibum ſumere, nec ab ipſis hac de cauſa aliquid accipere, niſi tempore generalium confeſſionum, cum habitatio eorumdem Confeſſariorum à Monialium, ſeu Sororum Monaſterio, vel Domo nimium diſtat: quo caſu Confeſſarij prædicti, vbi conſueuerunt refectionem diurnam accipere, ijs debeant, ſerui, vel famuli laici Monaſteriorum, qui Factores vocantur (& nullo modo Moniales) prandium parare ex cibarijs, & rebus Monaſterij factis ex communibus eiuſdem expenſis: ea autem cibaria nihil omnino ſuperflui habeant, ſed vni illi, cui ibi remanere neceſſe erit, ſufficiant, vnoque, aut altero ad ſummum ferculo conſtent. Et quoniam hoc modo eximuntur Moniales ab ea cura, quæ ad Fratrum, Superiorum, ſeu Confeſſariorum, aut aliorum Officialium victum pertinet, prohibetur, ne in poſterum deputentur ſpeciatim huic muneri vllæ Moniales, aboleaturque penitus nomen, & officium earum, quas Hoſpitalares vulgò vocant.

12 Cum contigerit Superiores, Viſitatores, vel etiam Confeſſarios, quibus hoc permiſſum eſt, accedere ad Monaſteria Monialium, ſecum ducant ſocium ex ſenioribus, cui tamen non liceat alloqui Moniales, nec ſe abſentare ab oculis ipſius Superioris, vel ſocij, & alloquens Moniales incidat in eaſdem pœnas.

13 In ingreſſu Monialium, ſeu in habitu regulari, vel velo ſuſcipiendo, aut in profeſſione emittenda, non fiant, nec ſub aliquo prætextu permittantur laura, aut ſumptuoſa conuiuia, ſed ſobriè tantum, & quæ ſacras Virgines deceat, animi, corporiſque recreatio concedatur: Superiores verò, ſeu Confeſſarij, aut alij Officiales Regulares occaſione huiuſmodi ingreſſus, ſeu profeſſionis, nihil prorſus ſub quouis titulo, ſeu prætextu à Monialibus, nec ab alijs accipere poſſint, non obſtante quacunque conſuetudine in contrarium.

14 Vbi verò fuerit conſuetudo dandi aliquid Confeſſarijs, ſeu Capellanis pro eorum labore, ſtatuatur ab Abbatiſſis, Prioriſſis, vel alijs Præfectis Monaſterium æqua, & idonea eleemoſyna, ſiue prouiſio, quæ ære communi Monaſterij perſoluatur Superioribus Conuentus, ſeu Domus virorum, non autem ipſis Confeſſarijs, ſeu Capellanis, quibus nullo vnquam tempore liceat aliquid accipere; & eiſdem omnis viciſſitudo munerum, quantumuis exigui valoris, quæ ſibi cum Monialibus poſſint intercedere, omninò interdicta ſit: & in hac materia munerum ab omnibus obſeruetur diligentiſſimè Conſtitutio Sanctiſſimi Domini Noſtri de largitione munerum.

15 In cubiculis, ſeu domibus, quæ Monaſterijs contiguæ ſunt, & in quibus Superiores, Viſitatores, Confeſſarij, vel alij Regulares, aut etiam factores, ſeu alij Monaſteriorum miniſtri ingredi, vel degere ſolent, nullæ ſint inter ipſos, & Moniales fores, crates, parlatoria, rotæ, feneſtellæ, aut quęcumque alia foramina, & ſi quæ fuerint omninò muro perpetuo claudantur, & obſerentur.

Non

16 Non poſſint Moniales ſingulares, ſeu nomine communi, pannos lineos, vel alia indumenta cuiuſcunque generis, ſeu ſupellectilem accipere à quocunque Regulari, nec etiam nomine Monaſteriorum, Conuentuum, domorumue quorumcunque virorum, ad lauandum, ſeu purgandum, aut conſuendum, vel circa ea aliquid faciendum:

17 Moniales Officiales Monaſterij in ſuis muneribus obeundis nihil ſine licentia Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, niſi de re, & pecunia Monaſterij expendant, & præſertim in ornandis Eccleſijs, ſeu Oratorijs Monaſteriorum, feſtiuitatum tempore, vel alia quacunque occaſione.

18 Vbi iuxta decreta ſacri Concilij Tridentini non eſt Conſtitutus numerus Monialium, quæ vel ex reditibus proprijs Monaſteriorũ, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſint ſuſtentari, diffiniatur quàmprimum à locorum Ordinarijs, cum interuentu Superioris regularis, vel ſaltem ipſo requiſito, ex facultatibus, & reditibus, quæ à Monaſterio in communi poſſidentur, habita etiam eleemoſynarum ratione: & donec huiuſmodi numerus non fuerit conſtitutus, non recipiantur in poſterum in illis Monaſterijs puellæ ad habitum regularem. Numerus autem conſtitutus, ſub prætextu etiam quod Monaſteriorum reditus aucti fuerint, ſine eiuſdem Congregationis expreſſa licentia nullo modo augeatur.

19 Verum vbi Monaſterium aliquas Moniales ſupra conſtitutum numerum recipere voluerit, id non concedatur, niſi licentia obtenta à prædicta ſacra Congregatione, cum eleemoſyna duplicata, & ſub alijs conditionibus, quæ in huiuſmodi licentijs exprimi ſolent: eaque eleemoſyna inueſtiri omninò debeat, nec in aliquem alium vſum vllo modo conuerti poſſit.

20 Nulla vnquam recipiatur in Monialem, niſi legitimè acceptata fuerit per Capitulum Monialium, quibus renuentibus admitti nullatenus poſſit, etiam intra numerum.

21 Non acceptentur puellæ in Moniales ante duodecimum annum, nec eis ante lapſum huiuſmodi temporis concedantur loca vacantia, ſeu vacatura, nec eleemoſynæ, ſeu dotes ante emiſſam profeſſionem ſoluantur Monaſterio, vel aliqua renunciatio, aut obligatio fiat contra decreta eiuſdem ſacri Concilij Tridentini.

22 Nec etiam veſtiantur Moniales, vel admittantur ad habitum regularem, niſi prius Parentes, Fratres, vel ij, ad quos earum cura ſpectat, promptam habuerint pecuniam pro dote, vel eleemoſyna conſueta, & illam depoſuerint ſoluendam Monaſterio poſt emiſſam profeſſionem: ipſiſque Monialibus interim probationis tempore alimenta ab eiſdem parentibus præſtentur.

23 Monialibus profeſſis, ipſiſque Conuerſis, quæ intra Monaſterij clauſuram degunt; non liceat inde egredi ad quæſtuandum, ſiue conquirendas eleemoſynas, etiam ſub prætextu quantumuis vrgentis neceſſitatis, niſi prius obtenta nominatim eius rei licentia ab ipſa Congregatione. Quamdiu autem ipſa quæſtuandi neceſſitas durabit, nulla penitus puella in illis Monaſterijs ad habitum regularem ſuſcipiendum admittatur, etiam cum ipſius Congregationis licentia, niſi in ea facta fuerit huiuſcemodi neceſſitatis, & quæſtuandi licentiæ expreſſa mentio.

24 Nulli Sacerdoti, ſiue ſeculari, ſiue regulari permittatur Moniales exorcizare, abſque expreſſa dictæ Congregationis licentia, quæ dum concedetur, fiat exorciſmus à Sacerdotibus idoneis, nominatimquè ad hoc munus per loci Ordinarium approbatis; idque in exteriori Monaſterij Eccleſia, ianuis tamen clauſis, adhibitiſque, ſi fieri poteſt, Monialis exorcizandæ nonnullis conſanguineis, alijſuè perſonis timoratæ conſcientiæ, & ſpectatæ pietatis. Peracto autem exorciſmo ipſa Monialis continuò in clauſuram reducatur.

25 Non recipiantur puellæ educationis cauſa, niſi cum licentia eiuſdem Congregationis, & obſeruatis conditionibus, ſub quibus huiuſmodi licentia conceditur: & ſicubi introductæ fuerint ſine eadem licentia, nec ſeruatis eiſdem conditionibus, emittantur omnes itemque aliæ ſeculares mulieres quauis cauſa in eis abſque eadem licentia morantes, non obſtantibus quibuſcunque.

26 Obſeruetur decretum eiuſdem Sacræ Congregationis, quo prohibetur ne ſeculares accedant ad Monaſteria Monialium, ſine licentia Ordinarij, & Superioris Regularis Monaſterij: nec à ſolis Superioribus Regularibus concedantur huiuſmodi licentiæ; nec etiam generales pro Miniſtris, Seruis, & alijs perſonis neceſſarijs ingrediendi Monaſteria.

27 Moniales nullas prorſus litteras ad Regulares ſcribant, præterquàm ad primarium Superiorem Monaſterij, ſub cuius regimine exiſtunt: ſed neque ad ſeculares etiam ſcribant, exceptis tantum primi, & ſecundi gradus propinquis, niſi de licentia Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, neuè vllas literas à quocunque miſſas accipiant, niſi ante ab ipſa Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa fuerint perlectæ.

28 Monialibus, & earum Eccleſijs non permittantur inſtrumenta quæcunque muſicalia, exceptis organis, vbi in exteriori Eccleſia reperiuntur.

29 Nulla Monialis, vel quęuis alia perſona, quę non ſit de Monaſterio, audeat ſine licentia Superioris Monaſterij alias priuatas ſibi miſſas celebrari facere in Eccleſijs Monaſteriorum Monialium, pręter eas, quę à Capellanis deputatis communibus impenſis Monaſterij celebrandę ſunt.

30 Intra ſepta Monaſteriorum Monialium Miſſa nullo modo celebretur.

31 Ianitrices, & quę Sacriſtię curam habent, ac Comitatrices, quę ingreſſos comitantur, quadraginta annis, non paucioribus, natę ſint.

32 Ipſę Comitatrices Confeſſarios, Medicos, Chirurgos, & alios, qui ex neceſſitate intra clauſtra pro tempore admittendi ſunt, vbi ingreſſi fuerint, ſemper comitentur.

33 Confeſſarij ordinarij amoueantur completo quolibet triennio, & alij in locum illorum ſubrogentur.

34 Confeſſarius autem extraordinarius omnino aſſignetur iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini, quem quęuis Monialis adire teneatur; Monialibus tamen liberum ſit illi ſua peccata confiteri, vel non.

35 Non liceat Monialibus, nec priuato, nec communi Conuentus nomine (etiam ſi omnes in eo conſentirent) lineos pannos, lectulos, ſtragulas, aut aliud quodcumque ſupellectilis genus extra Monaſterium cuiquam ſub quocunque pretextu, etiam Regularibus eiuſdem Ordinis, vel ipſis Superioribus commodare, nec pecuniam, vinum, granum, aut aliud ſimile mutuò date.

36 Moniales vllo anni tempore laruas gerere, vel veſtimenta ad vſum virorum pertinentia induere ſub quocunque pretextu non audeant.

37 Nulla Monialis ſerico indumento, nec palam, nec occultè vti pręſumat, ſed nec alio panni genere, quàm quod regulę Ordinis pręſcribunt; Caueatur autem maximè, ne caput ſanctimonialium vllo profano cultu deformetur.

38 Superiores omnes in eam curam ſedulò incumbant, vt bona, & iura vniuerſa, quę ad Monaſteria Monialium pertinent, qua decet fide, & diligentia adminiſtrentur, & rationem quotannis, vel quoties opus fuerit, exigant ab Officialibus, ſeu alijs, qui ad hoc tenentur. Procurent denique, vt in omnibus ritè obſeruentur decreta ſacri Concilij Tridentini, cęteręque Conſtitutiones Ordinis, quę ad regimen, & regularem diſciplinam Monialium pertinent: illudque in primis ſtudeant, vt communis vita inter ſanctimoniales vigeat, ſemota penitus illa proprietate, quę iiſdem decretis diſtrictè prohibetur.

39 Vt autem ad Dei gloriam, & Monialium in Domino profectum, ac animarum ſalutem ſupradictæ ordinationes debitā reuerentia ſuſcipiantur, præcipiatur in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, ad quos ſpectat, vt eas ſub priuationis officiorum, inhabilicatis perpetuæ, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, alijſque Eccleſiaſticis pœnis, & cenſuris obſeruent, & exequantur, ac ab alijs obſeruari, & exequi curent.

40 Harum Conſtitutionum exemplar vulgari idiomate deſcriptum, ſiue typis excuſum in quolibet Monaſterio proponatur, ita vt à ſingulis Monialibus perlegi poſſit.

Pręfatę ordinationes fuere ita acceptatę Romę 1601. ord. vlt. *Nos igitur tanquā obedientia filij ſuperiora ad vnguē obſeruari cupientes, mādamus in meritum obedientiæ omnibus Prælatis noſtri Ordinis, & Patribus, curam Monialium gerentibus, vt hæc omnia, ea, qua decet animi promptitudine, obſeruent, obſeruarique faciant inuiolabiliter, adhibendo pœnas, & cenſuras in his ordinationibus contentas, eaſque exequentes contra earum tranſgreſſores. Quæ vt melius exequutioni mandentur, præcipimus ſupradictis Prælatis, & Patribus, vt harum ordinationum exemplum vulgari idiomate cuiuſcunque nationis deſcriptum, ſeu typis excuſum, in quolibet Monaſterio proponatur, ita vt à ſingulis Monialibus perlegi facile poſſit.*

De Monialibus Tertiarijs.

1 IPſo facto abſolutionem ab officijs ſuis incurrunt Prælati in Ordine noſtro, qui mulieres ad Tertij Ordinis habitum, minores in ætate annorum quadraginta, & quæ non habeant vnde de victu, & veſtitu ſibi commodè prouidere valeant, receperint. Salmanticæ 1551. ord. 14. *Vide de Abſolut. Priorum Conuentual. num. 56.* Vbi aſſeritur eſſe hoc intelligendum de illis Tertiarijs, quę in proprijs domibus permanent, non autem de illis, quæ in communi in Monaſterijs viuunt. *Vide numerum ſequentem.*

2 Neque etiam recipiantur, niſi ſint bonę famę, & honeſtę familiæ ſub eadem pœna. Venetijs 1592. ord. 21. *Ordinamus, prout aliās etiam ordinatum fuit, & ſtrictiſſimè inhibemus Prælatis omnibus ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs ſtatim, ſi contra fecerint, incurrenda, ne de cætero aliquam mulierum ad habitum Tertij Ordinis recipiant, quæ ſit minoris ætatis quàm quadraginta annorum, quæ non ſit bonæ famæ, ho-*

neſtæ

neſtæ familiæ, & quæ non habeat vnde de victu, & veſtitu ſufficienter ſibi valeat prouidere. Hæc de his, quæ ſeorſum in proprijs domibus habitant, intelligimus. Quod fuit confirmatum Neapoli 1600. conf. 1. Vbi hoc fuit additum. *Addentes modò, quòd de cætero non admittantur ad habitum, niſi ſeruatis prædictis conditionibus, & niſi ſe obligauerint ad votum ſolemne, ſi in vna tantùm Domo, vel Monaſterio ſimul habitauerint ſub debita viuentes clauſura.* Idem fuit confirmatum Romæ 1601. conf. 12.

3 Ipſis præficiantur à Prioribus Confeſſores diſcreti, & maturi, qui opportunis temporibus earum confeſſiones ſuſcipiant. Metis 1251. ord. 6. *Priores ſolliciti ſint dare Beguinis Confeſſores certos, diſcretos, & maturos, & determinent tempus non nimis rarum, nec nimis frequens vacandi earum confeſſionibus.*

De Mulieribus.

1 MVlieres Clauſtrũ, vel Oratoriũ, vel alias officinas noſtras nũquam ingrediantur niſi in die cõſecrationis Eccleſiæ, & tunc liceat eis ingredi Chorum, vel Clauſtrum, in Paraſceue verò tantùm Chorum potuerunt intrare, vſque ad Officium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 5.* vbi in declar. ſub litt. K. aſſeritur Sanctiſs. Pontificem Pium V. ex Ordine noſtro aſſumptum in ſua Apoſtol. Conſtit. incipiente, *Regularium perſonarum, &c.* & Gregorium XIII. in ſua alia Conſtit. quæ incipit *Vbi gratiæ, &c.* interdixiſſe ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto incurrenda, priuationis officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis Superioribus Conuẽtuum introducere mulieres quaſcunque in illos, quod & Paulus V. datis Apoſtolicis litteris die 10. Iulij 1612. confirmauit. *Vide de Monialibus num. 27.*

2 Nullo pacto, nec etiam in paruis Conuentibus, ſeu domibus, permittantur ingredi clauſuram ſub pœna priuationis officiorum Præſidentibus infligenda. Metis 1421. ord. 5. *Item volumus, & ordinamus, quòd ſinguli Conuentuum Præſidentes diligenter faciant clauſuram obſeruari, tam de die, quàm de nocte, nec permittant mulieres, maximè ſuſpectas, ad priuata commoda, ſeu cameras introduci per Fratres quoſcunque. Præſidentes verò, qui in hac parte negligentes extiterint, abſoluantur in pœnam à ſuis officijs: & Fratres, qui eiuſmodi mulieres introducere præſumpſerint, vt præfertur, ſuis cameris, ſeu commodis, ſint ipſo facto omni voce priuati: Si verò aliàs ad alia loca Conuentus communia eas introduxerint, pœnæ grauioris culpæ ſubiaceant per tres dies, & nihilominus voce ſint priuati.* Superiores autem prædictas pœnas infligere omittentes, eiſdem pœnis puniantur. Apud Cenoman. anum 1491. ordinat. 2. *Vide de Lapſu carnis num. 3.*

3 Poſſunt ex Pij V. Indulto in primum Clauſtrum tempore proceſſionum ingredi, & etiam ad Capitulum, & aliàs Capellas in clauſtro ſitas pro Miſſis audiendis accedere. Ita denunciatum fuit Romæ 1571. denunc. 5. *Vide de Clauſura Conuent. num. 10. & in Conſt. loco ſuprad.*

4 Vbi ſunt mulieres, non ſeparentur Fratres ad inuicem cum aliqua, ita vt ſe conſpicere non poſſint. Pariſij 1286. ord. 13. *Item diſtrictè inhibemus ne Fratres, vbi fœminæ ſunt, ſeparent ſe ab inuicem cum aliqua, ita quod videre ſe non valeant mutuò, in quocunque ſint negotio, ſiue loco.*

De Muneribus.

1 NVllus in Ordine noſtro Superior, neq; etiam Magiſter Ord. debet munera recipere à Fratribus, etiam ſpontè oblata, pro gratijs concedendis, vel conceſſis, ſeu prætextu litterarum, ſigilli, regiſtri, licentiæ, ſeu confirmationis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 7. quæ fuit inchoata Romæ* 1508. *conſ. Ianuæ* 1513. *& in Conſt. redacta Neapoli* 1515. Vide de Abſolut. Mag. Ord. num. 8.

2 Proprietatis crimen incurrunt omnes Viſitatores, & Prælati noſtri, qui pecuniam, vel pretioſa munera à Fratribus, vel Sororibus accipiunt. Romæ 1571. ord. 8. *Item ordinamus, & diſtrictè præcipimus omnibus Prælatis, & Viſitatoribus Ord. noſtri, ne vel pecuniam, vel pretioſa munera à Fratribus, vel Sororibus accipiant: ab ijs maximè, qui vel gratiam, vel iuſtitiam apud ipſos prætendunt; nec etiam ſecularium interuentu, exceptis paruis munuſculis, quæ charitatis obtentu inter amicos offerri ſolent; quod ſi contrarium fecerint, auctoritate Ordinis facultatem retinendi ſubtrahimus, & ea (quæcunque talia fuerint) diuino cultui harum ſerie applicamus: Declarantes tales Prælatos crimen proprietatis incurriſſe, & pœnis à Sac. Concilio Trident. & noſtræ Conſtit. decretis ſubiectos eſſe.* Quod fuit conf. Barcinonæ 1574. conf. 21. & Romæ 1580. conf. 9. & Venetijs 1592. ord. 9. idem fuit mandatum etiam eorum Socijs hoc modo: *Nec quidquam quouis prætextu à quolibet ſuo ſubdito, quod alicuius valoris, vel momenti ſit; ſpecialiter pro gradibus, vel officijs diſtribuendis, prout concedendis gratijs, aut miniſtranda iuſtitia*

tam

tam ipſi, quàm eorum Socij recipere poſſint.

Idem vetuit omnibus Superioribus, & ſubditis Clemens Papa VIII. in ſua Apoſtolica Conſtitutione *De Largitione munerum Regularibus vtriuſque ſexus interdicta*, quæ in Generali Capit. Valentiæ 1596. celebrato fuit denunciata, & acceptata denunc. 3. atque ibidem ita declarata. *Vt autem innoteſcat Fratribus quibus ex cauſis Prælatorum ſuorum iudicio decernendis, munera iuxta tenorem præfatæ Bullæ elargiri ſecularibus valeant, declaramus vnanimiter, & nemine diſcrepante ex vna trium cauſarum id licere. Prima eſt gratitudo. Secunda conciliatio beneuolentiæ, aut eiuſdem conſeruatio in Ordine, tam ad Religionem, vel Conuentum, vel in ordine ad ſe reſpectu finis boni. Tertia, pietas in Parentes, & conſanguineos, vſque ad quartum gradum incluſiuè. Iuxta prædictam ergo declarationem damus facultatem omnibus Religioſis noſtri Ord. vtriuſque ſexus, vt poſſint dare munera ob prædictas cauſas, quas ſint neveræ, & ſubſiſtentes, Præſidentes Prouinciarum, Conuentuum, & Locorum reſpectiuè indicabunt. Quam facultatem extendimus ad Moniales, quarum Prælati has eaſdem cauſas, an ſint ſubſiſtentes, examinabunt.* Prædicta tamen declaratio ex mandato eiuſdem Clementis VIII. in Capitulo Generali Romano 1601. fuit ita reuocata, prout habetur denunc. 6. *Denunciamus ſeruandam eſſe ad litteram Conſtitutionem S. D. N. Clementis VIII. de largitione munerum vtriuſque ſexus Regularibus interdicta, irritam, & inanem, decernentes ex mandato eiuſdem Sanctiſs. declarationem eiuſdem Conſtitutionis factā in Cap. Valentiæ celebrato an. 1596.* Veruntamen poſtea Vrbanus VIII. Pont. Max. quieti animarum noſtrarum conſulturus præfatæ Conſtit. moderamen appoſuit, cuius tenorem ſupra retuſimus de Abſolut. Prior. Prouincial. num. 5.

De Muſica.

1 MVſicæ in Eccleſijs noſtris rarò fiant; In illis autem noſtri Officij ritus exequatur. Bononiæ 1615. ord. 5. *Diſtrictè præcipimus, conſcientiam Prælatorum aggrauantes, vt muſicæ in Eccleſijs noſtris moderatiſſimæ fiant; neque liceat eiſdem muſicis feriem noſtri Officij contra præſcriptum ordinarij noſtri truncare, vel immutare.*

2 Muſicalia inſtrumenta in cellis non pulſent Fratres à ſecundo ſigno Completorij vſque ad Primam ſub grauis culpæ pœna. Apud Nurimberg. 1405. ord. 9. *Pœnam grauis culpæ facere teneantur pro vice quacunque, qui à 2. ſigno Completorij vſque ad 1. ſignum Primæ cellam alterius intrauerint, vel in quauis cella muſicalibus luſerint inſtrumentis.*

De Negotijs Secularibus.

1 NOn ſe intromittant Fratres noſtri quocunque modo negotijs ſecularium odioſis, ſeu de Principum bellis, ſub pœna carceris. Apud Claromontem 1339. ord. 3. *Cum ſecundum ſententiam Apoſtoli ſeruos Chriſti non deceat litigare, præcipit Magiſter Ord. in virtute S. Obedientiæ de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, ne vllus Frater de cætero quocunque modo, verbo, vel ſcripto ſe de placitis, vel negotijs ſecularibus, ex ſe odioſis, vel litigioſis aliquatenus intromittat, niſi in cauſa multùm vtili, & neceſſaria, eius Priori Prouinciali, vel Conuentuali communicata, nulluſque cuiuſcunque conditionis, aut auctoritatis exiſtat, ſub eodem tenore præcepti de guerris, aut guerrarum negocijs directè, vel indirectè intromittere ſe præſumat; alioquin ex vi præſentis ſtatuti ad pœnam carceris ſe reputet condemnatum.*

2 Neque ſuſcipiant arbitria, commiſſiones cauſarū, nec pignora, ſiue obſides. Pariſijs 1234 ord. 2. *Item* (ſcil. ordinamus) *ne Fratres commiſſiones cauſarū arbitria, ſiue iudicia, nec etiam pignora, ſiuè obſides recipiant, ſed neque per iuriſdictionem Epiſcopalem aliquos coerceant, nec eligant Poteſtatem, nec ducant, ſiuè reducant: & qui contrafecerint grauiter puniantur.*

3 Neque Teſtamentorum exequutionem acceptent. Bononiæ 1252. ord. 6. *Item cum ſecundùm Conſtitutiones Fratres non debeant eſſe diſpenſatores alienarum pecuniarum, & exequutores teſtamentorum, frequenter oporteat facere contrarium, caueant vniuerſi ne executiones teſtamentorum recipiant ſuper ſe vllo modo.*

4 A ſuſcipiendis Legationibus quoque abſtineant. Viterbij 1268. ord. 11. *Item à recipiendis Ambaxarijs, & Legationibus Fratres, quantùm poterunt, ſe ſubtrahant, & excuſent.* Eas tamen quando ſuſcipere neceſſarium erit, non ſuſcipiant ſine Superiorum licentia. Apud Podium 1344. ord. 1. *Cum ſecundùm B. Pauli ſententiam ſpiritualis militiæ Chriſti militem non deceat ſecularibus ſe negotijs implicare: diſtrictione, qua poſſumus, inhibemus Fratribus vniuerſis cuiuſcunque gradus exiſtentibus, ne Ambaſſiatas, vel Legationes quaſcunque gerendas ſuſcipiant ſine ſui Prioris Prouincialis, vel eius Vicarij Generalis licentia ſpeciali, quæ licentia abſque vrgenti, vtili, vel honeſta cauſa medio Prioris Prouincialis, aut ſui Vicarij minimè concedatur, &*

tunc

tunc cum religioſo Socio, maturo prouido, & diſcreto; imponentes Prioribus Prouincialibus, ac Generalibus Vicarijs eorundem ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, vt ipſi pœna grauiori culpæ debita puniant Ambaſciatas, vel alias Legationes ſuper litigioſis negotijs admittentes. Statuentes pœna puniri conſimili omnes, & ſingulos Fratres, qui Legationem, vel Ambaſſiatam ad Romanam curiam ſuſcipere præſumpſerint ſine expreſſa Magiſtri Ordinis licentia petita, & obtenta. De alijs verò Ambaſſiatis, ex quibus nullum poteſt ſuboriri periculum, poterit ſe Frater intromittere, & eas ſuſcipere de ſui Prioris Conuentualis licentia, communicato conſilio diſcretorum, ſi Prioris Prouincialis haberi non poſſit copia bono modo.

5 Commiſſiones factæ à Summo Pontif. Fratribus, Superioribus notificentur. Londonis 1263. ord. 2. *Item quòd quando alicui Fratri fit commiſſio à Papa, non vtatur ea, niſi eam priùs ſuo Superiori oſtenderit.*

6 Nullus ſuſcipiat Vicariam Epiſcoporum, vel Electorum in rebus temporalibus diſtribuendis. Bononiæ 1285. ord. 5. *Item volumus, & ordinamus, quòd nullus Frater fiat Epiſcoporum, vel Electorum Vicarius in rebus temporalibus diſpenſandis.*

7 Neque etiam Matrimonia pertractanda. Burdegalis 1287. ord. 3. *Vide de Matrimonijs num. vnico.*

8 Neque negotia periculoſa, ſeu ardua. Argentinæ 1296. ord. 1. *Cum ex contractu negotiorum ſecularium, & maximè Comitum, & Principum periculum immineat noſtro Ordini, & perſonis, ex eo quòd dum fauor vnius partis quæritur, alterius odium prouocatur. Volumus, & diſtrictè iniungimus Prioribus, & Fratribus vniuerſis, quòd huiuſmodi negotia odioſa, & periculoſa ad tractandum nequaquam aſſumant, nec Priores Prouinciales, nec Conuentuales dent licentiam huiuſmodi negotia aſſumendi.*

9 Neque etiam nouas cauſas litigioſas. Argentinæ 1307. ord. 6. *Item cum ex cauſis litigioſis aſſumptis crebra ſint ſequuta diſpendia, inhibemus diſtrictè Prioribus, & eorum Vicarijs, ac Fratribus vniuerſis, vt nouas cauſas non inchoent abſque Magiſtri, vel ſuorum Prouincialium conniuentia, & licentia ſpeciali.*

10 Neque in ſecularibus lucris, mercimonijs, & alijs huiuſmodi, quæ vitium proprietatis aliquo modo comitantur, aliquis ſe ingerat, aut quęcunq; ſecularium negotia in Tribunalibus pertractare audeat. Romæ 1601. ord. 23. *Ordinamus, & diſtrictè inhibemus omnibus Fratribus noſtri Ordinis, vt neque poſſint ſecularium negotia litigioſa apud quæcumque tribunalia procurare, neque ſe immergentes negotijs ſecularibus mercimonijs aut alijs huiuſmodi, quæ tam proprietatis vitio ſunt vicina, intendant, & maximè nutriendis equis, & alcudis.* Quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conf. 32.

11 Nullus in litigioſo negotio per ſe ipſum compareat ante Iudicem ſecularem, ſed per Syndicum Conuentus. Barcinonæ 1349. ord. 3. *In negotijs litigioſis nullus Frater compareat ante Iudicem ſecularem, ſed hoc fiat per Syndicum, ſeu Procuratorem Conuentus: oppoſitum autem facientes, grauiter puniantur.*

12 Fratres noſtri non iſtent pro impetrandis beneficijs ſuis conſanguineis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 3. quæ fuit inchoata Coloniæ 1245. conf. Pariſijs 1246. & in Conſt. redacta apud Montempeſſulanum 1247.*

De Nomine Frater.

1 NOmen *Frater* omnes Ordinis noſtri profeſſores proprio nomini anteponant. Valliſoleti 1605. ord. 15. *Mandamus omnibus Fratribus, vt conſtitutionem illam obliuioni iam traditam omnino ſeruent, vt videlicet nomen* Frater, *proprio nomini, & cognomini aliorum ſemper præponant dicentes, Pater Frater N. vel P. Magiſter Frater N.*

2 Magiſtri, & Lectores etiam *Fratris* nomine nuncupentur. Pariſijs 1286. ord. 11. *Diſtrictè iniungimus, vt Magiſtri in Theologia nominibus* Fratris, *ſeu nominibus proprijs nuncupentur, ita vt in tabulis chori, vel ſcrutinij, vel Magiſtri, vel Lectoris vocabulo annotentur.*

De Nouitijs.

1 NOuitij ad habitum iam recepti, retineri non poſſunt in aliquo conuentu, vbi non eſt Nouitiorum ſimilium congregatio, cum proprio dormitorio, & Magiſtro, ita quòd alibi non recipiantur, niſi ſtatim mittantur ad huiuſmodi conuentus, in quibus profitebuntur: pro conuentibus tamen, in quibus receperunt habitum, & à quibus conuentibus de veſtimentis prouideri eis debet. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 5. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmata Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518.

2 Debent eſſe in ſingulis Prouincijs determinati Conuentus, in quibus inſtruantur, atque educentur. Salmanticæ 1551. ord. 2. *Mandamus autem RR. Prouincialibus, & Vicarijs quibuſcumque, vt in ſuis Prouincijs, vel Congrega-*

gregationibus ſtatim Conuentus aliquot determinent ſecundùm ſuas nationes, ad quos Nouitij in minoribus Conuentibus recepti tranſmitti, & educari debeant, vbi & ſuo tempore poterunt profiteri; veruntamen non niſi pro ſuis Conuentibus, vbi habitum ſuſceperunt. Idem ordinatum fuerat Brugis 1336. ord. 1.

3 Educentur in Conuentibus principalioribus, in quibus regularis obſeruantia vigeat, & in Nouitiatu ab alijs ſeparato, in quo ſint adminus ſex Nouitij. Salmanticæ 1551. ord. 2. Romæ 1553. conf. 5. ibid. 1558. conf. 11. Auenione 1561. conf. 3. Barcinonæ 1574. cap. *De Nouitijs.* Romę 1580. conf. 33. quod ibid. 1589. Apoſtolica auct. fuit confirmatum ex oraculo viuæ vocis facto à Card. Alexandrino ex Ordine noſtro aſſumpto, prout habetur in admonit. 2. Idem fuit confirmatum Venetijs 1592. conf. 3. Romæ 1608. ord. 8. Pariſijs 1611. conf. 7. Vlyſſiponæ 1618. conf. 3. & tandem Valentiæ 1647. ord. 7. ita ſancitum fuit. *Inhærentes ijs, quæ pluries fuerunt ſancita, ordinamus quòd Nouitij educentur ſolùm in Conuentibus magnis, & vbi viget obſeruantia, & in Nouitiatu ſeorſum vbi adminus ſit regulariter ſenarius numerus Nouitiorum, vel in Prouincijs deſolatis, quaternarius: præcipientes omnibus, & ſingulis Prælatis in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, & graduum, & officiorum priuatione, ne aliquem Nouitium ad profeſſionem admittant, qui iuxta tenorem iſtius decreti non fuerit educatus, & vt intra menſem à collatione habitus Nouitium tranſmittant ad aliquem Conuentum magnum in quo, vt ſupra, religioſè inſtituatur, vbi autem Conuentus pro educandis Nouitijs non ſunt determinati, per Prouinciale Capitulum determinentur.* Qui ergò in Conuentibus paruis ad habitum recipiuntur, infra vnius menſis ſpatium debent ad maiores Conuentus tranſmitti, in quibus cum alijs Nouitijs probè educari valeant. Vnde ex mandato Sixti V. (prout conſtat ex oraculo dato Cardinali Alexandrino, in Capit. Gener. 1589. admonit. 2. acceptato, atque vt obſeruaretur mandato) edito die 22. Auguſti 1588. ita fuit ſancitum. *De cætero Nouitij qui in minoribus Conuentibus habitum Religionis ſumpſerint, ad Conuentus maiores, & religioſos tranſmittantur, vbi in dormitorio comuni cum debita clauſura, & ſaltim in numero ſenario poſſint educari ſub Magiſtro diſcreto, & religioſo. Quòd ſi aliquis Prælatus in poſterum profeſſionem alicuius Nouitij recipere præſumpſerit, qui iuxta tenorem huius decreti non fuerit inſtitutus, & educatus, vel intra menſem (vt dictum eſt) ſcienter Nouitium non tranſmiſerit ad Conuentum, in quo religioſè iuxta dicta inſtituatur, ipſo facto ſit excommunicatus, & à gradu, & officio Ordinis indiſpenſabiliter priuatus.*

4 Nullus ad habitum recipiatur à ſeptuageſima vſque ad octauam Paſche ſi notabilis pars Patrum à conſilij fuerit à Conuentibus ratione prædicationis abſens. Valentiæ 1647. ord. 6. *Vide infra de Recipiendis num. 6.*

5 Natiui Conuentus prouideant de veſtibus Nouitijs alibi educandis. Lugduni 1348. ord. 4. *Item conuentus natiui prouideant de veſtibus Nouitijs in alijs conuentibus educandis.* Et Burgis 1336. ord. 1. ita dicitur. *Mandamus, & diſtrictè iniungimus Fratribus vniuerſis quod attrahendo Iuuenes aptos pro Ordine ſollicitam curam gerant, & ne receptiones aptorum Iuuenum propter eorum paupertatem forſitan omittantur, volumus, & imponimus Prioribus vniuerſis, ac Vicarijs eorundem quatenus de veſtibus, & alijs pro receptione Nouitiorum neceſſarijs promptè, ac ſine difficultate prouideant in hoc caſu.*

6 Maneant in Nouitiatu ab alijs Fratrum cellis ſemoto ſub Magiſtri cura, illiuſque clauis ſemper ſit apud eundem Magiſtrum. *Ex Ordinat. Clementis VIII. quas omnes vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. ex. 6. ſub litt. L.* Vide infra num. 8.

7 Nemini licet domus Nouitiorum clauem habere, excepto Magiſtro, & Pædagogo eorundem. Valliſoleti 1605. ord. 10. *Ad tollenda varia inconuenientia, neminem præter Magiſtrum Nouitiorum, & eorum Pædagogum, volumus habere clauem domus Nouitiorum; nec etiam eorum Lectores, non obſtante quacumque conſuetudine, ſeu potiùs corruptela in contrarium.*

8 Ad Eccleſiam, Chorum, & Refectorium, atque ad alia publica loca omnes ſimul accedant. Romæ 1608. ord. 7. *Nouitij puri, hoc eſt qui intra annum adhuc probationis exiſtunt, in eiuſdem domus Nouitiorum loco ſeiuncto, & ſeparato ſeorſim à ſocietate, & conuerſatione aliorum Nouitiorum, ſeu Iuuenum iam profeſſorum, habeantur, & educentur. Quamuis poſt quàm Nouitius profeſſus fuerit, poterit cum alijs prius Nouitijs in eorum ſocietate, & loco per aliquod tempus (quod tamen annum non excedat) manere, & commorari, ac ſi purus Nouitius eſſet ante quàm ad locum, & ſocietatem aliorum Nouitiorum iam profeſſorum tranſeat. Porrò ad Eccleſiam, Oratorium, Chorum, Refectorium, & ad alia publica loca, cum opus fuerit, tam Nouitij puri, quàm profeſſi, ſeu iuuenes ſimul omnes incedent, & conuenient.*

9 Cum illis Fratres non loquantur. Mediolani 1505. ord. 3. *Nolentes etiam quòd alij Fratres loquantur cum Nouitijs.* Vide infra num. 16.

10 Qui eos in ſuis cellis detinere, vel eorum opera vti præſumpſerint, pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. Romæ 1569. *Vide de Grauiori Culpa num. 34.*

In

Digitized by Google

11 In eorũ educatione ſumma adhibeatur diligẽtia, & quando de vno ad alium conuentum tranſeunt, alicui Patri probatæ vitæ aſſocientur. Romæ 1571. ord. 6. *Item ſuggerente eodem S. D. N.* (ſcilicet Pio V.) *ordinamus, & præcipimus, vt in educandis Nouitijs ſummam adhibeant diligentiam Prælati, & (quod ſæpe ſtatutum eſt) non niſi in magnis Conuentibus inſtituantur, poſt profeſſionem verò nequaquam ad ſtudia mittantur, ſed in regulari diſciplina aliquo tempore permaneant: & quando eos ad remotiores conuentus mitti oportuerit, alicui Patri bonæ exiſtimationis aſſocientur.* Vide de Magiſtris Nouitiorum num. 1.

12 In anno probationis non occupentur in ſtudijs. Romæ 1608. ord. 11. *Nouitij intra probationis annum non admittantur ad ſtudia litterarum, ſed toto illo anno vacent deuotioni, & addiſcendis ceremonijs, Rubricis, Diuino Officio, cantui eccleſiaſtico, Conſtitutionibus, & id genus alijs rebus Ordinis.* Quod fuit confirmatũ Pariſijs 1611. conf. 8. hoc modo. *Confirmamus item, vt Nouitij intra probationis annum non occupentur in ſtudio litterarum, præter quàm linguarum.* Vide infra num. 25.

13 Eorum Lectores in gubernio ipſorum non ſe immiſceant, nec cum ipſis loquantur ſub pœna priuationis officij. In eodem Romano Capit. 1608. & ord. 11. ſuprad. ita ſubditur. *Nouitiorum vero Lectores nullo pacto ſe negotijs, aut gubernationi eorum immiſceant; aut ipſos contra ſuos Magiſtros defendant, aut pœnitentias illis impoſitas impedire procurent. Neque vllo prætextu domos Nouitiorum ingrediantur, nec etiam, cauſa, vel occaſione repetendi lectiones, vel explicandi dubia, ſed iſta omnia fiant in publica ſchola, nec cum eis, niſi in ſchola, & de rebus ad ſtudia pertinentibus, ſine licentia Magiſtri Nouitiorum loquantur. Qui verò contra fecerint, & officio Lectoratus, & voce actiua, & paſſiua priuentur.* Quod fuit conf. Pariſijs 1611. conf. 8.

14 Lectores eorum ſint Patres graues, & modeſti. Venetijs 1592. conf. 8. *Nouitijs poſt primum annum non dentur Lectores, qui non ſint religioſorum morum, modeſti, & graues, qui nihilominus tantummodo cum illis cauſa eoſdem docendi horis ſtatutis, non aliter, nec alias tractare debebunt.*

15 Deputetur eis Viſitator, qui bis in anno eos viſitet. Romæ 1608. ord. 12. *Viſitatorem aliquem deputent Prouinciales, qui bis in anno domos Nouitiorum viſitet, & quæ ad eorum curam expedire nouerit, diligenter ordinet, & prouideat.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 9.

16 Non diſcurrant per Conuentum, ſeu exeant ex illo abſque euidenti neceſſitate. Ita ſubditur in eadem ord. Capituli 1608. ſupradicti. *Præcipientes omnibus conuentuum Præſidentibus ſub pœna abſolutionis ab officio, ne vlla ratione Nouitios, & iuuenes per conuentum diſcurrere permittant, neque è domo egredi, niſi pro euidenti neceſſitate.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 9. Et apud Nurimberg. 1405. ord. 6. mandatur, vt ſtante neceſſitate, ex Conuentibus cum ſolis ſuis Magiſtris exeant. *Vt de Nouitijs atque adoleſcentibus Fratribus, & de nouis plantulis diligens habeatur cura in moribus, & ſtudioſo profectu, ordinamus quod prouideatur eiſdem de Magiſtro competenti, ſufficientique informatore, qui communis ſit cum eis in Choro, in Refectorio, & omnibus alijs locis, dictique Nouitij cum Fratribus alijs, neque alij Fratres cum ipſis Nouitijs loquantur, ſeu conuerſentur abſque licentia Magiſtri Nouitiorum, aut in ſeruitijs à ſtudio retrahentibus quomodolibet occupentur. Quicumque oppoſitum fecerit, pœnam grauioris culpæ incurrat pro vice quacumque. Ad ciuitatem verò cum nullo Fratre alio, quam cum magiſtro ſuo, & tunc pro ipſorum neceſſitatibus licentiari valeant per aliquem Præſidentem inferiorem Prouinciali, caſu neceſſitatis excepto. Quicumque autem Præſidens oppoſitum fecerit, à ſua Præſidentia ſit ſuſpenſus ipſo facto.*

17 Singuli habeant particularem lectum ad cubandum. Lugduni 1536. ordinat. 5. *Item debita inſtructio adhibeatur Nouitijs, qui nullibi bini, vel terni in eodem lecto cubent: ſed ſi cellas ſeorſum habere non poſſunt, ſingulis ſinguli lectuli aſſignentur in vna, vel pluribus cameris.*

18 Non ſunt ſine Patrum Conſilio habitu Ordinis priuandi. Romę 1589. declarat. 8. *Declaramus Priores Prouinciales, vel Conuentuales, aut Magiſtros Nouitiorum non poſſe pro libito ſuo Nouitios exuere habitu noſtri Ordinis, ſine conſilio Patrum, cauſa maturè conſiderata.* Quod fuit conf. Venetijs 1592. decl. 4.

19 Neſcientibus iuxta Grammaticę leges latino ſermone loqui, detur aliquis idoneus Frater, vel ſecularis, qui illos eã doceat. Apud Nurimberg. 1405. ord. 7. *Volumus, & mandamus quòd in qualibet Prouincia, ſeu Natione adminus de vno ſtudio, & magiſtro grammaticæ, Fratre, vel ſeculari prouideatur, ſub quo Fratres Nouitij, & alij Grammaticam diſcere poſſint.*

20 Sub cura Magiſtri Nouitiorum vſque ad Sacerdotium permaneant. *Vide de Iuuenibus num.* 11. Quomodo verò inſtruendi ſint Nouitij, & de quibus rebus, Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. caput. 14. cum ſuis declarat.

21 Antequam ſtabilitatem, & communem vitam promittant, & obedientiam Prælato, & ſucceſſoribus ſuis faciant, tempus probationis eis aſſignetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 2.*

22 Tempus probationis eorum eſt vnus annus completus, qui non poteſt incipere ante annum quintum decimum completum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. C.*

23 Idem probationis tempus poteſt alicui prolongari per ſex tantum menſes, ſi ineptus reperiatur, poſt quos, ſi pariter ineptus fuerit iudicatus, eſt ex Ordine ſtatim eijciendus, prout mandauit Pius V. Pont. Max. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 9. ſub litt. O.*

24 Pſalmodiæ, & Officio Diuino ſtudeant diligenter. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 6.*

25 Inſtruantur in ceremonijs Ord. Rubricis, & cantu eccleſiaſtico. Romæ 1608. ord. 11. (quam vide ſupra num. 12.) quod ita fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 8. *Confirmamus item vt Nouitij intra probationis annum non occupentur in ſtudio Litterarum, præter quam Linguarum, ſed in exercitijs ſpiritualibus deuotionis, addiſcendis ceremonijs, cantu, Regula Conſtitutionibus, &c.* Idem etiam ordinatum fuit Barcinonæ 1574. cap. *De Nouitijs* num. 2. prout dicitur num. ſequenti.

26 Inſtruantur etiam in orationis, ac confeſſionis exercitio. Barcinonæ 1574. cap. *de Nouitijs* num. 2. *Nouitij verò numero non ſint minus quàm ſex, & primùm quidem in orationis modo, & exercitio inſtruantur, in cantu alijſque Ordinis pijs inſtitutis: frequenter confiteri, & communicari iuxta præſcriptum mandetur, & quomodo vtrumque digne perficere debeant edoceantur.*

27 In Epiſtolis D. Pauli addiſcendis, & vitis Sanctorum noſtrorum legendis occupentur etiam. Venetijs 1592. conf. 8. *In anno probationis in ſtudio Artium neutiquam occupentur, ſed intendant ſolummodo, vt diuinum recitare, & ordinare ſciant Officium: Pſalterium, & D. Pauli Epiſtolas memoriter diſcant: quæ nobis per noſtras leges, & Conſtitutiones mandantur, intelligant, & ſpirituales libros, ſpecialiter verò vitas Sanctorum Ordinis noſtri, ſæpe perlegant.*

28 Pro ipſis induendis nihil penitùs recipiatur. Apud Nurimberg. 1405. ordin. 3. *Item vt vitium ſimoniæ in receptionibus Fratrum, & Sororum attentiùs caueant; Præſidentes aduertant, & Priores Conuentuum, quòd non recipiatur pecunia pro prædictis. Nam ſi ex pacto, vel cum exactione, aut cum tali intentione, ſeu conditione quod niſi ſic ſolueretur, non fieret huiuſmodi receptio, quantumcunque ſit modici valoris pecunia, ſiuè paſtus, aut menſalia, vel quæcunque alia, quælibet perſona ſic recipiens per Extrauagantem Vrbani V. eſt ipſo facto excommunicata, nec abſolui poteſt, niſi per Summum Pontificem: Et ſic receptus, ac recipiens ſunt ſimoniaci, & debent expelli de Ordine, atque cogi, vt arctiorem Regulam, ſeu Ordinem intrent, vt habetur Extra de Simonia C. Cum. & tam ipſe Præſidens quàm conſiliarij ſimoniæ labem incurrunt ipſo facto, & debet ſuſpendi à diuinis, & aliàs grauiter puniri, vt habetur eo titulo C. Dilectus C. Veniens. C. Simonia. C. Non ſatis. C. de Regularibus.* Si autem neceſſitas Conuentus id expoſcat, aliquid pro victu tantum, & veſtitu reali accipiatur. Romæ 1608. ord. 10. *In Conuentibus, vbi alij ſolent Nouitij in determinato numero, non recipiatur aliquid pro Nouitio induendo, vel pro tempore probationis, etiam pro victu, & veſtitu, aut quouis alio titulo; ſed vbi neceſſitas adeſt monaſterij poterit quidem iuxta formam Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 16. accipi aliquid pro victu, & veſtitu reali, non autem quidpiam aliud, etiam ſponte oblatum, ſub pœna accipientibus priuationis officij, & vtriuſque vocis, & inhabilitatis ad illud, & ad aliud officium impoſterum obtinendum ipſo facto incurrenda, vltra illam præfixam ibi à Concilio.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 7. & Bononiæ 1564. ſub anathematis pœna idem vetitum fuit Cap. *de Sac. Conc. Trident. decretis.*

29 Ad longinquas partes non mittantur; nec veſtes eorum alienentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. tex. 6.*

30 Si aliqui in prouecta ætate exiſtentes ad Ordinem recepti aliquid ſecum detulerint pro conuentu illud in communi depoſito ſeruetur, nec vllo modo alienetur ante eorum profeſſionem. Bononiæ 1564. Cap. de Sac. Concil. Trid. decretis. *Quod ſi ætatis prouectæ Nouitij ad Monaſterium aliqua detulerint, præcipimus noſtrorum Conuentuum Prælatis, vt ea omnia in communi depoſito ſeruanda reponant, & in libro ad hoc deputato conſcribi faciant, addita ſubſcriptione ipſius Nouitij, & aliorum duorum Fratrum, neque etiam de eius licentia ante profeſſionem expendi poſſint, aut alienari.*

31 Nouitij volentes redire ad ſeculum, liberè permittantur ire redditis ſibi omnibus, quæ ſecum detulerint; nec ſint eis moleſti propter hoc, exemplo illius, qui diſcipulis aliquibus recedentibus, alijs remanentibus dixit: Nunquid & vos vultis abire? *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 8. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 2515. & in Conſtit. redacta Romæ 1518.*

32 In anno probationis Religio eſt libera in expellendo Nouitios ex Ordine, & ipſi quoque ſunt liberi in deſerendo habitum Ordinis: Completo verò probationis anno, ſi nulla eis facta fuerit proteſtatio, nec ipſi exire ex Ordine, nec Ordo ipſos eijcere poteſt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. L.*

Plura alia ad Nouitios ſpectantia vide de Profeſſione, & de Recipiendis, atque eorum Magiſtro.

De

De Obedientia.

1 SI quis per contumaciam, vel manifeſtam rebellionem inobediens Prælato ſuo extiterit, vel cum eo intus, vel foris proteruè contendere auſus fuerit, pœna grauioris culpæ puniatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 1,* Vide ibid. ſub litt. B.

2 Tranſgreſſores præceptorum à Superioribus factorum eadem grauioris culpæ pœna puniantur. *Vide de Grauiori culpa num. 1. & 43. Et in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. A. & hic n. 4.*

3 Eadem pœna plectendi ſunt, qui contra ſuorum Superiorum obedientiam, etiam aliquo dubio exiſtente, auſi fuerint aſſerere ſuos Priores nõ eſſe Priores. Mediolani 1505. ord. 7. *Prohibentes ſub pœna grauioris culpæ, ne quis præſumat propter quodcunq; dubiũ aſſerere Priorem ſui Conuentus non eſſe Priorẽ, aut ab eius obedientia ſe ſubtrahere, donec per Superiores, ſi quid dubium eſt, fuerit declaratum.* Vide de Grauiori culpa num. 4.

4 Omnes Fratres tam Magiſtri, quàm alij quicunque, ſuis Superioribus debitam præſtent obedientiam; qui autem proteruè cum eis contendere, vel verbis illos dehoneſtare auſi fuerint, vel impoſitas pœnitentias facere recuſauerint, pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. Mediolani 1505. ord. 5. *Item quoniam ſubſtantia Religionis in tribus eſſentialibus votis conſiſtit, inter quæ primum eſt obedientia, quæ magis Deo accepta eſt quàm quodcunque aliud ſacrificium; Volumus, & ordinamus quòd omnes Fratres, tam Magiſtri, quàm alij, ſuis Prælatis obediant, & eis debitam reuerentiam exhibeant. Si autem aliquis Frater deprehenſus fuerit alicui præcepto ſui Superioris ſcienter contrafeciſſe, vel proteruè cum eo contendiſſe, vel verbis eum dehoneſtaſſe, vel pœnitentiam iniunctam facere recuſaſſe, aut à correctione, vel præceptis maiorum appellaſſe, vel ſine licentia extra Conuentum per vnum menſem ſtetiſſe, ipſo facto ſit pœna grauioris culpæ ſubiectus.* Et Venetijs 1437. admonit. 5. ita dicitur. *Contemptores autem Prælatorum ſuorum, & Ordinis, gratijs graduatorum priuentur: qui verò tales gratias non habent, pœna grauioris culpę, vel acriùs ſecundùm eorum demerita puniantur.* Venetijs verò 1592. ord. 5. ita dicitur. *Ordinamus ad obedientiam in ſubditis erga Prælatos, & Superiores tuendam, denuonè quatenus opus eſt complantandam, vt immediati Prælati, grauiſſimis etiam adhibitis pœnis, Fratres ſuos obedire cogant mus, ad quæ tenentur, pœnaſque ipſis contumacibus infligant, nec eiſdem eas remittere poſſint, ſed Reuerendiſs. P. Generali, vel AA. RR. PP. Prouincialibus reſpectiuè reſeruentur.*

5 Magiſtro Ordinis vnuſquiſque promptam exhibeat obedientiam nulluſque contra eius mandata inſurgat. Romę 1618. ord. 4. *Vide de Magiſtro Ord. num. 7.*

6 In his, quę ſunt contra diuinam, vel noſtram legem, non tenemur Superioribus obedire; in dubijs autem tenemur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 15. in decl. tex. 1. ſub litt. K.*

7 Quando autem tranſgreſſores obedientię Pręlatorum ſuorum mortaliter peccent, Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 2. ſub litt. E.

De Obſeruantia Regulari.

1 TEnentur omnes, tam Prouinciarum, quàm Conuentuum Pręſidentes verbo & exemplo reformationi ſuarum Prouinciarum, & Conuentuum operam dare, atque regularis obſeruantię incrementum procurare. Bononię 1410. ord. 4. Et Salmanticę 1551. ord. 1. ita mandatur. *In primis ne ordinationes inutiliter multiplicentur, monemus omnes, ac ſingulos RR. Prouinciales, & cæteros Conuentuum Præſidentes, vt (quantùm poſſunt) curent ſuos ſubditos ad veràm formam vitę regularis (iuxta noſtrorum Patrum inſtituta) reuocare: Et exemplo illius, qui priùs cœpit facere, quam docere, non minùs eos doceant exemplo, quàm verbo. Neque ſint (quod primus Eccleſiæ Paſtor docet) veluti dominantes in Clero, ſed forma facti gregis ex animo: Id ſemper prę oculis habentes, quod P. N. ait Auguſtinus, quia Deo pro illis reddituri ſunt in die Domini rationem. Omnibus itaque viribus inſtent manutentioni, & reformationi noſtri Ord. ac ſtudeant, vt ſacrę noſtrę Conſtitutiones in ſuis Prouincijs, & Conuentibus obſeruentur, & circa ea pręcipuè inuigilent, in quibus cognouerint plurimos defeciſſe.* Idem fuit ordinatum Romæ 1601. ord. 5. & Mediolani 1622. admon. 1.

2 Grauiter puniant Superiores tranſgreſſores Conſtitut. noſtrarum. Biſuntij 1303. ord. 3. *Item cum ex negligentia Prælatorum regularis obſeruantia, & ordinationes Capitulorum nimis notabiliter negligantur, iniungimus Prioribus vniuerſis, & Vicarijs eorundem, quod circa obſeruantiam prędictorum, & punitionem tranſgreſſorum curam adhibeant diligentem: qui autem circa pręmiſſa fuerint negligentes, per Priores Prouinciales, & Viſitatores debitè puniantur.*

3 Vt meliùs, ac faciliùs illa promoueatur,

 man-

mandatum eſt Conuentuum Præſidentibus, ne ſe à Chori, Refectorij, aliarumque Communitatum ſequela vllo modo abſentent ſub abſolutionis pœna. Lugduni 1318. ord. 3. *Vide de Abſolut. Priorum Conuent. num. 4.*

Reliqua vide de Conuentibus Obſeruantię, & de Reformatione.

De Officio Diuino.

1 OFficium Diuinum tam nocte, quàm die in omnibus noſtris Conuentibus dicatur diſtinctè, & ſuccinctè. Coloniæ 1428. ord. 1. Apud Nouiomagum 1459. ord. 1. Apud Montempeſſulanum 1456. ord. 1. Auenione 1470. ord. 1. Peruſij 1478. ord. 1. Romæ 1481. ord. 1. Ferrariæ 1498. ord. 1. & vt vno verbo dicam, idem in omnibus ferè antiquis capitulis ſancitum reperitur, prout dictum eſt ſupra de Horis Canonicis num. 3.

2 Ad illud tenentur omnes Fratres noſtri dicendum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in decl. tex. 1. ſub litt. D.* Et Bononiæ 1410. ord. 1. illud omittentibus fuit ſequens pœna impoſita. *Fratres diuinum Officium ommittentes, illud ſedendo ad terram in prandio, vel cœna conuentuali dicere compellantur.*

3 Nullus præſumat diuini Officij ordinem in aliqua re immutare abſque Generalis Capituli conſenſu, ſub pœna grauioris culpæ. Bononiæ 1410. ord. 1. *Nullus autem Frater, vel Conuentus, vel Prouincia aliqua diuinum Officium mutare in aliquo præſumat, cum hoc fieri non poſſit niſi per Capitulum Generale. Quicumque autem contrauenerit, pœnam grauioris culpæ incurrat ipſo facto.* Quod fuit confirmatum Argentinæ 1417. ord. 1.

4 Qui Matutinis de tempore, & de B. Virgine non interfuerint, ſedentes in terra illud dicere compellantur. Romæ 1481. ordin. 1. *Negligentes autem, & remiſſi horis debitis intereſſe grauiùs puniantur, & illi præcipuè, qui matutinas de tempore, vel B. Virgine ex conſuetudine, aut aliàs prætermiſerint, per Præſidentes in refectione publica ad terram comedendo indiſpenſabiliter dicere compellantur.*

5 Ad Completorium omnes, nemine excepto, pergere compellantur. Auenione 1341. ord. 1. *Cum ex deuota ſequela Completorij ſequatur magna recollectio animarum, & reddantur Fratres magis diſpoſiti ad ea, quæ Dei ſunt, deuotionis, & ſtudij ſuo tempore noctis, & diei tempore ſubſequenti; mandamus, & diſtrictè imponimus Prioribus Vniuerſis, ac Vicarijs eorundem, quòd Fratres ſibi ſubiectos compellant cum omni diligentia Completorio diebus ſingulis intereſſe, nulliquè dent licentiam à Completorio remanendi, niſi ex cauſa neceſſaria, & vrgente.* Et licet aliquando fuerit ordinatum, quod Magiſtri ad *Salue Regina* ſaltem, omnes tenerentur accedere, tamen poſtea Romæ 1629. abſolutè fuit confirmata præfata ordinatio Cap. Auenionen. præcipiendo, vt omnes, nemine excepto, ad Completorium accedant, reuocatis quibuſcunque conſuetudinibus in contrarium, ac licentijs conceſſis. Ita enim dicitur conſ. 1. *A Completorio verò, Salue Regina, & Officio Mortuorum nullus eximatur; reuocantes omnem licentiam, & conſuetudinem in contrarium.* Vide infra num. 7.

6 Ad Cœteras etiam horas canonicas ſinguli, exceptis ijs, qui ſecundùm Conſtitutiones noſtras ſunt exempti, debent accedere. Nouariæ 1465. ord. 1. *Ob reuerentiam, quam ad B. Virginem Mariam à prima Ordinis inſtitutione noſtri Patres habere ſoliti ſunt, decernimus, vt in ſingulis conuentibus vbi competens Fratrum numerus reperitur, poſt Completorium Salue Regina, aut alia ipſius Virginis antiphona cum proceſſione extra ſedes chori deuotè, & alta voce cantetur. Hortamur quoque memoratos Præſidentes, vt ſuos ſubditos cuiuſcunque gradus extiterint, compellere debeant, vt huiuſmodi proceſſionibus interſint, necnon matutinali Officio eiuſdem Virginis, à quo, & ab officio cæterarum horarum, & à conuentuali Miſſa nemo habeatur exemptus, niſi decũbens teneatur, vel in Lectionibus, prædicationibus, confeſſionibus, cæteriſque honeſtis exercitijs, ac publicis officijs fuerit occupatus.* Vt autem ſola prædicta Antiphona *Salue Regina* dicatur poſt completorium, fuit hoc modo ordinatum Mediolani 1505. ord. 1. *Ad Completorium ſequitur, Salue, quæ Antiphona ſemper cantari debet poſt Completorium (niſi in ferialibus extra Quadrageſimam) & nulla alia Antiphona dicatur, niſi illa, quæ in reuertendo ad Chorum dici debet.*

7 Et in eodem Capitulo Mediolanen. ord. 2. ita dicitur. *Nec etiam Magiſtri ſunt exempti à miſſis, & funeribus, & proceſſionibus, præſertim à proceſſione, quam ſemper volumus fieri poſt Completorium in Eccleſia laicorum, ſalutando Matrem Dei cum Acolytis; à qua, ſi quis in Conuentu exiſtens defecerit non legitimè impeditus, volumus, quòd in ſequenti prandio indiſpenſabiliter ſit priuatus pictantia. Proceſſio autem ſic fiat: vt poſtquam inchoata fuerit Antiphona* Salue, *Fratres exeant bini, & bini extra Chorum cum debitis diſtantijs, & cum fuerint in medio Eccleſiæ vltra Acolytos, omnes bini, & bini in eodem loco inclinent ante Crucifixum, vel Crucem, quæ eſt in medio Eccleſiæ in pariete, qui diuidit Eccleſiam laicorum à Choro, & facta inclinatione vadant ad loca ſua diſtinctè.* Vt autem ſaltem feſtiuis diebus talis proceſſio vbique indiſpenſabi-

ſabiliter habeatur, ordinatum fuit Barcinonæ 1574. ord. 5. hoc modo. *Antiphona*, Salue Regina, *quæ cum Ordine ortum habuit, in honorem Deiparæ Virginis D.N. in Eccleſia maiori deuota proceſſione vbique decantetur, & hora populis opportuna, idque diebus feſtis nulla ratione prætermittatur.*

8 Vt in fine eiuſdem Antiphonæ adderetur, *O dulcis Virgo Maria*, ordinatum fuit Romæ 1601. ord. 2. *Ordinamus, vt in fine antiphonæ*, Salue Regina *dicatur*, *O dulcis Virgo Maria.*

9 Dum cantantur illa verba, *& Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende*, Fratres genua flectant. Valentiæ 1647. ordinat. 16. *Vide de Genuflexionibus num.* 11.

Cum Ordine noſtro initium habuit hæc deuotio cantandi, *Salue Regina*, quæ ad comprimendos demonum inſultus, vt poſt Completorium canteretur, fuit ordinatum à B. Iordano in ſeptimo Generali Capitulo Ordinis noſtri celebrato Pariſijs an. ſal. 1226. Ita enim habetur in tom. 1. manuſcrip. Actorum Cap. Generaliũ Ordinis. *Cum autem dæmones non ſolùm inuiſibiliter tentando, ſed etiam corporaliter affligendo multipliciter infeſtarent Fratres, ad ſingularem ſpem Mariam potentiſſimam, & piiſſimam confugientes, ſtatuerunt, vt ad honorem eius poſt completorium fieret ſolemnis proceſſio cum Salue Regina, ſtatimque phantaſmata fugata fuere, & vexati curati, & Fratres qui Bononiæ, vt dictum eſt, à dæmone vexabantur, & F. Garſias filius eiuſdem Regis, qui infirmus Pariſijs erat, pleniſſimè libertati ſunt, & ex tunc omnia Ordini proſperè ſucceſſerunt. Hoc exemplo Eccleſiæ multæ prouocatæ, idem ſtatuerunt.* Hæc ibi. Iure ergò merito Paulus Papa V. cuius memoria in benedictione eſt, vniuerſis Chriſti fidelibus, qui præfatæ antiphonæ, dum cantatur poſt Completorium interfuerint, ducentorum dierum Indulgentiam elargitus eſt, prout denunciatum fuit in Capit. Romano 1608. denunc. 6. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in declarat. tex. 3. ſub litt. K. & de Indulgentijs num.* 5.

10 Quando ſequenti die agitur officium de feria, poſt completorium dicantur litaniæ de Sanctis. *Vide de Litanijs num.* 1.

11 Cantetur officium Diuinum in conuentibus noſtris, in quibus eſt ſufficiens Fratrum numerus, in nota, breuiter, diſtinctè, & cum pauſa in feſtis ſimplicibus, & ſupra. Coloniæ 1428. ord. 1. *In primis à Diuino cultu exordium ſumentes volumus, & ordinamus, vt totum Diuinum Officium diurnum pariter, & nocturnum, tam de tempore, quàm de B. Virgine in Conuentibus ſingulis noſtri Ordinis diſtinctè, cum pauſa in medio verſus breuiter, & ſuccinctè dicatur, & in nota Ordinis, ſicut in noſtris Conſtitut. eſt notatum. Statuentes, vt ab officio B. Virginis, quod in nocte dicitur in dormitorio, nullus remaneat niſi magna vrgente neceſſitate. Volentes nihilominus Diuinum officium in domibus noſtris vbi ad hoc ſufficiens Fratrum numerus inueniatur, de die, & in nocte cantari à Fratribus omnibus à feſto ſimplici, & ſupra: ad chorum verò neminem excipi volumus, niſi cauſa corporalis impotentiæ, vel prædicationis, vel ſcholaſticorum actuum, de licentia Præſidentis.* Aduerte tamen Lector, ab anno 1428. quo celebratum eſt prædictum Capitulum Generale vſque ad præſentem 1653. quo hæc ſcribimus, multiplicatas eſſe nimis feſtiuitates Sanctorum ſub feſto duplici, & toto duplici celebrandas in Ordine noſtro iuxta diuerſorum Capitulorum Generalium ordinationes: Imò, & quædam ſine eorundem Capitulorum decreto inſertæ ſunt noſtro Kalendario, etiam priuata auctoritate, vt eſt Feſtum S. Ignatij Confeſs. quod à quodam Vicario Generali elapſis annis, vt in Kalendario noſtro imprimendo apponeretur mandatum fuit. Vnde iure merito in Ordine noſtro cantandi Diuinum officium cum nota in feſtis ſimplicibus & ſupra conſuetudo ceſſauit, hac tantum in ſolemnitatibus retenta.

Plura alia vide in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 1. de Officio Eccleſię, & de Horis Canonicis atque in Rubricis noſtris.

De Officio B. Virginis.

1 Audito primo ſigno ſurgant Fratres, & ſtando dicant Officium B. Virginis pro tempore. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 1. capit. 1. tex. 1. quæ fuit inchoata Bononiæ* 1242. *confirmata Pariſijs* 1243. *& in Conſtitut. redacta Bononiæ* 1244. Nomine verò officij intelligitur Matutinum, prout habetur in decl. eiuſdem Conſt. ſub litt. B.

2 Dicatur Matutinum in dormitorio, cæteræ verò horæ eiuſdē B. V. dicantur in Choro. Barcinonæ 1574. ord. 6. *Vide de Horis Canonicis num.* 4.

3 Dicatur ante Matutinum de tempore, ſicut & reliquæ horæ ante horas de tempore, excepto Completorio, quod poſt Completorium de tempore dicendum eſt. Ita fuit inchoatum Friburgi 1319. confirmatum Metis 1421, & iterum confirmatum Papiæ 1423. vbi conſ. 11. Ita ſancitum eſt. *Officium B. Mariæ Virg. in ſingulis Conuentibus noſtri Ordinis in Choro amodò ante officium de tempore ordinarie dicatur, Completorio, & Matutino dumtaxat exceptis,*

ceptis, quia Matutinnm in dormitorio, Completorium verò poſt officium de tempore more ſolito dici volumus, & mandamus. Subditurqne ibidē. *Et hæ confirmationes pro Conſtitutionibus ſint habendæ, quoniam tria Capitula Generalia eas habuerunt.*

4 Altare ſit in cuiuſcumque Conuentus dormitorio B. Virgini dicatum, ante quod dicatur Matutinum eiuſdem B. Virginis. Barcinonæ 1574. ord. 6. *Vide de Horis Canonicis num. 4.*

5 Nou dicatur alibi ſub pœna abſolutionis ab officijs. Valentiæ 1596. ord. 3. *Ordinamus quod totum B. Mariæ Virg. Mariæ ſpecialis Ordinis noſtri Aduocatæ, & Patronæ officium in choro ſtatutis temporibus dicatur, præter Matutinas, quæ in dormitorio recitari ſolent; & Priores, qui quouis reſpectu Completorium, vel alias horas in quolibet alio loco, etiam publico, non in choro recitari fecerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur.*

6 Tenentur omnes ad dictum officium dicendum conuenire, exceptis ijs, qui ſecundùm Conſtitutiones noſtras ſunt exempti. Nouariæ 1465. ord. 1. *Hortamur quoque memoratos Præſidentes, vt ſuos ſubditos, cuiuſcumqne gradus extiterint, compellere debeant, vt huiuſmodi proceſſionibus* (ſcilicet dum cantatur Salue Regina) *interſint, nec non matutinali officio eiuſdem Virginis, à quo; & ab officio cæterarum Horarum, & à Conuentuali Miſſa nemo habeatur exemptus, niſi decumbens teneatur, vel in lectionibus, prædicationibus, confeſſionibus, cæteriſque honeſtis exercitijs, ac publicis offitijs fuerit occupatus.*

7 Qui ad Matutinum B. Virg. non acceſſerint, ſunt pro ſingulis vicibus puniendi. Auenione 1470. ord. 1. *Matutinæ B. Virginis deuotè dicantur: Qui verò ab eis defuerit, pro pœnitentia prima vice abſtineat à vino; pro 2. ſedeat in terra; pro 3. vice in eadem ſeptimana, ſedeat in terra in pane, & aqua indiſpenſabiliter. In cuius executione caueant Priores ne ſint negligentes.*

8 Dicatur cum pauſa, & diſtinctè, tam nocturnum, quàm diurnum. Coloniæ 1428. ord. 1. *Vide de Officio diuino num. 11.*

9 In ſalnratione Angelica, qua incipiuntur horę officij B. Virginis, addatur in fine IESVS. Romæ 1629. ord. 4. *Ordinamus, vt in exordio horarum Officij B. Virg. verſiculo* Benedictus fructus ventris tui *addatur IESVS.*

10 Sicut horę B. Virg. incipiunt cum ſalutatione Angelica *Aue Maria*, &c. ita cum illa terminentur, excepto Completorio, ad quod ſequitur in choro *Salue Regina* Mediolani 1505. ord. 1. *Volentes quòd in fine horarum B. Virg. ſemper dicatur,* Aue Maria, *niſi poſt Completorium, ad quod ſequitur antiphona,* Salue.

11 Quando feria tertia fit officium de B.P.N. Dominico, ommittatur in Matutinis, & Veſperis officij quotidiani B. Virginis memoria eiuſdem S. Patris N. Barcinonæ 1574. declarat. 6. *Item declaramus quòd quando agendum eſt Officium ferijs tertijs de B.P. Dominico, in Veſperis Sacratiſſimæ Virginis Dominæ N. & in Matutinali officio prætermittatur memoria de ipſo B.P. Dominico.*

12 Dicatur ſemper in choro, exceptis diebus, quibus fit officiū de B. Virgine, in octauis ſolemnibus, in feſtis dublicibus, & ſupra, & certis alijs diebus in rubricis, ſeu ordinario noſtro adnotatis. *Ita habetur in Conſtit. noſtris diſt. 1. cap. 1. in decl. tex. 1. ſub litt. C.* Licet autem Pariſijs 1611. ord. 1. declaratum fuerit dicendum eſſe etiam in feſtis dublicibus, & ſupra, exceptis feſtiuitatibus ipſius B. Virg. SS. Apoſtolorum, Euangeliſtarum, S. Io: Bapt. S. Annæ, S. Mariæ Magdalenæ, S. Martæ, SS. ſex Doctorum Eccleſiæ, Sanctorum Ordinis noſtri, eorum, qui Religiones fundarunt, Patronum locorum; atque denique eorum, quæ ſolemniter celebrantur à populo: hęc tamen declaratio non fuit acceptata in Ordine: vnde neq; in Conſtitut. Barcinonæ 1620. impreſſis, neque in alijs impreſſionibns poſt illam ſubſecutis vlla de ſupradicta declaratione facta fuit mentio, vt videre eſt in eiſdem Conſt. noſt. loco ſuprad.

13 Pius V. Pontifex Sanctiſſimus conceſſit omnibus Fratribus, & Sororibus noſtris officium B. Virg. recitantibus illis diebns, quibus ad illud non tenentur, centum dies Indulgentiæ pro qualibet vice, prout denunciatum fuit Barcinonæ 1574. denunc. 3. & aſſeritur in Conſtit. noſt. loco ſuprad. *Vide de Indulgentijs num. 7.*

De Officio Defunctorum.

1 TEnentur Fratres noſtri ex præcepto ſemel in ſeptimana dicere officium defunctornm, exceptis hebdomadibus octauarum Paſchæ, & Pentecoſtes. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 1. in decl. tex. 1. ſub litt. E.* Quod officium in Capit. Salmanticenſi 1551. fuit impoſitum in recompenſationem vigiliarum trium Lectionum, quæ ſingulis diebus pro defunctis dicebantur. Ita enim habetur ibidem denunc. 4. *Item abſoluimus, tam Chorum, quàm Miniſtros Altaris ab obligatione recitandi vigilias trium lectionum pro mortuis, prout hactenus obſeruatum eſt. Et in recompenſatione pro debito iuſti-*

tia

ſtia, & charitatis ordinaumus, & ita ſeruari volumus, vt nullis feſtis, aut octauis, etiam ſolemnibus obſtantibus (præter octauas Paſchæ, & Pentecoſtes) totum officium pro ipſis defunctis cum nouem lectionibus qualibet hebdomada ſemel ab omnibus, & ſingulis Fratribus, tam in choro, quàm extra exiſtentibus, perſoluatur, & manè ſequenti pro ipſis cantetur vna Miſſa de Requiem ſi non ſit dies multùm ſolemnis, aliàs cantetur miſſa ordinaria cum oratione Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris, &c. *Et cum aliqua proceſſione per clauſtrum, vel per Eccleſiam cum Reſp. vel Reſponſorijs, &c. & hoc inuiolabiliter in omnibus Conuentibus noſtri Ordinis obſeruetur, ſuper quo, tam Prælatorum, quàm Cantorum conſcientias oneramus; qui etiam curent vt tali die, & hora prędicta fiant, quibus omnes poſſint meliùs intereſſe ad quæ omnes, & ſinguli teneantur, etiam Magiſtri, & actuales Lectores, ſuis diſpenſationibus non obſtantibus.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.

2 Ab officio mortuorum in choro dicendo nullus eſt exemptus. Salmanticę 1551. & Romę 1629. confirmat. 4. denunciat. 4. *Vide num. 1. ſupradictum, & de Officio diuino num. 5.*

3 Quando defunctorum officium Dominicis diebus dicitur poſt prandium, non propter hoc eſt Nona ante prandiũ dicenda. Bononię 1564. ord. 10. *Item ordinamus, quòd in Cõuentibus alienari in quibus defunctorum lectiones dominicis diebus dici ſolent, propter hoc hora Nona ante prandium nullatenus dicatur, ſed tempore conſueto.* Et Barcinonę 1574. declarat. 3. ita dicitur. *Item declaramus, quòd quando celebrandum eſt ſacrum de Anniuerſario Ordinis, aut propter matutinale officium defunctorum, vel propter aliud impedimentum, ſi illo die feſtum trium lectionum celebratur, de feſto dicatur ſaltem miſſa conuentualis ſine cantu.* Et ibidẽ in ſubſequenti declarat. 4. ita ſubditur. *Item in diebus quibus celebrandum eſt Ordinis Anniuerſarium, obſeruetur ordinarium, vt eo ſcilicet die fiat officium de feria, & fiat proceſſio per clauſtrum pro defunctis ſemel in hebdomada, cui omnes interſint.*

4 Pius V. Pont. Max. recitantibus officium mortuorum quando non tenentur, quinquaginta dies Indulgentiæ conceſſit, pro vt denunciatum eſt in Capit. Generali Barcinonę 1574. denunc. vltima. *Vide de Indulgentijs num. 7.*

De Officio S. Thomæ Aquinatis.

1 OMnibus quartis ferijs in illis Conuentibus, in quibus Artium, & S. Theologię ſtudium viget, de S. Thoma Angelico Doctore noſtro fiat officium. Barcinonę 1574. capit. *De Studiorum Promot.* numero vltimo. *Item ordinamus, & præcipimus, vt in quolibet Conuentu, in quo viget Studium Generale, omni feria quarta vacante debeant Fratres, tam in choro publicè, quàm extra, priuatim recitare officium de noſtro Angelico Doctore D. Thoma de Aquino, aut memoriam de eodem, ſicut per omnia recitatur, vel fit memoria de B. P. Dominico in tertia feria.* Quod fuit confirmatum Romę 1608. ord. 2. his additis. *Nec propterea quarundem Prouinciarum conſuetudines immutare intendimus, in quibus de alio Sancto Ordinis noſtri ferijs quartis officium agi conſueuit.* Et ita in noſtro Conuentu S. Marię ſuper Mineruam de Vrbe quartis ferijs non impeditis fit officium de S. Catarina Senen. cuius corpus in hac noſtra Eccleſia quieſcit, cum memoria tamen de S. Thoma Aquinate.

2 Vt in Collecta eiuſdem S. Angelici Magiſtri poſt illa verba *Deus qui Eccleſiam tuam B. Thomæ Confeſſoris tui*, adderetur, *Atque Doctoris* ordinatum fuit Romę 1629. ord. 4. *In Collecta S. Thomæ poſt verbum* Confeſſoris, *addatur*, atque Doctoris.

3 Feſtum illius celebretur cum Octaua ſolemni. Ita ſancitum fuit Toloſę 1628. ordinat. 1. *De Sancto Thoma Angelico Doctore noſtro, cuius ſacras reliquias hic præſentes venerati ſumus, & Reuerendiſs. P. Magiſter noſter Generalis ex anguſtiori loco in Eccleſiam hanc noſtram, & in Arcam nouam argenteam, auro contextam, elegantique opere confectam ſua manu tranſtulit, Octaua ſolemnis in toto Ordine celebretur, cum duabus lectionibus de tempore Quadrageſimali Homilię currentis.*

De Oratione Mentali.

1 ORatio mentalis ſingulis diebus bis in publico Choro habeatur à Fratribus noſtris, vna vice ſemper poſt Completorium, al-

Digitized by Google

altera verò poſt Nonam æſtiuo tempore, hyemali autem poſt Matutinum. Valentiæ 1647. ord. 2. *Quoniam, vt ait Apoſtolus 1. Tim. 4.* Corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt: *præſtat verò mentem ad pias in Deum affectiones habendas, & fouendas exercere; Vnde Caietan. 2.2.q.83.art.12.* admonebnt, quòd errant, qui numerum ror vocalium orationum propsiarum explendum quotidie præponunt meditationibus, & osationibus mentalibus; relinquunt namque finem propter ea, quæ ſunt ad finem. *Propterea hortantes omnes, vt meditationibus diligenter vacent, confirmamus quod Bononiæ 1564. Romæ 1571. & Barcinonæ 1574. ordinatum fuit, vt bis in die, ſcilicet poſt Completorium, & hybrrno tempore poſt Matutinum, æſtiuo verò tempore poſt Nonam ad minus per quadrantem horæ habeatur Oratio mentalis: volentes quòd Priores, qui in hoc fuerint negligentes, ſeuerè puniantur; hortantesque omnes in Domino, vt ſanctam illam conſuetudinem in aliquibus Prouincijs maximo cum fructu excultam ſtatagant introducere, vt ſcilicet Fratres aliquibus diebus ſe recolligant, & meditationibus pijs ſe ad perfectiorem vitæ puritatem diſponant.* quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. vlt.

2 Vt Fratres in præfata oratione mentali, quæ fit in choro, perſeuerarent per ſpatium ſeptem Pſalmorum, ordinatum fuerat Mediolani 1505. ſic enim ord. 1. dicitur. *Et poſt Completorium Fratres ſtent in oratione per ſpatium ſeptem Pſalmorum.* Vt verò in eadem oratione, quæ fit poſt Completorium per ſpatium mediæ horæ perſeuerarent, mandatum fuit Romæ 1569. ord. 3. hoc pacto. *Ordinamus, & obſeruari omnino volumus, vt poſt completorium toto anni tempore Fratres ſtent in choro in communi oratione per ſpatium vnius mediæ horæ, vel circa;* Vt ſaltem per quadrantem talis Oratio eſſet habenda, ordinatum fuit poſtea in ſubſequenti Capit. Romano 1571. ord. 2. hoc modo. *Item poſt Completorium, & poſt Nonam, vel Matutinas de more noſtri Ord. ſemper habentur oratio priuata, quæ vt minimum per quartam horæ durare debent; in quo ſi ſacile Prælati diſpenſauerint, à Prouincialibus, & Viſitatoribus corripiantur.* Vt autem per tertiam partem horæ vtraque oratio perſeueret, ſancitum eſt vltimo loco Romæ 1650. decl. 16. *Et vniformitate noſtræ Religionis in oratione mentali poſt Completorium, & Matutinas, vel Nonam pro tempore facienda, cuius ſpatium, ſiue duratio variè à varijs quondam Capitulis (vt Mediolanenſi 1505. Romano 1569. Barcinon. 1574.) taxata, ac præſinita fuit; Declaramus, eam vbique ad tertiam vnius horæ partem ad minus durare debere, idque ad clepſydram huic vſui peculiariter adaptatam; neque eſſe in arbitrio, vel poteſtate illius, qui choro tunc præeſt, quod ſpatium hoc ſine vera neceſſitate vnquam abbreuiet.*

3 Puniantur Prælati, qui ſupra præfixum tempus præfatæ orationis diſpenſauerint. Romæ 1571. ordin. 2. *Vide in antecedenti numero 2.* quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 16.

4 Vt annua decem dierum recollectio in illis Conuentibus, in quibus iam introducta eſt, futuris temporibus obſeruetur. Romæ 1650. ita ſancitum eſt conſ. 4. *Inſiſtentes ſancto dictamini, quo tum Reuerendiſs. bonæ mem. P. Fr. Nicolaus Rodulphius, tum ex eodem nuperrimum Valentinum Capitulum vniuerſo Ordini ſaluberrimum illud exercitium annuæ per decem dies inſtituendæ recollectionis, tam ſollicitè inculcauit, ille quidem litteris an. 1630. ad omnes Prouincias datis hoc tenore.* Recollectionem verò decem dierum iuxta formam præſcriptam in Bulla Pauli V. noſtris Conſtitutionibus recentioris editionis adiunctam Cap. de Indulgentijs, ſaltim ſemel in anno de licentia Superiorum ab vnoquoque opportuno tempore captandam, vtpote ad renouationem, & fomentum ſpiritus apprimè neceſſariam, ſummopere commendamus, &c. *Iſtud verò ord. 2. his verbis.* Sanctam illam conſuetudinem in aliquibus Prouincijs maximo cum fructu excultam ſatagant introducere, vt ſcilicet Fratres aliquibus diebus ſe recolligant, & meditationibus pijs ſe ad perfectiorem vitæ puritatem diſponant. *Eandem conſuetudinem toto virium impendio confirmamus vbicunque introducta eſt, ſicut illam in plurimis plerarumque fermè Prouinciarum religioſioribus vtriuſque ſexus cœnobijs inæſtimabili animarum profectu, & charitatum lucro iam vigere mira cum voluptate reſciuimus. Vbi verò hac non dum forſitan locum inuenit, accurent tam Prouincialium, & Congregationum, quàm Conuentuum, ac locorum Superiores, vt vniformitatis ſaltim, ſanctæque æmulationis ſtudio quantocyus introducatur, & inualeſcat, nec patiantur ſubditos ſuos emolumentis, ac ſolatijs tanti theſauri (cuius forſitan dum ignoti minor eſt apud aliquos cupido) miſerrimè priuari.*

De Ordinandis.

1 Neque Priores, neque quicumque alij Conuentuum Præſidentes poſſunt mittere Fratres ad eccleſiaſticos Sacros Ordines ſuſcipiendos ſine Prouincialis facultate. Apud Nurimbergam 1405. ord. 2. *Ordinamus per præſentes, quòd nullus Præſidens poſſit quemcumque Fratrem pro aliquo dictorum Sacrorum Ordinum ſine licentia Prouincialis, vel Vi-*

Vicarij præſentare, quæ etiam non ſufficiat, niſi habuerit legitimam ætatem ſecundum iura. Baſileæ autem 1473. excluſis à tali auctoritate Vicarijs Prouincialium, præfata licentia concedenda ad Magiſtrum Ordinis, & Prouinciales tantùm fuit coarctata, hoc modo. *Nullus deinceps promoueatur ad ſacros Ordines, niſi de licentia Magiſtri Ordinis, vel ſui Prouincialis*. quod fuit confirmatum Lugduni 1536. Innouatione vnica. *Innouamus quòd nullus Frater in noſtro Ordine promoueatur ad Ordines ſacros iuxta noſtrarum ſeriem Conſtitutionum, niſi de conſenſu R. Prouincialis, qui neminem habeat promouere, niſi fuerit certificatus de ætate, moribus, & grammatica ſufficienti; & niſi præſentetur à Priore, & Conſilio Patrum*. Et in Monte Peſſulano 1294. ord. 2. hoc idem vetitum fuerat Supprioribus, & Vicarijs. *Vide de Recipiendis num. 3. & de Supprioribus num. 26. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 11. ſub litt. X.*

2 Qui ſine Ordinis licentia fuerit ordinatus, ipſo facto ſit addictus carceri ad minus per quatuor menſes, ibidem ſecundùm arbitrium Prælati pœnis alijs puniendus, & poſtmodùm non permittatur exequi Ordines ipſos ſine licentia Magiſtri Ordinis. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4. quæ fuit inchoata Neapoli 1515. Confirmata Romæ 1518. & Conſtitut. redacta Valliſoleti* 1523. Vide ibid, ſub litt. H.

3 Qui in apoſtaſia fuerit ordinatus, vel poſt excommunicationem diuina celebrare præſumpſerit in ea, executione officij perpetuò carebit, niſi forte poſtea ita religiosè conuerſatus fuerit, vt cum eo auctoritate Sedis Apoſtolicæ diſpenſetur. *Ex Conſtitut. noſtris loco ſupradicto, quę fuit pariter in eiſdem Capitulis ſancita.* Vide ibid. ſub litt. G.

4 Nouitij ante profeſſionem non ordinentur. *Ex Conſt. noſt, diſt. 1. cap. 14. tex. 6.*

5 Neque etiam Iuuenes cantum eccleſiaſticum ignorantes, ſeu Eccleſiaſticum officium dirigere neſcientes. Barcinonę 1574. ord. 18. quod fuit confirmatum Romæ 1580. conf. 19. *Confirmamus quòd Priores non poſſint ad ſacros Ordines mittere Iuuenes, niſi de more Ordinis in officio Eccleſiaſtico, diuinoque cultu, & in cantu fuerint ſufficienter inſtructi*.

6 Neque etiam fugitiui, ſub pœna abſolutionis ab officijs Conuentuum Præſidentibus infligenda, ac grauioris culpæ. Romæ 1518. ord. 5. *Vide de Fugitiuis num. 7.*

7 Eadem grauioris culpæ pœna ſunt plectendi qui hoſpites, vel Fratres non ſibi ſubditos ad ſuſcipiendos illos miſerint. Ianuæ 1513. declarat. 11. *Vide de Grauiori Culpa num. 36.*

8 Nullus audeat præbere conſenſum, vel fauorem, ad hoc, vt aliquis ante ætatem à Iure determinatam promoueatur. Bononię 1410 ord. 3. *Item pręcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ Fratribus noſtri Ordinis vniuerſis, quatenus nullus Frater conſenſum præbeat, vel fauorem, vt aliquis promoueatur ad ſacros Ordines ante ætatem legitimam à Iure ſtatutam, cum taliter conſentientes, fauentes, & promoti grauiſſimas cenſuras, & pœnas à Iure illatas incurrant*. Et Romæ 1589. inter ordinationes Apoſtolica auctoritate editas ita mandatur ordinat. 3. *Item ſub eodem formali præcepto, eademque excommunicationis latæ ſententiæ pœna ordinamus, & pręcipimus, vt Prælati neminem mittant ad Ordines, niſi priùs ſcriptura approbata, & fidem faciente iuridicè illis conſtiterit eum legitimam ætatem habere iuxta Sac. Concilij Tridentini decreta. Si verò poſt Conſtitutionem S. D. N. Sixti V. contra malè promotos aliquem ante legitimam ætatem ad Ordines acceſſiſſe repererint, in cenſuras, & pœnas in eadem Conſtitutione ſtatutas incidiſſe declarent*.

9 Qui non fuerint moribus, & ſcientia præditi, non mittantur ad ſuſceptionem eorum. Romę 1501. ord. 21. *Item mandamus vniuerſis, & ſingulis Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, vt circa inſtructionem, & informationem Iuuenum curam adhibeant diligentem ne tempus ammittant, ſed in diuino officio, & moribus, & ſcientia inſtruantur, nec exponantur diſcurſibus, & euagationibus, ſed ſolùm in lectionibus, & alijs ſpiritualibus exercitijs occupentur; nec promoueantur ad ſacros Ordines niſi per Prælatos ſuos de conſilio diſcretorum fuerint approbati, & niſi habuerint legitimam ætatem, & fuerint bonis, & honeſtis moribus ornati, & in grammaticalibus, & cæteris, quæ ad eorum officia pertinent, competenter inſtructi*. Et Romæ 1589. inter ordinationes Sixti V. auctoritate ſancitas ord. 2. ita dicitur. *Item ordinamus, & ſub eodem formali præcepto, eademque excommunicationis latæ ſententiæ pœna præcipimus omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Prælatis, vt non mittant quempiam ad Ordines, niſi probatæ ſit vitæ, & bonorum morum, ac in litteris ſufficienter inſtructus, & præſertim niſi diſtinctè, & clarè legere ſciat, & ea, quæ legit, benè intelligat, vt ſupra dictum eſt. Quicumque verò aliquos Ordines ſacros ſuſceperunt, & diſtinctè legere neſciunt, præſenti decreto interdicuntur, ac prohibentur, ne in ipſis Ordinibus miniſtrent quoadusque didicerint: Præcipientes omnibus Prælatis ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, ne eos interim miniſtrare permittant: dedecet enim ſummoperè, vt huiuſmodi ignari publicè in Eccleſiaſticis fungantur muneribus, cum id ſine ſecularium admiratione, & ſcandalo fieri nequeat*.

10 Examinentur, & per vota ſecreta approbentur. Valentiæ 1596. declarat. 1. *Declaramus ordinationes aliàs factas de approbatione admittendorum ad audientiam confeſſionum,*

Digitized by Google

vel promotione ad gradus, & conſimiles, per vota ſecreta, præmiſſo examine facienda, intelligi etiam de approbatione eorum, qui ad ſacros Ordines ſuſcipiendos mitti debent, ita vt vbi examinati iſti fuerint, ſecrete vota ſua dent Examinatores, quibus tam quoad litteras, quam quoad mores iuxta merita approbent, vel reprobent eoſdem. Quod fuit confirmatum Romæ 1601. confirmat.5. & Valentiæ 1647. ordinat.6.

11 Nullus ordinetur in Subdiaconum, niſi ſciat Grammaticam, ita quòd ſciat latinè loqui, & ſcribere abſque falſa latinitate: & ſi eſt Subdiaconus, non fiat Diaconus: ſi eſt Diaconus, non fiat Sacerdos. Prælatus autem quilibet exponens aliter aliquem, abſoluatur in pœnam ab officio, & per triennium omni officio Ordinis priuetur. *Ex Conſt. noſt. diſt.2. capit.14. tex. 11. quæ fuit inchoatu Ianuæ 1513. confirmat. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta 1518.*

12 Quoad ætatem verò Ordinandorum, hæc Bononiæ 1564. Capit. *De Sac. Concilij Trident. decretis* fuere ſancita. *Denunciamus omnibus Fratribus noſtris, Priuilegia olim circa promouendorum ætatem Ordini noſtro conceſſa à S. Synodo reuocata eſſe. Nullus itaque in poſterum ad Subdiaconatus Ordinem ante vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimum tertium, ad Præsbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur, & nihilominus ſtatuta alia de vita, moribus, ac ſcientia ordinandorum inuiolabiliter obſeruentur. Poſt ſuſceptionem verò minorum ordinum nemo intra annum ad maiores promoueatur, nec Subdiaconus infra alterius anni ſpatium ad Diaconatum aſcendat, niſi ea ſit neceſſitas miniſtrorum, quæ Patrum Conſilio iudicetur ſufficiens cauſa, vt aliter fiat, & ordinaturo Epiſcopo etiam referatur.* Et antea in Capitulo Salmantino 1551. renunciata fuerant omnia priuilegia in fauorem ordinandorum infra vigeſimum quartum annum ad Sacerdotium promouendorum, denunciat. 16. hoc modo. *Item denunciamus nos renunciaſſe omnibus Priuilegijs, præſertim Minimorum, in quantùm tangunt auctoritatem de audiendis confeſſionibus Fratrum in præiudicium Prælatorum, & auctoritatem Prælatorum in promouendis Fratribus ad Sacerdotium infra vigeſimum quartum annum completum: inhibentes omnibus Prioribus, etiam Prouincialibus, ne ante dictum terminum à iure poſitum exponant quenquam ad Sacerdotium.* Iuxta Priuilegia autem Apoſtolica ante Sac. Concilij Tridentini decreta Magiſtri Ordinis noſtri cum ſibi ſubditis Fratribus diſpenſabant, vt vigeſimo ſecundo anno completo ad Sacrum Sacerdotij Ordinem promouerentur, vt in illorum Regeſtis apparet, in quibus peculiares §. §. pro huiuſmodi Ordinandis conſtituti emicant.

13 Ordinandi in Subdiaconũ præter ætatem à S. Concilio Trident. determinatam, habeant tres à profeſſione completos annos; in Diaconos, quatuor; & in Sacerdotes, quinque. Valentiæ 1596. ordinat. 9. *Ordinamus, quòd nullus ad ſacros Ordines ſuſcipiendos mitti poſſit, niſi ad minus tres annos habeat completos à profeſſione; ad Diaconatum, niſi quatuor; ad Sacerdotium verò, niſi quinque.* Quod fuit confirmatum Romæ 1601. confirmat.7. hoc modo. *Confirmamus illam, quòd nullus ad ſacros Ordines ſuſcipiendos mitti poſſit, niſi ad minus tres annos habeat completos à profeſſione: ad Diaconatum, niſi quatuor: ad Sacerdotium verò, niſi quinque; quam ordinationem intelligimus in Prouincijs, & Conuentibus, vbi ſunt plures Fratres, debere obſeruari: in alijs autem meliori modo, quo poteſt, obſeruetur; ita ſanè vt R. P. Prouincialis cum aliquibus poſſit diſpenſare, ſi ſibi conuenieus videatur.* Romæ autem 1608. ordinat. 14. quoad ordinandos in Sacerdotes ita ſancitum fuit. *Ordinamus, vt nullus in poſterum Sacerdotio initietur, niſi poſt expletos quatuor annos à profeſſione. Si tamen neceſſitas occurrerit ob penuriam miniſtrorum, aut alia legitima cauſa; Prior Prouincialis de conſilio Patrum poterit cum aliquibus diſpenſare, vt ante prædictum tempus Sacerdotio ordinetur.* Idem fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf.9.

14 Promoti ad Ordines habeant litteras teſtimoniales ſuarum ordinationum, vel ab ordinante Epiſcopo, vel à Superiori Conuentus, vbi ordinati fuerint. Ianuæ 1513. ord. 3. *Item ordinamus quòd quilibet ordinatus habeat litteras teſtimoniales, vel ab Epiſcopo ordinante, vel Præſidente loci vbi eſt ordinatus, eum ſubſcriptis teſtibus, qui ordinationi interfuerint: quod ſi non fecerint, non permittantur exequi in ſuſceptis ordinibus.* Quod fuit confirmatum Neapoli 1515. ord.7. & Romæ 1518. ordinat. 3.

15 Non poſſunt Prouinciales mittere aliquem ad ſuſcipiendos Ordines, niſi in ſua Prouincia; nec Priores, niſi in ſuo Conuentu fuerit aſſignatus, ſub pœna abſolutionis ab officijs. Ianuæ 1513. decl. 11. *Vide de Abſol. Priorum Prouincial. num.41.*

De Ordinationibus Capitulorum.

1 Poſſunt Capitula Generalia, & Magiſter Ordinis facere ordinationes, ſeu admonitiones (hoc enim nomen admonitio pro Ordinatione in antiquis Capitulis vſurpaba-

pabatur) quæ perpetuò durabunt, quouſque fuerint reuocatæ, & poterunt ſecundùm ipſas Prælati corripere Fratres, atque etiam in illis ex cauſa rationabili diſpenſare. *Ita habetur in Prologo Conſtitutionum noſtrarum ſub litt. P.*

2 Ordinationes, tam Capitulorum Generalium, quàm Magiſtri Ordinis quoad vim præcepti, & cenſurarum eccleſiaſticarum cum ipſis expirare volumus: vita verò Capituli vſque ad ſequens Capitulum intelligitur, & cætera, quæ continentur in Prol. Conſt. noſt. tex. 9. fuere inchoata Ianuæ 1513. approbata Neapoli 1515. & in Conſtitut. redacta Romæ 1518.

3 Prælati omnes à multitudine præceptorum, & ordinationum abſtineant, ne laqueum animabus ſubditorum iniiciant, nec propter defectum vnius, vel paucorum, quem, vel quos non audent corrigere, communitatem inuoluant. *Ex tex 10. eiuſdem Prologi facto in ſupradictis Capitulis Ianuen. Neapolit. & Romano.*

4 Ordinationes Capitulorum Generalium obſeruandæ ſunt ab omnibus; neque eſt in poteſtate Prouinciarum acceptare Acta, ſeu Ordinationes eorundem. Pariſijs 1611. admonit. 2. Vlyſſiponæ 1618. admonit. vlt. & Mediolani 1622. admonit. 5. *Vide de Actis Capitul. General. num. 5.*

5 Ordinationes, & præcepta facta à Viſitatoribus perſeuerant durante auctoritate eorum, à quibus miſſi ſunt; Valliſoleti 1605. declarat. 1. *Declaramus ordinationes, & præcepta à Viſitatoribus facta manere in ſuo robore durante auctoritate eorum, à quibus miſſi ſunt.*

6 Ordinationes omnes à Protectoribus, Magiſtris Ordinis, Viſitatoribus, & quibuſcumque alijs factæ, atque Apoſtolica auctoritate roboratæ ex Vrbani VIII. indulto ad terminos Conſtitutionum noſtrarum, atque ordinationum fuerunt redactæ Romæ 1629. denunciat. 3. *Item denunciamus placuiſſe S.D.N. Vrbano Papa VIII. ſpecialibus fauoribus, & gratijs noſtrum Ordinem proſequi ad inſtantiam Magiſtri Ordinis, & Capituli concedere litteras Apoſtolicas in forma Breuis tenoris ſequentis. Videlicet.* A tergo dilecto filio Nicolao Rodulfio Magiſtro Generali Ordinis Fratrum Prædicat.

Vrbanus Papa VIII.

Dilecte fili ſal. & Apoſt. benedict.

Cum ſicut nobis nuper exponi feciſti celebratio Capituli Generalis iſtius Ordinis Fratrum Prædicat. in quo eiuſdem Ordinis Magiſter Generalis electus fuiſti, vt multa pro fœlici ipſius Ordinis gubernio iuxta ſolitum componantur, continuet: & propterea multa, quæ iuxta temporum exigentiam ordinata, & per tuos in huiuſmodi Generalatus officio Prædeceſſores, ſeu eiuſdem Ordinis apud hanc Sanctam Sedem Protectores, ſeu Viſitatores, aut Commiſſarios cum eiuſdem S. Sedis participatione, & auctoritate publicata fuerunt, vel reuocanda, vel limitanda, ſeu ad terminos Conſtitutionum dicti Ordinis reducenda ſint: ideoque pro parte etiam dicti Capituli nobis humiliter ſupplicari feceris, &c. Supplicationibus tuo, & dicti Capituli nominibus nobis per te ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: Tibi vt in continuatione Capituli Generalis huiuſmodi omnia, & ſingula, quæ, vt præfertur, iuxta temporis exigentiam ordinata, & per tuos in huiuſmodi Generalatus officio Prædeceſſores, ſeu Protectores, aut Viſitatores, ſeu Commiſſarios præfatos publicata fuerunt, & quæ pro fœlici eiuſdem Ordinis gubernio, vel reuocanda, vel limitanda, ſeu vt præfertur, ad terminos præfatarum Conſtitutionum Ordinis reuocanda erunt, reuocare, limitare, vel prout præfertur, reducere poſſis, & valeas Apoſtolica auctorit. tenore præſentium, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impartimur. Non obſtant. præmiſſis, ac quibuſuis Conſtitutionibus, &c. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub anulo Piſcat. die 4. Iunij 1629. Pontificat. noſtri anno VI.

M. A. Maraldus.

Pro fœlici igitur noſtri Ordinis gubernio, & vt faciliori remedio conſcientijs Fratrum noſtrorum conſulere poſſimus, auctoritate, & facultate Apoſtolica nobis, vt ſupra, conceſſa, omnes, & ſingulas ordinationes auctoritate Apoſtolica roboratas, tam pro toto Ordine, quàm pro particularibus Prouincijs, & Conuentibus à Magiſtris Ordinis, Protectoribus, Viſitatoribus, ſeu Commiſſarijs Apoſtolicis hucuſque editas, & publicatas, ad terminos Conſtitutionum, & ordinationum noſtri Ordinis reducimus, & ita limitamus, vt in poſterum vim quidem ordinationum (non autem auctoritate Apoſtolica roboratarum, & publicatarum) obtineant, ac proinde in eis, catumque cenſuris, & pœnis Magiſter Ordinis, eiuſque ſucceſſores pro tempore, ſeu illi, quibus ab ipſis commiſſum fuerit, ſicut in cæteris omnibus noſtri Ordinis Conſtitutionibus, & ordinationibus ex rationabili cauſa diſpenſare, & abſoluere poſſint, & valeant.

6 In ſingulis Conuentibus habeatur liber, in quo Capitulorum ordinationes apponantur. Apud Lemouicas 1334. ord. 6. *Imponentes inſuper Prioribus Prouincialibus, quòd per ſingulos Conuentus ſuarum Prouinciarum faciant fieri librum, in quo omnes ordinationes, & præcepta ſingulorum Generalium, & Prouincialium Capitulorum ſuæ Prouinciæ integraliter conſcribantur.* Vide in Prol. Conſt. noſt. in declarat. tex. 8. ſub litt. Q.

Digitized by Google

7 Diligenter obſeruentur omnes, & maximè illæ, quæ ad honeſtatem, & vtilitatem Ordinis ſpectant. Florentiæ 1281. ord. 4. *Ad Fratrum conſcientias aſſecurandas ordinamus, quòd huiuſmodi admonitiones* (nempe Capitulorum Generalium) *more ſolito in quaternis ſcribantur, & diligentius obſeruentur; illæ præſertim quæ certam cauſam honeſtatis, vtilitatis, vel neceſſitatis continere videntur, idcoque declarationem de hoc in Cap. Generali Oxoniæ celebrato factam, præſentibus reuocamus.*

8 Quater in anno adminus legantur publicè in quolibet Conuentu. Treueris 1289. ord. 4. *Item monemus, quòd admonitiones, & ordinationes Capitulorum Generalium, & Prouincialium quater in anno adminus in quolibet conuentu legantur, & diligentiùs obſeruentur, & Viſitatores inquirant, & corrigant transgreſſores.* Vide in Prol. Conſtit. noſt. in decl. tex. 8. ſub litt. Q.

9 Transgreſſores earum puniantur à Superioribus ſuis. Metis 1298. ord. 6. *Item vt ea, quæ in Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis ordinata fuerunt, meliùs obſeruentur, iniungimus, Prioribus, & eorum Vicarijs Generalibus, quòd ſemper admonitiones Capituli Generalis, & Prouincialis immediatè præcedentis, adminus ſemel in menſe coram Fratribus in menſa legi faciant, & diligentiùs puniant transgreſſores.*

10 Illæ, quæ ad Fratres Conuerſos ſpectant, ab eorum Magiſtro illis ſaltem quater in anno exponantur. Palentiæ 1291. ordinat. 2. *Item Conſtitutiones, & admonitiones, & ſi non omnes, tamen illæ, quæ magis competunt Conuerſis, ſaltem quater in anno per Magiſtrum Conuerſorum, vel alium Fratrem, exponantur eiſdem.*

De Organis.

1 ORganorum vſus eliminatus fuit ab Ordine noſtro, non autem a Conuentu Bononienſi propter reuerentiam S.P. Noſtri. Ferrariæ 1290. ord. 17. *Item inhibemus ne in Conuentibus, noſtris organa, aut duæ campanæ ſimul ab horas pulſentur, præter quàm Bononiæ, vbi ob reuerentiam B. Dominici P.N. hoc permittatur, ita tamen quod hoc cum decentia, & honeſtate debita obſeruetur.* Quia autem Eccleſiaſticus vſus iam obtinuit, vt organa ad ſolemnitatem diuini cultus ſpectent; ideo permiſſa fuere in Eccleſijs noſtris, hoc tamen appoſito moderamine. Neapoli 1515. ord. 2. *In Conuentibus in quibus pulſantur organa, infraſcripta moderamina ſeruentur.*

Primò, vt non permittantur vllo pacto vanitates ſeculares ſonari, tum quia ſonus in organis hodie eſt pars ſolemnitatis diuini cultus, cui prophanum, ſeu vanum aliquod admiſceri conſtat ſuperſtitioſum eſſe; tum quia ſicut ſecundùm ſacros Canones cantus ſecularis eſt inhibitus in Eccleſia, ita & ſecularis ſonus, licet vtrumque ad ſacram materiam poſſit applicari.

Secundò, vt quandocunque contigerit in organis pulſari aliquid, in quo Fratres ſolent inclinare, vt ſunt. Gloria Patri, &c. *& fines hymnorum, &* Suſcipe deprecationem noſtram, *& ſimilia, Cantor ſine nota alta voce moroſè dicat illud, & dum à Cantore dicitur omnes inclinent, & hoc, vt ſimul & vniformiter fiant inclinationes ab omnibus.*

Tertio, quando Antiphona aliqua, Reſponſorium in Miſſa, Offertorium, & Poſtcommunio pulſatur in organis, Cantor alta voce, & moroſè illud dicat in perſona totius chori, & hoc vt omnes ſimul audiant.

Quartò, quando hymnus, vel Canticum incboari debet ab organis, Cantor incipiat primam lineam illius verſus: verbi grat. *Cantor in choro cantando hanc lineam,* Aue maris ſtella, *& organum ſubſequatur illum verſum, & ſimiliter incboet in,* Magnificat, *ly* Magnificat, *& organum ſubſequatur illum verſum, & ſic de alijs; & idem in Veſperis Paſchalibus, ita quod Cantores incipiant illam dictionem* Kyrie eleiſon, *& organum illum ſubſequatur, & hoc pro deuotione populi, vt intelligendo, quod incboatur, aſſurgat.* Iſte autem mos incipiendi Veſperas die Reſurrectionis Dominicæ cum *Kyrie eleiſon* fuit in Ordine poſtmodum abolitus, atque ordinatum, vt veſperæ illius ſolemnitatis incipiantur cum *Deus in Adiutorium meum intende*, vt fit in alijs feſtiuitatibus, & hoc ad conformandum nos cum Romanæ Eccleſiæ ritu.

2 Dum cantatur Symbolum Fidei non pulſentur organa. Romæ 1546. conf. 3. Salmanticæ 1551. conf. 2. & Barcinonæ 1574. ord. 8. ita mandatur. *Item ordinamus, quemadmodum ſæpe ordinatum fuit, quod* Credo *à toto choro cantetur alternatim, neque tunc pulſentur organa, & verſus pſalmi, vel hymni, qui pulſatur in organo, recitetur alta voce ab vno ex Nouitijs, vel Cantore, & Hymni, Cantica, &* Te Deum *ſemper à Cantoribus cantando incipiantur, & ſtatim organum proſequatur.*

3 Sequentiæ non cantentur cum organis. Valliſoleti 1523. ita dicitur. *Sequentiæ, quæ ſunt notatæ in feſtis ſolemnioribus, nunquam in organis pulſentur, ſed alternatim à Cantoribus, & choro;* & Gloria in Excelſis *alternatim à choro dextro, & ſiniſtro cantetur, vel à choro, & Cantoribus.*

4 Antiphonæ non cantentur cum organis, exceptis totis duplicibus ad Magnificat, & Benedictus. Ita enim ſubditur in Capitulo Valliſolet. ſuprad. *Quælibet Antiphona tota à cho-*

choro cantetur ſine organo; niſi fuerit duplicanda; vt in feſtis Tot. Dupl. ad Magnif. *&* Benedict. *tunc enim poterit prima vice cantari, & poſtea in organo dici.*

5 Iuuenes in organis exerceantur. Apud Nurimberg. 1405. ordinat. 6. *Vide de Iuuenibus num. 19.*

De Oleo Sancto.

OLeum Sanctum in Eccleſijs noſtris, vel in Sacriſtijs inſcriptione appoſita decenter ſeruetur; nunquam tamen in tabernaculo, vbi ſacratiſſimum Chriſti Corpus adoratur. Vlyſſippoaæ 1618. ord. 1. *Ordinamus, vt Oleum Sanctum in Eccleſia, vel Sacriſtia loco decenti, & peculiariter adhoc conſtructo appoſita propria inſcriptione; nunquam verò in tabernaculo vbi SS. Chriſti Corpus adoratur, conſeruetur.*

De Oſtiario Conuentus.

1 IN omnibus Conuentibus, maximè verò principalioribus, deputetur aliquis Frater Sacerdos, vel Conuerſus diſcretus, & maturus, qui oſtiarij munus exerceat, ſeculareſque aduenientes benignè, & humaniter pertractet; ſed nullo modo illos per Conuentum diſcurrere ſinat. Valliſoleti 1605. ordin. 21. *In omnibus Conuentibus, maximè præcipuis ſemper ad oſtium cuſtos aſſiſtat aliquis Sacerdos, vel Conuerſus ſimul cum aliquo Iuniore, diſcretus, & maturus, qui ſeculares aduenientes benigne recipiat, & de rebus ſpiritualibus colloquendo, eos detineat, donec Frater ab eis petitus, & à iuniore oſtiario vocatus adueniat; nec permittat ſeculares per Conuentum diſcurrere, nec ad cellas Fratrum accedere, niſi eſſet perſona grauis: oſtium autem ita introrſus ſit occluſum, vt nulla ratione à foris venientes poſſint aperire. Vt verò faciliùs oſtiario innoteſcat, qui Fratres ſint foris, qui verò domi, mandamus ſub pœna grauioris culpæ ne quis extra conuentum egredi audeat per fores Eccleſiæ, vel per alias, ſed ſolum per commune oſtium, in quo tabula collocetur, nomina, & cognomina omnium Fratrum Conuentus continens, in qua aliquo ſigno notet Fratrem domum egredientem, vel regredientem, vt ſic oſtiarius de quæſitis Fratribus rationem reddere queat.* Quod fuit confirmatum Romæ 1608. conf. 8. & Pariſijs 1611. conf. 24. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 6. ſub litt. L.* In Capitulo autem Romano 1608. conf. 8. ſuprad. hæc pœna Prælatis in hac re negligentibus fuit talibus verbis iniuncta. *Prælati verò, qui in horum cura fuerint negligentes à ſuis officijs abſoluantur.*

In Paraſceue.

1 FEria 6. in Paraſceue per totam diem in pane, & aqua abſtinemus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. tex. 2. quæ fuit inchoata Pariſijs 1256. conf. Florentiæ 1257. & in Conſt. redacta Toloſæ 1258.*

2 Non diſpenſetur cum ſanis, vt vinum bibant. Bononiæ 1242. ord. 9. *Item* (ſcilicet admonemus) *ne aliqua fiat diſpenſatio ſanis in vino tota die Paraſceues.*

3 Ad Crucis adorationem omnes nudis pedibus pergant. Romę 1629. ord. 5. *Ordinamus, vt in manè Paraſceues omnes Fratres procedant, præſertim ad adorationem S. Crucis pedibus nudis: & Superiores, qui in huiuſmodi obſeruantia executioni mandanda negligentes fuerint, ſeuerè puniantur.*

De Patribus Prouinciæ.

1 PAtres Prouinciæ illi in Ordine noſtro dicuntur, qui in ſuis Prouincijs fuere Prouinciales, & Magiſtri in Sac. Theologia voce, & loco gaudentes. Ita declaratum fuit Valentiæ 1596. decl. 3. *Declaramus per hæc verba,* Patres Prouinciæ, *in noſtris Conſtitutionibus, vel earundem declarationibus intelligi non modò illos, qui fuere ipſius Prouinciæ Prouinciales, verum etiam Magiſtros in Theologia ritè inſtitutos, qui à Prouincia fuere acceptati, & potiuntur gratijs, & Priuilegijs Magiſtrorum.*

2 Nullus inſtituatur Pater Prouinciæ, niſi cui de iure, & ſecundùm noſtrarum ſeriem Conſtitutionum talis titulus debeatur; quod ſi contrarium fieri contingat, talis inſtitutio nulla ſit. Romæ 1644. ord. 3. *Ordinamus, & diſtrictè prohibemus, ne quis de cætero, cui de iure Conſtitutionum non debetur Paternitatis Prouinciæ titulus, eum ſibi ex gratia conferri procuret; quòd ſi aliter facere, aut tentare præſumpſerit, præſenti ſtatuto decernimus nullam fore obten-*

tentam in contrarium à quocunque gratiam, niſi in eius expeditione præſentis decreti ſpecialis derogatio inſeratur.

3 Petitiones Prouinciarum, tam pro gradibus, quam pro quibuſcunque alijs rebus, fiant a Patribus Prouinciæ. Romæ 1629. ord. 18. *Ordinamus, & in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto mandamus omnibus Prouincialibus, Diffinitoribus, Magiſtris, & Patribus Prouinciæ, vt petitiones Prouinciæ, quoad gradus præcipue, fiant ſolùm in ipſo Capitulo Prouinciali ab Ad. R.P. Prouinciali vnà cum Diffinitoribus, & PP. Magiſtris, & PP. Prouinciæ in ipſo diffinitorio ſimul congregatis: Quod ſi extra ab eis diſiunctim, & priuatim clam huiuſmodi petitiones factæ fuerint, ſint omnino irritæ, & nullæ.*

4 Patres Prouinciæ caueant ne ſubſcribant litteras communes, abſque eo quòd bene conſiderent, & videant quæ in dictis litteris continentur, hocque ſub pœna grauioris culpæ fuit illis inhibitum. Lugduni 1536. *Vide de Grauiori culpa num. 42. & de Litteris num. 17.*

De Paupertate.

1 CVm in Capitulo Bononienſi ſub B.P. Dominico ann. 1220. celebrato Ordo noſter poſſeſſionibus, & annuis redditibus perpetuis, tam præſentibus, quam futuris renunciaſſet; in primo Generaliſſimo Capitulo an. 1228. Pariſijs ſub B. Iordano, in regimine Ord. noſtri S.P. Dominici ſucceſſore, ſancita fuit Conſtitutio in hunc modum. *Item poſſeſſiones, ſeu redditus nullo modo recipiantur, nec Eccleſiæ, quibus animarum cura ſit annexa.* Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 3. Cæterum quia habere poſſeſſiones in communi, annuoſque redditus non eſt contra votum paupertatis, hinc eſt quod Sixtus Papa IIII. Apoſtolico diplomate dato incipiente, *Nuper, &c.* cum toto Ordine noſtro diſpenſauit, vt Conuentus poſſeſſiones, redditus annuos, bonaque immobilia habere liberè, & licitè poſſint, quæ Bulla fuit acceptata in Capit. Generali Perusij 1478. prout habetur denunc. 2. *Vide ſupra de Bonis Conuent. num. 3.* Idemque confirmauit S. Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. tit. *de Regularibus* cap. 3. *Vide hæc omnia, & alia plura in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. H.*

Vt autē prædicta bona alienari non poſſent ſine ſpeciali Magiſtri Ord. & Capitulorū Generali. licentia ordinatum fuit in Capit. Generali Mediolani 1505. celebrato cap. *De Paupertate* hoc modo. *Item cum Sixtus Papa IIII. diſpenſauerit cum toto Ord. vt poſſit poſſeſſiones, redditus, & prouentus, & alia bona immobilia retinere, recipere, & emere in communi, & non aliter pro ſubſidio Studentium, & ſupportatione aliorum onerum, Fratribus, & Conuentibus incumbentium, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, & regularibus inſtitutis dicti Ord. ſecundum quas Mendicantes appellamur, & ſine proprio ex incerta mendicitate viuere debemus: & cum iam totus Ordo Prædicat. priuilegium acceptauerit, prohibemus omnibus Prælatis, & Fratribus noſtri Ord. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam in his ſcriptis ferimus, vnica pro trina canonica monitione præmiſſa, ne ſine licentia Capituli Generalis, vel Reuerendiſſ. Magiſteri, poſſeſſiones, ſeu redditus, aut prouentus, ſeu alia bona immobilia Conuentuum, vel Locorum vendere, aut alienare præſumant; poſſint tamen illa de licentia Priorum Prouincialium, vel Vicariorum Generalium commutare; dummodo in euidentem vtilitatem Conuentuum, & Locorum cedat. & idem dicimus de iocalibus, & rebus mobilibus Conuentuum, quæ non poſſunt vendi, vel alienari ſine licentia Priorum Prouincialium, vel Vicariorum Generalium; nec etiam præſumant Prælati pecunias Conuentuum ſecularibus mutuare:* Cœterum ex mandato Vrbani VIII. à Sac. Congregat. Card. Concilij Trident. interpretum ſancitum eſt non licere Conuentibus intrà Europæ fines conſtitutis præfata bona vllo modo alienare, prout in denunciat. 5. Capit. Generale Toloſæ 1628. celebrati aſſeritur. *Vide de Bonis Conuent. num. 5.*

2 Tenentur Fratres noſtri in ſignum paupertatis, in locis, in quibus ſunt Conuentus noſtri, panem oſtiatim petere. Coloniæ 1245. ord. 3. *Item Fratres in locis, vbi habitant, panem petant in ſignum paupertatis.*

3 A Cellis omnes ſuperfluitates eliminentur. Romæ 1608. ordinat. 26. *Vide de Cellis num. 7.*

4 Nullus deferat in veſtibus, neque apud ſe habeat aliquid, quod paupertatem noſtram deformet. Auenione 1442. ord. 2. *Fratres autem aurum, vel argentum in zonis, aut cultellis portantes, vel deploidibus ſecularibus, ſiue alijs quibuſuis veſtibus, & calceamentis, ſeu caligis vtentes, talibus bonis priuati ſimpliciter ſint, quæ ad vtilitatem Librariæ, vel Sacriſtiæ tenore præſentium applicamus, & præcipimus Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, vt hoc ſine defectu efficaciter exequantur.*

5 Caueant, tam Fratres, quam Moniales Ord. noſtri ne cochlearibus aureis, vel argenteis, ſeu ex lapidibus pretioſis vtantur; Neue aurum, vel argentum in vaginis cultris, &c. deferant. Romæ 1580. ord. 2. *Ordinamus etiam, quòd nullus Frater, aut Soror noſtri Ord. cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, vti debeat* co-

Digitized by Google

choelearibus, & inſtrumentis aureis, vel argenteis, vel etiam ex lapidibus pretioſis, ſiuè in menſa, ſiuè in cingulis, ſiuè in cultris, & gladiorum vaginis, ſiuè quomodolibet aliàs; Qui autem huius noſtræ ordinationis tranſgreſſores reperti fuerint, eiſdem inſtrumentis omnino priuentur, & communitati applicentur. Quod fuit confirmatum Venetijs 1592. conſ. 6.

6 Neque etiam habeant vaſa aurea, vel argentea. Toloſæ 1328. ordinat. 9. *Inſuper abuſionem illam deteſtabilem, & paupertati noſtræ contrariam, qua quidam Fratres noſtri Ordinis in vſu vaſorum argenteorum, & aureorum abutuntur potiùs, quàm vtantur, abhorrentes, omni diſtrictione, qua poſſumus, inhibemus, ne Fratres præſumant vti talibus: quinimò ex nunc pro tunc ſic vtentes eiſdem priuamus, & ea ſuo Conuentui applicamus.*

7 Neque etiã eccleſiaſticas veſtes, ſeu Cruces aureas, vel anulos habeant. Apud Peſtum 1273. ordinat. 9. *Item volumus, & mandamus, quòd nullus Frater habeat veſtes Eccleſiaſticas, vel ornamenta, ſeu aliqua paramenta, vel Cruces aureas, vel argenteas, vel cum lapidibus pretioſis, vel anulos, vel lapides pretioſos: qui autem habuerit, expedire ſe infrà tres menſes à tempore notitiæ teneatur; quòd ſi non fecerit, illis Conuentibus, de quibus Fratres fuerint, aſſignamus.*

8 Superiores ſe ſubditis in his, quæ ad paupertatem ſpectant, exemplum præbeant. Venetijs 1592. ordinat. 9. *Superiores quoque, qui ſubditis ſuis bonorum operum exemplum ſe ipſos præbere debent, curabunt voluntariam hanc amplecti paupertatem, vanitates omnes, & ſuperfluitates, quas in alijs approbare non poſſunt, in veſtibus videlicet, in comitatu, in itineribus, in cubiculorum ornamentis, in victu tandem, à ſe relegando, quatenus ſic breuiori via ſuæ curæ commiſſos ad religioſam perfectionem conducere poſſint.* Quod fuit confirmatum Romæ 1601. ord. 5.

9 Fratres, & Sorores, qui non habent animum promptum ponendi omnia ad pedes ſuorum Superiorum, ſunt in ſtatu damnationis. Romę 1508. decl. 2. *Vide de Bonis Fratrum num. 16.*

Plura alia vide de Bonis Fratrum, & in ſequenti cap. de Pecunijs.

De Pecunijs.

1 Q Vicumque Frater pecuniam, vel aliã quæcumque receperit, vel habuerit, vel expenderit, vel diſpenſauerit, vel diſpenſari fecerit, reddat ſingulis annis maioribus ſuis rationem ſemel, vel pluries, ſi fuerit requiſitus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. tex. 5. quæ fuit inchoata Barcinonæ 1261. conf. Bononiæ 1262. & in Conſt. redacta Londonis 1263.*

2 Euntes ad prædicationis officium exercendum, vel alias itinerantes, aurum, & argentum, pecuniam, aut munera (excepto victu, & neceſſarijs indumentis, & libris) non accipient, nec portabunt. Si quis autem aliquid acceperit de prædictis, teneatur Prælato ſuo, cum redierit, libere præſentare. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 1.* Hæc autem Conſtitutio ita fuit declarata Romæ 1558. decl. 3. *Item declaramus, quòd in capit. de Itinerantibus, vbi dicitur; aurum, argentum, pecuniam, & munera, excepto victu, & neceſſarijs indumentis, & libris, nec accipient, nec portabunt, addi, & ſubintelligi debeat (ſine licentia ſuorum Prælatorum) vt ſit conforme capitulo de grauiori culpa.*

3 Superiores à ſuis ſubditis obſeruari faciant Conſtitutionem de pecunia non portanda. Florentiæ 1272. ord. 5. *Item iniungimus omnibus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, quòd conſtitutionem de pecunia non portanda, & admonitiones factas de pecunia niſi pro certis vſibus, & hoc vſque ad certa tempora, diligenter faciant obſeruari, & tranſgreſſores, ſi quos inuenerint, ſeuerè puniant, vt merentur.* Et Pariſijs 1276. ord. 1. ita dicitur. *Monemus quòd Conſtitutionem de rebus Fratrum ſingulis annis ſuis Prioribus exponendis, & de ratione reddenda de pecunijs, & rebus alijs, quæ diſpenſantur per Fratres, Priores, & Vicarij diligenter obſeruent, & faciant obſeruari, & qui facere neglexerint, duriùs puniantur.*

4 Sine Superiorum licentia pecuniæ non recipiantur: ſi verò recipiantur, Superioribus exhibeantur. Pariſijs 1276. ordinat. 2. *Item ordinamus, & diſtrictè iniungimus, quòd nullus Frater pecuniam recipiat ſine Prælati licentia; & qui illam receperit, habita oportunitate ſtatim Prælato ſuo repræſentare teneatur; quod ſi infra triduum facere neglexerit, ex vi præſentis ordinationis ipſa pecunia ſit priuatus, & ad Conuentum, de quo fuerit, deuoluatur; nec Prior, vel Vicarius reſtituere ſibi poſſit.*

5 Infra ſpatium 24. horarum illas ſuis Prælatis exhibere, atque de eorum licentia in depoſito ponere omnes tenentur. Romæ 1601. confirmat. 3. Valliſoleti 1605. confirmat. 2. Romæ 1608. confirmat. 6. & Pariſijs 1611. confirmat. 24. ita dicitur. *Confirmamus quoque illam de non edendis libris niſi examinatis, & approbatis per Patres deputatos. Item de pecunijs vndequaque acceptis Prælato infra ſpatium 24. horarum præſentandis.*

6 Fratres cum ad Conuentus ſuæ aſſignatio-

tionis deuenerint; omnem pecuniarum quantitatem, quam habent, depoſitarijs eorundem Conuentuum conſignare tenentur, ſub pœna priuationis earum. Romæ 1525.ord.5. *Item ordinamus quòd Fratres poſt quàm fuerint in Conuentibus, vbi fuerint aſſignati, teneantur conſignare omnem pecuniam, quam penes ſe habuerint depoſitario conuentus, ſub pœna applicationis ipſarum ad conuentum; & ſi Fratres fuerint de vita commum, depoſitarius ſeruet eas pro neceſſitatibus ipſorum.*

7 Non expendantur abſque proprij Superioris licentia. Bononiæ 1564. capit. de Sacri Concil.Trident.decretis. *Omnes licentias generales ſuſcipiendi, aut expendendi pecunias, ſiuè quacumque alia abſque proprij Prioris conſenſu requiſito, vel retinendi, aut conſeruandi pecunias extra commune depoſitum, etiam ſi à Reuerendiſs. Generali ſint obtentæ, ex nunc abrogatas eſſe volumus, & declaramus. Neque de cætero eiuſmodi licentiæ generales abſque rationabili cauſa alicui concedantur, officialibus Conuentuum, qui communia procurant, exceptis.*

Plura alia vide ſupra de Bonis Fratrum, & de Depoſit.eorundem.

De Percuſſoribus:

1 SI quis percuſſor fuerit, pœnæ grauioris culpæ ſubiacere debet. *Ex Conſtitut.noſt. diſt.1.cap.18.tex.1.* Vt autem hæc Conſtitutio omnino obſeruetur, ita mandatum fuit Londonis 1314. ord.3. *Item cum Ordo noſter hactenus diuino munere inter ſtatus alios manſuetudine, & pace floruerit, & nunc percuſſiones in diuerſis Ordinis partibus inualeſcant in magnum ipſius Ordinis ſcandalum, & periculum perſonarum, diſtrictè iniungimus Prioribus vniuerſis quòd Conſtitutionem de percuſſoribus arctiùs faciant obſeruari.*

2 Non abſoluantur, qui enormiter aliquem inſtrumento aliquo percuſſerint, niſi priùs de tali percuſſione Prior Prouincialis moneatur: poſt quàm autem abſoluti fuerint, grauioris culpæ pœnam per duos ad minus menſes ſuſtinebunt. Londonis 1314. ord.4. *Inſuper ordinamus, quòd ſi quis aliquem enormiter inſtrumento quocunque percuſſerit, Prior Prouincialis, vel eius Vicarius ſuper eius abſolutione conſulatur, & interim ipſe percutiens ab alijs ſequeſtretur: eo autem abſoluto iuxta noſtrorum priuilegiorum tenorem, pœna grauioris culpæ puniatur, quam ſaltem duobus menſibus integraliter facere teneatur: Hoc tamen obſeruato, quòd iuxta quantitatem maioris exceſſus acrius puniatur.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. D.

3 Sunt etiam ſequeſtrandi ab alijs. *Ex Conſt. noſt. diſt.1. cap.18. tex.4.* Vide num. ſequentem, & antecedentem.

4 Qui etiam gladium pro percuſſione cuiuſcumque perſonæ facienda euaginauerit, etiam effectu non ſecuto, carcere puniatur. Apud Nurimberg. 1405. ord. 9. *Et ſimiliter quicumque percuſſerit Fratrem, famulum, vel perſonam aliam notabiliter (cauſa correctionis excepta); ſi autem percuſſio fuerit cum effuſione ſanguinis, vel alias enormis, vel gladius euaginatus cum animo, vel intentione percutiendi; vel ſi quis arma inuaſiua infra ſepta Monaſterij ſine licentia ſuorum Præſidentium tenuerit contra ſententiam excommunicationis latam à iure; Extra de ſtatu Monachorum cle: Ne in Agro, carceri mancipetur, ſicut Conſtitutio mandat in capit. de Grauiori culpa: nec inde liberetur abſque Magiſtri Ordinis, vel Prouincialis licentia ſpeciali.*

5 Abſolutio grauis percuſſionis cuiuſcumque perſonæ poteſt à Superioribus ſibi reſeruari, ex Clementis VIII. decreto. *Vide in Conſt.noſtrarum Prologo in declarat. tex. 10. ſub litt.S.* vbi ponuntur omnes caſus ipſis Superioribus reſeruabiles.

De Petitionibus.

1 NVlla petitio offeratur Prouinciali Capitulo, niſi à Conuentu: nec Generali, niſi à Prouinciali. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.7. tex. 6. quæ fuit facta in Capit.Generaliſſimo Pariſys 1236.*

2 Prouinciarum petitiones à Prouinciali Diffinitoribus, & Patribus Prouinciæ in Capitulo fiant. Romæ 1629.ord.18. *Vide de Patribus Prouinciæ num.3.* Si autem Prouinciæ nomine aliquis pro quocumque gradu conſequendo petatur, & re vera ita non ſit, talis ſit perpetuò inhabilis ad dictum gradum conſequendum. Romæ 1583. ord.4. & ibidem 1589. conſ.27. *Cæterùm ſi Prouinciæ nomine quemcumque gradum falsò quis petierit, cum Prouincia non petat, inhabilis perpetuò ſit ad huiuſmodi gradum aſſumendum. Petitiones verò non ſolùm à Prouinciali, ſed etiam à Diffinitoribus fieri debebunt. & hoc habet tria Capitula continua.*

3 Petitiones Prouinciarum pro Capit. Generali ſigillis Diffinitorum ſint munitæ. Bononiæ 1267.ord.4. *Item petitiones, quæ mittuntur à Capitulis Prouincialibus ad Capitulum Generale ſigillentur ſigillis Diffinitorum Capituli*

Pro-

Prouincialis, & Diſſinitorum, & eorum Socij euntes ad Capitulum Generale, eorundem Diſſinitorum Prouincialis Capituli ſigillis munitas teſtimoniales litteras ſecum ferant.

4 Prouinciarum petitiones in Congregatione intermedia fieri non poſſunt. Romæ 1629. ord. 12. *Vide de Elect. Diffinit. Capit. Prouincial. num. 9.*

5 Non poſſunt Prouinciæ Graduatos ſupra numerum in illis taxatum petere. Romæ 1589. conf. 29 *Confirmamus pariter, ac ratam, & firmam haberi volumus ordinationem præcedentis Capituli* (ſcilicet Rom. 1583.) *vt numerus Graduatorum in vnaquaque Prouincia præſcriptus inuiolabiliter obſeruetur, ita vt ſupra ipſum numerum Prouinciæ petere non debeant Graduatos; & nunquam, niſi Reuerendiſſimo P. Generali aliqua vrgenti de cauſa aliter diſponente, excedatur; quod ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane.*

6 Circa Graduandorum petitiones vide in proprijs locis dum de eiſdem gradibus ſpecialiter agitur.

De Pœnis Ordinis.

1 Regula, & Conſtitutiones noſtræ non obligant nos ad culpam, ſed ad pœnam, niſi propter præceptum, vel contemptum: pœnis tamen abſolutionis ab officio, priuationis vocis actiuæ, vel paſſiuæ, grauioris culpæ, & alijs maioribus (quantumcumque tam in Conſtitutionibus, quàm extra ipſo facto ſint incurrendæ) niſi ſit pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nullus ſit ſubiectus, niſi ſuperueniat declaratio Prælati in particulari reſpectu huius, quantumcumque etiam notorium facti, vel iuris, aut vtriuſque interueniat. *Ex Prol. Conſtitut. noſt. tex. 4. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſtitutionem redacta Romæ 1518.*

2 Sunt etiam tranſgreſſoribus Conſtitutionum impoſitæ aliæ pœnę, inter quas vna dicitur Leuis culpæ, de qua agitur diſt. 1. cap. 16. alia dicitur Grauis culpæ, de qua ibidem cap. 17. alia eſt Grauioris culpæ, de qua etiam ibid. c. 18. vltima tandem eſt Grauiſſimæ culpæ, de qua pariter cap. 19. ibidem tractatur; de quibus omnibus vide in eiſdem capitibus, & declarationibus eorum.

3 Poſſunt tranſgreſſores Conſtitutionum noſtrarum declarare ſe ipſos in pœnas illarum incurſos. Ita declaratum fuit Ianuæ 1513. declarat. 3. *Item* (ſcilicet declaramus) *quod pœnæ extra Conſtitut. appoſitæ ipſo facto incurrendæ niſi ſint excommunicationis, exigunt declarationem Superioris in particulari, niſi ipſemet reus ſe ipſum declaret, quod facere debet humiliter recognoſcens errorem ſuum, ſi factum eſt publicum, vel notorium; ſi enim ipſe ſe declarauerit non eſt alia opus declaratione.* Quod fuit confirmatum Neapoli 1515. decl. 2. & Romæ 1518. decl. 2. *Vide in Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 4. ſub litt. O.*

4 Nullus Superior poteſt ſe ipſum ob quamcunque Conſtitutionum tranſgreſſionem declarare à proprio officio abſolutum. Romæ 1518. decl. 2. *Nullus tamen Præſidens declarare ſe ipſum poteſt abſolutum ab officio propter quamcunque tranſgreſſionem admiſſam.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.

5 Pœnæ priuatiuæ clauſula *(ipſo facto)* munitæ, ſola facti declaratione incurruntur. Valentiæ 1596. decl. 6. *Declaramus pœnas omnes priuatiuas in noſtris Conſtitutionibus contentas, quando adeſt clauſula* (ipſo facto) *ſola facti declaratione incurri, ita vt non poſſit Iudex ipſas minuere in ſententia ferenda.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 18. in declarat. tex. 3. ſub litt. I.

6 Pœna talionis puniantur qui Fratrum crimina, quæ probare non poſſiut, euulgare præſumpſerint. Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num. 39.* & Romæ 1629. conf. 5. ita dicitur. *Confirmamus, & inuiolabiliter obſeruari mandamus omnibus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, vt Fratres accuſatores ſuorum Fratrum apud quodcunque Tribunal, qui in canonicis, & iuridicis defecerint, pœna talionis indiſpenſabiliter puniantur.*

7 Si quis pœnam, ſeu punitionem inuentus fuerit Fratri alteri obieciſſe, puniatur ac ſi culpam ipſam, propter quam talis pœna imponitur, commiſiſſet. Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. ſuprad. num. 39.*

8 Quæ à Generalibus, ſeu Prouincialibus Capitulis, vel etiam à Iudicibus Ordinis imponuntur, adimpleantur. Ferrariæ 1290. ord. 5. *Item pœnæ per Generalia, vel Prouincialia Capitula impoſitæ, & ſententiæ per Iudices Ord. latæ, & per Diſſinitores Ord. approbatæ, & confirmatæ diligentiùs obſeruentur, & non facientes, adhoc per Prælatos ſuos ſollicitiùs compellantur.*

9 Superiores in pœnis taxatis in Conſtit. noſtris infligendis ſint ſeueriores. Salmanticę 1551. ord. 4. *Ordinantes item admonemus omnes Priores, tam Conuentuales, quàm Prouinciales, vt in pœnitentijs (præſertim in Conſtitutionibus taxatis) imponendis ſint ſeueriores, & in his maximè, quæ ad honeſtatem pertinent, vnde ſolet ex paucorum erratis tota Religio infamari, & in alijs,*

alijs, quæ in cap. de Grauiori culpa continentur.

10 Nulla poteſtate aliquid prohibeatur cum hac pœna, Quod non poſſit abſolui à peccatis ſuis: *Ex Prol. Conſt. noſt. tex.10. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *conf. Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518.

Plura alia circa particulares pœnas vide in cap. in quibus ab ipſis agitur.

De Poſtulationibus.

1 IN electionibus tam Prouincialium, quam Conuentualium Priorum poſſunt etiam fieri, præter vnius electionem, aliorum poſtulationes, ex Apoſtolica Alexandri IV. & Sixti IV. auctoritate Ordini noſtro conceſſa. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. in decl. tex. 4. ſub litt. C.* Quomodo autem fieri debeant, vide in lib. Conſtitut. noſtrarum Cap. *de Poſtulationib. Priorum*, & in ſubſequenti Cap. *De Forma litterarum ſcrutinij, ſeu decreti electionis, mittendarum ad Confirmatorem.*

2 Prior Prouincialis poteſt confirmare in Priorem illum, qui à maiori parte vocalium fuerit poſtulatus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 3. quæ fuit inchoata Mediolani* 1270. *conf. apud Montem peſſulanum* 1271. *& in Conſt. redacta Florentiæ* 1272.

3 In electionis ſcrutinio poſtulationes ipſæ ſunt ponendæ, & ante Capituli diſſolutionem publicandæ. Romæ 1553. decl. 3. *Vide ſupra de Elect. Prior. Conuent. num.* 48.

4 In illis Prouincijs, in quibus poſtulationum vſus viget, idem obſeruetur, & nomina eorum, qui poſtulantur, numeruſque poſtulantium ſimiliter in Capitulo publicentur. Romæ 1564. Cap. de Sac. Concil. Trid. decretis. *Vide vbi ſupra de Electione Prioris Conuent. num.* 48.

5 In formatione decreti electionis, licet aliquis ſit ſufficienter poſtulatus, nunquam dicatur ab eo, qui præeſt in Capitulo Ego, &c. poſtulo in Priore N. ſed eligo N. Ita declaratum fuit Placentiæ 1310. decl. vnica. *Item declaramus quòd in omni Ordinis electione canonica vndecunque, vel in quocunque ſtatu perſona eligenda exiſtat, ſemper dicatur, eligo, & nunquam dicatur, poſtulo, in formatione decreti.*

De Præceptis:

1 PRæceptum in Regula nullum (niſi quod de natura ſua eſt ratione trium votorum, vel diuinæ, aut eccleſiaſticæ legis) contineri volumus, & declaramus. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 4. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *conf. Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518.

2 Poſſunt Prælati ex rationabili cauſa præcepta ſubditis ſuis facere; in his tamen, quæ ad Conſtitutiones noſtras, & Regulam noſtram pertinent explicitè, vel implicitè, quę tranſgreſſores non ſolùm ad pœnam, verum etiam ad culpam obligabunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. in decl. eiuſdem tex. ſub litt. M.*

3 Præcepta autem ad mortale peccatum obligantia, aut nulla, aut quam pauciſſima à Pręlatis fiant, maximè circa ordinationes longo tempore duraturas. *Ex ſuprad. loco Conſt. noſtrarum.*

4 Pręlati omnes à multitudine præceptorum, & ordinationum abſtineant, ne laqueum animabus ſubditorum inijciant; nec propter defectum vnius, vel paucorum, quem, vel quos non audent corrigere, communitatem inuoluant. *Ex eodem Prol. Conſt. noſt. tex. 10. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *conf. Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518.

5 Inſtante tantùm vrgenti neceſſitate debent illa facere. Pariſijs 1269. ord. 1. *Caueant Priores Prouinciales, & Conuentuales ne ſint faciles ad facienda præcepta, niſi vrgens neceſſitas id expoſcat;* & Oxonię 1280. ord. 15. Superioribus ita mandatur. *Item cum ſit periculoſum præcipitare Fratres per præcepta, interdicimus ne Priores, vel alij auctoritatem habentes, præceptis Fratres aſtringant, niſi ex diligenti deliberatione præhabita hoc neceſſarium videretur.* & Ferrarię 1290. ord. 2. ita dicitur. *Item monemus Prælatos, ſeu eorum Vicarios, ne faciles ſint ad excommunicationis ſententiam, ſeu etiam præcepta obedientiæ fulminanda.*

6 Ea tamen faciant cum conſilio diſcretorum. Auenione 1341. ord. 10. *Item cum multiplicatio præceptorum interdum pericula pariat animarum, inhibemus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, & Vicarijs eorundem, quòd præcepta non faciant, nec multiplicent, niſi ex cauſa multùm rationabili, & examinata, & digeſta cum conſilio diſcretorum.*

7 Pręlati non faciant pręcepta in ira exteriori obligantia ad mortale peccatum, maximè contra ſubditos turbatos; & ſi fecerint irrita ſint, & inania: facta tamen valeant quoad

quaſcunque pœnas temporales. Pręcepta quoque in ſcriptis facta cenſeantur ſine ira facta. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 5. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

8 Præcepta tam Capitulorum Generalium, quàm Magiſtrorum Ord. cum ipſis expirant; vita vero Capituli vſque ad ſequens Capitulum intelligatur. *Ex Prol. Conſt. noſtrarum tex. 9. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. approbata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.* & Carcaſſonę 1342. decl. 2. ita dicitur. *Item declaramus quòd ordinationes, & præcepta, & ſententiæ excommunicationum, quæ ponuntur in Actis Capit. Generalium, non obligant Fratres niſi ſolùm vſque ad receptionem actorum immediatè ſequentis Capituli Generalis, vel Prouincialis.*

9 Tranſgreſſores pręceptorum ſuorum Pręlatorum grauioris culpę pœna puniantur. Apud Caſtras 1352. *Vide de Grauiori culpa num. 1.*

10 Viſitatorum pręcepta manent in ſuo robore dum viget auctoritas eorum, à quibus fuere miſſi. Valliſoleti 1605. decl. 1. *Declaramus ordinationes, & pręcepta à Viſitatoribus facta manere in ſuo robore durante auctoritate eorum à quibus miſſi ſunt.*

De Prædicatoribus.

FRatres noſtri, Fratres Prędicatores vocentur. Pariſijs 1256. ord. 7. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quod Fratres noſtri vocentur Fratres Prædicatores, & non alijs nominibus.*

1 Nullus aſſumatur ad Prędicationis officium extra clauſtrum, & Fratrum conſortium infra viginti quinque annos. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 2.* Nec prędicet populo, nec confeſſiones audiat extraneorum ſine licentia Prioris in Capitulo de conſilio Diſſinitorum ſibi data. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* vbi error irrepſit dum dicitur, *de conſilio Diſſinitorum*, nam debet dicere, *de conſilio diſcretorum*, ita enim hęc Conſtitutio fuit inchoata in Monte-peſſulano 1265. approbata Treueris 1266. & confirmata Bononię 1267. hoc modo: *Confirmamus has Conſtitutiones, &c. Item hanc in cap. de Prædicatoribus, poſt illud*, infra viginti quinque annos, *addatur; nec prædicet populo; nec confeſſiones extraneorum audiat ſine licentia Prioris ſui in Capitulo de conſilio diſcretorum ſibi data, & hæc habet tria Capitula.*

2 Prędicationis officium non committant Priores niſi Fratribus adhoc idoneis, ac moribus, & ſcientia approbatis, ne eorum inſufficientia Prędicantium Ordo veniat in contemptum, & vergat in periculum animarum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 1. quæ fuit inchoata apud Treuerim 1249. confirmata Londonis 1250. & in Conſt. redacta Metis 1251.*

3 Nullus ad prędicationis officium admittatur, niſi examinatus, & approbatus fuerit. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 1.* Vide de Examinandis num. 4. & de Confeſſorib. num. 4.

4 Nullus Prędicatoris titulo gaudeat, qui Artium curſum non compleuerit, Theologiamque tribus annis audierit. Ferrarię 1498. ord. 4. & Venetijs 1592. ord. 11. ita mandatur. *Nolumus proinde aliquem impoſterum Prædicatoris titulo inſigniri, niſi curſum Artium perfecerit; Sacram Theologiam per triennium audierit; caſibus conſcientiæ operam dederit, & in modo concionandi in aliquo Conuentu ad id deputato examinatorum iudicio per vota ſecreta in Generali Studio ferendo non parum profecerit, ſitque religioſorum morum, vt virum decet Euangelicum.* Vide hic infra num. 6.

5 Interdictum eſt ſub pœna grauioris culpę Fratres non Sacerdotes admittere ad prędicandum, etiam in villulis, ſeu paruis oppidis. Romę 1571. ord. 5. *Nullus Frater Ord. noſtri ad prædicandum verbum Dei, etiam in paruis oppidis, admittatur, niſi ſit Sacerdos, & Theologiam per duos annos adminus audierit; cuius oppoſitum facientes pœnæ grauioris culpę ſubijciantur: præcipientes in virtute Spiritus Sancti omnibus Prælatis, ne vllo pacto permittant huiuſmodi Fratres prædicare.* Quod fuit confirmatum Barcinonę 1574. conf. 19. & Bononię 1615. conf. 2. & ibidem 1564. ord. 3.

6 In qualibet Prouincia debet eſſe Conuentus aliquis ad inſtruendos prędicatores ſpecialiter deputatus, in quo, qui prędicationi operam dare deſiderent ita poſſint inſtrui, vt Prędicatoris nomen meritò conſequantur. Venetijs 1592. ord. 11. *Ordinamus, & diſtrictè præcipimus, vt in vnaquaque Prouincia, Congregatione, ſiue Vicaria Ordinis noſtri, teneantur illarum Præſidentes reſpectiuè de grauiorum earundem Patrum conſilio infra vnius menſis terminum ab harum publicatione, deputaſſe vnum, vel plures Conuentus, in quo, aut quibus per deſignandos idoneos Patres inſtruantur iuniores, ſpecialiter ad id munus apti in officio concionandi, quatenus tempore debito fructuoſe ad Dei gloriam, & animarum ſalutem prædicantes, Prædicatorum nomen non immeritò ſibi vendicare videantur.* Quod fuit confirmatum Romę 1612. & in commiſs. 2. commiſſum Magiſtro Ord. vt id executioni mandaret, & Romę denique 1629. ord. 2. ita ſancitum fuit. *Ordinamus omnibus Prioribus Prouincialibus, vt in qualibet Prouincia*

Digitized by Google

iuxta exigentiam, & amplitudinem eiuſdem ſtatuant duos, vel tres Conuentus præcipuos; vel ſi Prouincia exigua fuerit, vnum ſaltem, in quibus vel in quo legantur aſſiduè controuerſiæ fidei, & tractatus Euangelicam prædicationem ſpectantes, ita vt impoſterum nullus inſtituatur Prædicator, niſi per tres annos Theologiæ, & duos, vel vnum ſaltem, controuerſijs moralibus Theologiæ operam dederit, aliàs cius inſtitutio nulla ſit.

7 Prędicare non audeat aliquis in Diœceſi Epiſcopi ſine illius licentia; niſi aliàs mandatum habeat à Summo Pontifice. Caueant etiam Fratres noſtri ne (ponendo os in Cœlum) in ſuis prędicationibus Religioſos, & Clericos ſcandalizent: ſed ea, quę in ipſis emẽdanda viderint, obſecrando, vt patres emendare procurent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 3.*

8 Quicunque in publica prędicatione, vel in communi coram ſecularium multitudine vllo tempore Sum. Pontificem diffamauerit, carcerali cuſtodię mancipetur, nec inde liberetur, niſi per Capitulum Generale, & cogatur (ſi commodè fieri poteſt) in publico reuocare. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 1. quæ auctoritate Apoſtolica fuit ſancita Perpiniani 1327.*

9 Priuentur prędicationis officio, carceribuſque puniantur qui Pręlatis Eccleſię, Principibus, Religioſis, alijſque Eccleſiaſticis perſonis detrahere aliquo modo pręſumpſerint. Romę 1481. ord. 8. *Carceris pœnæ ſubijciantur, qui in ſuis prædicationibus dominis Prælatis, & Principibus, Religioſis, ac etiam Eccleſiaſticis perſonis detrahere quoquo modo præſumpſerint, & nihilominus officio prædicationis ſimpliciter ſint priuati.* Vide de Grauiori culpa num. 46.

10 Contradicentibus Epiſcopis Prædicatores, neque etiam in noſtris Eccleſijs, prædicare præſumant. Bononiæ 1564. Capit. de Sac. Concil. Trident. decretis. *Diligenter attendant Prælati noſtri Ordinis, & quicumque alij Fratres omnia, quæ circa Reuerendiſs. Epiſcoporum obſeruantiam à S. Synodo fuerunt ſtatuta, & ſi examinare velint expoſitos ad confeſſiones audiendas, aut promouendos ad Ordines, humiliter pareant, neque ipſis contradicentibus, etiam in noſtris Eccleſijs, prædicare præſumant.*

11 Admoneant populos, vt Prælatis ſuis Eccleſiaſticis debitum exhibeant honorem, atque Parochiales Eccleſias frequentent. Parijs 1239. ord. 4. *Item* (ſcilicet ordinamus) *vt Fratres noſtri diligenter admoneant populos, vt Eccleſias, & Prælatos eorum honorent, & eis fideliter reddant iura ſua, & quòd temporibus ſuis Eccleſias ſuas Parochiales frequentent.* Quod fuit etiam in ſequenti Capitulo Bononiæ 1240. celebrato confirmatum ord. 2.

12 Conſtanti pectore clament contra Hæreticos, & populi ſcelera. Bononiæ 1564. admonit. 5. *Item admonemus, & admonendo præcipimus omnibus verbi Dei Prædicatoribus, vt apertè, & animosè pro fide loquantur aduersùs hæreſes, & ea fidei dogmata conſtanter, & explicitè proponant, quæ loci, & temporis ratio poſtulauerit, & contra Chriſtiani populi ſcelera ſtrenuè clament, & inter cætera blaſphemiarum, & periuriorum prauitatem frequentiſſimè inſectentur.* Quod in antecedenti Capitulo Auenionen. 1561. ord. 13. etiam fuerat ordinatum. Romæ autem ſpecialiter contra impij Lutheri dogmata hæc fuere mandata ord. 14. *Monemus omnes, & ſingulos Patres Ordinis noſtri, & præſertim qui litteris, ſeu prædicatione præcellunt, & in domino hortamur, nec non ſi meritum obedientiæ volunt, illis iniungimus, vt contra peſtifera, & virulenta Martini Lutheri dogmata, quæ paulatim ſerpentia in tantam perniciem irruperunt, magnamque ſtragem Eccleſiæ Dei, ac ruinam fecerunt, non ſolum orationibus, ſed ſacris prædicationibus totis conatibus ſe opponant, priuatimque, ac publicè, domi, foriſque apud Populos, Proceres, & quoſcumque Principes orthodoxam fidem contra illius figmenta, & hæreſes tueantur tanquam boni paſtoris noſtri catuli aduerſus fures latratus edentes, immitatores effecti maiorum noſtrorum, qui pro ſuccidendis hæreſibus, ac impijs dogmatibus de Eccleſijs funditus euellendis ſoliti ſunt non ſolum preces, & ſtudia, ſed ipſum ſanguinem, & vitam exponere, vt poſſint ſaluti Eccleſiæ neglectu ſuorum corporum vltro ad mortem properando redimere.*

13 A fabulis, hiſtrionatibus, ac repręſentationibus abſtineant, & tantùm verbum Dei deuotè, & feruenter pręDicare ſtudeant. In Montepeſſulano 1456. ord. 12. *Item cum ad ſalutem animarum, & S. Prædicationis officium procurandum Ordo noſter ſit ſpecialiter inſtitutus; Volumus, & ordinamus omnibus, & ſingulis Prædicatoribus noſtri Ord. diſtrictius imponentes, quod verbum Domini deuotè, & frequenter ſtudeant prædicare ommiſſis fabulis, & hiſtrionatibus, & cantibus, ac repræſentationibus, & huiuſmodi leuitatibus: Et Priores Prouinciales, ac Conuentuales, tales adulteratores verbi Dei reprimere curent, & ſi deſiſtere noluerint, pręDicationis officio, & confeſſionum audientia priuentur.*

14 Qui ſcandaloſa pręDicauerint, grauioris culpę pœna puniantur: qua etiam pœna puniendi ſunt, qui in publica pręDicatione Fratribus noſtris aliquo modo detraxerint, aut eorum famam, vel Ordinis noſtri denigrauerint. *Vide de Grauiori culpa num. 46.*

15 In feſto Conceptionis B. V. Apoſtolica decreta obſeruent, de laudibus eiuſdem tantùm tractantes. Valliſoleti 1605. admon. 4. *Admonemus omnes verbi Dei concionatores, & illis diſtrictè mandamus, vt Summorum Pontificum decreta circa Sanctificationem, vel Conceptionem B. V. Marię inuiolabiliter obſeruent, &*

in

Digitized by Google

in concionibus eiuſdem feſtiuitatis à queſtionibus de peccato originali abſtineant, caueantque ne inter concionandum quidquam dicant, quod pias aures offendere poſſit, ſed fiant conciones de laudibus eiuſdem Sanctiſſ. Virginis. Modò autem ex decreto Apoſtolico nomine Conceptionis tota vtitur Eccleſia, omiſſa ſantificationis nuncupatione.

16 Fratres noſtri in prædicationibus ſuis dari, vel colligi pecuniam pro Domo, vel aliqua perſona ſpeciali, ne admoneant. *Ex Conſt. noſt. diſt.2. cap.12.tex.4. Vide ibidem ſub litt. E.*

17 Nullus audeat Bullas quæſtuarias prędicare, niſi de licentia Magiſtri Ordinis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *Ex Conſt.noſt.loco ſuprad.* In cuius executionem ita mandatum fuit Mediolani 1505. ord. 5. *Probibentes ſub pœna excommunicationis, & grauioris culpæ, ac priuationis omnium bonorum, ne quis præſumat Bullas quaſcumque quæſtuarias prædicare, aut cum quæſtuarijs, & zarratanis huiuſmodi Indulgentiarum Bullas prædicantibus ſe in ſocios adiungere ſine expreſſa licentia Reuerendiſſimi Mag. Ordinis.* Quod fuit confirmatum Papiæ 1507. addita carceris pœna, & Romæ 1530. priuantur lucro aquiſito ex prædicatione earundem. ord. 8. *Item ordinamus, quòd Fratres noſtri, ſi in futurum per Bullas Sum. Pont. editas, & edendas ad prædicandum ierint quaſcumque Bullas reuocando noſtra priuilegia, ſint priuati lucro ex Bullis acquiſito, & applicentur pro vtilitate communi ſuorum Conuentuum indiſpenſabiliter à ſuis Prouincialibus, & nullo modo ſint pro vſu dictorum Fratrum.* Vide in Conſt.noſt.diſt.2.cap.12. in decl.tex.4. ſub litt. E.

18 Pro ſe ipſis quęſtus non faciant, nec procurent vt in Eccleſia, aut alio publico loco ipſis pręſentibus fiant. Pariſijs 1239.ord.7. *Fratres noſtri, dum officium exercent prædicationis, quæſtus publicè non faciant, nec procurent quòd pro eis in præſentia eorum in Eccleſia, aut aliquo loco publico fiant.* Vide in Conſt. noſt. diſt.2.cap.12.ſub litt.E.

19 Prędicatoribus ex Conuentibus obſeruantię aſſumptis nullum ſtipendium, ſeu eleemoſyna detur: prouideatur autem illis de neceſſarijs rebus. Ianuę 1513.ord.15. *Vide de Conuentib. obſeruantiæ num.*10.

20 Eleemoſynas, quas recipient, quantocius ſuis Prælatis conſignare tenentur. Venetijs 1592. ord. 9. *Ad peſſimum proprietatis vitium (quantùm cum Domino poſſumus) à Fratrum noſtrorum cordibus eradicandum, diſtrictè mandamus omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Fratribus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, conformiter ad ea, quæ ſæpe ſæpius ſancita fuere, quatenus debeant fideliter, & quantocius ſub pœna proprietarijs debita Superioribus ſuis ſemper præſentare quamcumque pecuniarum ſummam ad eorum manus vndecumque venientem; ſiuè prætextu prædicationum, lectionum, confeſſionum, ſiuè Miſſarum, ſiuè quolibet alio, etiam propria perſonæ intuitu à conſanguineis, vel quibuslibet alijs.*

21 Qui ratione infirmitatis à carnibus abſtinere nequeunt in quadrageſima, Prędicatoris officium in illa non exercebunt. Romę 1601. ord.15. & Valliſoleti 1605. confirmat. 24. *Confirmamus, vt Concionatores, qui tempore quadrageſimę à carnibus abſtinere non valent, per quadrageſimam ad populum concionari non poſſint, ne plùs tanto ſcandalo offendant, quàm verbis ædificent.*

22 Prędicatoribus Eccleſiarum noſtrarum in Quadrageſima detur inter Fratres locus honorabilis. Neapoli 1515. ordinat. 4. *Item imponimus Præſidentibus, vt prædicatoribus per Quadrageſimam prouideant de loco honorabili inter Fratres ibidem pro tunc, prout prudentia ſua dabit.*

23 In noſtris Eccleſijs Quadrageſimę, & Aduentus tempore ſoli Ordinis noſtri profeſſores ad populum poſſunt conciones habere. Romę 1612.admonit.2. *Vide de Eccleſijs noſtris num. 6.*

24 Feſtiuis diebus habeantur conciones in noſtris Eccleſijs. *Vide de Eccleſijs noſtris num.4. & 5.*

25 Inter Patres à Conſilijs habeantur qui per decennium in quadrageſima prędicationis munus gratioſè obierint. Barcinonę 1574. ord.12.& Romę 1580.conſ.18. *Confirmamus, quòd Prædicatores qui per decennium integra quadrageſima munus prędicationis gratioſè executi erint, ſint, & habeantur patres à conſilijs vbicumque fuerint aſſignati, quos præſenti decreto nos inſtituimus cum gratijs, & priuilegijs conſuetis.*

26 In Quadrageſima, Aduentu, & per annum conſuetum Euangelium prędicabunt. Valentiæ 1596. ord. 5. *Ordinamus, vt Concionatores, tam in quadrageſima, quàm per annum in noſtris Eccleſijs concionantes non poſſint aliud Euangelium prædicare, aut populo declarare in Concionibus niſi quod pro tunc in Miſſa à nobiſmet ipſis recitatur ſecundùm rubricas miſſalium reformatorum: contrarium verò facientes, arbitrio Superiorum puniantur, & officio prædicationis priuentur.*

27 Nullus poteſt ſibi procurare locum ad prędicandum in Quadrageſima, vel Aduentu, ſub pœna priuationis muneris prędicandi per triennium. Romę 1608. ordinat. 22. *Nullus Fratrum poſſit procurare ſibi locum ad concionandum Aduentus, vel Quadrageſimę tempore, ſub pœna priuationis officij concionandi per triennium: ſed à Priore, vel Prouinciali procurentur loca, & ex eorum prudenti arbitrio concionatori-*

Digitized by Google

7 Diligenter obſeruentur omnes, & maximè illæ, quæ ad honeſtatem, & vtilitatem Ordinis ſpectant. Florentiæ 1281. ord. 4. *Ad Fratrum conſcientias aſſecurandas ordinamus, quòd huiuſmodi admonitiones* (nempe Capitulorum Generalium) *more ſolito in quaternis ſcribantur, & diligentius obſeruentur; illæ præſertim quæ certam cauſam honeſtatis, vtilitatis, vel neceſſitatis continere videntur, ideoque declarationem de hoc in Cap. Generali Oxoniæ celebrato factam, præſentibus reuocamus.*

8 Quater in anno adminus legantur publicè in quolibet Conuentu. Treueris 1289. ord. 4. *Item monemus, quòd admonitiones, & ordinationes Capitulorum Generalium, & Prouincialium quater in anno adminus in quolibet conuentu legantur, & diligentiùs obſeruentur, & Viſitatores inquirant, & corrigant tranſgreſſores.* Vide in Prol. Conſtit. noſt. in decl. tex. 8. ſub litt. Q.

9 Tranſgreſſores earum puniantur à Superioribus ſuis. Metis 1298. ord. 6. *Item vt ea, quæ in Generalibus, vel Prouincialibus Capitulis ordinata fuerunt, meliùs obſeruentur, iniungimus, Prioribus, & eorum Vicarijs Generalibus, quòd ſemper admonitiones Capituli Generalis, & Prouincialis immediatè præcedentis, adminus ſemel in menſe coram Fratribus in menſa legi faciant, & diligentiùs puniant tranſgreſſores.*

10 Illæ, quæ ad Fratres Conuerſos ſpectant, ab eorum Magiſtro illis ſaltem quater in anno exponantur. Palentiæ 1291. ordinat. 2. *Item Conſtitutiones, & admonitiones, & ſi non omnes, tamen illæ, quæ magis competunt Conuerſis, ſaltem quater in anno per Magiſtrum Conuerſorum, vel alium Fratrem, exponantur eiſdem.*

De Organis.

1 ORganorum vſus eliminatus fuit ab Ordine noſtro, non autem a Conuentu Bononienſi propter reuerentiam S.P. Noſtri. Ferrariæ 1290. ord. 17. *Item inhibemus ne in Conuentibus, noſtris organa, aut duæ campanæ ſimul ab horas pulſentur, præter quàm Bononiæ, vbi ob reuerentiam B. Dominici P.N. hoc permittatur, ita tamen quod hoc cum decentia, & honeſtate debita obſeruetur.* Quia autem Eccleſiaſticus vſus iam obtinuit, vt organa ad ſolemnitatem diuini cultus ſpectent; ideo permiſſa fuere in Eccleſijs noſtris, hoc tamen appoſito moderamine. Neapoli 1515. ord. 2. *In Conuentibus in quibus pulſantur organa, infraſcripta moderamina ſeruentur.*

Primò, vt non permittantur vllo pacto vanitates ſeculares ſonari, tum quia ſonus in organis hodie eſt pars ſolemnitatis diuini cultus, cui prophanum, ſeu vanum aliquod admiſceri conſtat ſuperſtitioſum eſſe; tum quia ſicut ſecundùm ſacros Canones cantus ſecularis eſt inhibitus in Eccleſia, ita & ſeculeris ſonus, licet vtrumque ad ſacram materiam poſſit applicari.

Secundò, vt quandocunque contigerit in organis pulſari aliquid, in quo Fratres ſolent inclinare, vt ſunt. Gloria Patri, &c. *& fines hymnorum, &* Suſcipe deprecationem noſtram, *& ſimilia, Cantor ſine nota alta voce moroſè dicat illud, & dum à Cantore dicitur omnes inclinent, & hoc, vt ſimul & vniformiter fiant inclinationes ab omnibus.*

Tertio, quando Antiphona aliqua, Reſponſorium in Miſſa, Offertorium, & Poſtcommunio pulſatur in organis, Cantor alta voce, & moroſè illud dicat in perſona totius chori, & hoc vt omnes ſimul audiant.

Quartò, quando hymnus, vel Canticum inchoari debet ab organis, Cantor incipiat primam lineam illius verſus: verbi grat. *Cantor in choro cantando hanc lineam,* Aue maris ſtella, *& organum ſubſequatur illum verſum, & ſimiliter inchoet in,* Magnificat, *ly* Magnificat, *& organum ſubſequatur illum verſum, & ſic de alijs; & idem in Veſperis Paſchalibus, ita quod Cantores incipiant illam dictionem* Kyrie eleiſon, *& organum illum ſubſequatur, & hoc pro deuotione populi, vt intelligendo, quod inchoatur, aſſurgat.* Iſte autem mos incipiendi Veſperas die Reſurrectionis Dominicæ cum *Kyrie eleiſon* fuit in Ordine poſtmodum abolitus, atque ordinatum, vt veſperæ illius ſolemnitatis incipiantur cum *Deus in Adiutorium meum intende*, vt fit in alijs feſtiuitatibus, & hoc ad conformandum nos cum Romanæ Eccleſiæ ritu.

2 Dum cantatur Symbolum Fidei non pulſentur organa. Romæ 1546. conf. 3. Salmanticæ 1551. conf. 2. & Barcinonæ 1574. ord. 8. ita mandatur. *Item ordinamus, quemadmodum ſæpe ordinatum fuit, quod* Credo *à toto choro cantetur alternatim, neque tunc pulſentur organa, & verſus pſalmi, vel hymni, qui pulſatur in organo, recitetur alta voce ab vno ex Nonitijs, vel Cantore, & Hymni, Cantica, &* Te Deum *ſemper à Cantoribus cantando incipiantur, & ſtatim organum proſequatur.*

3 Sequentiæ non cantentur cum organis. Vallisoleti 1523. ita dicitur. *Sequentiæ, quæ ſunt notatæ in feſtis ſolemnioribus, nunquam in organis pulſentur, ſed alternatim à Cantoribus, & choro;* & Gloria in Excelſis *alternatim à choro dextro, & ſiniſtro cantetur, vel à choro, & Cantoribus.*

4 Antiphonæ non cantentur cum organis, exceptis totis duplicibus ad Magnificat, & Benedictus. Ita enim ſubditur in Capitulo Vallisolet. ſuprad. *Quælibet Antiphona tota à cho-*

Digitized by Google

choro cantetur ſine organo; niſi fuerit duplicanda; vt in feſtis Tot. Dupl. ad Magnif. *&* Benedict. *tunc enim poterit prima vice cantari, & poſtea in organo dici.*

5 Iuuenes in organis exerceantur. Apud Nurimberg. 1405. ordinat. 6. *Vide de Iuuenibus num. 19.*

De Oleo Sancto.

OLeum Sanctum in Eccleſijs noſtris, vel in Sacriſtijs inſcriptione appoſita decenter ſeruetur; nunquam tamen in tabernaculo, vbi ſacratiſſimum Chriſti Corpus adoratur. Vlyſſipponæ 1618. ord. 1. *Ordinamus, vt Oleum Sanctum in Eccleſia, vel Sacriſtia loco decenti, & peculiariter adhoc constructo appoſita propria inſcriptione; nunquam verò in tabernaculo vbi SS. Chriſti Corpus adoratur, conſeruetur.*

De Oſtiario Conuentus.

1 IN omnibus Conuentibus, maximè verò principalioribus, deputetur aliquis Frater Sacerdos, vel Conuerſus diſcretus, & maturus, qui oſtiarij munus, exerceat, ſeculareſque aduenientes benignè, & humaniter pertractet; ſed nullo modo illos per Conuentum diſcurrere ſinat. Valliſoleti 1605. ordin. 21. *In omnibus Conuentibus, maximè præcipuis ſemper ad oſtium cuſtos aſſiſtat aliquis Sacerdos, vel Conuerſus ſimul cum aliquo Iuniore, diſcretus, & maturus, qui ſeculares aduenientes benigne recipiat, & de rebus ſpiritualibus colloquendo, eos detineat, donec Frater ab eis petitus, & à iuniore oſtiario vocatus adueniat; nec permittat ſeculares per Conuentum diſcurrere, nec ad cellas Fratrum accedere, niſi eſſet perſona grauis: oſtium autem ita introrſus ſit occluſum, vt nulla ratione à foris venientes poſſint aperire. Vt verò faciliùs oſtiario innoteſcat, qui Fratres ſint foris, qui verò domi, mandamus ſub pœna grauioris culpæ ne quis extra conuentum egredi audeat per fores Eccleſiæ, vel per alias, ſed ſolum per commune oſtium, in quo tabula collocetur, nomina, & cognomina omnium Fratrum Conuentus continens, in qua aliquo ſigno notet Fratrem domum egredientem, vel regredientem, vt ſic oſtiarius de quæſitis Fratribus rationem reddere queat.* Quod fuit confirmatum Romæ 1608. conf. 8. & Pariſijs 1611. conf. 24. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 6. ſub litt. L.* In Capitulo autem Romano 1608. conf. 8. ſuprad. hæc pœna Prælatis in hac re negligentibus fuit talibus verbis iniuncta. *Prælati verò, qui in horum cura fuerint negligentes à ſuis officijs abſoluantur.*

In Paraſceue.

1 FEria 6. in Paraſceue per totam diem in pane, & aqua abſtinemus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 4. tex. 2. quæ fuit inchoata Pariſijs 1256. conf. Florentiæ 1257. & in Conſt. redacta Toloſæ 1258.*

2 Non diſpenſetur cum ſanis, vt vinum bibant. Bononiæ 1242. ord. 9. *Item* (ſcilicet admonemus) *ne aliqua fiat diſpenſatio ſanis in vino tota die Paraſceues.*

3 Ad Crucis adorationem omnes nudis pedibus pergant. Romę 1629. ord. 5. *Ordinamus, vt in manè Paraſceues omnes Fratres procedant, præſertim ad adorationem S. Crucis pedibus nudis: & Superiores, qui in huiuſmodi obſeruantia executioni mandanda negligentes fuerint, ſeuerè puniantur.*

De Patribus Prouinciæ.

1 PAtres Prouinciæ illi in Ordine noſtro dicuntur, qui in ſuis Prouincijs fuere Prouinciales, & Magiſtri in Sac. Theologia voce, & loco gaudentes. Ita declaratum fuit Valentiæ 1596. decl. 3. *Declaramus per hæc verba*, Patres Prouinciæ, *in noſtris Conſtitutionibus, vel earundem declarationibus intelligi non modò illos, qui fuere ipſius Prouinciæ Prouinciales, verum etiam Magiſtros in Theologia ritè inſtitutos, qui à Prouincia fuere acceptati, & potiuntur gratijs, & Priuilegijs Magiſtrorum.*

2 Nullus inſtituatur Pater Prouinciæ, niſi cui de iure, & ſecundùm noſtrarum ſeriem Conſtitutionum talis titulus debeatur; quod ſi contrarium fieri contingat, talis inſtitutio nulla ſit. Romæ 1644. ord. 3. *Ordinamus, & diſtrictè prohibemus, ne quis de cætero, cui de iure Conſtitutionum non debetur Paternitatis Prouinciæ titulus, eum ſibi ex gratia conferri procuret; quòd ſi aliter facere, aut tentare præſumpſerit, præſenti ſtatuto decernimus nullam fore ob-*

ten-

relictum in contrarium à quocunque gratiam, niſi in eius expeditione præſentis decreti ſpecialis derogatio inſeratur.

3 Petitiones Prouinciarum, tam pro gradibus, quam pro quibuſcunque alijs rebus, fiant à Patribus Prouinciæ. Romæ 1629. ord. 18. *Ordinamus, & in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto mandamus omnibus Prouincialibus, Diffinitoribus, Magiſtris, & Patribus Prouinciæ, vt petitiones Prouinciæ, quoad gradus præcipuè, fiant ſolùm in ipſo Capitulo Prouinciali ab Ad. R.P. Prouinciali vnà cum Diffinitoribus, & PP. Magiſtris, & PP. Prouinciæ in ipſo difinitorio ſimul congregatis: Quod ſi extra ab eis diſiunctim, & priuatim clam huiuſmodi petitiones factæ fuerint, ſint omnino irritæ, & nullæ.*

4 Patres Prouinciæ caueant ne ſubſcribant litteras communes, abſque eo quòd bene conſiderent, & videant quæ in dictis litteris continentur, hocque ſub pœna grauioris culpæ fuit illis inhibitum. Lugduni 1536. *Vide de Grauiori culpa num. 42. & de Litteris num. 17.*

De Paupertate.

1 CVm in Capitulo Bononienſi ſub B. P. Dominico ann. 1220. celebrato Ordo noſter poſſeſſionibus, & annuis redditibus perpetuis, tam præſentibus, quam futuris renunciaſſet; in primo Generaliſſimo Capitulo an. 1228. Pariſijs ſub B. Iordano, in regimine Ord. noſtri S.P. Dominici ſucceſſore, ſancita fuit Conſtitutio in hunc modum. *Item poſſeſſiones, ſeu redditus nullo modo recipiantur, nec Eccleſiæ, quibus animarum cura ſit annexa.* Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 3. Cœterum quia habere poſſeſſiones in communi, annuoſque redditus non eſt contra votum paupertatis, hinc eſt quod Sixtus Papa IIII. Apoſtolico diplomate dato incipiente, *Nuper, &c.* cum toto Ordine noſtro diſpenſauit, vt Conuentus poſſeſſiones, redditus annuos, bonaque immobilia habere liberè, & licitè poſſint, quæ Bulla fuit acceptata in Capit. Generali Peruſij 1478. prout habetur denunc. 2. *Vide ſupra de Bonis Conuent. num. 3.* Idemque confirmauit S. Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. tit. *de Regularibus* cap. 3. *Vide hæc omnia, & alia plura in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. H.*

Vt autē prædicta bona alienari non poſſent ſine ſpeciali Magiſtri Ord. & Capitulorū General. licentia ordinatum fuit in Capit. Generali Mediolani 1505. celebrato cap. *De Paupertate* hoc modo. *Item cum Sixtus Papa IIII. diſpenſauerit cum toto Ord. vt poſſit poſſeſſiones, redditus, & prouentus, & alia bona immobilia retinere, recipere, & emere in communi, & non aliter pro ſubſidio Studentium, & ſupportatione aliorum onerum, Fratribus, & Conuentibus incumbentium, non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, & regularibus inſtitutis dicti Ord. ſecundum quas Mendicantes appellamur, & ſine proprio ex incerta mendicitate viuere debemus: & cum iam totus Ordo Prædicat. priuilegium acceptauerit, prohibemus omnibus Prælatis, & Fratribus noſtri Ord. ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam in his ſcriptis ferimus, vnica pro trina canonica monitione præmiſſa, ne ſine licentia Capituli Generalis, vel Reuerendiſs. Magiſteri, poſſeſſiones, ſeu redditus, aut prouentus, ſeu alia bona immobilia Conuentuum, vel Locorum vendere, aut alienare præſumant; poſſint tamen illa de licentia Priorum Prouincialium, vel Vicariorum Generalium commutare; dummodo in euidentem vtilitatem Conuentuum, & Locorum cedat. & idem dicimus de iocalibus, & rebus mobilibus Conuentuum, quæ non poſſunt vendi, vel alienari ſine licentia Priorum Prouincialium, vel Vicariorum Generalium; nec etiam præſumant Prælati pecunias Conuentuum ſecularibus mutuare:* Cœterum ex mandato Vrbani VIII. à Sac. Congregat. Card. Concilij Trident. interpretum ſancitum eſt non licere Conuentibus intra Europæ fines conſtitutis præfata bona vllo modo alienare, prout in denunciat. 5. Capit. Generale Toloſæ 1628. celebrati aſſeritur. *Vide de Bonis Conuent. num. 5.*

2 Tenentur Fratres noſtri in ſignum paupertatis, in locis, in quibus ſunt Conuentus noſtri, panem oſtiatim petere. Coloniæ 1245. ord. 3. *Item Fratres in locis, vbi habitant, panem petant in ſignum paupertatis.*

3 A Cellis omnes ſuperfluitates eliminentur. Romæ 1608. ordinat. 26. *Vide de Cellis num. 7.*

4 Nullus deferat in veſtibus, neque apud ſe habeat aliquid, quod paupertatem noſtram deformet. Auenione 1442. ord. 2. *Fratres autem aurum, vel argentum in zonis, aut cultellis portantes, vel deploidibus ſecularibus, ſiue alijs quibuſuis veſtibus, & calceamentis, ſeu caligis vtentes, talibus bonis priuati ſimpliciter ſint, quæ ad vtilitatem Librariæ, vel Sacriſtiæ tenore præſentium applicamus, & præcipimus Prouincialibus, & Conuentualibus Prioribus, vt hoc ſine defectu efficaciter exequantur.*

5 Caueant, tam Fratres, quam Moniales Ord. noſtri ne cochlearibus aureis, vel argenteis, ſeu ex lapidibus pretioſis vtantur; Neue aurum, vel argentum in vaginis cultris, &c. deferant. Romæ 1580. ord. 2. *Ordinamus etiam, quòd nullus Frater, aut Soror noſtri Ord. cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat, vti debeat co-*

Digitized by Google

cochlearibus, & inſtrumentis aureis, vel argenteis, vel etiam ex lapidibus pretioſis, ſiuè in menſa, ſiuè in cingulis, ſiuè in cultris, & gladiorum vaginis, ſiuè quomodolibet aliàs: Qui autem huius noſtræ ordinationis tranſgreſſores reperti fuerint, eiſdem inſtrumentis omnino priuentur, & communitati applicentur. Quod fuit confirmatum Venetijs 1592. conf. 6.

6 Neque etiam habeant vaſa aurea, vel argentea. Toloſæ 1328. ordinat. 9. *Inſuper abuſionem illam deteſtabilem, & paupertati noſtræ contrariam, qua quidam Fratres noſtri Ordinis in vſu vaſorum argenteorum, & aureorum abutuntur potiùs, quàm vtantur, abhorrentes, omni diſtrictione, qua poſſumus, inhibemus, ne Fratres præſumant vti talibus: quinimò ex nunc pro tunc ſic vtentes eiſdem priuamus, & ea ſuo Conuentui applicamus.*

7 Neque etiã eccleſiaſticas veſtes, ſeu Cruces aureas, vel anulos habeant. Apud Peſtum 1273. ordinat. 9. *Item volumus, & mandamus, quòd nullus Frater habeat veſtes Eccleſiaſticas, vel ornamenta, ſeu aliqua paramenta, vel Cruces aureas, vel argenteas, vel cum lapidibus pretioſis, vel anulos, vel lapides pretioſos: qui autem habuerit, expedire ſe infrà tres menſes à tempore notitiæ teneatur; quòd ſi non fecerit, illis Conuentibus, de quibus Fratres fuerint, aſſignamus.*

8 Superiores ſe ſubditis in his, quæ ad paupertatem ſpectant, exemplum præbeant. Venetijs 1592. ordinat. 9. *Superiores quoque, qui ſubditis ſuis bonorum operum exemplum ſe ipſos præbere debent, curabunt voluntariam hanc amplecti paupertatem, vanitates omnes, & ſuperfluitates, quas in alijs approbare non poſſunt, in veſtibus videlicet, in comitatu, in itineribus, in cubiculorum ornamentis, in victu tandem, à ſe relegando, quatenus ſic breuiori via ſuæ curæ commiſſos ad religioſam perfectionem conducere poſſint.* Quod fuit confirmatum Romæ 1601. ord. 5.

9 Fratres, & Sorores, qui non habent animum promptum ponendi omnia ad pedes ſuorum Superiorum, ſunt in ſtatu damnationis. Romę 1508. decl. 2. *Vide de Bonis Fratrum num. 16.*

Plura alia vide de Bonis Fratrum, & in ſequenti cap. de Pecunijs.

De Pecunijs.

1 Qvicumque Frater pecuniam, vel aliã quæcumque receperit, vel habuerit, vel expenderit, vel diſpenſauerit, vel diſpenſari fecerit, reddat ſingulis annis maioribus ſuis rationem ſemel, vel pluries, ſi fuerit requiſitus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1, cap. 14. tex. 5. quæ fuit inchoata Barcinonæ 1261. conf. Bononiæ 1262. & in Conſt. redacta Londonis 1263.*

2 Euntes ad prædicationis officium exercendum, vel aliàs itinerantes, aurum, & argentum, pecuniam, aut munera (excepto victu, & neceſſarijs indumentis, & libris) non accipient, nec portabunt. Si quis autem aliquid acceperit de prædictis, teneatur Prælato ſuo, cum redierit, libere præſentare. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 13. tex. 1.* Hæc autem Conſtitutio ita fuit declarata Romæ 1558. decl. 3. *Item declaramus, quòd in capit. de Itinerantibus, vbi dicitur; aurum, argentum, pecuniam, & munera, excepto victu, & neceſſarijs indumentis, & libris, nec accipient, nec portabunt, addi, & ſubintelligi debeat (ſine licentia ſuorum Prælatorum) vt ſit conforme capitulo de grauiori culpa.*

3 Superiores à ſuis ſubditis obſeruari faciant Conſtitutionem de pecunia non portanda. Florentiæ 1272. ord. 5. *Item iniungimus omnibus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, quòd conſtitutionem de pecunia non portanda, & admonitiones factas de pecunia niſi pro certis vſibus, & hoc vſque ad certa tempora, diligenter faciant obſeruari, & tranſgreſſores, ſi quos inuenerint, ſeuerè puniant, vt merentur.* Et Pariſijs 1276. ord. 1. Ita dicitur. *Monemus quòd Conſtitutionem de rebus Fratrum ſingulis annis ſuis Prioribus exponendis, & de ratione reddenda de pecunijs, & rebus alijs; quæ diſpenſantur per Fratres, Priores, & Vicarij diligenter obſeruent, & faciant obſeruari, & qui facere neglexerint, duriùs puniantur.*

4 Sine Superiorum licentia pecuniæ non recipiantur: ſi verò recipiantur, Superioribus exhibeantur. Pariſijs 1276. ordinat. 2. *Item ordinamus, & diſtrictè iniungimus, quòd nullus Frater pecuniam recipiat ſine Prælati licentia, & qui illam receperit, habita oportunitate ſtatim Prælato ſuo repræſentare teneatur; quod ſi infra triduum facere neglexerit, ex vi præſentis ordinationis ipſa pecunia ſit priuatus, & ad Conuentum, de quo fuerit, deuoluatur; nec Prior, vel Vicarius reſtituere ſibi poſſit.*

5 Infra ſpatium 24. horarum illas ſuis Prælatis exhibere, atque de eorum licentia in depoſito ponere omnes tenentur. Romæ 1601. confirmat. 3. Valliſoleti 1605. confirmat. 2. Romæ 1608. confirmat. 6. & Pariſijs 1611. confirmat. 24. ita dicitur. *Confirmamus quoque illam de non edendis libris niſi examinatis, & approbatis per Patres deputatos. Item de pecunijs vndequaque acceptis Prælato infra ſpatium 24. horarum præſentandis.*

6 Fratres cum ad Conuentus ſuæ aſſigna-
tio-

Digitized by Google

tionis deuenerint, omnem pecuniarum quantitatem, quam habent, depoſitarijs eorundem Conuentuum conſignare tenentur, ſub pœna priuationis earum. Romæ 1525. ord. 5. *Item ordinamus quòd Fratres poſt quàm fuerint in Conuentibus, vbi fuerint aſſignati, teneantur conſignare omnem pecuniam, quam penes ſe habuerint depoſitario conuentus, ſub pœna applicationis ipſarum ad conuentum; & ſi Fratres fuerint de vita communi, depoſitarius ſeruet eas pro neceſſitatibus ipſorum.*

7 Non expendantur abſque proprij Superioris licentia. Bononiæ 1564. capit. de Sacri Concil. Trident. decretis. *Omnes licentias generales ſuſcipiendi, aut expendendi pecunias, ſiuè quacumque alia abſque proprij Prioris conſenſu requiſito, vel retinendi, aut conſeruandi pecunias extra commune depoſitum, etiam ſi à Reuerendiſs. Generali ſint obtentæ, ex nunc abrogatas eſſe volumus, & declaramus. Neque de cætero eiuſmodi licentiæ generales abſque rationabili cauſa alicui concedantur, officialibus Conuentuum, qui communia procurant, exceptis.*

Plura alia vide ſupra de Bonis Fratrum, & de Depoſit. eorundem.

De Percuſſoribus.

1 SI quis percuſſor fuerit, pœnæ grauioris culpæ ſubiacere debet. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 1.* Vt autem hæc Conſtitutio omnino obſeruetur, ita mandatum fuit Londonis 1314. ord. 3. *Item cum Ordo noſter hactenus diuino munere inter ſtatus alios manſuetudine, & pace floruerit, & nunc percuſſiones in diuerſis Ordinis partibus inualeſcant in magnum ipſius Ordinis ſcandalum, & periculum perſonarum, diſtrictè iniungimus Prioribus vniuerſis quòd Conſtitutionem de percuſſoribus arctiùs faciant obſeruari.*

2 Non abſoluantur, qui enormiter aliquem inſtrumento aliquo percuſſerint, niſi priùs de tali percuſſione Prior Prouincialis moneatur: poſt quàm autem abſoluti fuerint, grauioris culpæ pœnam per duos ad minus menſes ſuſtinebunt. Londonis 1314. ord. 4. *Inſuper ordinamus, quòd ſi quis aliquem enormiter inſtrumento quocunque percuſſerit, Prior Prouincialis, vel eius Vicarius ſuper eius abſolutione conſulatur, & interim ipſe percutiens ab alijs ſequeſtretur: eo autem abſoluto iuxta noſtrorum priuilegiorum tenorem, pœna grauioris culpæ puniatur, quam ſaltem duobus menſibus integraliter facere teneatur: Hoc tamen obſeruato, quòd iuxta quantitatem maioris exceſſus actius puniatur.* Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. ſub litt. D.

3 Sunt etiam ſequeſtrandi ab alijs. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 4.* Vide num. ſequentem, & antecedentem.

4 Qui etiam gladium pro percuſſione cuiuſcumque perſonæ facienda euaginauerit, etiam effectu non ſecuto, carcere puniatur. Apud Nurimberg. 1405. ord. 9. *Et ſimiliter quicumque percuſſerit Fratrem, famulum, vel perſonam aliam notabiliter (cauſa correctionis excepta); ſi autem percuſſio fuerit cum effuſione ſanguinis, vel alias enormis, vel gladius euaginatus cum animo, vel intentione percutiendi; vel ſi quis arma inuaſiua infra ſepta Monaſterij ſine licentia ſuorum Præſidentium tenuerit contra ſententiam excommunicationis latam à iure; Extra de ſtatu Monachorum cle: Ne in Agro, carceri mancipetur, ſicut Conſtitutio mandat in capit. de Grauiori culpa: nec inde liberetur abſque Magiſtri Ordinis, vel Prouincialis licentia ſpeciali.*

5 Abſolutio grauis percuſſionis cuiuſcumque perſonæ poteſt à Superioribus ſibi reſeruari, ex Clementis VIII. decreto. *Vide in Conſt. noſtrarum Prologo in declarat. tex. 10. ſub litt. S.* vbi ponuntur omnes caſus ipſis Superioribus reſeruabiles.

De Petitionibus.

1 NVlla petitio offeratur Prouinciali Capitulo, niſi à Conuentu: nec Generali, niſi à Prouinciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 6. quæ fuit facta in Capit. Generaliſſimo Pariſijs 1236.*

2 Prouinciarum petitiones à Prouinciali Diffinitoribus, & Patribus Prouinciæ in Capitulo fiant. Romæ 1629. ord. 18. *Vide de Patribus Prouinciæ num. 3.* Si autem Prouinciæ nomine aliquis pro quocumque gradu conſequendo petatur, & re vera ita non ſit, talis ſit perpetuò inhabilis ad dictum gradum conſequendum. Romæ 1583. ord. 4. & ibidem 1589. conf. 27. *Cæterùm ſi Prouinciæ nomine quemcumque gradum falsò quis petierit, cum Prouincia non petat, inhabilis perpetuò ſit ad huiuſmodi gradum aſſumendum. Petitiones verò non ſolùm à Prouinciali, ſed etiam à Diffinitoribus fieri debebunt. & hoc habet tria Capitula continua.*

3 Petitiones Prouinciarum pro Capit. Generali ſigillis Diffinitorum ſint munitæ. Bononiæ 1267. ord. 4. *Item petitiones, quæ mittuntur à Capitulis Prouincialibus ad Capitulum Generale ſigillentur ſigillis Diffinitorum Capituli*

Pro-

Prouincialis, & Diſſinitorum, & eornm Socij euntes ad Capitulum Generale, eorur dem Diſſinitorum Prouincialis Capituli ſigillis munitas teſtimoniales litteras ſecum ferant .

4 Prouinciarum petitiones in Congregatione intermêdia fieri non poſſunt . Romæ 1629.ord.12. *Vide de Elect.Diffinit.Capit.Prouincial.num.9.*

5 Non poſſunt Prouinciæ Graduatos ſupra numerum in illis raxarum petere . Romæ 1589.conf.29 *Confirmamus pariter, ac ratam, & firmam haberi volumus ordinationem præcedentis Capituli* (ſcilicet Rom.1583.) *vt numerus Graduatorum in vnaquaqne Prouincia præſcriptus inuiolabiliter obſtruetnr, ita vt ſupra ipſum numernm Prouinciæ petere non debeant Graduatos; & nunquam, niſi Reuerendiſſimo P. Generali aliqna vrgenti de cauſa aliter diſponente, excedatur; quod ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritnm, & inane .*

6 Circa Graduandorum petitiones vide in proprijs locis dum de eiſdem gradibus ſpecialiter agitur .

De Pœnis Ordinis .

1 REgula, & Conſtitutiones noſtræ non obligant nos ad culpam, ſed ad pœnam, niſi propter præceptum, vel contemptum : pœnis tamen abſolutionis ab officio, priuationis vocis actiuæ, vel paſſiuæ, grauioris culpæ, & alijs maioribus (quantumcumque tam in Conſtitutionibus, quàm extra ipſo facto ſint incurrendæ) niſi ſit pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nullus ſit ſubiectus, niſi ſuperueniat declaratio Prælati in particulari reſpectu huius, quantumcumque etiam notorium facti, vel iuris, aut vtriuſque interueniat. *Ex Prol. Conſtitut. noſt. tex. 4. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmata Neapoli 1515. & in Conſtitutionem redacta Romæ* 1518.

2 Sunt etiam tranſgreſſoribus Conſtitutionum impoſitæ aliæ pœnę, inter quas vna dicitur Leuis culpæ, de qua agitur diſt. 1. cap. 16. alia dicitur Grauis culpæ, de qua ibidem cap. 17. alia eſt Grauioris culpæ, de qua etiam ibid. c. 18. vltima tandem eſt Grauiſſimæ culpæ, de qua pariter cap. 19. ibidem tractatur; de quibus omnibus vide in eiſdem capitibus, & declarationibus eorum .

3 Poſſunt tranſgreſſores Conſtitutionum noſtrarum declarare ſe ipſos in pœnas illarum incurſos. Ita declaratum fuit Ianuæ 1513. declarat. 3. *Item* (ſcilicet declaramus) *quod pœnæ extra Conſtitut. appoſitæ ipſo facto incurrendæ niſi ſint excommnnicationis, exigunt declarationem Superioris in particnlari, niſi ipſemet reus ſe ipſnm declaret, qnod facere debet humiliter recognoſcens errorem ſunm, ſi factnm eſt pnblicum, vel notorinm; ſi enim ipſe ſe declarauerit non eſt alia opns declaratione.* Quod fuit confirmatum Neapoli 1515. decl. 2. & Romæ 1518. decl. 2. *Vide in Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 4. ſnb litt. O.*

4 Nullus Superior poteſt ſe ipſum ob quamcunque Conſtitutionum tranſgreſſionem declarare à proprio officio abſolutum . Romæ 1518. decl. 2. *Nullus tamen Præſidens declarare ſe ipſum poteſt abſolutum ab officio propter qnamcunque tranſgreſſionem admiſſam .* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.

5 Pœnæ priuatiuæ clauſula *(ipſo facto)* munitæ, ſola facti declaratione incurruntur. Valentiæ 1596. decl. 6. *Declaramus pœnas omnes prinatiuas in noſtris Conſtitntionibus contentas, quando adeſt clauſnla* (ipſo facto) *ſola facti declaratione incurri, ita vt non poſſit Index ipſas minuere in ſententia ferenda.* Vide in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 18. in declarat. tex. 3. ſub litt. I.

6 Pœna talionis puniantur qui Fratrum crimina, quæ probare non poſſunt, euulgare præſumpſerint . Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. nnm. 39.* & Romæ 1629. conf. 5. ita dicitur. *Confirmamus, & inuiolabiliter obſernari mandamus omnibus Prioribus Pronincialibns, & Connentualibus, vt Fratres accuſatores ſnornm Fratrum apud quodcunque Tribunal, qui in canonicis, & iuridicis defecerint, pœna talionis indiſpenſabiliter puniantur.*

7 Si quis pœnam, ſeu punitionem inuentus fuerit Fratri alteri obiecisse, puniatur ac ſi culpam ipſam, propter quam talis pœna imponitur, commiſiſſet. Apud Podium 1344. ord. 4. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. ſuprad. num. 39.*

8 Quæ à Generalibus, ſeu Prouincialibus Capitulis, vel etiam à Iudicibus Ordinis imponuntur, adimpleantur. Ferrariæ 1290. ord. 9. *Item pœnæ per Generalia, vel Prouincialia Capitula impoſitæ, & ſententiæ per Iudices Ord. latæ, & per Diſſinitores Ord. approbatæ, & confirmatæ diligentiùs obſernentur, & non facientes, adhoc per Prælatos ſuos ſollicitiùs compellantur.*

9 Superiores in pœnis taxatis in Conſtit. noſtris infligendis ſint ſeueriores. Salmanticę 1551. ord. 4. *Ordinantes item admonemus omnes Priores, tam Conuentuales, quàm Prouinciales, vt in pœnitentijs (præſertim in Conſtitutionibus taxatis) imponendis ſint ſeneriores, & in his maximè, quæ ad honeſtatem pertinent, vnde ſolet ex paucornm erratis tota Religio infamari, & in*

alijs, quæ in cap. de Grauiori culpa continentur.

10 Nulla poteſtate aliquid prohibeatur cum hac pœna, Quod uon poſſit abſolui à peccatis ſuis: *Ex Prol. Conſt. noſt. tex.10. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

Plura alia circa particulares pœnas vide in cap. in quibus ab ipſis agitur.

De Poſtulationibus.

1 IN electionibus tam Prouincialium, quam Conuentualium Priorum poſſuut etiam fieri, præter vnius electionem, aliorum poſtulationes, ex Apoſtolica Alexandri IV. & Sixti IV. auctoritate Ordini uoſtro conceſſa. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. in decl. tex. 4. ſub litt. C.* Quomodo autem fieri debeant, vide in lib. Conſtitut. noſtrarum Cap. *de Poſtulationib. Priorum*, & in ſubſequenti Cap. *De Forma litterarum ſcrutinij, ſeu decreti electionis, mittendarum ad Confirmatorem.*

2 Prior Prouincialis poteſt confirmare in Priorem illum, qui à maiori parte vocalium fuerit poſtulatus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 3. quæ fuit inchoata Mediolani* 1270. *conf. apud Montem peſſulanum* 1271. *& in Conſt. redacta Florentiæ* 1272.

3 In electionis ſcrutinio poſtulationes ipſæ ſunt ponendæ, & ante Capituli diſſolutionem publicandæ. Romæ 1553. decl. 3. *Vide ſupra de Elect. Prior. Conuent. num. 48.*

4 In illis Prouincijs, in quibus poſtulationum vſus viget, idem obſeruetur, & nomina eorum, qui poſtulantur, numeruſque poſtulantium ſimiliter in Capitulo publicentur. Romæ 1564. Cap. de Sac. Concil. Trid. decretis. *Vide vbi ſupra de Electione Prioris Conuent. num. 48.*

5 In formatione decreti electionis, licet aliquis ſit ſufficienter poſtulatus, nunquam dicatur ab eo, qui præeſt in Capitulo Ego, &c. poſtulo in Priore N. ſed eligo N. Ita declaratum fuit Placentiæ 1310. decl. vnica. *Item declaramus quòd in omni Ordinis electione canonica vndecunque, vel in quocunque ſtatu perſona eligenda exiſtat, ſemper dicatur, eligo, & nunquam dicatur, poſtulo, in formatione decreti.*

De Præceptis:

1 PRæceptum in Regula nullum (niſi quod de natura ſua eſt ratione trium votorum, vel diuinæ, aut eccleſiaſticæ legis) contineri volumus, & declaramus. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 4. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

2 Poſſunt Prælati ex rationabili cauſa præcepta ſubditis ſuis facere; in his tamen, quæ ad Conſtitutiones noſtras, & Regulam noſtram pertinent explicitè, vel implicitè, quę tranſgreſſores non ſolùm ad pœnam, verum etiam ad culpam obligabunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. in decl. eiuſdem tex. ſub litt. M.*

3 Præcepta autem ad mortale peccatum obligantia, aut nulla, aut quam pauciſſima à Pręlatis fiant, maximè circa ordinationes longo tempore duraturas. *Ex ſuprad. loco Conſt. noſtrarum.*

4 Pręlati omnes à multitudine præceptorum, & ordinationum abſtineant, ne laqueum animabus ſubditorum inijciant; nec propter defectum vnius, vel paucorum, quem, vel quos non audent corrigere, communitatem inuoluant. *Ex eodem Prol. Conſt. noſt. tex. 10. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

5 Inſtante tantùm vrgenti neceſſitate debent illa facere. Pariſijs 1269. ord. 1. *Caueant Priores Prouinciales, & Conuentuales ne ſint faciles ad facienda præcepta, niſi vrgens neceſſitas id expoſcat*, & Oxonię 1280. ord. 15. Superioribus ita mandatur. *Item cum ſit periculoſum præcipitare Fratres per præcepta, interdicimus ne Priores, vel alij auctoritatem habentes, præceptis Fratres aſtringant, niſi ex diligenti deliberatione præhabita hoc neceſſarium videretur.* & Ferrarię 1290. ord. 2. ita dicitur. *Item monemus Prælatos, ſeu eorum Vicarios, ne faciles ſint ad excommunicationis ſententiam, ſeu etiam præcepta obedientiæ fulminanda.*

6 Ea tamen faciant cum conſilio diſcretorum. Auenione 1341. ord. 10. *Item cum multiplicatio præceptorum interdum pericula pariat animarum, inhibemus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, & Vicarijs eorundem, quòd præcepta non faciant, nec multiplicent, niſi ex cauſa multùm rationabili, & examinata, & digeſta cum conſilio diſcretorum.*

7 Pręlati non faciant pręcepta in ira exteriori obligantia ad mortale peccatum, maximè contra ſubditos turbatos; & ſi fecerint irrita ſint, & inania: facta tamen valeant quoad

quaſ-

Digitized by Google

quaſcunque pœnas temporales. Pręcepta quoque in ſcriptis facta cenſeantur ſine ira facta. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 5. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conſ. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

8 Præcepta tam Capitulorum Generalium, quàm Magiſtrorum Ord. eum ipſis expirant; vita vero Capituli vſque ad ſequens Capitulum intelligatur. *Ex Prol. Conſt. noſtrarum tex. 9. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. approbata Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ* 1518. & Carcaſſonę 1342. decl. 2. ita dicitur. *Item declaramus quòd ordinationes, & præcepta, & ſententia excommunicationum, quæ ponuntur in Actis Capit. Generalium, non obligant Fratres niſi ſolùm vſque ad receptionem actorum immediatè ſequentis Capituli Generalis, vel Prouincialis.*

9 Tranſgreſſores pręceptorum ſuorum Prelatorum grauioris culpę pœna puniantur. Apud Caſtras 1352. *Vide de Grauiori culpa num. 1.*

10 Viſitatorum pręcepta manent in ſuo robore dum viget auctoritas eorum, à quibus fuere miſſi. Valliſoleti 1605. decl. 1. *Declaramus ordinationes, & pręcepta à Viſitatoribus facta manere in ſuo robore durante auctoritate eorum à quibus miſſi ſunt.*

De Prædicatoribus.

FRatres noſtri, Fratres Prędicatores vocentur. Pariſijs 1256. ord. 7. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quod Fratres noſtri vocentur Fratres Prædicatores, & non alijs nominibus.*

1 Nullus aſſumatur ad Prędicationis officium extra clauſtrum, & Fratrum conſortium infra viginti quinque annos. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 2.* Nec prędicet populo, nec confeſſiones audiat extraneorum ſine licentia Prioris in Capitulo de conſilio Diffinitorum ſibi data. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* vbi error irrepſit dum dicitur, *de conſilio Diffinitorum*, nam deberet dicere, *de conſilio diſcretorum*, ita enim hęc Conſtitutio fuit inchoata in Monteſpeſſulano 1265. approbata Treueris 1266. & confirmata Bononię 1267. hoc modo: *Confirmamus has Conſtitutiones, &c. Item hanc in cap. de Prædicatoribus, poſt illud*, infra viginti quinque annos, *addatur; nec prædicet populo; nec confeſſiones extraneorum audiat ſine licentia Prioris ſui in Capitulo de conſilio diſcretorum ſibi data, & hæc habet tria Capitula.*

2 Prędicationis officium non committant Priores niſi Fratribus adhoc idoneis, ac moribus, & ſcientia approbatis, ne eorum inſufficientia Prędicantium Ordo veniat in contemptum, & vergat in periculum animarum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 1. quæ fuit inchoata apud Treuerim 1249. confirmata Londonis 1250. & in Conſt. redacta Metis 1251.*

3 Nullus ad prędicationis officium admittatur, niſi examinatus, & approbatus fuerit. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 1.* Vide de Examinandis num. 4. & de Confeſſorib. num. 4.

4 Nullus Prędicatoris titulo gaudeat, qui Artium curſum non compleuerit, Theologiamque tribus annis audierit. Ferrarię 1498. ord. 4. & Venetijs 1592. ord. 11. ita mandatur. *Nolumus proinde aliquem impoſterum Prædicatoris titulo inſigniri, niſi curſum Artium perfecerit; Sacram Theologiam per triennium audierit; caſibus conſcientia operam dederit, & in modo concionandi in aliquo Conuentu ad id deputato examinatorum iudicio per vota ſecreta in Generali Studio ferendo non parum profecerit, ſitque religioſorum morum, vt virum decet Euangelicum.* Vide hic infra num. 6.

5 Interdictum eſt ſub pœna grauioris culpę Fratres non Sacerdotes admittere ad prędicandum, etiam in villulis, ſeu paruis oppidis. Romę 1571. ord. 5. *Nullus Frater Ord. noſtri ad prædicandum verbum Dei, etiam in paruis oppidis, admittatur, niſi ſit Sacerdos, & Theologiam per duos annos adminus audierit; cuius oppoſitum facientes pœnæ grauioris culpę ſubijciantur: præcipientes in virtute Spiritus Sancti omnibus Prælatis, ne vllo pacto permittant huiuſmodi Fratres prædicare.* Quod fuit confirmatum Barcinonę 1574. conf. 19. & Bononię 1615. conf. 2. & ibidem 1564. ord. 3.

6 In qualibet Prouincia debet eſſe Conuentus aliquis ad inſtruendos prędicatores ſpecialiter deputatus, in quo, qui prędicationi operam dare deſiderent ita poſſint inſtrui, vt Prędicatoris nomen meritò conſequantur. Venetijs 1592. ord. 11. *Ordinamus, & diſtrictè præcipimus, vt in vnaquaque Prouincia, Congregatione, ſiue Vicaria Ordinis noſtri, teneantur illarum Præſidentes reſpectiuè de grauiorum earundem Patrum conſilio infra vnius menſis terminum ab harum publicatione, deputaſſe vnum, vel plures Conuentus, in quo, aut quibus per deſignandos idoneos Patres inſtruantur iuniores, ſpecialiter ad id munus apti in officio concionandi, quatenus tempore debito fructuosè ad Dei gloriam, & animarum ſalutem prædicantes, Prædicatorum nomen non immeritò ſibi vendicare videantur.* Quod fuit confirmatum Romę 1612. & in commiſs. 2. commiſſum Magiſtro Ord. vt id executioni mandaret, & Romę denique 1629. ord. 2. ita ſancitum fuit. *Ordinamus omnibus Prioribus Prouincialibus, vt in qualibet Prouincia*

iuxta exigentiam, & amplitudinem eiuſdem ſtatuant duos, vel tres Conuentus præcipuos; vel ſi Prouincia exigua fuerit, vnum ſaltem, in quibus vel in quo legantur aſſiduè controuerſiæ fidei, & tractatus Euangelicam prædicationem ſpectantes, ita vt impoſterum nullus inſtituatur Prædicator, niſi per tres annos Theologiæ, & duos, vel vnum ſaltem, controuerſijs moralibus Theologiæ operam dederit, alias eius inſtitutio nulla ſit.

7 Prędicare non audeat aliquis in Diœceſi Epiſcopi ſine illius licentia; niſi aliàs mandatum habeat à Summo Pontifice. Caueant etiam Fratres noſtri ne (ponendo os in Cœlum) in ſuis prędicationibus Religioſos, & Clericos ſcandalizent: ſed ea, quę in ipſis emēdanda viderint, obſecrando, vt patres emendare procurent. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 3.*

8 Quicunque in publica prędicatione, vel in communi coram ſecularium multitudine vllo tempore Sum. Pontificem diffamauerit, carcerali cuſtodię mancipetur, nec inde liberetur, niſi per Capitulum Generale, & cogatur (ſi commodè fieri poteſt) in publico reuocare. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 1. quæ auctoritate Apoſtolica fuit ſancita Perpiniani 1327.*

9 Priuentur prędicationis officio, carceribuſque puniantur qui Pręlatis Eccleſię, Principibus, Religioſis, alijſque Eccleſiaſticis perſonis detrahere aliquo modo pręſumpſerint. Romę 1481. ord. 8. *Carceris pœnæ ſubyciantur, qui in ſuis prædicationibus dominis Prælatis, & Principibus, Religioſis, ac etiam Eccleſiaſticis perſonis detrahere quoquo modo præſumpſerint, & nihilominus officio prædicationis ſimpliciter ſint priuati.* Vide de Grauiori culpa num. 46.

10 Contradicentibus Epiſcopis Prædicatores, neque etiam in noſtris Eccleſijs, prædicare præſumant. Bononiæ 1564. Capit. de Sac. Concil. Trident. decretis. *Diligenter attendant Prælati noſtri Ordinis, & quicumque alij Fratres omnia, quæ circa Reuerendiſs. Epiſcoporum obſeruantiam à S. Synodo fuerunt ſtatuta, & ſi examinare velint expoſitos ad confeſſiones audiendas, aut promouendos ad Ordines, humiliter pareant, neque ipſis contradicentibus, etiam in noſtris Eccleſijs, prædicare præſumant.*

11 Admoneant populos, vt Prælatis ſuis Eccleſiaſticis debitum exhibeant honorem, atque Parochiales Eccleſias frequentent. Parrijs 1239. ord. 4. *Item* (ſcilicet ordinamus) *vt Fratres noſtri diligenter admoneant populos, vt Eccleſias, & Prælatos eorum honorent, & eis fideliter reddant iura ſua, & quòd temporibus ſuis Eccleſias ſuas Parochiales frequentent.* Quod fuit etiam in ſequenti Capitulo Bononiæ 1240. celebrato confirmatum ord. 2.

12 Conſtanti pectore clament contra Hæreticos, & populi ſcelera. Bononiæ 1564. admonit. 5. *Item admonemus, & admonendo præcipimus omnibus verbi Dei Prædicatoribus, vt apertè, & animosè pro fide loquantur aduersùs hæreſes, & ea fidei dogmata conſtanter, & explicitè proponant, quæ loci, & temporis ratio poſtulauerit, & contra Chriſtiani populi ſcelera ſtrenuè clament, & inter cætera blaſphemiarum, & periuriorum prauitatem frequentiſſimè inſectentur.* Quod in antecedenti Capitulo Auenionen. 1561. ord. 13. etiam fuerat ordinatum. Romæ autem ſpecialiter contra impij Lutheri dogmata hæc fuere mandata ord. 14. *Monemus omnes, & ſingulos Patres Ordinis noſtri, & præſertim qui litteris, ſeu prædicatione præcellunt, & in domino hortamur, nec non ſi meritum obedientiæ volunt, illis iniungimus, vt contra peſtifera, & virulenta Martini Lutheri dogmata, quæ paulatim ſerpentia in tantam perniciem irruperunt, magnamque ſtragem Eccleſiæ Dei, ac ruinam fecerunt, non ſolum orationibus, ſed ſacris prædicationibus totis conatibus ſe opponant, priuatimque, ac publicè, domi, forique apud Populos, Proceres, & quoſcumque Principes orthodoxam fidem contra illius figmenta, & hæreſes tueantur tanquam boni paſtoris noſtri catuli aduerſus fures latratus edentes, immitatores effecti maiorum noſtrorum, qui pro ſuccidendis hæreſibus, ac impijs dogmatibus de Eccleſijs funditus euellendis ſoliti ſunt non ſolum preces, & ſtudia, ſed ipſum ſanguinem, & vitam exponere, vt poſſint ſaluti Eccleſiæ neglectu ſuorum corporum vltro ad mortem properando redimere.*

13 A fabulis, hiſtrionatibus, ac repręſentationibus abſtineant, & tantùm verbum Dei deuotè, & feruenter prędicare ſtudeant. In Monteperſulano 1456. ord. 12. *Item cum ad ſalutem animarum, & S. Prædicationis officium procurandum Ordo noſter ſit ſpecialiter inſtitutus; Volumus, & ordinamus omnibus, & ſingulis Prædicatoribus noſtri Ord. diſtrictius imponentes, quod verbum Domini deuotè, & frequenter ſtudeant prædicare ommiſſis fabulis, & hiſtrionatibus, & cantibus, ac repræſentationibus, & huiuſmodi leuientibus: Et Priores Prouinciales, ac Conuentuales, tales adulteratores verbi Dei reprimere curent, & ſi deſiſtere noluerint, prędicationis officio, & confeſſionum audientia priuentur.*

14 Qui ſcandaloſa prędicauerint, grauioris culpę pœna puniantur, qua etiam pœna puniendi ſunt, qui in publica prędicatione Fratribus noſtris aliquo modo detraxerint, aut eorum famam, vel Ordinis noſtri denigrauerint. *Vide de Grauiori culpa num. 46.*

15 In feſto Conceptionis B. V. Apoſtolica decreta obſeruent, de laudibus eiuſdem tantùm tractantes. Valliſoleti 1605. admon. 4. *Admonemus omnes verbi Dei concionatores, & illis diſtrictè mandamus, vt Summorum Pontificum decreta circa Sanctificationem, vel Conceptionem B. V. Marię inuiolabiliter obſeruent, &*

in

in concionibus eiuſdem feſtiuitatis à queſtionibus de peccato original i abſtineant, caueantque ne inter concionandum quidquam dicant, quod pias aures offendere poſſit, ſed fiant conciones de laudibus eiuſdem Sanctiſs. Virginis. Modò autem ex decreto Apoſtolico nomine Conceptionis tota vtitur Eccleſia, omiſſa ſantificationis nuncupatione.

16 Fratres noſtri in prædicationibus ſuis dari, vel colligi pecuniam pro Domo, vel aliqua perſona ſpeciali, ne admoneant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 4. Vide ibidem ſub litt. E.*

17 Nullus audeat Bullas quæſtuarias prędicare, niſi de licentia Magiſtri Ordinis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* In cuius executionem ita mandatum fuit Mediolani 1505. ord. 5. *Prohibentes ſub pœna excommunicationis, & grauioris culpæ, ac priuationis omnium bonorum, ne quis præſumat Bullas quaſcumque quæſtuarias prædicare, aut cum quæſtuarijs, & zarratanis huiuſmodi Indulgentiarum Bullas prædicantibus ſe in ſocios adiungere ſine expreſſa licentia Reuerendiſſimi Mag. Ordinis.* Quod fuit confirmatum Papiæ 1507. addita carceris pœna, & Romæ 1530. priuantur lucro aquiſito ex prædicatione earundem. ord. 8. *Item ordinamus, quòd Fratres noſtri, ſi in futurum per Bullas Sum. Pont. editas, & edendas ad prædicandum ierint quaſcumque Bullas reuocando noſtra priuilegia, ſint priuati lucro ex Bullis acquiſito, & applicentur pro vtilitate communi ſuorum Conuentuum indiſpenſabiliter à ſuis Prouincialibus, & nullo modo ſint pro vſu dictorum Fratrum.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 4. ſub litt. E.

18 Pro ſe ipſis quęſtus non faciant, nec procurent vt in Eccleſia, aut alio publico loco ipſis pręſentibus fiant. Parijs 1239. ord. 7. *Fratres noſtri, dum officium exercent prædicationis, quæſtus publicè non faciant, nec procurent quòd pro eis in præſentia eorum in Eccleſia, aut aliquo loco publico fiant.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. ſub litt. E.

19 Prędicatoribus ex Conuentibus obſeruantię aſſumptis nullum ſtipendium, ſeu eleemoſyna detur: prouideatur autem illis de neceſſarijs rebus. Ianuę 1513. ord. 15. *Vide de Conuentib. obſeruantiæ num. 10.*

20 Eleemoſynas, quas recipient, quantocius ſuis Pręlatis conſignare tenentur. Venetijs 1592. ord. 9. *Ad peſſimum proprietatis vitium (quantùm cum Domino poſſumus) à Fratrum noſtrorum cordibus eradicandum, diſtrictè mandamus omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Fratribus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, conformiter ad ea, quæ ſæpe ſæpius ſancita fuere, quatenus debeant fideliter, & quantocius ſub pœna proprietarij debita Superioribus ſuis ſemper præſentare quamcumque pecuniarum ſummam ad eorum manus vndecumque venientem; ſiuè prætextu prædicationum, lectionum, confeſſionum, ſiuè Miſſarum, ſiuè quolibet alio, etiam propria perſonæ intuitu à conſanguineis, vel quibuslibet alijs.*

21 Qui ratione infirmitatis à carnibus abſtinere nequeunt in quadrageſima, Prędicatoris officium in illa non exercebunt. Romę 1601. ord. 15. & Valliſoleti 1605. confirmat. 24. *Confirmamus, vt Concionatores, qui tempore quadrageſimę à carnibus abſtinere non valent, per quadrageſimam ad populum concionari non poſſint, ne plùs tanto ſcandalo offendant, quàm verbis ædificent.*

22 Prędicatoribus Eccleſiarum noſtrarum in Quadrageſima detur inter Fratres locus honorabilis. Neapoli 1515. ordinat. 4. *Item imponimus Præſidentibus, vt prædicatoribus per Quadrageſimam prouideant de loco honorabili inter Fratres ibidem pro tunc, prout prudentia ſua dabit.*

23 In noſtris Eccleſijs Quadrageſimę, & Aduentus tempore ſoli Ordinis noſtri profeſſores ad populum poſſunt conciones habere. Romę 1612. admonit. 2. *Vide de Eccleſijs noſtris num. 6.*

24 Feſtiuis diebus habeantur conciones in noſtris Eccleſijs. *Vide de Eccleſijs noſtris num. 4. & 5.*

25 Inter Patres à Conſilijs habeantur qui per decennium in quadrageſima prędicationis munus gratioſè obierint. Barcinonę 1574. ord. 12. & Romę 1580. conf. 18. *Confirmamus, quòd Prædicatores qui per decennium integra quadrageſima munus prędicationis gratioſè executerint, ſint, & habeantur patres à conſilijs vbicumque fuerint aſſignati, quos præſenti decreto nos inſtituimus cum gratijs, & priuilegijs conſuetis.*

26 In Quadrageſima, Aduentu, & per annum conſuetum Euangelium prędicabunt. Valentiæ 1596. ord. 5. *Ordinamus, vt Concionatores, tam in quadrageſima, quàm per annum in noſtris Eccleſijs concionantes non poſſint aliud Euangelium prædicare, aut populo declarare in Concionibus niſi quod pro tunc in Miſſa à nobis met ipſis recitatur ſecundùm rubricas miſſalium reformatorum: contrarium verò facientes, arbitrio Superiorum puniantur, & officio prædicationis priuentur.*

27 Nullus poteſt ſibi procurare locum ad prędicandum in Quadrageſima, vel Aduentu, ſub pœna priuationis muneris prędicandi per triennium. Romę 1608. ordinat. 22. *Nullus Fratrum poſſit procurare ſibi locum ad concionandum Aduentus, vel Quadrageſimę tempore, ſub pœna priuationis officij concionandi per triennium: ſed à Priore, vel Prouinciali procurentur loca, & ex eorum prudenti arbitrio concionatori-*

Digitized by Google

toribus diſtribuantur. Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 14. his additis. *Si autem alicui locus offeratur ad dictum officium exercendum, petat licentiam acceptandi à ſuis Superioribus.*

28 Prædicatores infra annum ſunt diſpenſati ab Hebdomadariæ munere ſubeundo. Venetijs 1592. ord. 2. & Pariſijs 1611. conf. 25. vbi tamen ſubduntur hæc verba. *Quod ſi in aliquibus Prouincijs, nec iſti exempti ſunt, non ſint virtute huius declarationis exempti.* Vide de Hebdomadaria num. 2.

29 Deuotionem Sanctiſsimi Roſarij, & Nominis Dei in populis promouere tenentur. Romæ 1571. admonit. 2. *Item admonemus omnes verbi Dei Prædicatores, vt inter alia deuotionis exercitia commemorationem Sanctiſs. Roſarij fidelium auribus ſæpiſſimè ingerant, quantum fieri poterit pium hoc institutum fouentes, quibus etiam iniungimus, vt Confraternitatem Nominis Dei diligenter ſtudeant promouere. Mandamus autem Prælatis noſtrorum Conuentuum, vt proceſſionem habeant Dominica prima cuiuslibet menſis, vt in Conuentibus Italiæ fieri conſueuit.* Quod fuit confirmatum Venetijs 1592. ord. 12. & Romæ 1601. ord. 3.

30 Prædicationis officium non committatur niſi illis, qui pluries prædicauerint in Refectorio inter Fratres. Apud Briuam 1346. ord. 3. *Ordinamus quod Fratres priùs exerceantur pluries in Refectorio in officio prædicationis coram Fratribus, antequam mittantur ad prædicandum coram ſecularibus.*

31 Puniantur pœna inobedientibus, & proprietarijs debita, qui Epiſcopis, vel quibuſcunque perſonis extra Ordinem in legendo, vel prædicando inſeruierint abſque ſuorum Prælatorum licentia. Bononiæ 1564. Cap. de Sac. Concil. Trid. decretis. *Nullus Fratrum noſtrorum ſe alicuius Principis, vel Epiſcopi, aut communitatis, ſeu cuiuſuis alterius obſequio ſubijciet, vel ad legendum, aut prædicandum abſque ſui Prælati licentia ſuas operas locet; alioquin tanquam inobediens, & proprietarius puniatur.*

De Prædicatoribus Generalibus.

1 PRædicatorum Generalium titulus eſt in noſtro Ordine vetuſtiſſimus, illiuſque in primordijs eiuſdem mentio ita habetur. Pariſijs 1234. admonit. 7. *Item nullus Frater prædicet, aut confeſſiones audiat ſine ſpeciali licentia Prioris ſui, niſi Prædicator fuerit Generalis.*

Prædicatores autem Generales dicimus Magiſtros in Theologia. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1. quæ Bononiæ 1410. auct. Apoſtolica fuit ſancita.* Et qui per Priorem Prouincialem, & Diffinitores Capituli Prouincialis fuerint inſtituti. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Bononiæ 1252. confirmata Budæ* 1254. (nam an. 1252. pridie non. Nouemb. migrauit ad Dominum dilectus Deo, & hominibus F. Io: Theutonicus 4. Mag. Ord. Argentinæ, & ideo ſequenti anno 1253. non fuit celebratum Capitulum Generale) *& in Conſt. redacta Mediolani* 1255.

2 Eos inſtituendi nullus Vicarius (etiam cum Diffinitoribus) habeat poteſtatem: dicti autem Prædicatores Generales dicto officio non fungantur, niſi in Prouincia, in qua fuerint inſtituti. *Ex Conſt. noſtris loco ſuprad. quæ fuit inchoata apud Viennam* 1282. *confirmata apud Montempeſſulanum* 1283. *& in Conſt. redacta Bononiæ* 1285. Nam an. Dom. 1284. non fuit celebratum Capitulum Generale eo quod tranſijt ad ſuperos in eodem Conuentu Montis peſſulani poſt Capituli celebrationem Magiſt. Ord. P. F. Io: de Vercellis, poſtquam decem & nouem annis Ordinem ſanctiſſimè rexiſſet.

3 Poſſunt inſtitui in Cap. Prouinciali à Diffinitoribus, & Generali Vicario Prouinciæ in illis Prouincijs, in quibus Prouinciales ſtatim, ac fuerint electi, præſident Capitulo ſub titulo Vicarij Generalis illarum, donec in Prouinciales confirmentur. Romæ 1629. ord. 15. *Fratres verò qui ad huiuſmodi munus* (ſcilicet Prædicatoris Generalis) *iuxta noſtras Conſtitutiones approbati, cæteriſque iuxta earundem præſcriptum, requiſitis ornati inuenti fuerint, poterũt quidem à P. Prouinciali, vel Vicario Prouinciæ vnà cum Diffinitoribus in Capitulo congregatis Prædicatores Generales inſtitui; nunquam tamen hi erunt, aut cenſebuntur voce, cæteriſque priuilegijs donati, niſi à Patribus Prouinciæ vnà cum Prouinciali, & Diffinitoribus in Capitulo congregatis per vota ſecreta fuerint acceptati: quod ſi ſecus fiat, totum ſit irritum, & nullum:*

4 Illos non poteſt Prouincialis ſine Diffinitoribus inſtituere, nec è contra: benè tamen Prouincialis cum duobus ex illis. Apud Montem peſſulanum 1294. decl. vnica. *Item declaramus, quòd ſine Prioris Prouincialis aſſenſu Diffinitores Capitulorum Prouincialium Prædicatores non poſſunt inſtituere Generales.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B. vbi aſſeritur poſſe Prouincialem cum duobus Diffinitoribus illos inſtituere, & pro hoc adducitur ibid. Capitulum Gener. Perpiniani 1327. in quo ord. 6. de Prædicatoribus Generalibus agitur, in ea tamen nulla de hac re mentio habetur.

Nul-

Digitized by Google

5 Nullus Diſſinitor poteſt ſe ipſum Prædicatorem inſtituere Generalem, etiam cum aſſenſu aliorum duorum. Londonis 1263. ord.8. *Item quicumque Lectuus inter Diſſinitores conſtitutus ſe ipſum de aſſenſu duorum, alijs diſſentientibus Prædicatorem fecerit Generalem, pro non prædicatore habeatur.* Vide in Conſt.loco ſuprad.ſub litt.C.

6 Eorum inſtitutio in Actis Capitulorum Prouincialium ponatur, & non per litteras patentes fiat. Barchinonę 1323.decl.4. *Item declaramus, quòd Prędicatores Generales, quando inſtituendi ſunt, debeant in Actis Capituli peruulgari, & non per litteras fieri; & ſi qui aliter per litteras facti ſunt, pro non factis habeantur.* Vide in Conſt.noſt.loco ſuprad.

7 Voce, atque reliquis gratijs frui nequaquam poſſunt, niſi in Capitulo à Prouinciali, Diffinitoribus, & Patribus Prouincię (hoc eſt à maiori eorum parte) acceptentur. Ita ordinatum fuit Romę 1629. ord.15. *Vide hic ſupra num. 3.*

8 Nullus inſtituatur, niſi ſit maturus, & diſcretus, & ſufficientis litteraturæ, & qui competenter ſciat proponere verbum Dei, & qui ſit idoneus ad negotia Ordinis pertractanda. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.16.tex.5. Quæ fuit ſancita Perpiniani* 1327. *ord.6. ex Apoſtolica auctorit.* vbi ſic dicitur poſt ordinationem 8. *Sciant omnes Fratres Ordinis noſtri, quòd omnes ordinationes ſupradictæ vim Conſtitutionum noſtrarum habent auctoritate D. N. Summi Pontificis, non obſtante quòd non habent niſi præſens Capitulum Generale, & omnes in fine libri Conſtitut. noſtrarum integrè conſcribantur.* Quod fuit etiam confirmatum Bononię 1410. confirmat.10. vbi omnes confirmationes factę habuerunt vim Conſtitutionum ex auctoritate Alexandrini V. variato ſolo verbo *conuenienter* in *competenter* ſciat proponere verbum Dei.

9 Numerum Conuentuum non excedant: & non fiat aliquis in aliqua Prouincia habente numerum exceſſiuum, donec ad dictum numerum ſint redacti, Magiſtris in Theologia, & illis dumtaxat exceptis, qui ratione antiquitatis, vel infirmitatis ad Capitula Prouincialia venire non poſſunt. Quod ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum, & inane. *Ex eiſdem Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit ſancita in eodem Capit. & ordinatione pro vt ſupra.* Numerus autem Conuentuum, quem excedere non debent, eſt illorum Conuentuum, qui Prioratus titulo gaudent: vnde pro illis, qui Vicariatus nomine tantùm ſunt donati, non poſſunt inſtitui prout fuit declaratum Romę 1589. declarat. 3. *Item declaramus, quòd quando Conſtitutio dicit, Prædicatores Generales in qualibet Prouincia numerum conuentuum excedere non debere, nomine conuentuum, atque Vicariatus, neque Loca veniunt intelligenda.* Quod fuit confirmatum Venetijs 1592.decl.5. & Romę 1612. confirmat. 3. *Vide in Conſtit. noſt. loco ſuprad. ſub litt. E.* Poteſt tamen eorum numerus augeri quando alij ſunt impotentes ad Capitula accedendi. Valentię 1337. ord. 8. *Mandamus, & volumus quòd in nulla Prouincia Ordinis habente numerum Prędicatorum Generalium, præter impotentes ſequi Capitula, aliquis alius in numero exceſſiue inſtituatur: quòd ſi ſecus in quacumque Prouincia factum fuerit, ex nunc totum irritum eſſe decernimus, & inane.* Idem etiam expreſsè habetur in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. tex. 5. Illi autem ad Capitulum accedere non poſſe cenſendi ſunt, quos Prouincialis, & Diffinitores iudicauerint non poſſe venire, in quorum locum alij ſunt ſubſtituendi. Ita declaratum fuit Valentię 1337.decl.1. *Declaramus, quòd illi reputandi ſunt non potentes venire ad Capitula Prouincialia ratione infirmitatis, vel antiquitatis, quos Prouincialis, & Diffinitores Prouincialis Capituli ire ad Capitula Prouincialia non poſſe ex cauſis prædictis indicauerint.* Si verò vltra prędicatan. cauſa inſtituantur ſupra numerum Conuentuum, eorum inſtitutio erit nulla. In Montepeſſulano 1456.ord.7. *Quicumque vltra dictum numerum Conuentuum inſtituti fuerint, pro non Prædicatoribus Generalibus, & pro non vocalibus in ſcrutinijs Capitulorum Prouincialium ſimpliciter habeantur.* In Capitulo autem Senis 1462. celebrato ord.6. mandatum fuit, vt quando numerus Prędicatorum Generalium exceſſerit numerum Conuentuum illius Prouincię, illi qui in officio prędicationis iuniores extiterint, à tali munere excludantur. *Item ne contra Ordinis noſtri inſtituta Prædicatorum Generalium numerus, non computando Magiſtros, Conuentuum excedat numerum: Volumus, & ordinamus, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, ne dicti Prædicatores numerum Conuentuum ſuperent. Quod ſi ita fuerit, iſ, qui iuniores fuerint in prędicationis Generalis officio à prædicatione Generali penitùs excludantur. Si qui verò ex ijs tantùm ſenes, aut debiles fuerint, vt ad Capitula Prouincialia procedere nequeant, loco illorum alij ſufficientiores ſubrogentur: Nec vnquam aliquis Prædicator Generalis fiat, donec numerus Prædicatorum Generalium Conuentuum numero inferior eſſe videatur.* Licet autem in numero excedente inſtituti voce, cæteriſque priuilegijs non poſſint frui, tamen in aliorum decedentium locum ſecundùm ſuę inſtitutionis ordinem ſuccedere debent, prout declaratum fuit Venetijs 1592. decl. 5. *Declaramus, quòd numerus Prædicatorum Generalium in nulla Prouincia poteſt excedere numerum Prioratuum eiuſdem Prouinciæ, ſique aliqui modò reperiuntur Prædicatores Generales inſtituti vltra præfatum numerum, decernimus ipſos non*

eſſe

Digitized by Google

eſſe Prædicatores Generales, neque gratijs, aut priuilegijs quoquo modo eiſdem Prædicatoribus conceſſis vti poſſe. Concedimus quidem ipſis, quòd aliorum decedentium locum ſucceſſiuè occupare poſſint ſecundùm ordinem ſuæ inſtitutionis; dummodo tamen conditiones à Conſtitutionibus noſtris in Prædicatoribus Generalibus requiſitas habeant. Irritum, & nullum declarantes, ſi quid in contrarium fieri contigerit, vel attentari, ſuper quo conſcientias RR. PP. Prouincialium oneramus. Quod fuit confirmatum Romæ 1612. conf. 3.

10 Nullus inſtituatur antequam Theologiam audierit per tres annos. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 5.* quod etiam Ferrariæ 1498. ord. 4. Venetijs 1592. ord. 11. & Romæ 1629. ord. 29. confirmatũ fuit, vbi hoc fuit etiã additum: *Et duos, vel vnum ſaltem* (ſcil. annum) *controuerſijs, moralique Theologiæ operam dederit, aliàs eius inſtitutio nulla erit.* Vide de Prædicatorib. num. 4.

11 Et niſi in Prouincia illa glorioſè prædicet, ita quod ſaltem per tres quadrageſimas in aliqua bona Ciuitate, ſeu terra, ſeu aliquibus bonis Ciuitatibus, ſeu terris prædicauerit. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

12 Et niſi ſit ætatis adminus triginta quinque annorum. Salmanticæ 1551. ord. 6. *Ordinamus, vt in creandis Prædicatoribus Generalibus conditiones debita obſeruentur, vt ſcilicet tales ſint, qui in Prouincia illa ſaltem per tres quadrageſimas in aliqua bona Ciuitate, vel terra glorioſè prædicauerint, & pro glorioſis Prædicatoribus habeantur, & qui ſint maturi, & diſcreti ad negotia Ordinis pertractanda, & ætatis adminus triginta quinque annorum, & nihilominus Theologiam audierint, ſaltem per tres annos: prout in Conſtitutionibus, & ordinationibus Capitulorum Generalium continetur: quòd ſi contra fiat, aut factum fuerit, totum irritum decernimus, & inane.*

13 Inſufficientes pro non Prędicatoribus habeantur: ſicut & omnes illi, qui iuxta noſtrarum Cõſtitutionum tenorẽ non ſunt inſtituti. Neapoli 1515. ord. 15. *Prædicatores quoque Generales, qui iuxta tenorem Conſtitutionum noſtrarum in capite de Prædicatoribus inſtituti non ſunt, & ſimiliter numerum Conuentuum excedunt contra tenorem Conſtitutionum, pro non Prædicatoribus habeantur. Hoc autem dicimus de ijs, qui iam pro Prædicatoribus Generalibus ſunt acceptati in Ordine; illos ſiquidem, qui ſemel à Prælatis Ordinis refutati ſunt, ſemper pro refutatis habemus.*

14 Antequam inſtituantur, examinentur eorum merita in Capit. Prouinciali à Prouinciali, & Diffinitoribus. Lugduni 1536. ord. 11. *Ordinamus item, quòd cum ſacra Conſtitutio caueat ne quis fiat Prædicator Generalis, niſi per tres annos audierit Theologiam: Diffinitores, & Prouinciales in Capitulo Prouinciæ ſuæ teneantur per ſe, vel per alios diligenter examinare eum, qui petit fieri Prędicator Generalis, de ſufficientia, tempore, & locis, quantùm ſcilicet, & vbi audiuit Theologiam: quòd ſi non impleuit tempus à Conſtitutionibus taxatum, & minùs idoneus reperiatur, præſenti ſtatuto illum à promotione prohibemus, & promotum de cætero officio priuamus.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 5 ſub litt. F.

15 Nullus poſtuletur in Prędicatorem Generalem, qui actus legitimos non fecerit, locuſque vacauerit, & ſtantibus ęqualibus meritis, antiquiores pręferantur. Ita Apoſtol. auctoritate ſancitum fuit Romę 1589. Cap. *Ordinationes pro Studiorum reformatione* ord. 7. Vide de Graduandis num. 2. & in Conſt. noſt. loco ſuprad.

16 Quicunque ſemel apoſtatauerit, vel de lapſu carnis manifeſtè conuictus fuerit, vel carceri ſententialiter, & legitimè mancipatus, de cœtero non prędicet, &c. Et ſi fuerit Prędicator Generalis dicto officio ſit priuatus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 1.*

17 Qui in ſacro prędicationis munere, nunquam, aut raro ſe exercuerint, incapaces ſunt, vt Prędicatores Generales inſtituantur. Baſileę 1473. ord. 3. *Volumus, & ordinamus, vt qui, tum ętate, tum doctrina, communiter adiudicantur inepti vt fiant ſecundùm ordinationes noſtras Prędicatores Generales, ſi fuerint ad id minus promoti, aut qui raro, vel nunquam prędicationis Apoſtolicum munus adimpleuerint, nec ſint, nec nominentur, nec vt Prædicatores Generales habeantur.* & Romę 1481. ord. 3. ita dicitur. *Declaramus illos non dici, nec Prędicatores Generales nominari, nec etiam voce, loco, pręeminentijs gaudere debere, qui tranſgredientes Conſtitutiones noſtras, & Acta Capitulorum ſint inſtituti, quos etiam voce, & gratijs Ordinis, niſi deſtiterint, priuamus per pręſentes,* & Romę 1542. Hęc ſubduntur. *Item ordinamus, quod Prędicatores Generales, ſi non fiant à Diffinitoribus Capituli Prouincialis ſecundùm formam Conſtitutionum, non omittantur, nec pro Prędicatoribus habeantur, & qui iam ſunt inſtituti, ſi de nouo à ſuis Prouincijs non approbentur, deſtituti eſſe intelligantur.*

18. Non inſtituantur, qui ſunt Baccalaurei, vel Lectores. Romę 1583. ord. 23. *Ordinamus in toto Ordine, quòd Lectores, & Baccalaurei nullo pacto poſſint eſſe Prędicatores Generales; & qui modò tales exiſtunt volumus, vt dicto munere* (ſcil. Prędicatoris Generalis) *ſint priuati; ſicut de facto priuamus. Volentes, vt Lectoratus, & Baccalaureatus gradu ſint contenti.*

19 Si aliqui priuentur omnibus gratijs Ordinis, ſunt etiam priuati Prędicatoris Generalis titulo, & munere. Valentię 1537. decl.

6. *Item*

6. Item declaramus, quòd quando Frater priuatur omnibus gratijs Ord. priuatus eſt auctoritate, & gradu prædicationis generalis, nec ad prædicationem generalem reſtitui poteſt per quemcumque, niſi iteratò per Priorem Prouincialem prouinciæ ſuæ fiat de nouo Prędicator Generalis, ſicut ſi nunquam antea extitiſſet.

20 Si Suppriores ſint Prædicatores Generales, ad Capitula Prouincialia pergere poſſunt, ſicut & cœteri vocales. Romę 1608. decl. 1. *Declaramus quòd Supperiores Conuentuum, qui ſunt Prædicatores Generales, habent vocem in Capitulo Prouinciali, & poſſunt ire ad Capitulum Prouinciale.*

21 Vt Prędicatores Generales vocem habeant in Conſilio Patrum immediatè poſt Baccalaureos declaratum fuit Neapoli 1600. prout dictum eſt ſupra de Conſilio Patrum num. 5. Veruntamen poſtea in Capit. Generali Romę 1650. declar. 7. aſſeritur illos habere vocem iuxta profeſſionis antiquitatem his verbis. *Declaramus in Conſilijs Conuentuum Prædicatores Generales non habere vocem niſi ſecundùm ordinem ſuę profeſſionis: declarantes prætera prius ad Conſilium pertinere eos, qui de iure, quàm alios, qui in iſtorum ſupplementum ſunt Patres à Conſilijs, quouſque ad complendum dumtaxat numerum duodenarium contingit aduocari.*

22 Inſtituantur pro Conuentibus determinatis, in quibus commorari teneantur, vt voce fruantur. Romę 1629. ord. 15. *Nullus demum inſtituatur, nec acceptetur Prædicator Generalis, niſi deſignato priùs illi Conuentu, pro quo inſtitutus ſit, & in quo ſemper commorari debeat. Ita vt ſi in huiuſmodi Conuentu, pro quo inſtitutus eſt, non manſerit, vllo modo voce gaudeat, niſi fortè à Superioribus alibi aſſignaretur, vel occuparetur in officio Prioris, Supprioris, & Vicarij alicuius loci Magiſtri Nouitiorum, Syndici, Confeſſoris Monialium, vel Lectoris, & Prædicatoris actu legentis, vel prædicantis.*

23 Si plures Prędicatores Generales in eodem Conuentu fuerint aſſignati extra caſus ſupradictos, qui antiquior in dicto munere extiterit, ſolus ille vocem habebit. Ita ſubditur in Capit. & ordinat. ſuprad. *Quòd ſi contigerit plures Prędicatores Generales in eadem Conuentu commorari, tunc antiquior tantùm in promotione, & approbatione voce gaudebit.* Romę autem 1612. admonentur Prouinciales ne grauamen inferant Conuentibus aſſignando in eis plures Prędicatores Generales, qui ſi ad Conuentus, pro quibus ſunt inſtituti, accedere recuſauerint, ſint voce priuati in Capitulo. Ita habetur admonit. 1. *Admonemus Ad. R.R.P.P. Prouinciales ne grauent Conuentus aſſignando in eis plures Prædicatores Generales, ſed diſtribuant eos per Conuentus pro quibus conſtituti fuerunt. Quod ſi ad eoſdem Conuentus accedere, & in eis permanere recuſauerint, ſint priuati voce actiua in Capitulo Prouinciali.*

24 Qui ſine legitima cauſa à Capitulis Prouincialibus ſe ſubtraxerint, ſint ſuo munere priuati, quouſque per Superiores ad illud reſtituantur. Auenione 1442. ord. vlt. *Prædicatores Generales ſine cauſa legitima Prouincialia Capitula viſitare poſtponentes, tam diu ſint prædicatione priuati, quouſque per Reuerendiſs. Magiſtrum, vel Prouincialem, ſeu Prouinciale Capitulum fuerint reſtituti.*

25 Suo officio non fungantur niſi in Prouincia, in qua fuerint inſtituti. *Ex Conſt. noſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1. quæ fuit incboata apud Viennam 1282. conſ. apud Montem Peſſulanum 1283. & in Conſtit. redacta Bononiæ 1285.* Nam an. 1284. non fuit celebratum Capitulum propter mortem Magiſtri Ordinis F. Io: de Vercellis.

De Numero Prædicatorum Generalium in Prouincijs conſtituto agemus in ſecunda parte huius operis, cum de ſingulis Prouincijs tractabimus.

De Prælatis Eccleſiarum.

1 CAueant Fratres noſtri ab offenſis Prælatorum Eccleſiaſticorum, ac Clericorum, quorum latas ſententias obſeruent. Viennę 1282. ord. 3. *Item cum ex fauore Prælatorum, & Clericorum, tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus Ordini multùm accreſcat, iniungimus Fratribus vniuerſis, vt ab eorum offenſis caueant, ſententias ritè per eos latas obſeruent, & interdum laicos moneant, vt quæ ſibi iure debentur, perſoluant, & per reuerentiam, humilitatem, ac familiaritatem captare ſtudeant gratiam eorundem.*

2 Exortentur populos, vt ſuos Parochiales Presbyteros venerentur, ipſiſque aliquando confiteantur. Ibid. ord. 2. *Item etiam Fratres diligenter, & efficaciter ſecundùm datam eis à Domino gratiam illos, qui ſibi confeſſi fuerint exhortentur, vt ſaltem ſemel in anno ſuis Presbyteris parochialibus confiteantur, prout ſtatuit Concilium Generale, & Sum. Pont. ordinauit; quamuis etiam à Sede Apoſt. prædicandi ſibi ſit conceſſa poteſtas, ob reuerentiam Ordinariorum, & Rectorum Eccleſiarum Parochialium, & pacem cum eis habendam volumus; quòd prohibentibus Ordinarijs, vel etiam Rectoribus ne in ſua Eccleſia prædicent, à prædicatione deſiſtant.*

3 Epiſcoporum iuriſdictionem ſeruent. Pariſijs 1236. ord. 10. *Item* (ſcil. monemus)

Fratres de iuriſdictione Epiſcoporum ſeruanda, ſicut in alio Capitulo dictum eſt.

4 Omnes, tam Superiores, quam ſubditi eos, & verbis, & factis venerari debent. Florentiæ 1272. ord. 2. *Fratres omnes, tam Priores, quàm alij, ad Dominos Prelatos Eccleſiarum in verbis, & factis ſe habeant reuerenter.* & Pariſijs 1306. ord. vlt. ita dicitur. *Item cum Prelatorum crebriùs indigemus gratia, & fauore; volumus, & iniungimus Fratribus vniuerſis, quòd tam ad Prelatos, quam ad Rectores Eccleſiarum ſe habeant reuerenter cauendo ſummopere ab ijs, quę ipſis poſſent turbationis, & diſplicentię materiam miniſtrare. Prouinciales autem, ſeu eorum Vicarij, aut Viſitatores puniantur, ſi quos inuenerint contrarium facientes.*

5 Ne lites cum ipſis habeant euitare procurent FF. noſtri. Viterbij 1268. ord. 2. *Item Fratres quantum poſſunt vitent litigia Prelatorum, & Clericorum. Quęſtiones autem, & cauſas, de quibus poteſt oriri ſcandalum, non moueant niſi voluntate Prioris Prouincialis, vel Capituli requiſita, vbi ſine periculo poterit expectari.*

6 Legatorum Apoſtolicæ Sedis ſententię exactiſſimè obſeruentur. In Capit. ſuprad. ord. 1. *Cum humilitas noſtri Ord. requirat obedire ſimpliciter, & non diſcutere, volumus, & diſtrictè mandamus, vt ſententiæ Legatorum Sedis Apoſt. maximè Cardinalium, exacta diligentia obſeruentur, ne indignationem Sedis Apoſtolicæ incurramus.*

7 Si contra eos lites ſuboriantur, modeſtè tractentur, & proſequantur. Romæ 1553. admonit. 7. *Admonemus omnes, & ſingulos noſtri Ord. Fratres, tam ſubditos, quàm Prælatos, vt Epiſcopos, & Eccleſiæ Prælatos debitis, & honoribus, & obſequijs proſequantur, nullo pacto in eorum dedecus, vel damnum noſtris priuilegijs abutentes. Si quę verò contentio inter eos obueniat, eam iuſtè, ac modeſtè (prout religioſos decet) ſi proſequi oportuerit, proſequantur.*

Vide ſupra de Epiſcopis.

De Prælatis Ordinis.

1 ILli aſſumantur pro Prælatis in Ordine noſtro, qui prudentes, diſcreti, atque charitate præditi ſunt, de quibus ſubditi conqueri nequaquam poſſint. Venetijs 1592. ord. 6. *Ordinamus, quòd illi tantùm cæteris Fratribus præficiantur, qui prudentes tantummodo, & diſcreti (vtpotè qui omnibus omnia fieri norint) iudicabuntur, vt vel ſic de ipſis ſubditi conqueri legitimè non poſſint; quin potiùs eorundem exemplo ducti, Regulam, ac alias leges proprias obſeruare contendant; ſic quippe fiet, vt à Boue maiori diſcat arare minor. Porrò Superiores iuxta D. P. Auguſtini ſententiam non ſe exiſtimabunt poteſtate dominante, ſed charitate ſeruiente fœlices; magiſque à ſuis ſubditis amari appetant, quàm timeri, cogitantes Deo ſe pro illis reddituros eſſe rationem.*

2 Se ſubditis ſuis bonorum operum præbeant exemplum ſanctam paupertatem amantes. Ibidem 1592. ord. 9. *Superiores, quoque, qui ſubditis ſuis bonorum operum exemplum ſe ipſos præbere debent, curabunt voluntariam hanc amplecti paupertatem, vanitates omnes, & ſuperfluitates, quas in alijs approbare non poſſunt, in veſtibus videlicet, in comitatu, in itineribus, in cubiculorum ornamentis, in victu tandem, à ſe relegando, quatenus ſic breuiori via ſuæ curæ commiſſos ad religioſam perfectionem conducere poſſint.*

3 Tenentur regularem obſeruantiam promouere, atque Prouinciarum, & Conuentuum reformationem procurare. Romæ 1601. ord. 5. & Valliſoleti 1605. admonit. 2. ita dicitur. *Admonemus omnes PP. Prouinciales, & Prælatos Ord. noſtri eorum conſcientiam in diem Chriſti aggrauantes, vt ſuarum Prouinciarum, & Conuentuum reformationi diligentiſſimè inuigilent, totis viribus procurando, vt Conſtitutiones noſtræ ſeruentur, præcipuè verò de ſequela chori; de carnibus non comedendis; de lineis ad carnes non vtendis; de ieiunijs, de ſilentio, debitis pœnis tranſgreſſores puniendo ſecundùm tenorem earundem noſtrarum Conſtitutionum.* Idem ordinatum etiam fuerat Romæ 1546. ord. 1. & Salmanticæ 1551. ord. 1.

4 In pœnitentijs infligendis ſeueriores ſint, maximè in his, quæ ad honeſtatem ſpectant, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs. Salmanticæ 1551. ordin. 4. *Vide de Lapſu Carnis num. 2.*

5 Nihil recipiant, etiam ſponte oblatum à ſubditis prætextu cuiuſcunque gratiæ, aut iuſtitiæ ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs. *Vide de Abſolut. Mag. Ord. num.* 8.

6 Poſſunt præcepta ſubditis ſuis facere: à multitudine autem illorum abſtineant, & tantùm inſtanti neceſſitate illa faciant. *Vide de Præceptis num. 2. 3. 4. & 5.*

7 Non niſi maxima vrgente cauſa excommunicationes proferant. *Vide de Excommunic. num. 6.*

8 Confeſſionum notitia nullo modo in regimine ſuo vtantur. Romę 1608. ord. 17. *Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarij, qui ad prælaturę gradum aliquando conſcenderint, caueant diligentiſſimè ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerunt, ad exteriorem Fratrum gubernationem vllo modo vtantur.*

9 Abſolutionem à ſuis officijs, perpetuam-

tuamque priuationem paſſiuæ vocis incurrunt,ſi Conuerſos, ſeu Tertiarios ad clericalẽ habitũ aſſumpſerint abſq;Magiſtri Ordinis licentia. Romæ 1589.decl.9. *Item declaramus Religioſos Tertij habitus noſtri ad habitum clericalem aſſumi non poſſe abſque expreſſa, & ſpeciali licentia Magiſtri Ordinis, ſicuti neque Conuerſos. Et ſi ſecus fiat, totum irritum, & inane decernimus, & declaramus: & nihilominus Prælati eos recipientes, abſolutionem à ſuis officijs, & perpetuam priuationem, vocis paſſiuæ eo ipſo incurrant.*

Plura alia vide de Mag. Ordinis, Prioribus Prouincial. & Conuentual. ac de Præſident. Conuent.

De Præſentatis.

1 PRæſentati non poſſunt inſtitui Prædicatores Generales Romæ 1533. *Ordinamus in toto Ordine, vt Lectores, & Baccalaurei, vel Præſentati fieri non poſſint Prædicatores Generales, & qui modò tales exiſtunt, volumus eos tali munere eſſe priuatos, quemadmodum re ipſa, ac de facto priuamus.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. in decl. tex. 5. ſub litt. F.

2 Tenentur per quatuor annos pro gradu, & forma legere; quod ſi non præſtiterint, ad Magiſterium promoueri nequaquam poterunt. Neapoli 1600.ord.12.& Romę 1601. conſ.14. ita dicitur. *Confirmamus illam in quolibet ſtudio, vel Vniuerſitate, quod Baccalaurei, ſeu Præſentati omnino teneantur legere pro gradu, & forma Magiſterij per quadriennium, alioquin promoueri non poſſint ad Magiſterium.*

Alia ad Præſentatos ſpectantia vide ſupra de Graduandis, & de Baccalaureis.

De Præſidentibus Conuentuum.

1 NOn poſſunt Conuentuum Præſidentes committere auctoritatem Religioſis alterius Ordinis ſuper Fratres, vel Conuentus noſtros. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 10.* Vide ibid. declar. eiuſdem tex.

2 Pontificias Bullas ad Ordinem noſtrum ſpectantes, Capitulorumque Generalium Acta in vnum collecta apud ſe habeant, vt ſuo conuentui benè poſſint præeſſe. Ita ordinatum fuit Neapoli 1600.ord.4. *Vide de Actis Capitul. General. num. 1.*

Cuncta, quæ de Prioribus Conuentualibus, atque eorum abſolutione dicta ſunt, ferè omnia (vt ita dictam) etiam pro Conuentuum Præſidentibus ſunt accipienda.

De Prioribus Conuentualibus.

1 QVi in Priores eliguntur, acceptis ſuæ confirmationis litteris patentibus infra ſpatium trium horarum Prioratum acceptare, vel recuſare tenentur; quod ſi acceptauerint, diem atque horam acceptationis propria manu in eiſdem litteris ſubſcribere tenentur, ſicut fuit ordinatum Romæ 1629. ord. 22. *Ipſi verò Priores electi ſtatim ac confirmationem receperint, eam acceptare, vel recuſare infra ſpatium trium horarum teneantur, die & hora acceptationis in iiſdem litteris patentibus confirmationis propria manu coram duobus teſtibus deſcriptis ſub pœna ſuſpenſionis ab eorum officijs ipſo facto incurrenda.*

2 Ab acceptationis die eorum triennium, ſeu biennium iuxta diuerſarum Prouinciarum conſuetudinem, quo in tali munere præeſſe debent, incipit. Romæ 1629. ord. 11. *Prouincialium quadriennium ab ipſo electionis Capitulo, & Priorum Conuentualium triennium, à die & hora acceptationis eorundem incipiat.* Quod etiam Romæ 1530. declarat. 10. fuerat ordinatum.

3 Qui ſuum officium terminare debent poſt Septuageſimam, in illo perſeuerabunt vſque ad futuri Capituli Prouincialis celebrationem Vlyſſiponæ 1618. declarat. vnica. *Declaramus quod Priores biennales, qui poſt Dominicam in ſeptuageſima ſui officij tempus explerent, in eo nihilominus perſeuerent, vſque quo proximum ſequens Capitulum Prouinciale eiuſdem anni fuerit celebratum.*

4 Priores, qui in illo Conuentu, cuius ſunt Priores, vel alibi durante eorum officio aſſignantur: completo Prioratus munere in talibus Conuentibus voce non gaudent in electione Prioris, vel Socij pro Capitulo Prouinciali. Romæ 1650. decl. 3. *Vide de aſſignationibus num. 17.*

5 Qui ſua culpa Fratrum ſufficientem numerum ad canonicam electionem requiſitum non alunt, nec loco, nec voce gaudent in Capitulo Prouinciali, etiam ſi aliàs vocem de iure, vt Magiſtri, Patres Prouinciæ, ſeu Præ-

dicatores Generales in illo haberent, qui verò non ſua culpa tali numero carent, voce gaudent. *Vide de Electione Prioris Prouincial. num.* 5. Qui autem alij Priores in Electionibus Priorum Prouincialium vocem non conſequantur, vel habeant. *Vide ſupra de Elect. Prioris Prouincialis.*

6 Litteræ patentes confirmationis Prioris legantur in publico Capitulo, vel Refectorio, notando in eis diem, & horam, quibus fuerint intimatæ. Valliſoleti 1605. ord. 12. *In Prouincijs, in quibus hactenus patentes litteræ confirmationis Priorum in Capitulo legi non conſueuerunt, deinceps legantur coram Fratribus in Refectorio, vel Capitulo, notando in eiſdem litteris diem, & horam, quibus fuerint intimatæ.*

7 Locum habeant vbique ſecundùm proprij Conuentus antiquitatem inter alios Priores. Barcinonæ 1574. decl. 10. *Item declaramus, quòd Prior Conuentualis locum teneat vbique, ſiue intra ſuam Prouinciam, ſiue extra, ſecundùm antiquitatem Conuentus, cui præeſt.* Si autem fuerint Magiſtri, locum habeant inter ſe iuxta Magiſterij rationem. *Ita habetur in Conſtitut. noſt. diſtin. 2. capit. 8. in declarat. tex. 8. ſub litt. G.*

8 Poſſunt Suppriorem in proprio Conuentu inſtituere de conſilio Patrum, & inſtitutum à Prouinciali abſoluere. Barcinonæ 1574. decl. 12. *Item declaramus, Priorem Conuentualem non poſſe inſtituere Suppriorem ſine conſilio diſcretorum; ſecus autem eſt de Priore Prouinciali, qui ſine diſcretorum conſilio id poteſt: Prior etiam Conuentualis poteſt abſoluere Suppriorem inſtitutum à Priore Prouinciali.* Vide de Abſolut. Suppriorum num. 1.

9 Non poſſunt Suppriori, ſeu Vicario ſuo facultatem recipiendi aliquem ad habitum ſine Prouincialis licentia elargiri. Valliſoleti 1605. ord. 9. *Interdictum ſit omnibus Prioribus impoſterum, ſuis Supprioribus, vel Vicarijs licentiam committere recipiendi quempiam ad habitum, vel profeſſionem ſine licentia R. Ad. P. Prouincialis, & qui contra fecerint à ſuis officijs abſoluantur.*

10 Tenentur Capitulum de culpis de quindena in quindenam ſub pœna abſolutionis ab officijs habere. *Vide de Abſolut. Priorum Conuent. num. 6.*

Alia quæ ad Abſolutionem Priorum ſpectant. *Vide de Abſolut. Priorum Conuentual.*

11 Germani Fratres non poſſunt ſibi inuicem in Prioratus officio ſuccedere immediatè. Romæ 1608. ord. 16. *Ordinamus, vt duo Fratres germani non poſſint ſibi immediatè ſuccedere in officio Prioratus, vel Prouincialatus. Quòd ſi ſecus factum fuerit, electio ſit irrita, & nulla, ſicut de facto irritam, & nullam decernimus, & declaramus.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 11.

12 Si in Prouinciales eligantur, ſtatim ac fuerint confirmati, à Prioratus officio ſunt abſoluti. Bononiæ 1564. decl. 1. *Declaramus quòd ſi Priores Conuentuales in Prouinciales electi fuerint, ſtatim vt prouincialatus confirmationem acceperint, ab officio prouincialatus cenſeantur abſoluti, etiam ſi talis abſolutio in litteris confirmationis non fuerit expreſſa.*

13 In Conuentibus Priore deſtitutis non poſſunt Prouinciales Fratrum vocalium aſſignationes facere extra Capitulum Prouinciale. Romæ 1553. decl. 5. *Declaramus nullum Prouincialem, vel Vicarium completo Capitulo, & exſpirata auctoritate Diffinitorum poſſe in conuentibus, qui Priorem non habent aliquam Fratrum vocalium mutationem facere, niſi in caſibus aliàs à conſtitutionibus permiſſis, non obſtante conſtitutione, vbi in Capitulo, vel in loco Capituli fieri permittuntur, quòd ſcilicet verbum, in* loco Capituli *non pro tempore quo iam exſpirata eſt auctoritas Diffinitorum intelligendum declaramus, vt aliàs etiam fuit declaratum.*

14 Non poſſunt mittere Fratres ſuos ad aliarum Prouinciarum Studia. Romæ 1612. decl. 1. *Declaramus nullo modo poſſe Priores Conuentuales mittere Fratres ſibi ſubditos ad alias Prouincias ratione ſtudiorum, quod quidem præſertim a PP. Prioribus Conuentualibus Prouinciæ noſtræ Superioris Germaniæ ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs ipſo facto incurrenda impoſterum fieri prohibemus.*

15 De grauioribus rebus, quæ in eorum Conuentibus contingunt Prouinciales admoneant. Pariſijs 1611. ord. 8. *Ordinamus, vt Priores Conuentuum de rebus alicuius momenti in ſuis Conuentibus occurrentibus admoneant ſuum Prouincialem ſingulis menſibus, Prouinciales autem ſcribant de rebus grauioribus, quæ in ſuis prouincijs accidunt, ad Magiſtrum Ordinis: Qui in Europa ſunt ſexies ſaltem in anno, qui autem in remotioribus Indiarum partibus, toties quoties ſibi commoditas ſe ſe offert, literas tranſmittendi, etiam duplicatas.*

16 Dum electio Prioris deuoluitur ad Prouincialem, tenetur hic infra tres menſes illum inſtituere, quòd ſi non præſtiterit, talis inſtitutio ad Magiſtrum Ordinis deuoluetur. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. in decl. tex. 5. ſub litt. O.*

17 Cum electio ad Prouincialem deuoluitur, prouideat ipſe Conuentui de Priore, qui competenter in ſuo Conuentu ſciat proponere verbum Dei. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 5. Quæ fuit ſancita Bononiæ Apoſtolica auctorit. confirmatione* 8. In quo Capitulo ita dicitur. *Omnes ſuprad. confirmationes tempore ſchiſmatis habuerunt in vna obedientia tria Capitula Generalia, & auctorit. litterarum Apoſtol. fel. recordat. Alexandri Papæ V. coram nobis, & toto Capit. Generali lectarum in hac parte*

nobis

nobis commiſſa ſunt pro veris Conſtitutionibus, & legitimis, ac ſi fuiſſent in tribus Gereralibus Capitulis continuis ordine generaliter vnito edita, per nos approbata, & confirmata, & debent in Conſtitutionibus, & rubricis in locis debitis adnotari.

18 Si inſtitutus à Prouinciali in Priorē de PP. cōſilio tale munus ſubire recuſauerit; iterū ius de alio prouidendi ad ipſum Prouincialē redibit. Romæ 1629. decl. 12. *Declaramus quòd quandò ius prouidendi Conuentui ad Prouincialem iuxta noſtrarum Conſtitutionum præſcriptum deuoluitur, ſi Prior à Prouinciali inſtitutus Prioratum acceptare recuſauerit, iam iterum tale prouidendi ius penes Prouincialem reſidebit: ita tamen, vt ſemper Prouincialis, quoties ad ipſum electio, vel inſtitutio Prioris deuoluitur, id abſque grauiorum Patrum conſilio (quorum maiori parti ſtare debet) non exequatur.*

19 Si abſoluatur aliquis ad hunc tantum effectum, vt eligatur in Priorem alterius Conuentus; ſi talis electio poſtea non ſubſequatur, nulla cenſenda quoque erit facta abſolutio, remanebitque prioris ſui Conuentus Prior. Valentiæ 1596. decl. 5. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 62. & in Conſt. noſt. diſt. 2, cap. 2. in decl. tex. 5. ſub litt. O.*

20 Si eligantur in Diffinitores, vel Socios pro Capit. Generali, ex eo quod à proprijs Conuentibus abeſſe cogantur, à ſuis officijs non abſoluantur. Bononiæ 1564. decl. vlt. *Declaramus, quòd ſi aliquis Prior Conuentualis in Diffinitorem Capituli Generalis, vel in Socium illius electus fuerit, ſolùm propter abſentiam à ſuo Conuentu abſolui non poteſt, & facta abſolutio irrita habeatur; quòd ſi aliæ cauſæ ad abſoluendum fuerint RR. Prouincialibus iudicandæ relinquuntur.*

21 Vltra dietam itinera non ſuſcipiant abſque Prouincialis licentia. Romæ 1601. ord. 17. & Valliſoleti 1605. conf. 26. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 34.*

22 Tenentur inuigilare circa Sudiorum promotionem in ſuis Conuentibus. Romæ 1601. ord. 9. *Ordinamus grauiſſiméque Prioribus iniungimus, conſcientias eorum aggrauantes, vt maxima cum vigilantia ſtudijs attendant, iubeantque Lectoribus, vt horis ſtatutis, videlicet poſt Primam, & Veſperas ſuas lectiones perlegant, nec tempora mutent, nec deſint lectionibus, & conferentijs.* Quod fuit confirmatum Valliſoleti 1605. conf. 18.

23 Ad ſcholas, quando non ſunt aliquo impedimento detenti, pergant. Lugduni 1274. ord. 15. *Priores vadant ad ſcholas ſicut cæteri Fratres, quando commodè poſſunt.* Quod fuit conf. Valencenis 1592. ord. 22. eiſdem verbis.

24 Si ad Lupanaria, ſeu ſuſpecta loca acceſſerint, carceris pœnam ſuſtinebunt. Apud Cenomanum 1491. ordinatione 2. *Vide de Lapſu Carnis numero 3.*

25 Si ad paruos Conuentus declinauerint Vicarios eorum præcedant, fideliumque dicant. Barcinonæ 1574. decl. 15. *Item declaramus, quòd Vicarij locorum in domibus ſuis de cætero ſubditos ſuos præcedant, habeantque ſuperiorem locum, præterquam ſuper Magiſtros. Quod ſi accidat Priorem Conuentualem aduenire ad ſuam domum, Priores præcedant huiuſmodi Vicarios, dicantque fidelium, etiam præſentem Vicario.*

26 Non ſint ſimul Priores, & Lectores. Mediolani ord. 8. *Vide de Lectorib. Art. & S. Theol. num. 17.*

27 Inquiſitores in Priores non eligantur; ſi autem electi fuerint, non confirmentur Sac. Congregatione Vniuerſalis Inquiſitionis inconſulta. *Vide de Inquiſitorib. num. 4.*

28 Difficiles ſe præbeant in danda licentia Fratribus ex Conuentu exeundi. *Vide de Exitu ex Conuent. num. 2.* & in ſequentibus plura alia ad Priores ſpectantia circa hanc materiam.

29 In ferendis cenſuris, & præceptis lento pede incedant. Bononiæ 1564. *Vide de Cenſuris num. 1.*

30 Ineligibiles ſunt, qui in eodē Conuentu fuere Priores ante ſex annos completos, ſi Priores in illa Prouincia ſint triennales; vel ante quatuor, ſi fuerint biennales, iuxta Iulij II. Apoſtolicam Conſtitutionem. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 5. ſub litt. P.* quæ fuit exequutioni mandata Salmanticæ 1551. decl. vlt. Aduertendum tamen eſt irrepſiſſe errorem, forſitan ex impreſſoris incuria, dum dicitur ibid. in Conſt. *Quòd quidem intelligitur vbi Prouinciales durant per quadriennium; Priores verò per triennium;* nam debet dicere, *Priores verò per biennium,* ſicut in ipſa Apoſtolica Conſtitutione originali habetur. In cuius exequutionem, & declarationem Bononiæ 1564. decl. 3. ita ſancitur. *Declaramus, quòd Prouinciales, qui ſuum tempus expleuerint, aut etiam fuerint abſoluti, in eiſdem Prouincijs non poſſint ad id officium aſſumi infra tantum tempus quanto duorum Prouincialium integra officia durare ſolent.* quod etiam de Prioribus Conuentualibus eſt intelligendum; eadem enim eſt ratio de vtriſque.

31 Singulis annis ſuis ſubditis menſe Nouembris faciant præceptum, de dando ſibi inuentario omnium bonorum eis conceſſorum, in communi Conuentus depoſito aſſeruando. *Vide de Bonis Fratrum num. 2.*

32 In termino ſui muneris coram Patribus à Conſilijs ſtatus, & adminiſtrationis ſuorum Conuentuum rationem reddant. Romæ 1629. ord. 24. *Ordinamus, vt tam Priores Prouinciales, quam Conuentuales in termino ſuorum officiorum rationem reddant ſtatus, & adminiſtrationis*

Digitized by Google

tionis ſuarum Prouinciarum, & Conuentuum, Prouinciales quidem Diffinitoribus Capituli Prouincialis; Priores verò Patribus à conſilijs.

33 Expleto proprio officio intelliguntur aſſignati in Conuentibus quorum ſunt filij, niſi alibi à Superioribus aſſignentur. *Vide de Aſſignationibus num. 7.*

34 Si in Prioratus munere è viuis tollantur, omnia eorum bona integraliter ad originales illorum Conuentus ſpectant. Ad ſuffragia autem tenentur etiam Conuentus, quorum erant Priores. Romæ 1580. ord. 5. *Vide de Bonis Fratrum Defunct. num. 2.*

35 Prioribus Prouincialibus debitum honorem exhibeant, neque eorum auctoritatem ſibi vſurpent. Pariſijs 1611. admonit. 1. *Admonemus Ad. RR. PP. Prouinciales, vt Prioribus Conuentuum auctoritatem, quæ eiſdem à Sac. Conſtitutionibus noſtris, & de iure communi conceſſa eſt, auferre, aut limitare non attentent, & vice verſa Priores facultatem Prouincialibus tantùm attributam, ſibi vſurpare non præſumant.*

36 Non recipiant pecunias Conuentuum, neque illas etiam pro neceſſitatibus Fratrum expendant, ſed Syndicis hoc munus relinquāt. Mediolani 1340. ord. 5. *Item cum nota carere nō poſſit, quod Priores pro Conuentu peciniā recipiant & pertractent contra ordinationes pluriū Capitulorū Ordinis Generalium, imponimus Prioribus vniuerſis, quòd per ſe ipſos non recipiant, vel pertractent, aut diſpenſent, ſed omnia per manus illius, vel illorum, qui conſilio Fratrum diſcretorum cuiuslibet Conuentus fuerint deputati.* Bononiæ autem poſtea 1510. fuit illis vetitum ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, burſariæ, & procurariæ, ſiue ſyndicariæ munus exercere. *Vide de Abſolut. Prior. Conuent. num. 43.*

37 Quando in eadem Ciuitate ſunt duo noſtri Conuentus, Prior vnius abſque alterius Prioris licentia illius Fratres in ſuo non recipiat Conuentu. Mediolani 1505. ord. 5. *Nec volumus in locis, vbi ſunt duo Conuentus noſtri Ord. quod Præſidens vnius Conuentus poſſit ſub prætextu cuiuſcunque cauſæ Fratrem alterius Conuentus ſine licentia ſui Prælati vllo modo recipere.*

Caſus in quibus incurrant Priores abſolutionis pœnam. *Vide ſupra de Abſolut. Prior. Conuent.* Quæ ad eorum electionem ſpectant. *Vide de Elect. Prior. Conuent.*

Qui autem, & quando habeant vocem in Electione Prioris Prouincialis. *Vide de Elect. Prior. Prouincial.*

38 Si Priores infirmari contigerit, in infirmaria cum alijs procurentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 2.*

De Prioribus Prouincialibus.

1 PRior Prouincialis eandem habet poteſtatem in ſua Prouincia, quam & Magiſter Ordinis in toto Ordine, & eadem ſibi reuerentia, & obedientia à comprouincialibus exhibeatur, quæ Magiſtro Ord. niſi Magiſter præſens extiterit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 10.*

2 Extra propriam Prouinciam Priorem Conuentualem præcedunt, locum nolæ in Refectorio habent; pulſare verò nolam ad ipſos non ſpectat. Ianuæ 1513. decl. 2. & Romæ 1589. decl. 1. ita dicitur. *Declaramus quod Priores Prouinciales extra ſuam Prouinciam locum ſupra Priores Conuentuum, in quibus reperiuntur habere debent, etiam in Refectorio, vbi ad locum nolæ ſedere debent, iuxta declarationem Conſtitutionum noſtrarum diſt. 2. cap. 13. de itinerantib. cui declarationi tanquam poſtremò factæ ſtandum eſt, non obſtante alia declaratione, quæ in contrarium facere videtur diſt. 2. cap. 3. de electione Prouincialis: pulſare tamen nolam pertinebit ad Priorem conuentualem, vel ad Suppriorem, etiam præſente Prouinciali alterius Prouinciæ, cui nihilominus dandus eſt locus ipſius nolæ, cum non ſit locus iudicij, ſed dignitatis. Aliud eſt enim tenere locum nolæ, aliud pulſare ipſam nolam.* Et Ferrariæ 1498. decl. 3. ita antea ſancitum fuerat. *Item declaramus RR. PP. Prouinciales cum eis ſecundum conſuetudinem, & Conſtitutiones fiat reuerentia vti Magiſtro Ord. tenere locum immediatè poſt Prouincialem propria Prouinciæ, cum eos in alienis Prouincijs commorari contigerit.*

3 Suas Prouincias viſitent. Romæ 1571. ordin. 13. quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 26. *Item confirmamus ordinationem illam, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti ſub formali præcepto omnibus Prouincialibus, & Vicarijs Generalibus Congregationum, & Vicariarum, vt infra quadriennium teneantur ſuas Prouincias, aut Vicarias, vel Congregationes ſaltem bis per ſe ipſos viſitare, & ſingulos eorum conuentus legitimo impedimento ceſſante, quod iudicio diſcretorum Patrum declarandum eſt. Quod ſi vltra biennium eorum officium non extenditur, ſaltem ſemel Prouinciam, vel Congregationem perſonaliter ſub eodem præcepto viſitare debeant.*

4 Non debent limitare, vel auferre auctoritatem à Prioribus Conuentualibus, quam illis

illis Conſtitutiones noſtræ largiuntur. Pariſijs 1611.admonit.1. *Vide de Prior.Conuentual. num. 33.*

5 Suarum Prouinciarum reformationem procurent. Romæ 1546. ord.1. *Intimamus, & ordinamus vnanimi voto ne multiplicentur ordinationes, quòd quilibet Prouincialis, ſeu Vicarius, aut Priores omni conatu ſaciant obſeruari Conſtitutiones in Prouincijs, & Conuentibus ſuis, vt obſeruantia, & vita regularis manuteneatur. Hortantes eos, & monentes in domino, inuigilare ad Ordinis reformationem, & obſeruantiam eorum, quæ in noſtris Conſtitutionibus ſunt ſtatuta.*

6 Inuigilent, vt victum, & veſtitutum iuxta propriam indigentiam habeant Fratres. Romæ 1612. admonit. 4. *Admonemus Ad. RR. PP. Prouinciales, vt diligenter, & exactè incumbant, & intendant reformationi Prouinciarum, quę illis ſunt eredita, tam circa tria vota eſſentialia, quàm circa victum, & veſtitum Fratrum, & quæ ad itinera eorum perficienda neceſſaria ſunt, & pręſertim circa curam, & prouiſionem infirmorum, ne ob defectum eorum, quæ neceſſitas poſtulat ijſdem proprietarij effici cogantur.*

7 Inuigilent pariter circa Dei cultum, Officium diuinum diurnum, ac nocturnum, atque Refectorij frequentationem. Ita ſubditur in eodem Capit. & admonit. ſuprad. *Inuigilent itidem circa diuinam Officium, et cultum diurnum, atque nocturnum, vt perſoluatur accuratè iuxta noſtrarum Conſtitutionum formam, cuique omnes interſint, nec non diligenter caueant, vt omnes Fratres, etiam Magiſtri, in communi Refectorio comedant, non autem in cameris.*

8 Inuigilent etiam in eliminandis à Fratribus ſibi ſubditis Monialium amicitijs, infligantque contra tranſgreſſores pœnas iniunctas, ſuper quas diſpenſare nequaquam poſſunt. Romæ 1580. declarat. 1. *Declaramus Ad. RR. PP. Prouinciales nullatenus poſſe diſpenſare ſuper ordinationibus, praeceptis, & cenſuris contra Fratres habentes amicitiam cum Monialibus, ac ab eis accipientes munera, & litteras: Et quòd R. Prouincialis ad huiuſmodi ſcandala tollenda maximè inuigilet, & ad dirimendas omnino huiuſmodi amicitias.*

9 Contributiones abſque Magiſtri Ordinis licentia ob quamcumque cauſam augere non audeant. Bononiæ 1615. ordinat. 13. *Nullus omnino Prouincialium inconſulto Magiſtro Ordinis contributiones pro ſui officij vſu, & neceſſitatibus in prouincia augere audeat. Expenſas verò extraordinarias pro communi bono prouinciæ de conſilio Capituli Prouincialis, aut Patrum prouinciæ, ideſt Magiſtrorum Prouintiæ, & eorum, qui fuerunt Prouinciales, conſtituere poterit.*

10 Priores Conuentuales inſtituere poſſunt in Conuentibus vocalium debito numero deſtitutis. *Vide de Elect. Prioris Conuentual. num. 28.*

11 In Priorum confirmatione conſilio, & ſecreto voto Patrum per fabas collato, vtantur. Barcinonæ 1574. ordinat. vltima. *Item ordinamus quòd Patres Prouinciales in confirmandis Prioribus Conuentualibus, ſententias, & vota Patrum diſcretorum, quos ad conſilium capiendum vocauerint, per ſuffragia ſecreta, ſeu fabas ſuſcipiant, quo liberiùs poſſint ſuam ferre ſententiam.*

12 Socios habeant religione, doctrina, & prudentia ornatos, qui prouincijs vtilitatem ſint allaturi. Barcinonæ 1574. admonit. 1. *Admonemus, & in diem Chriſti hortamur omnes RR. Patres Prouinciales, vt in ſibi deligendis ſocijs, non humano affectu ducti, ſed publicam, & dignitatem, & vtilitatem ſuarum Prouinciarum intuentes ſocios eligant, & religione, & prudentia, & eruditione præſtantes, boni nominis, & exempli, amabileſuè, qui ſibi, & conſilio, & zelo adeſſe, & prodeſſe ſciant, & poſſint.*

13 Longam non trahant moram in Conuentibus, quos viſitant. Barcinonæ 1574. admonit. 3. *Item admonemus, & obteſtamur, ne diutiùs in Conuentibus moram trahant* (ſcilicet Prouinciales) *dum viſitant, cum grauis iactura Conuentibus quandoque ſequatur ob eorum præſentiam, & Fratrum ad eos aduenientium multitudinem, ſed quàm citiùs fieri poterit, & diligenter, & celeriter ſe expediant, & ad alios Conuentus declinent. Inter viſitandum autem non contenti ſint audire tantùm, ſed inueſtigent de ſtatu Conuentus, Priorum regimine, & Officialium adminiſtratione, & curent poſt ſe relinquere euidentem ſuæ viſitationis fructum.* Et apud Nurimberg. 1405. ord. 14. ita dicitur. *Adijcientes, quòd Prouincialibus viſitantibus, aut alijs aduentantibus Conuentus poſt tres hebdomadas, alijſque Vicarijs, & Viſitatoribus poſt vnam ſeptimanam ſuæ reſidentiæ vltra conuentualem victum ad expenſas equis, vel perſonis minimè teneantur. Neque quando conſuetum viaticum receperint, ad expenſas ſubſequentis itineris grauentur. Expenſas verò aliorum communium itinerum ſuorum de communi Prouinciæ burſa Prouinciales recipiant, Conuentibus illis omnino particulariter ſupportatis, ratione verò viſitationum nequaquam pro officialibus ſtudij, aut Patribus, vel alijs à ſocietate viſitantium Conuentus grauentur in victus ſpecialis expenſis.* Et Mediolani 1505. ord. 13. ita mandatum fuit illis: *Mandantes Prioribus Prouincialibus ne vltra tempus viſitationum ſolemnium, quod quidem non eſt multùm protrahendum, non grauent Conuentus trahendo ibi moram, quam ſi traxerint, teneantur ſibi, & famulis, atque equis de ſuis contributionibus expenſas facere. Nec etiam in ipſa viſitatione magnas expenſas in cibis delicatis, & exquiſitis faciant, ſed poſt ſecundam diem ſine*

con-

Digitized by Google

contenti cibarijs Refectorij, & idem dicimus de Vicarijs Generalibus, quod etiam in ſequenti num.12. clarius exprimitur.

14 Moderatæ pro ipſis in victu, atque omnibus alijs fiant expenſæ à Conuentibus, in quibus viſitationis cauſa reperiuntur. Apud Nurimberg. 1405. ordinatione 14. *Pro ipſis etiam Prælatis, Vicarijs, & Viſitatoribus quibuſcunque moderatæ ſiant expenſæ iuxta canonicas ſanctiones* 10.9.3, C. Illud magnitudinem; *Diffinitoreſque, Priores, Socij, Electores, cæterique Officiales in ſuis itineribus ad expenſas communitatis faciendas, ſuperfluas, & exceſſiuas vitent expenſas.*

15 Conuentus, quos Prouinciales viſitare volunt, eodem anno à Viſitatoribus, ſeu Vicarijs illorum, ne grauentur, non ſunt viſitandi. Apud Nurimberg. anno, & ordinatione ſuprad. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num.* 92.

16 Habeant librum, ſeu Regeſtum, in quo eorum acta notentur. Valliſoleti 1605. ord. 13. *Ne multa à RR. Ad. PP. Prouincialibus promiſa, è memoria labantur; vtque falſificationibus litterarum oſtium omnino occludatur, mandamus omnibus Prouincialibus, vt librum habeant, Regeſtum nuncupatum, in quo præcipue res, & acta eorum annotari debeant.*

17 Reuerendiſſimum Ord. Magiſtrum de grauioribus negotijs, & ſingularibus caſibus in ſuis Prouincijs occurrentibus admonere tenentur. Valentiæ 1647. ord. 19. *Vt Magiſter Ord. cognitionem eam habeat omnium Prouinciarum, & Congregationum Ordinis, quæ pro bono eiuſdem regimine omnino eſt neceſſaria, innouantes quæ ſtatuta ſunt in Cap. de Viſitatoribus Mandamus PP. Prouincialibus, ſeu Vicarijs Congregationum, vt poſt completam viſitationem ſuarum Prouinciarum, ſeu Congregationum, ſi quæ grauia, & periculoſa inuenerint a tempore viſitationis vltimo factæ licet correcta ſint, ſtudeant denuntiare Magiſtro Ord. cui etiam referre debebunt de his, quos viſitauerint, Fratribus, ſi in pace continui, in ſtudio aſſidui, in prædicatione feruentes, quæ de eis fama, quis fructus, ſi in victu, & veſtitu, & alijs ſecundum tenorem inſtitutionum ordo ſeruetur. Volentes inſuper, quod ſi qui caſus ſingulares acciderint, ſtatim de eiſdem eundem Magiſtrum Ord. admonere curent, vt ille poſſit in omnibus, quæ acciderint ea, quæ pro bono Ordinis regimine neceſſaria ſunt diſponere.*

18 Etiam nouis Prouincialibus ſucceſſoribus ſuis prædictam informationem dare tenentur. Ita in eodem Capitulo & ord. ſuprad. ſubditur. *Mandantes inſuper, vt PP. Prouinciales, & Vicarij ſua officia complentes relinquant nouis Prouincialibus, ſeu Vicarijs plenam notitiam ſtatus Prouinciarum ſuarum, ſeu Congregationum; quod ſi præſtare neglexerint, moderni PP. Prouinciales, & Vicarij ad id præſtandum eos ſua auctoritate compellant.*

19 Mittant Capitulorum Prouincialium Acta ad Magiſtrum Ord. ab ipſo approbanda. Ita vltimo loco ſubditur in eodem Capitulo, & ordinatione ſuprad. *Et preterea ordinamus PP. Prouincialibus, vt Acta Capitulorum Prouincialium ad eundem Magiſtrum Ordinis mittant, ab eodem videnda, & approbanda.*

20 Tenentur etiam Reuerendiſſimum Magiſtrum Ord. admonere ſtatim, ac aliquis fuerit ad legendum pro gradu, & forma Magiſterij in ſtudijs deſignatus. Valentiæ 1647. ord. 20. *Cum etiam ſecundùm Conſtitutiones noſtras cap. 14. §. 8. ſolus Magiſter Ord. vel Capitulum Generale approbare poſſit, & licentiare Fratres ad legendum pro gradu, & forma Magiſterij, mandamus Patribus Prouincialibus, vt ſtatim quòd aliquis deſignatus fuerit ad legendum in ſtudijs, in quibus conſueuit legi pro Gradu, & forma Magiſterij, de hoc quam primùm admoneant Reuerendiſſimum, vt ipſe habita cognitione eorum, qui ad dictam lecturam deſignantur, huius notitiæ rationem habere poſſit in diſtribuendis gradibus; ordinantes quod ſi aliqui deputati fuerint ad præfatam lecturam, & non fuerit admonitus Magiſter Ord. quòd ipſa deputatio ſit irrita, & dicta lectura non ſit admittenda pro Gradibus conſequendis.*

21 Electionis eorum ſcrutinia per Tabellarios ad Magiſtrum Ord. mittantur. Bononiæ 1615. ord. vlt. & Valentiæ 1647. ord. 9. ita dicitur. *Ordinatis in Capit. Bononienſi 1615. inhærentes, & ordinationem ibi factam extendentes, decernimus quòd ſcrutinia electionis Priorum, præcipuè Prouincialium, non mittantur ad Confirmatorem niſi per Tabellarios, & nullo modo per Fratrem aliquem; mandantes cuicunque Fratri Clerico ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, ne miſſus à quocunque aliquod electionis ſcrutinium ad locum vbi eſt confirmator deferat: & volentes quòd ſi aliquis à quocunque, & qualitercunque miſſus ſcrutinium alicuius electionis detulerit, vel confirmatori, vel alteri, ſit ipſo facto priuatus voce actiua, & paſſiua, & nihilominus pœnis latis contra itinerantes ſine licentia puniatur. Et propterea ſtatuentes quòd, ſi Vocales aliter quam per Tabellarios de conſenſu maioris partis eorum ſcrutinium electionis miſerint, ſint ipſo facto pro prima vice, & electione futura priuati voce. Quòd ſi in electione aliquæ fuerint difficultates, ſcribant, & proponant confirmatori, qui illis viſis, ſi neceſſe fuerit, vt aliquis nomine electorum ad ipſum accedat, pro ſua prudentia concedet licentiam illi, quem opportunum ad id cognouerit.*

22 Non poſſunt reaſſumi ad idem officium in eadem Prouincia, etiamſi fuerint abſoluti, niſi poſt quatuor annorum, ſi fuerint biennales, vel octo, ſi fuerint quadriennales, curſum peractum, & completum. *Vide de Priorib. Conuentual. num.* 30.

In

23 In cellis non comedant, ſed in communi refectorio, vel in hoſpitio, vel in domo infirmorum, aut domo debilium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 7. tex. 2. quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *confirmat. Neapoli* 1515. *& in Conſtitut. redacta Romæ* 1518.

24 Prouinciales quoque abſoluti loca in Prouincijs, in quibus præfuerunt, ſuper omnes alios vbique habebunt. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 8. Vide ibid. ſub litt. F. & de Abſol. Prior. Prouinc. num. 25.*

25 Dum ſunt in prouincia ſua præſentes non inſtituant Priores, vel Lectores actuales ſuos Vicarios, niſi ex cauſa vrgente, & ad tempus. Coloniæ 1301. ordinat. 2. *Item inhibemus diſtrictè Prioribus Prouincialibus ne dum in ſuis prouincijs præſentes exiſtunt, Prioribus, vel Lectoribus actu legentibus ſuper prouinciam, vel partem prouinciæ committant officium Vicariæ, niſi fortè ad tempus, & ex cauſa rationabili, & vrgente.*

26 Vt tempus eorum à die acceptatis ipſorum inciperet declaratum fuerat Romæ 1530. decl. 10. veruntamen poſtea Romæ 1629. ord. 11. declaratum fuit, vt tempus officij eorum inciperet ab ipſo electionis capitulo. *Vide de Priorib. Conuentual. num. 2.*

27 Si à Diffinitoribus Capituli Prouincialis concedatur illis facultas omnia faciendi, quæ ipſum Capitulum, aut Diffinitorium poſſet, non propter hoc poterunt aliquem abſoluere à pœna grauioris culpæ, atque alijs. Romæ 1618. decl. 3. *Item declaramus quòd ex commiſſione, quæ fit Priori Prouinciali à Diffinitorio Capituli Prouincialis, vt omnia poſſit facere, quæ ipſum Capitulum, aut Diffinitorium poſſet, non poteſt Prouincialis aliquem Fratrem abſoluere à pœnis culpæ grauioris, & alijs, quæ aliàs Priori Prouinciali per Conſtitutiones non conceduntur.*

28 Qui dum ad Prouinciæ regimen aſſumuntur Sacræ Theologiæ Magiſtri loco, & voce gaudentes, completo prouincialatus officio locum inter ſe ſecundum Magiſterij ordinem habebunt. Romæ 1553. decl. 6. *Vide de Magiſtris S. Theol. num. 18.*

29 Qui creantur Magiſtri dum ſunt Prouinciales, non debent habere locum ſuper alios Magiſtros, qui non fuere Prouinciales. Neapoli 1600. decl. 7. *Vide de Magiſtris S. Theol. num. 19.*

30 Non poſſunt Diffinitores dare illis auctoritatem immutandi ea, quæ in Capitulo Prouinciali ſancita fuere. Romæ 1629. ordinat. 14. *Ordinamus, & omnino inhibemus omnibus Diffinitoribus Capituli Prouincialis, ne auctoritatem Priori Prouinciali immutandi, diminuendi, augendi, vel alio quouis modo diſponendi Acta Capituli Prouincialis, concedant.*

31 Neque poſſunt, quæ in Capitulis ſancita fuere, propria auctoritate reſcindere. Ita in eodem Capit. & ordinatione ſuprad. ſubditur. *Item prohibemus omnino Prioribus Prouincialibus ne quæ communi Capituli Prouincialis auctoritate ſancita ſunt, ſua priuata auctoritate reſcindant, quòd ſi ſecus fiat, totum ſit irritum, & inane.*

32 Non eligantur in Diffinitores Capituli Generalis, neq; Diffinitorum ſocios. Neapoli 1600. decl. 5. *Vide de Diffinit. Cap. General. num. 12.*

33 Grauibus occurrentibus negotijs poſſunt aliquem Patrem grauem Romam mittere, dummodo eodem tempore Magiſtrum Ordinis de hac re admoneant. Romæ 1629. declarat. 15. *Declaramus quòd quandocumque Prouincialibus graue aliquod negocium occurrit in Alma Vrbe pro ſua Prouincia tractandum, tunc poterunt Patrem aliquem grauem ad id idoneum Romam tranſmittere, ita tamen, vt ſimul Magiſtrum Ordinis tam de negotio tractando, quam etiam de neceſſitate talis tranſmiſſionis admoneant, quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.*

34 Nullus eſt eijciendus à Prouincia, vel Congregatione ob quodcumque delictum, etiam cum litteris, & mittendus ad Magiſtrum Ordinis, ſub pœna priuationis omnium officiorum per triennium. Ianuæ 1513. ord. 10. *Item ordinamus, & ſub pœna priuationis omnis officij Ordinis per triennium mandamus vniuerſis Prioribus Prouincialibus, ac Vicarijs Generalibus, ac quibuſcumque inferioribus, vt nullum Fratrem extra Prouinciam, aut Congregationem ſuam eijciant, tam cum litteris dimiſſorijs ad Magiſtrum Ordinis, quàm ſine litteris; ſed ſi Frater incorrigibilis eſt, exutus legitimè habitu extra Ordinem eijciatur; ſi autem hoc non meretur, toleretur, & corrigatur ab ipſa ſua Prouincia, ſeu Congregatione.* Vide circa hoc ea, quæ dicta ſunt de Incorrigibilibus.

35 Subijciant Iuuenes temerarios, & inſolentes pœnæ grauioris culpæ. Romæ 1580. admonit. 1. *Vide de Grauiori Culpa nu. 28.*

36 Non concedant licentiam Fratribus, præſertim iunioribus, exeundi extra ciuitates ſine ſocijs. Barcinonæ 1574. admonit. 4. *Item monemus Priores, tam Prouinciales, quàm Conuentuales, vt cum alicui Fratri, maximè iuniori licentiam dederint extra ciuitatem eundi, non ſolos eos abire permittant, ſed ſemper cum aliquo bono religioſo adſocient.*

37 Germani Fratres non ſibi ſuccedant in prouincialatus munere. Romæ 1608. ord. 16. *Vide de Prior. Conuent. num. 11.*

38 Fratres non poſſunt impediri ne ad illos recurrant. Apud Nurimberg. 1405. ord. 13. *Item vt obedientia, & reuerentia exhibeatur Superioribus debita, volumus quòd Fratres ad Ma-*

giſtrum Ordinis, & ſuos Prouinciales liberè poſſint accedere, nec ab aliquo valeant impediri, iuxta ordinationem Capituli immediatè præcedentis. Tenentur ergò ſuperiores immediati concedere Fratribus licentiam ad præfatos Superiores pergendi. *Vide de diſcurſu Fratrum num. 11.*

39 Si in viſitationibus aliquem ſuis bonis priuauerint, talia bona ad Conuentum originalem illius deuoluentur. Apud Nurimberg. 1405. ord. 14. *Pecuniæ verò, aliaque bona, quibus Fratres in viſitationibus, aut alias eorum exigentibus meritis per ſuos Præſidentes iudicialiter priuari contigerit, ſoli, de quo fuerint, vel ſuo originali Conuentui applicentur.*

40 Si electi in Prouinciales, antequàm confirmentur, è viuis excedant, Prior ille, in cuius Conuentu fuerit ſequens Capitulum celebrandum, erit Prouinciæ Vicarius. Romæ 1546. declarat. vltima. *Item declaramus, quòd ſi pendente confirmatione Prouincialis in aliqua prouincia, & finito Capitulo Prouinciali electum mori contingeret, Vicariatus eiuſdem Prouinciæ ad illum Priorem pertineat in cuius Conuentu ſequens Capitulum fuerit aſſignatum.*

41 Nullo modo Fratres ad Priorum Conuentualium, vel ſuorum ſucceſſorum electionem inducere procurent; contrarium verò facientes grauiſſimis pœnis à Magiſtro Ordinis puniantur. Toloſæ 1628. admonit. 2. *Admonemus omnes PP. Prouinciales, ne vllo modo, directè, vel indirectè Fratres inducere ſtudeant ad electiones Priorum, ſeu Prouincialis ſucceſſoris faciendam: Rogantes Reuerendiſſimum Magiſtrum Ordinis, vt ſpeciales Commiſſarios mittat, qui diligentiſſimè de huiuſmodi inductionibus inquirant, & pœnis grauiſſimis, etiam priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad honores, & officia obtinenda eoſdem Prouinciales puniant.*

42 Fratrum mutationes vltimo ſuorum regiminum anno, vel ſaltem per tres menſes ante terminum ſuorum officiorum, nequaquam faciant. Romę 1629. ord. 13. *Vide de Aſſignationibus num. 2.*

43 Electoribus nullum eligendum proponant abſque ſpeciali neceſſitate, & tunc non pauciores tribus. Bononię 1564. & Valliſoleti 1605. ordinat. 11. *Vide de Electionibus num. 2.*

44 Tenentur admonere vocales Conuentuum, vt ad electionem Prioris procedant, ante menſis terminationem, in caſu diſſenſionis eorum: quod ſi non præſtiterint, & Priores inſtituerint, talis inſtitutio erit nulla, prout declaratum fuit. Romæ 1530. declarat. 3. *Vide de Electione Prioris Conuent. num. 3.*

45 Ad Generalia Capitula accedere tenentur. Valliſoleti 1605. admonit. 3. *Vide de Capit. General. num. 12.*

46 Dum ad Capitula, vel alia loca remotà pergunt, vnum vel etiam duos inſtituant in ſua Prouincia Vicarios. Argentinę 1260. ordinat. 8. *Item Priores Prouinciales quando vadunt ad Capitula Generalia, vel ad alia loca remota ordinent ita de Vicarijs, quos dimittent, quòd vnus moriatur, vel aliàs à Vicaria impediatur, alius ſucedat illi mortuo, vel àlias impedito; & ſi neceſse fuerit ſimul, & ſemel ponere duos, exprimant quem illorum voluerint locum ſuum in Capitulo Prouinciali tenere.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1343. ordinat. 1. hoc modo. *Cum abſque magno diſcrimine Prouincia quęcumque non valeat ſine capite remanere, volumus, & ordinamus quòd ſinguli Priores Prouinciales quacumque ex cauſa ſuas Prouincias exeuntes, & Vicarium dimittentes, taliter ordinent, & diſponant, quòd vnus Frater alius ab ipſo Vicario, vices eorum in omnibus obtineat, in caſu tamen in quo ipſum præfatum Vicarium morte contingeret præuenirì, vel aliter legitimè impediri.*

47 Non recipiant in ſuis Prouincijs Fratres vagos, & fugitiuos. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 6. 7. & 8.*

48 Non aſſignent Fratres diſcolos in paruis Conuentibus, ſed in magnis, & vbi viget regularis obſeruantia. Romę 1608. ord. vlt. *Vide de Conuent. Obſeruant. num. 6.*

49 Non inſtituant Vicarium ſupra Priorem. Romę 1580. ord. 10. *Ordinamus, quòd nullo modo de cætero inſtituantur Vicarij in capite ſupra Priores, niſi ex vrgentiſſima cauſa ſignificata Reuerendiſs. Magiſtro Ordinis.* Quod ita fuit declaratum Romę 1629. declarat. 10. *Declaramus Ordinationem Romæ 1580. ſtatuentem nullo modo inſtituendos eſſe Vicarios in capite ſuper Priores Conuentuales, niſi vrgentiſſima cauſa Magiſtro Ordinis ſignificata, ſic intelligendam eſſe, ſcilicet, vt Prouinciales ante quam Vicarium in capite ſuper Priorem Conuentus inſtituant teneantur monuiſſe Magiſtrum Ordinis, ſi citra montes ad ſit; ſi verò fuerit vltra montes ſat erit, vt Prouinciales de huiuſmodi inſtitutione Vicarij à ſe facta, & cauſa neceſſitatis vrgentis ipſum quam primùm certiorem faciat.*

50 Non proferant cenſuras niſi ex grauiſſima cauſa. *Vide de Cenſuris num. 1.*

51 Vicarios electionum non mittant niſi in caſu magnę diſſenſionis, vel quando in veritate nullus eſt, qui electionem dirigere poſſit. Romę 1553. ord. 12. *Ordinamus, quòd nullus R. Prouincialis, vel Vicarius poſſit ad aliquem Conuentum pro aliqua electione facienda Vicarium electionis, in eo non aſſignatum mittere, niſi in caſu diſſenſionis eligentium, vel ſi in veritate contingat nullum in eo eſſe Fratrem, qui nouerit electionem dirigere: quòd ſi ſecus factum fue-*

fuerit, totum ſit irritum, & inane, & qui pro electione dirigenda fuerit miſſus careat ibi voce paſſiua. Quod fuit confirmatum Romæ 1558. conf. 13. Auenione 1561. confirmat. 10. Bononię 1564. conf. 6. Quod Valentię 1647. decl. 7. ita fuit declaratum. *Quoniam in Conſtitut. habetur diſt. 2. cap. 2. §. 1. in Gloſs. litt. D. & ibid. §. 8. litt. V. quòd Prouincialis mortuo, vel amoto Priore poteſt mittere ex alieno Conuentu Vicarium, etiam ſupra Suppriorem, qui habeat votum in electione Prioris, declaramus quòd hoc non debet intelligi de Vicario, qui præcisè mittitur, vt gubernet Conuentum, talis enim ſi mittatur, ſicut mitti poteſt, non habebit vocem in electione Prioris: Vicarius verò miſſus, vt ſit Vicarius electionis, mitti non poteſt niſi in duobus caſibus expreſſis in Gloſs. in Conſtitut. ſcilicet in caſu magnæ diſſenſionis intervocales, & in caſu ignorantiæ talis in electoribus inuenta, vt nullus inter eos ſit, qui ſciat dirigere actionem, & tunc talis Vicarius ſic propter alteram ex his cauſis miſſus habebit vocem actiuam tantùm in electione, etiam ſi in litteris patentibus non exprimatur quòd vocem habere debeat.*

52 Dum Viſitatores inſtituunt, in litteris patentibus eorum exprimatur auctoritas, quam illis concedunt, & ſuper quos. Romę 1629. admonit. 1. *Admonemus PP. Prouinciales, vt in litteris patentibus institutionis ſuorum Viſitatorum exprimant collatam eiſdem auctoritatem, an ſcilicet tam ſupra capita, quàm ſupra membra Conuentus prout Viſitatoris neceſſitas poſtulabit, quòd ſi illam particulam in litteris patentibus non expreſſerint, tales Viſitatores auctoritate ſupra capita pollere minime cenſeantur.*

53 Scrutentur in ſuis viſitationibus interiora Fratrum veſtimenta. Romę 1629. admonit. 2. *Admonemus eoſdem PP. Prouinciales, vt in ſuis viſitationibus diligenter ſcrutentur interiora Fratrum veſtimenta, ſint ne ex materia, vel cum forma more Ordinis congruo; caueantque ſummopere ne Religioſi ſecularem vanitatem in veſtibus imitentur: eos verò, qui in huiuſmodi deliquerint, huiuſmodi veſtibus priuatos ſeuerè puniant.*

54 Prouinciales titulares non ſunt inſtituendi pręter Prouincialem Terrę Sanctę, ſicut fuit ordinatum ex mandato Clementis VIII. Romę 1601. ordinat. 28. *Vide de Elect. Magiſtri Ordinis num.* 12. & de Magiſtro Ordinis num. 28.

55 In termino ſuorum officiorum coram Diffinitoribus ſtatus Prouincię, & propriæ adminiſtrationis reddant rationem. Romę 1629. ord. 24. *Vide de Prioribus Conuentual. num.* 32.

56 Terminato proprio officio, de datis, & aceeptatis reddant in Capitulo Prouinciali rationem, reſiduaque in communi Prouincię depoſito reponantur. Romę 1608. ord. 18. *Ordinamus, vt aliàs ſecundùm noſtras Conſtitutiones ordinatum fuit, & in pleriſque Prouincijs laudabiliter obſeruatur, vt Priores Prouinciales expleto tempore ſui Prouincialatus rationem reddant Diſinitorio Capituli Prouincialis omnium datorum, & acceptorum, ſeu expenſarum, & receptarum in officio, & ea, quæ ſupererunt reponantur in communi Prouinciæ depoſito. Et in hunc vſum, & ad alias pecunias in vnaquaque Prouincia conſtituatur aliquod commune depoſitum ad neceſſarios ſumptus, & expenſas illius Prouinciæ.* Quod fuit confirmatum Pariſijs 1611. conf. 10.

57 Vt tenerentur quoq; ſuę adminiſtrationis ſubire iudicium, fuerat mandatum Valentię 1596. ordinat. 23. vbi modus talis ſubeundi iudicij fuerat determinatus: Veruntamen poſtea Romę 1601. Reuocatione 4. fuit hoc ita reuocatum. *Reuocamus ordinationem 23. Capituli Valentini 1596. qua præfigitur modus, quo ſubire iudicium tenentur RR. Ad. PP. Prouinciales, & Vicarij Generales Congregationum.* Licet autem reuocatæ leges ab hoc opere ſint penitus eliminatę, vt in epiſtola ad Lectorem diximus, ordinationem tamen hanc apponere hic cũ ſua reuocatione neceſſarium iudicauimus eò quia Auctores, qui Conſtitutionum noſtrarum ſummarium edidere, præfatam ordinationem, tanquam in Ordine noſtro obſeruandam, adducunt, reuocationem factam poſtea Romæ 1601. ignorantes a qui error irrepſit etiam in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. in decl. tex. 10. ſub litt K. vbi de tali ordinatione ſit ſermo; de reuocatione autem, nec verbum quidem habetur.

58 Poſſunt ſibi eligere confeſſarium. Bononię 1238. ord. 4. *Item concedimus, vt Priores Prouinciales eligant ſibi Confeſſores.*

59 In ſingulis Conuentibus ſit aliqua determinata cella pro Prouincialibus cum eorum inſcriptione appoſita. Erfordiæ 1403. admon. 3. *Item pro Prioribus Prouincialibus ſit in ſingulis Conuentibus aliqua camera ſolemnis, cum neceſſarijs rebus, & inſcriptione ſuperpoſita.*

60 Prouinciales ſint quadriennales, exceptis illis Prouincijs, quæ ſpeciali gaudent contrario priuilegio. Romæ 1629. ordinat. 11. *Ordinamus, vt cum Iulius II. diſpoſuerit ne Prouinciales vltra quadriennium in officio Prouincialatus perſeuerent, ad vniformitatem durationis Superiorum in noſtro Ordine ſeruandam, & regimen Prouinciarum, & Conuentuum eiuſdem vtiliter, & quietè adminiſtrandum, Prouinciales durent in ſui officijs quadriennio, & Priores Conuentuales triennio, exceptis Prouincijs, in quibus eſt ſpeciale indultum Apoſtolicum: dictum verò Prouincialium quadriennium ab ipſo electionis Capitulo, & Priorum Conuentualium triennium à die,*

à die, & hora acceptationis eorundem incipiat.

61 Poſſunt diſpenſare cum ſibi ſubditis, vt ad Sacros Ordines, etiam ſi annos ſecundùm profeſſionem in Ordine requiſitos non habeant, promoueantur. Romæ 1608. ord. 14. *Vide de Ordinandis num. 13.*

Quæ ad eorum electionem, ſeu abſolutionem ſpectant vide in proprijs locis.

De Priuatione habitus.

1 NVllus eſt damnandus ad pœnam priuationis habitus, niſi ſit iudicialiter conuictus, vel confeſſus, & hoc in ſcriptis. Ita fuit inchoatum Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & iterum confirmatum Romæ 1518. conf. 6. quæ ſic incipit. *Item infraſcriptas Conſtitutiones quantùm ex noſtra pendet auctoritate correctas, vt infra confirmamus. In primis in Prologo Conſtit. vbi dicitur, &c. Nec damnent aliquem ad pœnam grauioris culpæ, aut carceris, aut priuationis habitus, niſi in iudicio confeſſum, vel conuictum, & in ſcriptis, & ſi ſecus factum fuerit totum ſit irritum, & inane;* quæ verba ſunt in Prologo Conſt. noſt. tex. 5. collocata, omiſſis, neſcio ob quam cauſam, ſupradictis verbis, *aut priuationis habitus.*

2 Priuatis habitu Ordinis non computetur ad antiquitatem in Ordine tempus, quo priuati illo extiterint, quando illis reſtituitur habitus. Pariſijs 1611. decl. 1. *Vide de Loco in Ord. ſeru. num. 5.*

Vide de incorrigibilibus. & de Conuerſis, vbi de pœna priuationis habitus illis iniuncta agitur.

De Priuilegijs Ordinis.

1 POenam grauioris culpæ incurrat quicunque Præſidens, vel Frater Conuentus, vel Prouinciæ, qui renunciauerit alicui priuilegio noſtro Ordini conceſſo abſque Generalis Capituli aſſenſu: ſine cuius aſſenſu omnem huiuſmodi renunciationem qualitercunque factam nullius volumus eſſe roboris, vel momenti. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 2. quæ auctoritate Apoſtolica fuit ſancita Bononiæ* 1410.

2 Nullæ fiant in Ordine noſtro pactiones cum quibuſuis perſonis, quæ ſint contra noſtra priuilegia. Pariſijs 1286. ord. 15. *Item inhibet Magiſter Ord. de conſilio, & aſſenſu Diffinitorum, ne aliquis Conuentus, vel Prælatus pactiones aliquas faciant, ſeu promiſſiones cum Capitulis Eccleſiarum, vel alijs aliquibus perſonis, quæ emergant in præiudicium Ordinis, & priuilegiorum à Sede Apoſtolica Ordini conceſſorum, & ſicubi factas, vel faciendas ex nunc reuocat, & decernit nunquam valituras.*

3 Bullas Pontificias ad Ordinem noſtrum quomodolibet ſpectantes habeant omnes Conuentuum Præſidentes. Neapoli 1600. ord. 4. *Ordinamus omnibus Præſidentibus Conuentuum, ac locorum, quòd ſolicitè procurent habere penes ſe Bullas Pontificias quomodolibet Ordinem noſtrum concernentes.*

4 In quolibet Conuentu debet eſſe archiuium in quo priuilegia, & ſcripturæ ad ipſum quomodolibet ſpectantia aſſeruari debent. Romæ 1608. ord. 25. *Vide de Archiuijs Conuentuum num. 1.*

5 In omnibus etiam Prouincijs, ſit archiuium pro Apoſtolicis priuilegijs ad ipſas ſpectantibus conſeruandis. Bononiæ 1615. ordinatione 15. *Vide de Archiuijs Prouinciarum num. 1.*

De Proceſsibus.

1 PRoceſſus, & ſcripturæ delinquentium Fratrum non comburantur, ſed vt ſeruentur tutè apud Prouinciales ſucceſſiuè ordinatum fuerat Barcinonæ 1574. ord. 20. poſtea verò Venetijs 1592. conf. 5. mandatum fuit huiuſmodi proceſſus in archiuijs Prouinciarum ſeruandos eſſe. *Vide de Archiuijs Prouinciarum num. 3.*

2 In formandis proceſſibus non eſt neceſſarium ſeruare omnes Iuris leges, ſed ſatis eſt ſummariè procedere ad facti veritatem indagandam. Ita ex conceſſione Clementis VIII. declaratum fuit Romæ 1601. ord. 24. *Quoniam experientia nos docuit in proceſſibus formandis, & cauſis tractandis, ſi apices iuris ſeruentur, cauſas in infinitum protrahi, & Fratrum imperfectiones, & delicta apud ſeculares diuulgari, ordinamus ex conceſſione Sanctiſs. Dom. Noſtri* (ſcilicet Clementis VIII.) *vt in cauſis, quæ in Ordine tractandæ occurrunt, ſufficiat, vt fiat iudicium ſecundùm regulas à noſtris legibus, & Conſtitutionibus præſcriptas, procedendo ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſolum facti veritate inſpecta.*

3 Fratrum defunctorum proceſſus comburantur. Romæ 1589. ordin. 10. *Ordinamus*

etiam,

etiam, vt impoſterum proceſſus Fratrum defunctorum comburantur; dummodò ſine iuſtitiæ præiudicio circa eos, qui adhuc viuunt, fieri queat.

De Procuratore Ordinis.

PRocuratoris Ordinis munus antiquiſſimum eſt in noſtro Ordine: quis autem fuerit primus illo ornatus, Capitulorum Generalium Acta non pandunt. Quendam P. F. Troianum in illo effulſiſſe, ante quem de nullo alio fit mentio, ex Actis Capituli Generalis Florentiæ an. Dom. 1257. 6 Kal. Iunij in feſto Pentecoſtes ſub B. Vmberto de Romanis Magiſtro Ord. celebrati, manifeſtè conſtat, qui eidem Magiſtro Ord. memoriale hoc loco dignum, in hunc modum porrexit.

Iſta ſunt Memorialia Fratris Troiani Procuratoris Ordinis ad Magiſtrum.

In primis ſupplico, vt propter multos defectus meos velitis alium ſubſtituere Procuratorem.

Item ſitis memor monitiones in Capitulo facere, quòd omnes Fratres, qui ſcribunt pro aliquibus negotijs Procuratori Ordinis, diligenter, & diſtinctè ipſa negotia explicent.

Item petitiones, ſi volunt aliquas in Curia, optimè faciant eas formari à ſapientibus ſuis, quia poſtea ſi neceſſe fuerit, faciam ſecundùm formam Curiæ reformari.

Item qui ſcribunt pro alijs negotijs obtinendis ſuper quibus ſunt neceſſarij Iudices, vel exequutores, ipſos diſtinctè nominent, Diœceſim, vnde trahunt originem, exprimendo diligenter.

Item quando Fratres mihi ſcribunt, ſcribant de qua Prouincia ſecundùm Ordinem; ſecundò ſi ſunt in Epiſcopatu, aut in Ciuitate, vel in Diœceſi, & hoc cum ſcribunt, diligentèr exprimant.

Item quando aliquas litteras ſcribunt Domino Papæ, vel Cardinalibus, mihi earum tenorem in ſcriptis mittant, vt poſtmodum eos ſuper ijs requiram.

Item ſint ſolliciti mittere ſufficientem pecuniam pro negotijs expediendis: Conſueuerunt enim mihi Fratres ſcribere, quod negotia eorum expediam, & poſtquam litteras expeditionis habuerunt; mihi mittere pecuniam procurabunt. Et quandoque contigit, quod expeditur negotium in petitionibus in notis, & in littera groſſa, & poſtea deſtruuntur, & expenſæ non reſtituuntur, & remittunt pecuniam tardè, & aliquando perditur in via propter quæ, & alia quædam ſum multis debitis obligatus.

Vltimò verò ſupplico, vt me pro omnibus laborantem orationibus omnium recomendare velitis. Eiuſdem Procuratoris Ord. fit mentio in antecedenti Capitulo Pariſijs 1256. celebrato, vt dicitur hic num. 2.

P. F. Camillus Iaſinski Polonus in ſuo Summario Ordinationum Capit. Generalium aſſerit Bononiæ 1238. ordinatum fuiſſe, vt nullus Frater poſſet tractare negotia aliqua in Romana Curia ſine conſilio, & licentia Procuratoris Ordinis. Veruntamen in duobus probatis præfati Capituli Actis, quæ ſunt in Archiuio Magiſtri Ordinis, nullus de hac re habetur ſermo.

1 Vt Procurator Ordinis poſſet ad Curiam Romanam vocare, & inde expellere ſine legitima licentia venientes Fratres, ordinatum fuerat in multis Capitulis, nempe Friburgi 1419. Metis 1421. Papiæ 1423. & apud Nannetas 1447. Veruntamen Toloſę 1328. declarat. vnica fuit declaratum id facere tantum poſſe pro negotijs directè ad ſuum officium ſpectantibus. *Declaramus quòd Procurator Ordinis poteſtatem non habet vocandi Fratres ad Curiam, vel licentiandi Fratres ad eandem, vel retinendi in eadem, niſi pro negotijs Ordinis, directè tangentibus officium ſuum exequendi.* Quod tamen intelligendum eſt fieri debere de conſenſu Magiſtri Ordinis iuxta ea, quę dicta ſunt de Acceſſu ad vrbem num. 2.

2 Soluantur illi pecunię pro negotijs in Curia expediendis. Pariſijs 1256. ord. 12. *Item quicumque de cætero habebit facere aliquid in Curia, prouideat P. Procuratori de expenſis neceſſarijs.*

3 Nullus audeat in Romana Curia negotia aliqua ad Ordinem noſtrum ſpectantia neque inchoare, neque pertractare, niſi de licentia illius in ſcriptis obtenta. Romæ 1612. admonit. 3. *Admonemus omnes, ac ſingulos noſtri Ordinis Patres, ac Fratres cuiuſcumque gradus, ſtatus, ac conditionis exiſtant, eiſdemque iuſtis de cauſis, & ad tollenda, euitandaque multa incommoda quæ in dies oriri cognouimus, in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto, nec non ſub pœnis excommunicationis latæ ſententiæ hanc vna pro trina canonica monitione præmiſſa, à qua non niſi per Magiſtrum Ordinis, vel eius Vicarium Generalem, præter quàm in mortis articulo, poſſint abſolui; & ſi Prælati fuerint, ſub pœna etiam abſolutionis à ſuis officijs ipſo facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne in Romana Curia negotium aliquod cuiuſcumque illud generis ſit, per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alio, etiam prætextu procurationis, vel commiſſionis ſibi datæ à propria Prouincia, vel Conuentu quomodolibet tractare, procurare, inchoare, aut attentare audeant, niſi per præfatum Ad. R. P. Procuratorem Ordinis, vel de eius ſcitu, & expreſſa licentia in ſcriptis.* Quod ſane con-

Digitized by Google

confirmatum Bononiæ 1615.conſ.3. *Vide infra num. 5.*

4 Qui ad Romanam Curiam pro negotijs pertractandis accedunt, tenentur infra diem illa Procuratori Ord. ſignificare, atque iuxta illius conſilium adimplere; contrarium verò facientes pœnas carceris ſubire debebunt. Auenione 1442. ord.7. *Nullus denique ſine licentia Reuerendiſſ. Magiſtri Ord. vel ſui Prouincialis in ſcriptis obtenta Romanam Curiam ingrediatur; ingreſſus verò infra diem naturalem Procuratori Ordinis, vel eius Vicesgerenti ſe præſentare teneatur, & omnes ſuas cauſas exponere, & non niſi de eius conſilio, & aſſenſu procedere in agendis valeat. Oppoſitum verò facientes per Procuratorem, vel ſubſtitutum carceribus mancipetur.* Apud Nouimagum autem 1459.ord.5. additum fuit nulli præfatam licentiam ab ipſo Procuratore eſſe concedendam, niſi priùs ſuſcepto iuramento quòd cuncta tractabit cum ipſius participatione. *Imponimus Procuratori Ordinis, vel eius vicesgerenti quòd nulli licentiam tribuat in Curia reſidendi niſi priùs ſuſcepto iuramento, quòd nihil per aliquem apud quamcumque perſonam per ſe, vel per alium procuret in Curia, niſi de ſcitu Procuratoris, vel eius Vicesgerentis voluntate pariter, & aſſenſu.* Quod in Monte Peſſulano 1456.ord.5. etiam fuerat mandatum.

5 Neque etiam per Fratres noſtros, ſeu procuratores ſæculares ipſo inſcio negotia in Curia tractentur. Bononiæ 1615.confirmat.3: *Confirmamus, & renouamus ordinationem Romæ factam 1612. & ſub pœnis in eodem Capitulo taxatis præcipimus omnibus, & ſingulis noſtri Ordinis Patribus, ac Fratribus, vt nemo, ſiuè per ſe, ſiuè per alium, ſiue ſecularis ſiue noſtri Ordinis Frater ille fuerit, & cuiuſcumque gradus, aut conditionis exiſtat in Curia Romana quidquam ſine ſcitu R. Ad. P. Procuratoris Ordinis tractare, vel procurare audeat.*

6 Tenentur Bullas, ſeu alias quaſcumque ordinationes Apoſtolicas ad noſtrum Ordinē ſpectantes ad ſingulas Prouincias mittere. Romæ 1583. admonit. vlt. *Admonemus Ad. R. Procuratorem Ordinis, vt quando emanauerint Bullæ ad noſtrum Ordinem pertinentes, vel ad rectam gubernationem, ad Prouinciales omnium Prouinciarum mittere velit, ſeu eos admonere de eo quod factum eſt.* Quod fuit confirmatum, atque iterum eidem Procuratori ita commiſſum Venetijs 1592. Commiſſione 6. *Committimus Ad. R. P. Procuratori Ordinis in Curia Romana, vt Bullas omnes, quæ à Sanctiſſ. Sede Apoſt. emanauerint, quarum tenores Fratribus noſtris noti eſſe debebunt, procuret quantocius ad omnes Prouincias tranſmittere, vt promptè, & humiliter executioni mandari poſſint quæ in eiſdem continebuntur.*

7 Non eſt inſtituendus Vicarius Generalis, neque Vicarius Generalis poteſt eſſe Procurator Ordinis. Romæ 1601. ord.27. *Ordinamus, & in poſterum ſancimus, ne Procurator Ordinis poſſit eſſe ſimul Vicarius Generalis, nec è conuerſo, volumuſque quòd hæc duo officia diſtinctis Patribus conferantur.*

8 Ad Magiſtrum Ordinis ſpectat illum inſtituere, vel amouere. Ex Apoſtolico indulto Bonifatij VIII. & Clementis VII. *Vide in Conſtitutionib. noſt. diſt.2.cap.3. in decl. tex. 8. ſub litt. H.*

9 Illi litteras tranſmittant francas Fratres noſtri, vel reddant illi pecunias, quas pro illis conſumit. Venetijs 1592. ord.9. *Et quia litterarum expenſæ in immenſum propemodum excreſcunt vt ſupplere non ſit poſſibile, mandamus Prouincijs omnibus, & ſingulis, quatenus Ad. R. P. Procuratori Ordinis in Curia Romana expenſas, quas pro litteris per curſores miſſis perſoluere faciet, reddant, vel eaſdem francas, vt vocant, tranſmittere teneantur.*

10 Determinatæ contributiones eidem à ſingulis Prouincijs perſoluantur. Venetijs 1592. ordinatione 9. *Vide de Contributionibus num. 1.*

11 Si ſuas contributiones ex quacumque cauſa exigere non poſſit, vel pro Ordinis commodo ſpeciales expenſæ eidem habendæ fuerint, tenebitur Religio eidem ſupplere in omnibus. Venetijs 1592. ordinatione 9. ſuprad. *Quod ſi contigerit præfatas contributiones* (de quibus dictum eſt ſupra numero antecedenti) *rationabilibus ex cauſis exigi non poſſe, vel expenſas aliquas neceſſariò à Reuerendiſs. Generalibus, vel Ad. RR. PP. Procuratoribus Ordinis pro Religionis ſeruitio, aut beneficio fieri, Religio ipſa ſupplere tenebitur, quando eidem in Capitulo Generali de præfatis conſtabit.*

12 Poteſt procuratores quoſcumque in Curia inſtitutos impedire ne tale munus exerceant, & etiam procuram eorum reuocare, ſi ad Ordinis commodum, & vtile hoc ſpectare cognoſcat. Coloniæ 1428. ordinat. 8. *Auctoritatem nihilominus eidem P. Procuratori concedentes, vt omnem Procuratorem cuiuſuis Conuentus, loci, ſiuè perſonæ, aut Conuentuū, locorum, ſiuè perſonarum Ordini ſubiectarum ad Curiam accedentium, vel in Curia exiſtentium, ne in cauſa aliqua procedat, interdicere, & de ſua procuratione poſſit ſimpliciter reuocare, quandocumque eidem pro vtilitate Ordinis, ſeu eiuſdē Patris videbitur expedire; ipſoſque, & alios Fratres, quando ei viſum fuerit, valeat licentiare, & expellere, & nolentes recedere, poſt quàm iuſſerit, incarcerare, ac eos, quamdiu ſibi videbitur, retinere.*

De Procuratoribus Prouinciarum.

1 PRouincialis cum conſilio Diffinitorum Capituli Prouincialis poteſt Fratres ad Romanam Curiam mittere propter occurrentia negotia, ab ipſis vnà cum Procuratore Ordinis pertractanda. Florentiæ 1272. ord. 8. *Magiſter Ord. de voluntate, & conſilio Diffinitorum dat licentiam ſingulis Prioribus Prouincialibus, quòd de conſilio, & aſſenſu Diffinitorum Capituli Prouincialis poſſint mittere ſingulos Fratres ad Curiam Romanam, prouiſo quòd illi, qui mittuntur, ſint homines bene morigerati, & Ordinis zelatores, & induſtrij, atque apti ad negotia Ord. in Curia cum Procuratore Ordinis pertractanda, & ſemper ſint in illo Conuentu, vbi contigerit Curiam commorari.* Hoc autem eſt intelligendum iuxta ea, quæ dicta ſunt de Acceſſu ad Vrbem num. 2. & 3.

2 Poteſt etiam Prouincialis propria auctoritate duos Fratres ad Curiam mittere pro negotijs ſuæ Prouinciæ. Pariſijs 1306. ord. 8. *Poterit Prouincialis quilibet duos Fratres de ſua Prouincia mittere ad Romanam Curiam pro negotijs ſuæ Prouinciæ procurandis.* Quod pariter eſt intelligendum iuxta ſuprad. de Acceſ. ad Vrbem.

3 Poteſt quoque inſtitutos Procuratores à Curia reuocare. Burdegalis 1287. ord. 10. *Item Magiſter Ord. concedit Prioribus Prouincialibus, quòd poſſint mittere vnum Fratrem idoneum pro ſuarum Prouinciarum negotijs ad Curiam Romanam, quem etiam cum voluerint, poterunt reuocare.*

4 Etiam Vicarius Prouincialis in caſu neceſſitatis poteſt Procuratorem ad Curiam mittere. Cæſarauguſtæ 1309. ord. 10. *Item præcipit Magiſter Ord. in virtute S. Obedientiæ de Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quòd nullus Frater vadat ad Curiam Romanam ſine ipſius licentia ſpeciali, niſi caſus talis pro negotijs Ordinis emergeret, quòd non poſſet per ſolum Procuratorem Ordinis commode expediri; in quo Prior Prouincialis, vel eius Vicarius licentiã dare poterit duobus tantùm Fratribus maturis, & diſcretis ſuæ Prouinciæ, & eiſdem præcipit Magiſter Ord. de dictorum Diffinitorum conſilio, & aſſenſu, quòd cum ad dictam Curiam peruenerint, de nullo ſe negotio intromittant, niſi priùs illud Procuratori Ord. expoſuerint diligenter, & ſic demum procedant in illo de eius conſilio, & aſſenſu.*

5 Tenentur Prouinciales dum ſtante neceſſitate aliquem Procuratorem pro ſuæ Prouinciæ negotijs ad Vrbem mittunt, ſimul Reuerendiſſ. Magiſtrum Ord. tam de negotio, quàm de neceſſitate admonere. Romæ 1629. decl. 15. *Declaramus, quod quandocunque Prouincialibus graue aliquod negotium occurrit in Alma Vrbe pro ſua Prouincia tractandum, tunc poterunt Patrem aliquem grauem ad id idoneum Romam tranſmittere; ita tamen, vt ſimul Magiſtrum Ord. tam de negotio tractando, quàm etiam de neceſſitate talis tranſmiſſionis admoneant; quibuſcunque in contrarium non obſtantibus.*

6 Licet autem huiuſmodi Prouinciarum Procuratores in caſu neceſſitatis poſſint abſque præhabita Magiſtri Ordinis licentia ad Romanam Curiam mitti; tamen caueant ne in Vrbem abſque illa ingrediantur, ſub pœnis in Apoſtolicis decretis, contrauenientibus impoſitis, contentis, quæ habentur ſupra de Acceſſu ad Vrbem num. 2.

7 Extra neceſſitatis caſum illos non mittant, niſi priùs à Magiſtro Ord. obtenta licentia. Toloſæ 1628. commiſſione 2. *Concedimus, vt vnaquaque Prouincia aliquem Procuratorem ad Romanam Curiam pro negotijs occurrentibus mittere poſſit, præhabita Reuerendiſſ. Magiſtri Generalis licentia, iuxta commemoratum S.D.N. decretum.* Vide præfatum decretum de Acceſſu ad Vrbem num. 2.

8 Nullus mittatur, permanſurus in Curia pluſquam per menſem, ſine Socio, ſub pœna abſolutionis ab officijs, & grauioris culpæ à Præſidentibus Prouinciarum, Congregationum, atque Conuentuum mittentibus incurrenda. Ianuæ 1513. ord. 1. *In primis mandamus vniuerſis Præſidentibus Prouinciarum, Congregationum, & Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio, & grauioris culpæ, vt nullum Fratrem mittant ad Curiam Romanam, manſurum ibi pluſquàm per menſem abſque Socio.*

De Profeſsione.

1 NVllus recipiatur ad profeſſionem, vt Clericus, niſi ſciat plenè, & expeditè dicere, & legere diuinum Officium nocturnum pariter, & diurnum ſolus, & ſciat, vel ſit habilis in proxima diſpoſitione, vt ſciat grammaticam. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. tex. 8. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redact a Romæ 1518.* Et Romæ 1501. ord. 20. ita dicitur. *Strictiſſimè prohibemus, ne de cætero aliquis ignarus grammaticæ, & indocilis, & niſi ſciat benè, & expeditè legere, & Officium di-*

dicere, ad profeſſionem pro choro admittatur.

2 Per duos menſes ante finẽ anni probationis examinatores tenentur eum examinare de ſupradictis, & referre Priori, & Capitulo. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quæ fuit ſancita etiam in præfatis Capitulis Generalibus.* Si verò inſufficiens repertus fuerit differatur ei tempus profeſſionis vſque ad ſex menſes, poſt quos ſi etiam ineptus reperiatur, habitu Ordinis exuatur. *Vide ſupra de Nouitijs num.* 23. Qui autem debeant eſſe hi examinatores, dicitur de Recipiendis num. 4. & 5.

3 Probationis annus ante profeſſionem neceſſariò requiſitus debet incipere à quinto decimo expleto, ipſaque poſtea profeſſio debet fieri poſt ſextumdecimum expletum iuxta S. Concilij Trident. leges. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 15. in decl. tex. 1. ſub litt. A. & ibid. cap. 14. in decl. tex. 9. ſub litt. O.*

4 Si aliquis recipiatur ad illam ante ſextumdecimum annum, vel infra probationis annum, profeſſio erit nulla: recipiens autem Nouitium ad ipſam peccat mortaliter, ſuſpenſus eſt à receptione cuiuſcumque alterius Nouitij, eſtque pœnæ grauioris culpæ ſubijciendus. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* Carcaſſonæ autem 1312. ord. 7. non ſolùm recipientes, ſed etiam conſentientes tali receptioni, voce in alijs receptionibus Nouitiorum priuantur. *Si fortè aliqui de cætero aliquem infra ætatem à Iure taxatam receperint contra iura, vel tali receptioni conſenſerint cum effectu, in receptionibus Nouitiorum vocibus ſint priuati quouſque per Magiſtrum Ordinis, vel per Priorem ſuum Prouincialem, vel per Diffinitores Capituli Prouincialis fuerint reſtituti.* Qui autem ſic fuerint recepti, neque noſtræ, neque alteri Religioni per talem profeſſionem remanent obligati. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad.* Bononiæ autem 1564. capit. *De Sac. Concilij Trid. decretis*, ita dicitur. *Denunciamus Fratribus noſtris, profeſſionem ante ſextumdecimum annum expletum deinceps fieri non poſſe; & ſi ſecus fiat irritam eſſe, vt S. Synodus decreuit. Mandamus autem noſtrorum conuentuum Præſidentibus, vt quoad fieri poſſit, ad habitum non recipiant pueros ante quintum decimum annum, & cuicumque Nouitio, cum ad habitum recipitur, coram omnibus explicetur profeſſionem ad prædictum tempus eſſe faciendam.*

5 Si aliquis recipiatur ad habitum ante quartumdecimum annum completum, vltra ſextumdecimum annum tres alij menſes ſuperaddantur antequam ad profeſſionem admittatur. Ita ſubditur in eodem Bononien. Capitulo, & loco ſuprad. *Quod ſi pueri ante quartumdecimum annum fuerint aliquando recepti, adhuc noſtra Conſtitutio in Capit. de Nouitijs obſeruetur, vt vltra ſextumdecimum annum, tres alij menſes ſuperaddantur, in quibus de aſſumendo Religionis ſtatu cõmodiùs deliberare queat.* Idem habetur etiam in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. in decl. tex. 9. ſub litt. O. vbi irrepſit error dum dicitur. *Quod ſi pueri ante quintumdecimum annum expletum fuerint aliquando recepti, adhuc noſtra Conſtitutio obſeruetur, vt vltra 16. annum tres alij menſes ſuper addantur, &c.* Debet enim dicere ſic. *Quod ſi pueri ante quartumdecimum annum expletum fuerint aliquando recepti, &c.* Ita enim declaratum fuit Toloſæ 1628. declarat. 4. *Declaramus irrepſiſſe mendum incuria impreſſoris in Conſtitutionibus noſtris Barchinonæ impreſſis in declaratione tex. 11. cap. 14. De Nouitijs, & eorum inſtructione litt. O. pag. 58. à tergo, vbi ex allegatione denunciationis Capit. Generalis 1564. Bononiæ celebrati dicitur:* Quòd ſi pueri ante quintumdecimum annum expletum fuerint aliquando recepti, adhuc noſtra Conſtitutio ſeruetur, &c. *& tamen legendum eſt.* Quòd ſi pueri ante quartumdecimum annum expletum, &c. *vt videre eſt in prædicta denunciatione allegata, & ratio ipſa ſuadet. Quare ad tollendas dubitationes huic noſtræ declarationi ſtandum eſſe decernimus.*

6 Nouitij ante profeſſionem de debitis ſe expediant; & omnia ad pedes Prioris ponant vt ſe ex toto abſoluant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. tex. 4.*

7 Nullus ad profeſſionem admittatur niſi priùs fuerit admonitus de renunciatione facienda bonorum iuxta S. Concil. Trid. decretum. Valliſoleti 1605. ord. 8. *Nullus ad profeſſionem admittatur, quin priùs admoneatur de decreto S. Concilij Trident. circa renunciationem bonorum, vel iurium ſuorum faciendam infra duos menſes ante profeſſionem, nec ab ea facienda vllo modo deterreatur.* In præfato autem Concilio ſeſſ. 25. de Regular. cap. 16. decretum eſt nullam renunciationem, aut obligationem factam ante profeſſionem, etiam in fauorem cuiuſcumque piæ cauſæ, valere, niſi cum Epiſcopi, vel Vicarij illius licentia fiat intra duos menſes ante profeſſionem. *Vide in Conſtitut. noſt. loco ſuprad. in decl. tex. 8. ſub litt. M.*

8 In Nouitiorum donationibus, ſeu renunciationibus ſeruentur S. Concilij Trident. decreta. Bononiæ 1564. Capit. de Sac. Concilij Trid. decretis. *In recipiendorum, ſiue Nouitiorum donationibus, ſiue renunciationibus ſollicitè omnia illa ſeruentur, quæ S. Synodus præcepit: Ad quoſcumque igitur contractus eiuſmodi faciendos Ordinarij primùm licentia requiratur, & ſolùm intra duos menſes ante profeſſionem fiant; veruntamen cuiuſuis donationis prætextu nullum ius ante profeſſionem adquiſitum eſſe intelligant.*

9 Inſtante profeſſione Prior coram Patribus Nouitium vocet, & poteſtetur eidem, quòd liber eſt, & liberè dicat au timore alicuius

cuius

cuius ſit in Ordinem ingreſſus, & in eo velit profiteri. Romæ 1558. ord. 1. *Ad tollenda ſubterſugia eorum, qui cupientes ſe ab Ordinis diſciplina ſubducere, prætextu quòd vi, vel metu profeſſionem ſecerunt, aſſerunt ſe non teneri ad Religionem, ordinamus, quòd inſtante profeſſione cuiuſcunque Nouitij, aliquot ante diebus Prior coram tribus (adminus) Patribus vocet Nouitium, ac iuridicè (ſi opus fuerit) proteſtetur eidem, quòd liber eſt, & libere dicat an timore, coactione, aut violentia parentum, aut conſanguineorum ingreſſus eſt Ordinem, & in eo voluntariè perſeuerat, & vult profiteri. Et de his omnibus, & eius confeſſione fiat annotatio, vel in libro conſiliorum, vel alio ad hæc ordinato, cui annotationi, tam Nouitius, quàm dicti Patres ſubſcribant.*

10 In quolibet Conuentu habeatur liber particularis, in quo ſcribantur omnes, qui faciunt profeſſionem, ibi notando annum, menſem, & diem, & nomen Prælati recipientis ad profeſſionem, & ſub quo Magiſtro Ordinis. Pariſijs 1246. ord. 3. *Cum aliquis profitetur, nomen profitentis, & tempus, & nomen illius, cui fit profeſſio in aliquo quaterno ſcribantur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 15. in decl. tex. 1. ſub litt. B. & num. ſequentem, atque infra de Recipiendis num. 15.

11 Recipiendis tam ad habitum, quàm ad profeſſionem, fiat à Prioribus proteſtatio, quod tenebuntur ad obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum ſimpliciter, & ad litteram. Pariſijs 1611. admon. 3. *Admonemus omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Conuentuum Præſidentes, vt tam in receptione ad habitum, quàm in admiſſione ad profeſſionem tacitam, vel expreſſam faciant recipiendis, & admittendis ſolemnem illam proteſtationem à Sac. noſtris Conſtitutionibus præſcriptam, videlicet: Quòd ipſa perſona recipienda, ſeu admittenda, poſt profeſſionem tenebitur ad obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum noſtrarum, non prout hic, vel ibi ſeruatur, ſed ſimpliciter, prout littera ſonat; ita ut quandocunque Prælatus ſuus ipſum ad exactam obſeruantiam regularem compellat, vel aſtringat, teneatur obedire ſimpliciter; promittit enim obedientiam ſecundum Regulam B. Auguſtini, & Conſtitutiones Fratrum Prædicatorum, cuius proteſtationis, ſicut & profeſſionis publicum, & authenticum documentum ab ipſo profitente propria manu ſubſcriptum fieri, & factum diligenter aſſeruari, & ad perpetuam rei memoriam faciant cuſtodiri in libro ad hoc ſpecialiter deſignato: quòd ſi Prouincialis inuenerit Priores, aut Prioriſſas iſta non præſtantes, irremiſſibiliter eos, vel eas abſoluat ab officijs, & declaret incidiſſe in pœnas grauioris culpæ.*

12 Priores Nouitijs antequam profiteantur, tenentur apertè proteſtari profeſſionem ipſorum futuram nullam, ſi forſitan ipſi aliquem grauem morbum, ſeu defectum occultum habeant, ob quem eſſent merito ex Ordine eijciendi. Romæ 1644. ord. 7. *Ordinamus, vt impoſterum Priores Conuentuum, alijque Superiores, quotieſcumque Fratrem aliquem ad profeſſionem ſolemniter emittendam ſuſcipiunt, inter alias interrogationes, ac proteſtationes præmitti ſolitas, eidem quoque apertè, clare, ac diſtinctè proteſtentur, profeſſionem ipſius nullam fore, ſi forſitan ipſe grauem aliquem defectum, ob quem meritò reijciendus fuiſſet, ſubdole ante votorum emiſſionem ſubticuiſſe, aut occultaſſe poſtmodum deprehendatur.*

13 Singuli propriæ profeſſioni ſe ſua manu ſubſcribant in libro ad hoc deputato. Ex Clementis VIII. decreto. *Vide de Conuerſis num. 17.*

14 Veſtes in profeſſione benedicantur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2. quæ fuit ſancita in Capit. Generaliſſ. Pariſijs* 1236. Vide modum illas benedicendi ſupra de Benedict. num. 7.

15 Si aliquis bona fide inualidam profeſſionem emiſit, & per ſecundam profeſſionem tacitam, vel expreſſam ſuppletum fuerit defectibus primæ, locus eius à priori profeſſione, inualida licet, ſumendus erit. Neapoli 1600. decl. 4. *Declaramus, quod ſi contingat aliquem ſine aliqua fraude, ſed bona fide emiſiſſe profeſſionem inualidam, & poſtmodum ſupletum fuiſſe defectibus per ſecundam profeſſionem tacitam, vel expreſſam, locum eius accipiendum eſſe à prima profeſſione, quamuis inualida, vt ſupra, dummodo prius iuridicè per ſententiam conſtiterit talem ſine fraude, ſed bona fide emiſiſſe primam profeſſionem.*

16 Nouitius in aliquo Conuentu receptus ad habitum, ſi ad alium transferatur, & ibidem profiteatur, erit filius illius Conuentus pro quo fuit indutus. Barcinonæ 1574. decl. 13. & Romæ 1580. conf. 23. *Vide de Affiliationibus num. 9.* Et Maſſiliæ 1300. ord. 6. ita dicitur. *Item inhibemus, ne Nouitij in alienis Conuentibus ad profeſſionem recipiantur niſi de voluntate Conuentus, pro quo ad Ordinem ſunt recepti.* Et Bononiæ 1302. ord. 9. *Item diſtinctè inhibemus Prioribus, & Fratribus vniuerſis, ne Nouitium aliquem recipiant alterius Prouinciæ, vel Conuentus ſine voluntate, & conſenſu Prioris Prouincialis, vel Conuentualis loci illius vnde dictus Nouitius fuerit oriundus; locis exceptis in quibus viget ſtudium Generale.*

17 Conuentuum Præſidentes non recipiant Religioſos in alijs Ordinibus profeſſos ſub pœna abſolutionis ab officijs. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 58.*

18 In forma profeſſionis dicatur, poſt B. Mariæ, & B. Dominico. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 15. tex. 1. quæ fuit inchoata Bud.æ 1254. conf. Mediolani 1255. & in Conſt. redacta Pariſijs 1256.*

19 Exprimatur etiã in illa nomen Mag. Ord. Apud Caſtras 1352. *Dñ Fratres profitẽtur apponãt nomen Magiſtri Ord. in ipſa forma profeſſionis.*

Vide in Conſt. noſt. ibid. ſub litt. F. & in toto dicto Capit. plura alia ad profeſſionem ſpectantia.

20 Neque Suppriores, neque Vicarij Priorum poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere. *Vide de Recipiendis num. 3.*

21 Recipiantur Nouitij ad illam per vota ſecreta. Valentię 1596. ord. 7. *Vide de Recipiendis num. 14.*

De Proprietate,

1 NOn poſſumus aliquid habere tanquam proprium iuxta S.P. Auguſtini mandatum in Regula, in qua dicit: *Nec dicatis aliquid proprium, ſed ſint vobis omnia communia.* In cuius exequutionem mandatur Magiſtris Nouitiorum, vt eos doceant viuere ſine proprio. Proprium autem dicitur quidquid celatur Prælato ſuo, vel tenetur contra eius voluntatem. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 14. tex. 2. & in eius declarat. ſub litt. D.*

2 Qui non habent animum paratum ponendi realiter omnia, quæ habent, ad pedes ſuorum Prælatorum, ſunt proprietarij, atque in ſtatu damnationis æternæ. Romę 1508. declar. 2. *Vide ſupra de Bonis Fratrum num. 16. Vide etiam in Conſt. noſt. loco ſuprad. in decl. tex. 4. ſub litt. F.*

3 Qui in proprietatis vitio decedunt, eccleſiaſtica ſepultura priuentur. Romæ 1501. ord. 13. *Vide de Bonis Fratrum num. 18.*

4 Fratrum proprietariorum bona ad commune Ordinis depoſitum ſpectant. Romæ 1629. ordinat. 10. *Vide de depoſito Ordinis num. 1.*

Reliqua omnia ad hanc materiam ſpectantia vide ſupra de Bonis Fratrum. De Depoſitis Fratrum, & De Paupertate.

De Proteſtationibus.

1 PRoteſtationes in ſingulis electionibus fieri poſſunt, iuxta tamen modum à Capitulo Generali Valentino 1647. declar. 1. præſcriptum ſcilicet quod liceat electoribus poſt electionem proteſtari, & ſe opponere electioni quantum ad perſonam electi, vel quantum ad defectus, qui in actu formali electionis euenerint, non autem quantum ad ea, quę præcedunt actum formalem electionis &c. *Vide ſupra de Electionibus num. 40.*

2 Fiat proteſtatio à Præſidente Capituli electionis, quòd non intendit excludendum admittere, nec admittendum excludere ab electione facienda. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

De Quæſtibus.

1 NOn audeat aliquis intra terminos alterius Prouinciæ quæſtum facere, vel ibidem prædicare abſque licentia Prouincialis illius Prouinciæ, vel Prioris ad quem ſpectat terminus ille. Pariſijs 1243. ord. 5. *Item Fratres de vna Prouincia infra terminos alterius Prouinciæ nõ faciant quæſtus, niſi de licentia Prioris Prouincialis, vel Conuentus infra cuius terminos quæſtum facere voluerint, nec etiam mittantur ad faciendum moram in prædicatione in terminis alterius, niſi de conſimili licentia.* Quod fuit confirmatum Treueris 1249. addita reſtitutione quęſtuum facienda. Ita enim habetur ord. 4. *Item Fratres de vna Prouincia infra terminos alterius Prouinciæ non prædicent, niſi in tranſitu, nec quæſtum faciant, niſi de licentia Prioris Prouincialis, vel Conuentualis ad quos pertinent termini prædicti: quòd ſi de cætero aliqui fecerint, teneantur reſtituere Priori Conuentuali in cuius terminis aliquid acquiſierint.* Romę autem 1608. ord. 23. idem fuit veritum ſub pœna grauioris culpæ hoc modo. *Ordinamus, & ſub pœna grauioris culpæ, vt ſæpius antea ſtatutum fuit, mandamus, vt nullo pacto à Fratribus noſtris quæſtus fiant in aliena Prouincia ſine licentia Prælati illius Prouinciæ.*

2 Non ſolùm extra limites, & terminos Prouincię propriæ, ſed etiam ſui Conuentus quęſtus facere, ſeu prędicare, eſt interdictum. Vnde Auenione 1561. conf. 7. ita dicitur. *Mandantes omnibus Fratribus noſtri Ordinis ſub pœna grauioris culpæ, ne quis extra terminos ſuæ Prouinciæ, aut Conuentus prædicet in noſtris, vel alienis Eccleſijs, aut quæſtum faciat ſine licentia Magiſtri Ordinis, aut R. Prouincialis, aut Prioris in quorum terminis prædicare, aut quæſtuare contigerit.* Quod fuit confirmatum etiam Romę 1571. ord. 17. Barcinonæ 1574. conf. 30. & Romę 1571. ord. 17. vbi, vt talis pœna per menſem infligeretur tranſgreſſoribus, fuit ita mandatum. *Quòd ſi Fratres ſua ſponte in præfatis alienis terminis* (ſcilicet Conuentuum, vel Prouinciarum) *prædicauerint, aut quæſtus fecerint, à Prælatis loci comprehendantur, &*

pœ-

Digitized by Google

pœnis grauioris culpæ per vnum menſem ſubiecti ſint. Pœna etiam carceris fuit impoſita Coloniæ 1428. ord. 8. *Adijcientes quòd ſi qui in alienis terminis ſine licentia Præſidentis ad quem ſpectant termini illi quæſtum facere præſumpſerint, ab eodem Præſidente carceri mancipentur*. Aucnione etiam 1442. ord. 9. idem fuit confirmatum, atque additum, poſſe Superiores huiuſmodi delinquentes etiam alia pœna punire. *Inſuper Fratres alienos terminos, ſeu quæſtus perturbantes, & occupantes à Prælatis, quorum ſunt termini violati, pœna carceris, vel alia prout eis iuſtè videbitur, arceantur*.

3 Priuentur omnibus bonis extra proprios terminos quæſtus habentes, quæ Conuentibus, in quorum præiudicium fecerint, applicentur. Viennæ 1282. ordinat. 9. *Item cum ex diuiſione aliorum limitum inter Prouincias, Conuentus, & Fratres conſueuerit turbatio generari, Magiſter Ordinis de Diffinitorum ordinatione, conſilio, & aſſenſu diſtrictè iniungit Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, & cæteris Fratribus, vt limitationes factas inter Prouinciam, & Prouinciam ſtudeant exacta diligentia obſeruare: & Fratres, qui contrarium fecerint, pœnæ grauioris culpæ ſubiaceant, & quidquid quæſierint infra limites alterius Prouinciæ, Conuentibus, in quorum præiudicium hoc fecerint, abſque dilatione reſtituere teneantur*.

3 Non poſſunt officium ſuum alteri committere. Apud Metim 1421. ord. 2. *Item ne laudabilis mendicitas in Ordine in turpem quæſtum ex auaritia conuertatur, præcipimus, & mandamus, ne aliquis terminarius, vel limitator ad quæſtuandum in aliquo termino per Ordinem deputatus, vices ſuas alteri Fratri cuicumque valeat committere; caſibus grauis infirmitatis, aut legitimi impedimenti exceptis, ſed ipſe per ſe ipſum terminum colat, & viſitet; oppoſitum verò faciens, ex nunc, prout ex tunc dictis terminis priuamus: volentes vt Priores Conuentuum, ad quos huiuſmodi termini pertinebunt, de alijs terminarijs, qui ſint honeſtæ conuerſationis, & qui ſciant competenter proponere verbum Dei, opportunè prouidere teneantur: quod ſi Priores prædicti perficere neglexerint, aut præfati terminarij obedire contempſerint; voce & bonis omnibus Ordinis priuamus eos, & priuatos eſſe ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, denunciamus*.

4 Nullus Frater audeat quæſtus facere, aut Bullas aliquas prædicare, niſi de licentia Magiſtri Ordinis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ſedentes pro tribunali proferimus in his ſcriptis, & ſub pœna priuationis omnium bonorum eis ab Ordine conceſſorum, & communitati applicandorum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 4.* Quæ conſtitutio loquitur de quæſtibus, qui fiebant antiquitus per Prædicatores, qui Indulgentias pro colligendis pecunijs ad aliquod pium opus adiudicatis prædicabant.

5 Prædicatores, dum prædicationis officium exercent, pro ſe ipſis quæſtus non faciant. Pariſijs 1239. ordinat. 7. *Vide de Prædicat. num. 18.* Neque etiam pro domo, vel aliqua perſona ſpeciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 12. tex. 4.*

6 Non poſſunt ab Epiſcopis impediri Fratres noſtri ne in diœceſibus, in quibus Conuentus habemus, eleemoſynas quærant. Ita decretum fuit à S. Congregat. Card. Concilij Trident. interpretum, prout denunciatum fuit. Romæ 1629. denunc. 6. *Item denunciamus a S. Congregat. Cardinalium Concilij Trident. interpretum decretum fuiſſe Fratres Ordinum Mendicantium nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi quominus per ſe ipſos in diœceſibus, vbi habent Conuentus eleemoſynas quærant: ſed tantùm ſi extra loca, vbi Monaſteria exiſtant, quæritare voluerint, teneri ſuorum Superiorum licentiam Ordinario oſtendere*.

7 Quæſtuarij delinquentes ab illis Præſidentibus, intra quorum terminos deliquerint, puniantur. Romæ 1481. ordinat. 8. *Vide de Terminis Conuent. & Prouinc.* vbi plura alia ad hanc materiam ſpectantia habentur.

De Quindennijs.

Conuentus, qui ad Quindenniorum ſolutionem tenentur, debent ſingulis annis aliquam pecuniæ ſummam in depoſiti arcâ deponere, donec completo quindennij tempore abſq; eorundẽ conuentuũ incommodo quindennia ſolui poſſint prout ordinatum fuit Valliſoleti 1605. ord. 22. *Præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, & ſub pœna excommunicat. latæ ſententiæ, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa Patribus Prioribus, ſeu principalibus Præſidentibus, & depoſitarijs Conuentuum, vel Locorum qui penſiones, cenſus, redditus, vel alia bona ſolutioni quindennij obnoxia poſſident, vt ſingulis annis trigeſimam partem cenſus, vel redditus, vel penſionis in depoſito communi in quadam capſula ad hoc deſtinata deponant, & conſeruent, donec quindennio completo abſque Conuentus grauamine ſoluant, cui ſoluere tenebuntur. Mandamus autem ſub eodem præcepto, & cenſura omnibus ſupradictis ne prædictam coaceruatam pecuniam quouis titulo, vel quæſito colore, etiam ratione mutui, poſſint tollere, vel expendere in alios vſus, præter quàm ad ſolutionem quindennij*.

De Raſura.

1 RAſura ſit ſuperiùs non modica, vt Religioſos decet, ſic vt inter ipſam, & aures non ſint pluſquàm tres digiti: Tonſura quoque fiat deſuper aures: Raſura verò fiat à Paſcha vſque ad feſtum omnium Sāctorum de quindena in quindenam; deinde autem ſemel in tribus ſeptimanis; ita tamen quòd propter feſta ſolemia poſſit per dies aliquot præueniri vel tardari. *Ex Conſt. noſt. diſt.*1. *cap.*11. *tex. vnico.*

2 Inuigilare tenentur Conuentuum Præſidentes, vt Fratres omnes in capillorum tonſura ſint vniformes, & vt decentem ac religioſam habeant coronam: nec vllo modo patiantur quòd Fratres comas, aut barbam nutriant. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt.A.* In cuius confirmationem Auenione 1470. ordinat. 7. ita dicitur. *Raſura etiam fiat ſine comis, vt in cap. de raſura habetur, quòd volumus firmiter obſeruari.*

3 Capillorum tonſura ſolùm vſque ad ſummitatem aurium deſcendat, & inter ipſam & raſuram capitis non debent eſſe plùs quàm tres digiti. *Ita habetur in Conſtitutionib. noſt. loco ſuprad.*

4 Vt tempore Raſuræ Fratres communicarent, die à Prælato conſtituenda, inchoatum fuerat Treueris 1249. Inchoat. 8. quod fuit approbatum Londonis 1250. approbat. 8. hoc modo. *Item hanc in capit. de Raſura, in fine dicatur ſic. In qualibet raſura communicent omnes Fratres: poterunt autem Fratres interdum in aliqua die feriali communicare ſi viſum fuerit Priori; quando meliùs poterunt intereſſe: & hoc habet duo Capitula.* Metis autem 1251. id non fuit poſtea confirmatum, vnde nec in Conſtitutionem redactum.

De Ratiocinijs Conuentuum.

1 VT ratiocinia adminiſtrationis bonorum conuentuum à Syndicis, & alijs officialibus, ad quos ſpectat, redderentur ſingulis menſibus, mandatum fuerat Auenione 1341. ord. 4. *Vide de Syndicis num.* 2. Poſtea tamen, vt ſingulis duobus menſibus haberentur, mandatum fuit Argentinæ 1417. ord. 3. hoc pacto. *Ratiocinia Conuentuum de duobus menſibus reddantur, Priore, Magiſtris, ac Patribus Conuentus ad hoc vocatis.* Mediolani verò 1505. ord. 8. iterum mandatum fuit, vt ſingulis menſibus haberentur, hoc modo. *Mandantes Prioribus, & Præſidentibus Conuentuum ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, vt inſtituant fideles Procuratores, & diſpenſatores, qui diſcretè, & fideliter habeant bona Conuentus conſeruare, & diſpenſare, & teneantur ſingulis menſibus coram Patribus ratiocinium de introitibus, & expenſis Conuentus facere, omni excuſatione ſemota.*

2 Dum ratiocinia redduntur coram Patribus, ſemper manifeſtentur omnia debita, ſi aliqua ſint, ac perſonæ, quibus pecuniæ debeantur, vel etiam qui aliquid conuentui eidem dare teneantur. *Vide de debitis Conuent. num.* 2.

3 Singulis hebdomadibus, vel menſibus ad depoſitum conuentus conueniant Prior, & duo depoſitarij, quibus Syndicus, Procurator, Sacriſta, & alij, ad quos ratiocinia conuentus aliquo modo ſpectant, rationem de receptis illa hebdomada, vel menſe reddant. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt.*2. *cap.*1. *in decl. tex.*7. *ſub litt. M.*

4 Nulli facienda eſt quitantia de adminiſtratione bonorum Conuentus habita abſque aſſenſu Prouincialis, ac Patrum à conſilijs eiuſdem conuentus. Apud Nurimbergam 1405. ord. 14. *Vide de Syndicis num.* 6.

De Rebellione.

1 QVi per manifeſtam rebellionem ſunt ſuis Prælatis inobedientes, pœnam grauioris culpæ incurrunt. *Ex Conſt. noſt. diſt.*1. *cap.*18. *tex.*1.

2 Manifeſta rebellio tunc adeſſe cenſetur, quando ſubditus pertinaciter ſui Prælati verba contemnit: Ita Perpiniani 1427. declaratum fuit. *Declaramus, quòd manifeſta rebellio eſt, quando ſubditus pertinaciter verba ſui Prælati contemnit, vt cum Prælatus iuxta præſcriptum Conſtitutionum dicit, volo omnino quòd facias hoc, & ſubditus dicit, nolo facere, & ſic obedientiam ſui Prælati transgrediens debet pœna grauioris culpæ puniri.* Vide hoc idem in Conſtit. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B.

De Recipiendis.

1 NVllus recipiatur in Fratrem Clericum ad probationem, vel profeſſionem, niſi à Priore Prouinciali, vel ab eo, cui ſuper hoc dederit licentiam ſpecialem, vel à Priore Conuentuali cum aſſenſu totius, vel maioris partis Capituli. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 3.*

2 Conuerſum non recipiat Prior Prouincialis, nec aliquis de eius licentia, niſi de conſenſu Prioris, & duarum partium Fratrum, qui ſunt de Conuentu, pro quo fuerit induendus. Nec Conuentus aliquis recipiat Conuerſum ſine licentia Prioris Prouincialis. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

3 Neque Suppriores, neque Vicarij Priorum poſſunt aliquem ad Ordinem, vel profeſſionem ſuſcipere. Apud Verdunum 1356. ord. 4. *Nullus Supprior, vel Vicarius Prioris, in eius abſentia poteſt recipere Fratrem ad Ordinem, niſi ex ſpeciali commiſſione ſibi expreſsè facta per Magiſtrum Ordinis, vel Priorem Prouincialem ſuum.* Vide in Conſtit. noſt. loco ſuprad. ſub litt. H. vbi aſſeritur hoc etiam fuiſſe ordinatum Inſulis 1293. quod eſt falſum; nam in dicto Capitulo nec verbum quidem habetur de hac re. In Capitulo autem ſubſequente In Montepeſſulano an. 1294. celebrato ita dicitur ord. 2. *Item inhibemus omnibus Vicarijs Priorum, quòd in abſentia ipſorum Nouitios non recipiant, nec ad Sacros Ordines Fratres faciant promoueri, niſi ſuper ijs ab ipſis Prioribus facta fuerit ſpecialis commiſſio.* Valliſoleti autem 1605. ord. 9. interdictum fuit Prioribus ſub pœna abſolutionis ab officijs talem auctoritatem illis communicare: *Vide de Abſol. Prior. Conuentual. num. 5.* Mortuò autem, vel amoto Priore Supprior poteſt ad Ordinem, & profeſſionem illos recipere. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. H.*

4 In quolibet Conuentu tres idonei Fratres eligantur de communi conſilio Capituli, qui recipiendos in moribus, & ſcientia diligenter examinent, & examen Priori, & Capitulo referant, eorum iudicio an recipi debeant, relinquentes. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 1.* vbi ſub litt. A. declaratur hos tres examinatores debere eſſe prudentes, diſcretos, ac de Conſilio Patrum.

5 Examinentur in Patrum Conſilio. Bononiæ 1615. ord. 7. *Cum aliquæ noſtri Ordinis Prouinciæ ex facili receptione Iuuentutis ad habitum grauiſſimum detrimentum patiantur, ideo ordinamus, vt recipiendorum ad habitum clericalem, tum ad probationis annum, tum ad profeſſionem à deſignatis iuxta Conſtitutiones noſtras examinatoribus coram Patrum de Conſilio examen fiat. Volumus etiam, vt ſimili coram Patribus prævio examine Fratres Conuerſi ad profeſſionem recipiantur, & non admittantur niſi fuerint in fide Chriſtiana, & officio pro eorum debita ſufficientia inſtructi, in quo Præſidentium, & examinatorum, ac reliquorum Patrum conſcientias aggrauamus.* De quibus autem rebus, & quomodo teneantur illos examinare. Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B.

6 Nullus à quocumque alio Ordine eiectus in noſtro recipiatur. Valentiæ 1596. ord. 8. *Ordinamus neminem à quacumque Religione expulſum ad habitum noſtrum recipi poſſe: Quòd ſi receptus fuerit, præterquam quòd grauiter punientur recipientes, receptio pro nulla habeatur, ſicuti & profeſſio, ſi quæ poſtmodum fuerit ſubſequuta, & certior factus Superior de præfata expulſione, talem Religionis noſtræ habitu exutum ad ſeculum remittat.* Quod fuit etiam ſancitum Romæ 1629. decl. 6. hoc pacto. *Declaramus ordinationem Capitulorum Generalium irritantem receptionem, ac profeſſionem in noſtro Ordine eorum, qui in alijs Ordinibus iam profeſſi fuerant, intelligendam tantùm eſſe de profeſſis ab alijs Religionibus eiectis.*

7 Neque qui in alijs Ordinibus profeſſionem emiſerint. Bononiæ 1615. ordinat. 10. *Nullus religioſus in alio Ordine profeſſus ad noſtrum Ordinem ſine ſpeciali Magiſtri Ordinis licentia recipiatur.* Argentinæ verò 1307. ord. 4. hoc etiam fuit interdictum ſub pœna abſolutionis ab officijs impoſita Superioribus tales recipientibus. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 58.* Habetur id etiam in Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 4. *Vide ibid. ſub litt. M.* Modo autem etiam requiritur beneplacitum Apoſtolicum.

8 Neque recipiantur qui linguam latinam non benè callent. Romæ 1589. inter ordinationes Apoſtolica Auct. Sixti V. firmatas, quæ perpetuæ Conſtitutionis vim obtinent, vt ibidem dicitur, ord. 1. *Quoniam multoties recipiuntur ad habitum, & ad profeſſionem Nouitij, qui non ſolùm latinam linguam non callent, verùm nec expeditè legere ſciunt, quo fit vt in ſua ignorantia remanentes, nullos progreſſus in litteris faciant, & nec Religioni inſeruire, vti tenentur, poſtmodum poſſint, quin ad Sacros Ordines magno cum Religionis dedecore, ac Dei offenſa poſtea mittuntur: Idcirco huiuſmodi abuſui quantùm cum Domino poſſumus occurrere volentes, ordinamus, vt nullus ad habitum clericalem in noſtro Ordine recipiatur, vel ad profeſſionem admittatur, niſi ſciat diſtinctè, & clarè legere, benè intelligat, ac declaret, quæ legit, & latinam calleat linguam, & ſi qui hucuſque recepti ſunt, qui, vt præfertur, non ſint inſtructi, eis tam-*

diu

diu prorogetur profeſſio, quamdiu perfectè didicerint. Præcipientes in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vna hac pro trina canonica monitione præmiſſa omnibus, & ſingulis Prælatis, & examinatoribus eorum, qui ad habitum, vel ad profeſſionem admittendi erunt, vt neminem penitùs admittant, vel in Capitulo Fratribus proponant, niſi (vt ſupra) ſit ſufficienter inſtructus, habeatque alias conditiones requiſitas, iuxta noſtras Conſtitutiones, & Bullam Sanctiſs. D. N. Sixti V.

9 Neque aliquis recipiatur à Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ ſi eo tempore aliqua pars Patrum à Conſilijs à Conuentu abſit. Valentiæ 1647. ord. 6. *Vt recipiendorum imprudens, & inconſiderata electio, & approbatio vitetur, nec tam de facili inepti admittantur; ordinamur, vt nullus ad habitum Clericorum recipiatur; qui non calleat linguam Latinam, & in Grammaticalibus ſit ſufficienter inſtructus, quæ ſufficientia examinari debeat, & approbari, vel in aliquo Conuentu, vbi viget ſtudium Theologiæ, vel ſi alibi, præſente P. Prouinciali, vel alio Patre graui, cui Prouincialis circa hoc vices ſuas commiſerit, & inſuper à Patribus Examinatoribus à toto Capitulo electis fiat hoc examen in Conſilio Patrum coram omnibus Patribus à Conſilijs, nec liceat Prioribus fraudulenter expectare, quod aliqui ex Patribus à Conſilijs ſint abſentes à Conuentu, & tunc recipiendum ad examen admittere, ſed expectetur tempus, in quo omnes Patres ſint in Conuentu, niſi forſan aliquis eorum eſſet extra dietam. Volentes, quod ſi à tempore Septuageſimæ, vſque ad octauam Paſchæ notabilis pars Patrum à Conſilijs ſit extra Conuentum, quod in eo tempore non poſſit aliquis recipi ad habitum tam Clericorum, quam Conuerſorum. Et ordinantes, quod Prouinciales in Viſitatione diligenter inquirant, an hæc obſeruata fuerint in recipiendorum examine, & quatenus aliquos inueniant alio modo receptos, priuent habitu, & receptionē nullā declarent; volentes inſuper, quod qui in vno Conuētu non fuit admiſſus ad habitus receptionē non poſſit in alio Conuentu admitti, & recipi, decernentes irritā, et inanem profeſſionem cuiuſcunq; qui ſemel qualitercunque, & quacunque de cauſa reiectus in vno Conuentu, & ad habitum non admiſſus, in alio ſine licentia Magiſtri Ordinis fuerit admiſſus; præcipientes in virtute Spiritus Sancti, ſanctæ Obedientiæ, ſub formali præcepto, hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, necnon ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ Patribus examinatoribus, & Patribus à conſilijs, ne aliquem ad recipiendum habitum approbent, qui ſecundum noſtram Conſtitutionum, & ordinationum præſcripta, non ſit idoneus. Quod ſub eodem præcepto, & pœna mandamus omnibus examinatoribus eorum, qui mittuntur ad Ordines ſuſcipiendos, & qui vel pro confeſſionibus audiendis, vel pro concionibus habendis approbantur.*

10 Neque illegitimè nati. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 4.* Vide ibid. ſub litt. N. & de Illegitimis num. 1.

11 Neque facinoroſi, homicidæ, criminoſi, ære alieno ſummopere oppreſſi, atque ratiocinijs obligati. Ex Apoſtolica Conſtitut. Sixti V. *Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. in decl. tex. 1. ſub litt. B. & F.*

12 Neque recipiantur ignari, ineptique ad litteras, nec qui habent quædam vitia quaſi inſeparabilia, & naturalia, vt eſt ebrietas, innata iracundia, ſeu debilitas naturæ ex vitioſa conſuetudine. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B,*

13 Circa ipſos fiat diligens inquiſitio de natalibus, corporis valetudine, moribus, anteacta vita, & præcipuè eorum, qui annum 16. exceſſerint. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. F.* Et apud Podium 1344. ord. 5. ita iam ſancitum fuerat. *Item cum ſine vigilanti, & ſollicita educatione Iuuenum ad Ordinem receptorum, vix, aut nunquam Iuuenes ipſi ad melioris vitæ, & ſcientiæ frugem ſurgant, nec Ordini ſuo fructum ferant expectatum, quinimò ex in[illegible] tam circa idoneitatem recipiendorum, quàm circa informationem debitam receptorum, iam cernimus in Ordine multiplicari Fratres idiotas, inordinatos, ſcandaloſos (proh dolor) & rebelles, materna ſua latera, velut progenies viperina diſrumpentes; mandamus Prioribus Prouincialibus, ac ſub pœna abſolutionis ab officio imponimus, & iniungimus, vt circa recipiendorum ſufficientiam, tam in natalibus, quam in moribus, quam in ſcientia cautelam adhiberi mandent, & ſtatuant diligenter.*

14 Repiciantur per vota ſecreta in Capitulo. Ex decreto, & Breui Apoſtolico Leonis Papæ X. Congregationi Tuſciæ directo, acceptato Salmanticæ 1551. cuius mentio habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub. litt. P. In cuius executionem Valentiæ 1596. ord. 7. ita fuit mandatum. *Ordinamus libertati vocalium conſulentes, vt impoſterum, tam in receptione ad habitum, quam ad profeſſionem ſiue Fratrum, ſiue Monialium, vocales ipſi vota ſua ſecretè dare debeant.* Licet autem poſtea Romæ 1601. & Valliſoleti 1605. mandatum fuerit, vt per publica vota reciperentur, tamen nec fuit hoc executioni mandatum, nec in Conſtitutionibus appoſitum propter Apoſtolicam Conſtitut. ſuprad. obſtantem, quæ in præfati Capituli Salmantini 1551. Actis ita adducitur acceprat. 1.

Accepimus Breue Apoſtolicum olim à Reuerendiſſimo Caietano à Leone Papa decimo impetratum, directum Congregationi Tuſciæ in hæc verba.

LEO PAPA X.

Dilecti Filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Expoſuit nobis dile[illegible] filius Thomas veſtri

ſtri Ordinis Magiſter Generalis, quod licet ipſe cum multorum Patrum veſtrorum conſilio pro quiete, & pacifica libertate votorum in electionibus, & in alijs quibuſdam rebus, quantum in ſe fuit, ordinauerit, & ſtatuerit, quod vota ſingulorum ſic eſſent ſecreta, vt nullus poſſet ſcire alicuius determinatæ perſonæ votum, ac per hoc electiones fierent per viam compromiſſi, ita limitati, vt ſcilicet à compromiſſario, vel compromiſſarijs eligatur qui à maiori parte omnium eligentium, & vna amplius voce, eſſet nominatus per cædulas ſingulorum, in quibus nomen tantum vnius eligendi ſcriptum eſſet; alia vero, quæ circa determinatas perſonas per ſuffragia fieri ſolent, vt recipere aliquem ad habitum, vel profeſſionem inſtituere aliquem in Syndicum, & alia huiuſmodi per fabas albas, & nigras, vel aliquid ſimile fierent: verùm quia in dubium verti poſſet, an in electione per viam compromiſſi ſic limitati requiratur conſenſus omnium in hanc formam, & ſi confirmatori per hoc auferretur via diſcurrendi ex decreto electionis meritum, & zelum eligentium, vt nos prouidere dignaremur de benignitate Apoſtolica, humiliter ſupplicauit. Nos attendendentes pacem ipſam eſſe quid præcipuum bonum, præſertim eorum, qui in religione conueniunt, & in electionibus libertatem votorum eſſe maximè fouendam. Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium Apoſtolica auctoritate, litteras Magiſtri Generalis prædictas, quas vna cum contentis in eiſdem ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis habemus, approbantes ſtatuimus, & decernimus, vt non ſolum in dicta veſtra Congregatione: ſed etiam in vniuerſo Prædicatorum Ordine, & Monaſterijs Sororum dicto Ordini commiſſis in omnibus electionibus, dicta forma, vt præfertur, ſeruari poſſit, ita tamen quod duæ partes eligentium conſentiant in eam formam, cum non ſit veriſimile duas partes conſenſuras in dictam formam, debito zelo poſtpoſito. Voſque in domino hortamur, vt in fauorem pacis huiuſmodi formam amplectamini. Et nihilominus mandamus vobis, vt alia, quæ per ſuffragia abſque canonica electione circa determinatas perſonas per vos concludenda ſunt, collatione prius facta, & auditis omnibus volentibus aliquid, in negotio, de quo agitur, dicere, cum ad vota peruenitur, per fabas, vel ſimile, vota non niſi ſecretè dentur: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die vigeſimatertia Februarij, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Iacobus Sadoletus.

Nos igitur Apoſtolicas litteras acceptantes, declaramus hanc formam cum alijs, quæ in Conſtitutionibus ſunt, Fratribus electoribus debere proponi, quam ſi duæ partes acceptauerint, compromiſſarios eos eligere oportebit, qui ad bancum reſideant, cædulas recipiant, numerent, & ſi conueniant cum numero vocalium, aperiant, legant, computum faciant, & electionis denique decretum forment, quæ quidem compromiſſariorum electio, ita fieri debet: Vt proponantur primò antiquiores quouſque duo, vel tres inueniãtur, qui à maiori parte vocalium ſint recepti, quorum antiquior ſi aliquem in cædulis, à maiori parte, & vna amplius, vtpote à duodecim, ſi ſint viginti, vel ab vndecim ſi ſint decem, & nouem, nominatum inuenerit publicata electione, decretum in hæc verba formet. Ego F. N. primus compromiſſarius huius Capituli vice mea, & meorum collegarum virtute compromiſſi in nos facti eligo Fratrem N. in Priorẽ huius conuentus, vel in Priorem Prouincialẽ huius Prouinciæ in nom. Patris, & Fil. & Spir. S. amen.

15 Detur illis habitus Ordinis, non in priuato, ſed in publico loco, ſcilicet in Eccleſia, vel Capitulo. Valentiæ 1596. ordin. 24. *Ordinamus, quod de cætero Prouinciales, neque per ſe, neque per alios in cellis, vel quomodolibet ſecretè Fratres ad habitum recipiant, ſed publicè in Capitulo id facere teneantur: quod ſi Fratrum vota non requiſierint, & ſic receptum in alio Conuentu profiteri contigerit, non primi, ſed eius in quo profeſſionem fecerit filius dicetur, & erit.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub eadẽ litt. P.

15 In eorum receptione adnotetur in libro ætas ipſorum. Romæ 1580. conſ. 32. *In receptione verò ipſorum adnotetur ætas illorum quando recipiuntur ad habitum, & quando votum profeſſionis emittunt.*

16 Fiat illis proteſtatio, quod tenebuntur ab obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum ſimpliciter, & ad litteram, non prout hic, vel ibi fit. Pariſijs 1611. adm. 3. *Vide de Profeſſione n.* 11.

17 Ne pueruli recepti ad habitum inueniant ſe potius natos ſub iugo Religionis, quam illud elegiſſe, euitenturque inconuenientia multa, ſtatuimus vt ei, cui ante quindecimum annum Religionis habitus datus eſt, nunquam elabatur annus probationis (quantocunque decurrente temporis ſpatio) niſi vocatus poſt annum ſextumdecimum expletum in Capitulo coram Conuentu terminum adminus trium menſium acceperit ad deliberandum an profiteri velit, ita quod annus probationis cum taxato illo termino terminetur, ac per hoc ex tunc incurratur profeſſio tacita. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 1. *cap.* 14. *tex.* 9. *quæ fuit inchoata Ianuæ* 1513. *conſ. Neapoli* 1515 *& in Conſt. redacta Romæ* 1518. Vide ibid. ſub litt. O. & ſupra de Profeſſione num. 5.

18 Intra quartumdecimũ annum pueri, aut non recipiantur, aut ſi in aliquibus Conuentibus

bus

bus oporteat eos communiter recipere, recipiantur de conſenſu Capituli Conuentus à Priore, & non aliàs: *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. tex. 5.* Vt autem nullus ante quintumdecimum completum annum ſine Prouincialis licentia recipi poſſit mandatum fuerat in Montepeſſullano 1265. hoc modo ord. 3. *Item nullus infra quintumdecimum annum completum recipiatur ad Ordinem ſine Prioris Prouincialis licentia ſpeciali.* Venetijs verò poſtea 1592. ſancitũ fuit nullum ad habitum eſſe recipiendum, qui quartumdecimum annum non compleuerit. Ita enim habetur in conf. 8. de Nouitijs num. 1. *Nullus ad habitum recipiatur ante quartumdecimum annum expletum.* Quod fuit confirmatum Romæ 1608. ordin. 9. & Pariſijs 1611. conf. 7. Vide de hoc quæ ſupra diximus de Profeſſione num. 5. vbi oſtenſum eſt ex decl. 4. Toloſæ 1628. pro *Quintodecimum*, legendum eſſe *Quartumdecimum*.

19 Nullus recipiatur, qui non habeat legitimam ætatem ſecundum canones. Romæ 1553. conf. 4. *Nullus recipiatur ad Ordinem, niſi habeat legitimam ætatem ſecundum canones.* Et in Montepeſſulano 1283. ord. 2. ita dicitur. *Item volumus, & mandamus, quòd Conſtitutio de recipiendis Nouitijs arctiùs obſeruetur, etiam in eadem ætate à Conſtitutionibus determinata, & ſine cauſa valde legitima nullatenus diſpenſetur. Et ſi aliqui de cætero aliquem infra ætatem à Iure taxatam receperint contra Iura, vel tali receptioni conſenſerint cum effectu, ſint priuati vocibus, & receptione Nouitiorum, quouſque per Magiſtrum Ord. vel per Priorem ſuum Prouincialem, & Diffinitores Capituli Prouincialis fuerint reſtituti. Et inſuper Priores Prouinciales eos, quos inuenerint ampliùs in hoc deliquiſſe, priuent omni voce, prout viderint expedire.* Quod fuit etiam confirmatum in Montepeſſullano 1294. ordinat. 3.

20 Qui ab hæreſi conuertuntur, non ſine difficultate recipiantur ad Ordinem. Bononiæ 1233. ord. 2. *Item illi, qui ab hæreſi conuertuntur, magna difficultate ad Ordinem recipiantur.*

21 Propter veſtium defectum nullus reijciatur ab Ordine. Barcinonæ 1261. ord. 12. *Item volumus quòd Priores Prouinciales, & Diffinitores Capitulorum Prouincialium ordinent, quod ſic prouideatur volentibus ingredi Ordinem, qui ſunt idonei, & pauperes, & ad ſuas Prouincias pertinentes, quod propter defectum veſtium non repellantur.*

22 Perſonæ inutiles in Ordine non recipiantur. Coloniæ 1245. ord. 5. *Ordo perſonis inutilibus non oneretur.*

Quæ ad Conuerſorum receptionem ſpectant. Vide de Conuerſis. Plura alia ad recipiendos ſpectantia. Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. & in decl. eiuſdem.

De Recurſu extra Ordinem.

1 NVllus audeat ſub quocunque prętextu Religionis noſtrę negotia ad Fratres, ſeu Moniales noſtras ſpectantia ad Tribunalia extra Ordinem directè, vel indirectè referre, ſub pœna grauioris culpę. Valentię 1596. ord. 20. *Ordinamus, & in virtute S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & omnibus pœnis quomodocunque in cap. grauioris culpæ contentis diſtricte mandamus, ne quis Religionis negotia ſiue Fratrum ſint, ſiue Monialium, quoquo modo deferre audeat, directè, vel indirectè per ſe, vel per alios ad Tribunalia extra Ordinem: quod ſi qui fecerint id ſcientes, ſub eodem formali præcepto, & excommunicationis latæ ſententiæ pœna A.R.P. Prouinciali, vel Priori infra terminum duodecim dierum, hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, quorum quatuor primos pro primo, quatuor ſecundos pro ſecundo, & quatuor tertios pro tertia, & vltimo peremptorio termino aſſignamus, denunciare teneantur: Superior verò admonitus ſub eodem pariter præcepto, & excommunicationis latæ ſententiæ pœna infra terminum, vt ſupra præmiſſis præmittendis pœnam tranſgreſſoribus ſupra taxatam infligere omninò tenebitur.* Quod fuit confirmatum Romę 1601. conf. 10. & Romę 1608. conf. 2. & Pariſijs 1611. conf. 23. *Vide de Appellationib. num. 7.*

2 Ad nullum Iudicem extra Ordinem, niſi ad Sedem Apoſtolicam (cui immediatè Ordo noſter ſubditus eſt) aliquod membrum Ordinis, illicitum pro inſtantia recurrat, ſub pœna ſuſpenſionis à ſuo officio ipſo facto, ſi eſt prælatus, & priuationis vocis actiuę, & paſſiuę, etiam ipſo facto quoad alios. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 10. tex. 5. quæ fuit incboata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

3 Recurrentes contra Fratres noſtros ad ſeculares curias, ſunt omnibus gratijs Ordinis priuati. Lugduni 1536. ord. 12. *Item ordinamus, quod cum teneamur præſeruare Ordinem à ſeruitute curiæ, & aliorum Officialium ſecularium: Quicunque ad noſtri Ord. diuiſionem laborantes appellauerint contra Fratres noſtros ad curias ſeculares, vel quomodocunque concurſum habuerint ad ſeculare iudicium ſine ſcitu, & conſenſu Magiſtri Ord. vel ſui Prouincialis, ipſo facto ſententiam excommunicationis, & priuationem omnium gratiarum Religionis incurrant, nec per alium, quam per Generale Capitulum reſti-*

reſtitui poſſint. Quod item dicimus de confugientibus ad ſeculares; etiam conſaugnineos, vt ſe ab obedientia, vel aſſignatione, aut pœnitentia iniuncta qualitercumque eximant.

4° Nullus mediatè, vel immediatè audeat procurare per perſonas extra Ordinem conſtitutas quòd ordinationes factæ, vel faciendæ circa Fratres mutentur. Bononiæ 1235. ord. vlt. *Item inhibemus ne directè, vel indirectè per perſonas, quæ non ſint de Ordine noſtro, Fratres procurent, quod ordinatio facta, vel facienda de Fratribus mutetur, vel impediatur.*

5 Recurrentes ad ſeculerium fauores pro euitandis præceptis, ſeu mandatis à Superioribus exhibitis, grauioris culpæ pœnam incurrunt.. Coloniç 1301. ord. 6. *Item diſtrictè iniungimus, quòd ſuper præceptis datis Fratribus ad obedientiam Ordinis pertinentibus nullatenus recurratur ad conſilium ſeculære: quicumque autem contrarium fecerit, pœnę grauioris culpæ, debitæ ſubiacebit.*

6 Eadem pœna puniantur, atque omnibus gratijs Ordinis ſint priuati qui Superiorum correctiones ſibi, vel alijs faciendas, per perſonas extra Ordinem conſtitutas impedire auſi fuerint, vel alijs Fratribus fieri procurauerint. Lugduni 1318. ord. 7. *Item cum aliqui Fratres in confuſionem ſui Ordinis, & damnationem animarum ſuarum, correctionem de eis, vel alijs faciendam, vel iam factam impediri, & grauamina inferri alijs Fratribus per potentiam extra obedientiam Ordinis conſtitutam procurent: Volumus, & ordinamus, quòd quicumque talis inuentus fuerit, pœnæ culpæ ſubiaceat grauioris, & omnibus gratijs Ordinis ſit priuatus, ad quas reſtitui non valeat, niſi per Magiſtrum Ordinis, vel Diffinitores Capituli Generalis.* Quod fuit confirmatum Coloniæ 1428. addita pœna carceris ord. 4. *Item Nonnulli ſuæ ſalutis immemores per perſonas extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutas Præſidentium correctiones, & ordinationes impedire, & fugere non verentur, omnes, & ſinguli taliter delinquentes pœnam carceris ipſo facto incurrant.*

7 Eadem grauioris culpæ pœna etiam puniantur quicumque amotionem alterius Fratris de conuentu, ſeu aliqua ciuitate per ſecularem poteſtatem titulo ſeditionis, vel quouis alio, procurauerint. Apud Montem Peſſulanum 1350. ord. 4. *Quicumque Frater amotionem alterius Fratris de conuentu, vel ciuitate per ſeculares, aut perſonas extra Ordinis noſtri obedientiam conſtitutas, titulo ſeditionis, ſeu proditionis, vel cuiuſuis alterius ſcandali procurauerit, pœna grauioris culpæ indiſpenſabiliter ſubiaceat, ad quam ſubeundam per Priores Prouinciales ſeu Conuentuales, (cum eis de hoc conſtiterit) ſub præcepto, compellantur.*

8 Et apud Rhotomagum 1320. ord. 16. ita dicitur. *Item volumus, & ordinamus, quòd nullus Frater directè, vel indirectè, per ſe, vel per alium extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutam procurret quòd Frater aliquis de Prouincia, vel Conuentu expellatur, vel capiatur. Quicumque autem contrarium fecerit, cum legitime conſtiterit, per Priorem Prouincialem, vel Conuentualem carceri mancipetur.*

9 Omnibus gratijs Ordinis ſint priuati qui promotiones pro ſe, vel alijs procurant per perſonas extra Ordinē conſtitutas. Apud Caturcium 1319. ord. 1. *Ad obuiandum periculoſis ſcandalis aliquorum, volumus, & ordinamus quòd quicumque procurauerit promotiones pro ſe, vel pro alijs per quaſcumque perſonas extra obedientiam noſtri Ordinis conſtitutas, vel correctiones de ſe, vel de alijs faciendas impedire ſtuduerit per eaſdem, omnibus gratijs Ordinis ſit priuatus, nec reſtitui poſſit ad ipſas, vel ad aliquam prædictorum, niſi per Magiſtrum Ordinis, vel Capitulum Generale.*

10 Eandem pœnam incurrunt qui præſumunt obtinere Principum, Prælatorum, aut Communitatum litteras in ſcandalum Prælatorum Ordinis, aut conuentuum infamiam. Auenione 1470. ord. 8. *Item quia multorum Fratrum impatientia non poteſt ferre Magiſtri obedientiam, ſed eos à propria nota ſequenda peregrina Principum, ac Prælatorum ſuffragia cum magno Ordinis ſcandalo, mendicare compellit: tantæ nouitati opportunè volentes obuiare, præſenti ſtatuto decernimus, omnes, & ſingulos Fratres cuiuſcumque ordinis, gradus, ac conditionis exiſtant, qui litteras Principum, aut Prælatorum, vel communitatum, ſeu officialium cuiuſcumque inſtinctu, quomodolibet in ſcandalum Prælatorum Ordinis, ac Conuentuum priuatorum infamiam procurare præſumperint, in ſententiam excommunicationis incidere, quam ferimus in his ſcriptis vna pro trina canonica monitione præmiſſa, taleſque, tanquam Ordinis deſtructores noſtri, omnibus gratijs, ac ſuffragijs Ordinis, tam in vita, quàm in morte, ſecundùm noſtrarum ſeriem Conſtitutionum volumus eſſe priuatos.* Quod poſtea clariori tenore Baſileæ 1473. etiam fuit in hunc modum vetitum, maledictione Omnipot. Dei, B. Virginis Mariæ, & S.P.N. Dominici huiuſmodi delinquentibus imprecata. *Aduersùs Ordinis deſtructores debitè procedentes, & contra illos præcipuè, qui ad Principes, & Communitates diſcurrunt, ſeu ad perſonas extra obedientiam Ordinis conſtitutas, contra Prelatos, vel Fratres Ordinis, vel ea, quæ Religionis ſunt, recurſum habentes, litteras ſubreptitias per ſe, & alios impetrantes, de his libellos componentes, ac Ordinis auctoritate ſperta ad mulierculas vſque recurrentes, quibus Ordo, & Fratres eiuſdem multipliciter infamantur, & in ſcandalum Ordinis ſecularium fauorem implorantes, Fratres ad iudicium extra*

Ordinem, etiam coràm Conſeruatoribus priuilegiorum Ordinis, ſiniſtrorſum trahentes, expulſionem Fratrum à ſuis Conuentibus per Principes practicantes, & à ſuis Superioribus eximi procurantes, palamque pro concionibus, quæ non decent, aſſerentes, ad diuiſionem Ordinis properando, à correctione, ſtatutis, & auctoritate Ordinis contra iura, conſtitutiones, & priuilegia noſtra irreuerenter appellantes, excommunicationis ſententiam, & pœnas ſæpius latas, ratas habemus, quas iuxta noſtrarum ſeriem Conſtitutionum nunc etiam iudicialiter proferimus in his ſcriptis. Et qui animo indurato, & pertinaci tales ſententias, & pœnas non horruerint, Omnipotentis Dei, ac D. Virg. Mariæ, ſanctique Dominici Patris Noſtri quoad poſſumus, maledictionem imprecamur aduersùs tales, & eos, qui impoſterum hæc, & ſimilia præſumpſerint attentare, ſeu deinceps libellos compoſuerint, vel probris Prælatos, & Fratres Ordinis in ſermonibus palam, & priuatim auſi fuerint afficere.

Vide plura alia, vna cum Apoſtolicis Breuibus ad hanc materiam ſpectantia, ſupra de Fauoribus extraneorum, & de Appellationib.

De Reformatione Ordinis.

PEſtilentia illa ingens, quæ ex India orta Aſiam deuaſtauerat, anno Chriſti 1348. per totam ferè Europam graſſari cœpit, maximamque morum, ac pietatis ſacris Ordinibus vniuerſis attulit vaſtitatem. Deſtruxit illa maiorem Europæ partem, præſertim Galliam, Germaniam, Hiſpaniam, Vngariam, atque Italiam omnem; in quibus loca pleraque adeo fuit depopulata, vt mortalium pauci relicti fuerint ſuperſtites. Templa, Cœmeteria, agrique humandis corporibus deficiebant, & quia ad veſtium contactum lues contrahebatur, non erat qui eadem ſepulturę donaret; ac proinde, & homines, & animalia ipſa domeſtica relictis ædibus ad deſerta loca conuolabant. Peſtilentiæ ſucceſſit fames, propter aeris inſalubritatem agrorum cultura diu neglecta. Maxima interea Religioſorum copia è viuis erepta eſt, atque cum ipſis ſacrarum legum obſeruantia, per omnia ferè dehiſcens ex incauta nouiter receptorum multitudine, relaxationis, proprietatis, inobedientiæ, vanitatumque vitia in Ordinum ferè omnium cœnobia irrepſere. Cum enim illa adeo deſerta, ac deſolata eſſent, vt penè Ordo vnuſquiſque crederetur extinctus, qui ſuperfuerant Religioſi, cuiuſcumque generis hominibus, pueris, adultis, ineruditis, atque ineptis ad habitum ſuſceptis, dum peſtilentiæ plagis mederi intendebant, inſanabili plaga proprium Ordinem cruentabant. Nam vt huiuſmodi nouiter receptos ſcientiæ, & pietatis parùm compotes deuincirent, omni eis commoditate, atque libertate indulta laxè illos educauere, ſperantes, vt ea ratione ad conſtitutiones ſeruandas aliquando redderentur promptiores. Verùm ſerò nimis agnouere PP. ex otio atque delitijs fructus non niſi prauos colligi potuiſſe, multorumque inobſeruantiam pauciores ſuperſtites inquinaſſe. Quapropter paucis adhuc bonis illis, qui ex contagio reſidui fuerant viam vniuerſæ carnis ingredientibus, obliteratus planè fuit rigor antiquus Patrum noſtrorum, nouuſque viuendi modus à noſtris ſacris legibus ſatis alienus inductus. Vnde fugatis ieiunijs, eliminatis vigilijs, violata paupertate, ſilentijſque exilio pulſis, carnes per refectoria excurrere, atque diſſolutiones vndique emicare videbantur. Tantis igitur plagis Ordinem noſtrum cum cœteris omnibus ſanciatum conſiderantes Patres in Generalibus Comitijs Romæ 1481. atque ibidem 1484. congregati hæc eidē exhibuere medicamina. *Item ob frequentes peſtilentias, & ægritudines, propter bella, & alia multa incommoda, cum numerus Fratrum plurimùm deficere videatur, hortamur omnes Patres, & Fratres, vt Iuuenes bonæ indolis, honeſtè natos, & bono ingenio præditos ad Ordinem introducere laborent, eoſque in moribus Ordinis, in boneſtate vita, in officio, & pſalmis dicendis, cantuque, & grammatica erudire conentur.* Vt autem beneficium hoc, tunc temporis ſingulare, Ordini promptiùs exhiberent, illis qui ſex Nouitios ad habitum noſtrum ſuſcipiendum induxiſſent, Iubilariæ titulus in præmium donabatur; ita enim in ſupradicta ordinatione ſubditur. *Et vt promptiùs hoc faciant, volumus, vt quicumque Frater ſex Nouitios ad Ordinem introduxerit, pro Iubilario habeatur, & ſit de facto.* Quæ autem eſſent Iubilariorum gratiæ, in Cap. *De Iubilarÿs* recenſetur.

Atquia finis vnius mali gradus eſt alterius, communi Europæ peſti, peſtilentia maxima in Catholica Eccleſia ex diuturno ſchiſmate ſucceſſit, quod illam proculdubio perdidiſſet, niſi dextra excelſi, quæ eandem ſupra petram ſolidam fundauit, à perditorum hominum preſſuris, atque inſidijs vindicaſſet.

Ortum habuit pernitioſum ſchiſma poſt tres electionis Vrbani VI. menſes, quæ ſummo Purpuratorum Patrum conſenſu die 2. Aprilis an. 1378. poſt Gregorij IX. deceſſum fuerat ſubſequuta. Cum verò nouus Pontifex

ſex Chriſtianæ diſciplinæ zelo ditatus depranatos Cleri, atque quorumdam Cardinalium mores ad meliorem frugem reducere decreuiſſet, id in deteriorem partem vertentes hi, Anagniam primò diſſimulantes, indeque Fundum poſtea petentes Ioannæ Reginę Neapolitanæ auctoritate freti, vim in Vrbani electione illatam cauſantes, menſe Septembri Robertum Cardinalem Gebennenſem in Pſeudopontificem elegere, qui Clementis VII. ſibi nomen vſurpans Anenionem cum ſequacibus adijt, indeque ſchiſma ingens in Eccleſia, & Orbe ortum habens maximo Chriſtianæ rei damno, quadraginta propemodum annis, aliquibus Regibus, Regnis, Principibus, atque populis vero, alijs autem falſo Pontifici obſequium exhibentibus, in Eccleſia miſerabiliter perſeuerauit.

Cum Generali Catholici Orbis ſciſſura diuiſionem quoque paſſa eſt noſtra Religio; nam illius Generalis Magiſter Elias Toloſanus Pſeudopontifici cum Hiſpaniæ, Franciæ, Scotiæ, Aragoniæ, atque Regni Prouincijs obedientiam exhibens, in Generali Capitulo à cæteris Ordinis Prouincijs Italiæ, Germaniæ, Angliæ, Portugalliæ, Hyberniæ, Datiæ, Poloniæ, Boemiæ, atque Vngariæ, quę vero Pontifici Vrbano adherebant Bononiæ ann. 1380. congregato, tanquam ſchiſmaticus ab Ordinis Magiſterio fuit deturbatus, atque in eius locum B. Raymundus Capuanus renunciatus. Perſtitit nihilominus Elias in ſuo Ordinis Pſeudomagiſterio à præfatis Prouinciis agnitus, ac defenſus ad annum vſqque 1389. quo Auenione officio ſimul, ac vita functo, apud noſtros fuit tumulatus. Eo autem demortuo Prouinciæ, quę eius partes fuerant ſequutæ, alium ad ſui regimen in eius locum, nempe P. F. Nicolaum de Troia Apulum elegere, quo poſt tres annos viam vniuerſæ carnis ingreſſo, alterum P. F. Nicolaum de Valliſoleto Prouincialem Hiſpanię virum aliàs doctiſſimum, ſed ſchiſmatis labe fœdatum nominauere, quo poſt quatuor annos etiam vita functo P. F. Io: de Podio in eius locum ſubſtituere, qui pluribus annis eaſdem Prouincias rexit, donec Deo fauente, qui non permittit nos tentari ſupra id, quod poſſumus, Eccleſiæ tranquillitate in Martini V. electione, (quæ die S. Martini ann. 1417. contigit) reddita, ille Epiſcopus Catanenſis ann. 1423. renunciatus fuit, atque ita iubente eodem Martino Pont. Max, factum eſt quoque in noſtro Ordine vnum ouile, & vnus Paſtor, dum omnes Prouinciæ, quæ illi obedientiam pręſtiterant, P. F. Lenardo Dato de Florentia vero Ordinis Generali Magiſtro candem deinceps exhibuere.

Dum hæc agerentur, tantis infortunijs indolnere præclari quidam, Sancti Viri, qui quanquam pauci, in diuerſis Conuentibus reſidentes, contritionem populi ſui, & Ciuitatis Sanctæ lamentabantur, atque omni, quo valuere conatu cadenti Matri, ingēti vitijs indicto bello, opitulari adniſi ſunt. Inter hos autem effulſere ex Italia P. P. F. F. Io: Dominici Florentinus, Thomas de Senis, Thomas Aiutami Chriſto de Piſis, Hieronymus de Fulgineo, Marcolinus Foroliuieñſis, Nicolaus de Rauēna, & Robertus de Neapoli. Ex Germania autem Conradus de Groſſis Prutenus, Franciſcus Retza, Io: Nider, Iacobus de Aſſendſa, & Iacobus Stubach. P. F. Corradus de Groſſis Prutenus mirabilium magnalium patrator primus omnium extitit, qui in Prouincia Theutoniæ in Conuentu Columbarienſi Baſilien. Diœceſis triginta circiter Fratribus congregatis ſanctam regularem obſeruantiam iuxta Conſtitutionum noſtrarum tenorem inſtituit, quam B. Raymundus de Capua Generalis Ordinis Magiſter pro illis Prouincijs qui veri Pontificis Vrbani VI. partes ſequebantur, approbauit, atque ad quorundam proprię ſalutis deſiderio flagrantium petitionem ſtatuit, vt vnus Conuentus pro eadem regulari obſeruantia exercenda in Prouincijs ſingulis eligeretur, dato per Ordinem decreto infra adducendo, quod Bonifatius Papa IX. ad eiuſdem petitionem Apoſtolicis litteris in hunc modum confirmauit.

BONIFACIVS EPISCOPVS

Seruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriā.

Apoſtolicę Sedis benignitas perſonas ſub Religionis obſeruantia aſſiduò ſtudio piæ vitæ vacantes, & eorum, ac aliorum animas Deo lucrifacere cupientes, congruo fauore proſequitur, ac his, quæ ad eorum pium deſiderium conſequendum prouidè facta ſunt, vt illibata permaneant, libenter adhibet ſolicitudinis ſuæ partes. Dudum ſiquidem pro parte dilecti filij Raymundi Magiſtri Generalis Ordinis Fratrum Prædicatorum nobis exponen. quòd dudum, cum ipſe ſuum Ordinem viſitaret, reperit inter cętera multos Fratres eiuſdem Ordinis deuotionis fauore accenſos, & deſiderantes Regularem obſeruantiam per Beatum Dominicum, & alios antiquos Fratres eiuſdem Ordinis ordinatam ſeruare. Et quod ipſe conſiderans, quòd dictorum Fratrum deſiderium ſalua conſcientia impediri non poterat, nec debebat; imò firmiter putaret ſe reum coram Deo, niſi eos adiuuaret, & promoueret ad perfectionem huiuſmodi eorum deſiderij tàm laudabilis per dilectum filium Fratrem Conradum de Pruſſia eiuſdem Ordinis profeſſorem, virum vtique vitæ commendabilis, ac famæ laudabilis in partibus Alemaniæ receptum, qui prædictos Fratres, vt præfertur, ſic deſiderantes in Prouincia Theutoniæ ſecundum conſuetudinem dicti

Ordinis inceperat congregare. Et iam in loco dicti Ordinis ſito in Columbaria Baſilienſis Diœceſis circiter triginta Fratres congregauerat, quibus dictus Magiſter dictum Fratrem Conradum præpoſuerat, qui Conſtitutiones dicti Ordinis integraliter obſeruabant cum effectu, & adeò prædicationi verbi Dei exemplo Beati Dominici virtuosè inſiſtebant, quòd de tota patria circunſtante concurrebant homines ad audiendam doctrinam eorum, quam factis etiam virtuosè informabant: Quodque ipſe Raymundus, qui (vt aſſerebat) ipſum Ordinem per decem annos, & vltra gubernauerat, proponens hoc idē facere, ſeu ordinare in qualibet Prouincia dicti Ordinis; videlicet quod in qualibet ex dictis Prouincijs eſſet vnus locus dicti Ordinis; in quo Regularis obſeruātia dicti Ordinis ſecundum ſtatuta Beati Dominici prædicti ſeruaretur, iuxta tenorem prędictarum Conſtitutionum: de multorum Fratrum eiuſdem Ordinis conſilio, & aſſenſu, tàm auctoritate officij ſui, quàm Generalis Capituli dicti Ordinis tunc vltimò celebrati ſibi commiſſa per ſuas certi tenoris litteras ordinauerat, decreuerat, & mandauerat, quòd infra annum à notitia litterarum ſuarum huiuſmodi Priores Prouinciales, ſeu Præſidentes, & eorum quilibet in ſua Prouincia ordinarent, & taliter facerent, quòd in ſua Prouincia eſſet vnus locus deputatus ad huiuſmodi obſeruantiam regularem, in quo poſſent ad minus viuere duodecim Fratres Ordinis præfati: qui dictas Conſtitutiones ſeruarent: prout in dictis litteris continetur. Et pro parte ipſius nobis ſupplicatum: vt ordinationem, ſtatutum, decretum, & mandatum huiuſmodi, & quæcunque indè ſecuta rata habere, & grata, illaque auctoritate Apoſtolica confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos ipſius Magiſtri in hac parte ſupplicationibus inclinati ordinationem, ſtatutum, decretum, & mandatum prædicta, ac omnia, & ſingula in prædictis litteris contenta, quorum tenorem noſtris litteris, & præſentibus inſeri fecimus, rata, & grata habentes, illa per noſtras litteras eaſdem confirmauimus, & ipſarum litterarum patrocinio cōmuniuimus, prout in noſtris indè confectis litteris plenius continetur. Cum autem, vt nuper accepimus, nonnulli Fratres eiuſdem Ordinis ſalutis æternæ immemores, ac timore poſtpoſito, nolentes intelligere, vt benè agant, & ſecum alios trahere in præcipitium ſatagentes, quamuis ordinationem, ſtatutum, decretum, & mandatum huiuſmodi per ſe obſeruare deſidia, & inertia non velint, neque curent, & neque tamen eam ab alijs obſeruari non permittant, & nonnullos Fratres ipſius Ordinis deuotos volentes prædictam obſeruantiam debitè obſeruare, multis friuolis, & exquiſitis coloribus ab laudabili propoſito damnabiliter retrahant, & paſſim remouere conantur; & impediunt (quatenus in eis eſt) quominus ordinatio, ſtatutum, decretum, & mandatum prædictum debitum ſortiantur effectum; & nihilominus ſe iactant, quòd vtique ordinabunt, & procurabunt, pro poſſe ordinationem, ſtatutum, decretum, & mandatum prædicta, etiam in generali ipſius Ordinis Capitulo in feſto Pentecoſtes proximè futuro celebrando per Diffinitores ipſius Capituli iuxta dicti Ordinis morem facere reuocari in ſuarum animarum periculum, ac in contemptum Sedis Apoſtolicę, & ſcandalum plurimorum. Nos, quorum intereſt huiuſmodi prauis conatibus euidenter ad pernitiem tendentibus ſalubriter congruis remedijs obuiare, cupientes, ne morbus factus crónicus fomenta poſtremò deſpiciat medicinæ: omnibus, & ſingulis Diffinitoribus iuxta huiuſmodi morem Ordinis præfati tam pręſentibus, quàm futuris, & etiam quibuslibet Fratribus ipſius Ordinis, & alijs cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant, diſtrictè, & ſub excommunicationis pœna, quam contrarium facientes auctoritate Apoſtolica incurrere volumus ipſo facto, inhibemus expreſsè; ne aliquem profeſſorem ipſius Ordinis ob frugem melioris vitę huiuſmodi obſeruantiam regularem ſupradictam, vt pręmittitur, ſic prouidè, ſic ſalutiferè ordinatam obſeruare volentes, perpetuis futuris temporibus aliquatenus publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, ac quouis quęſito colore impediant per ſe, vel alium, ſeu alios, vt ab huiuſmodi propoſito, ſcilicet obſeruantię huiuſmodi retrahant, ſeu impediri, vel retrahi faciant, vel procurent quouis modo, nec ordinationem, ſtatutum, & mandatum prędicta, maximè cum id ad eos non pertineat, auſu temerario reuocent, ſeu etiam contra eam aliquid attentent, aut attentare pręſumant; ſed ea potius; & quęcunque, aliàs augmentum plurium Conuentuum, in quibus huiuſmodi obſeruantia ſeruetur per ipſum Magiſtrum forſan ordinanda concernentia, ſi non virtutis amore per ſe ad obſeruantiam huiuſmodi forſitan inclinentur, nec ſint apti, ſaltim permittant ęquanimiter, vt expedit, per Fratres dicti Ordinis obſeruari: ac ipſos Fratres eandem obſeruantiam obſeruantes, & obſeruare volentes, iuxta illud, quòd in poteſtate hominum non ſunt, qui ſpiritu Dei aguntur, in huiuſmodi eorum laudabili propoſito confoueant potius, & confirment: ſi diuinam, & noſtram grauem offenſam deſiderant euitare. Nos etiam ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan hactenus, vel impoſterum contigerit attentari. Nihilominus contra tranſgreſſores inhibitionis noſtræ huiuſmo-

modi, ſi expedierit, grauius proceſſuri. Tenor verò ipſarum litterarum ipſius Magiſtri ſequitur, & eſt talis.

Vniuerſis, & ſingulis Prioribus Prouincialibus, ſeu Præſidentibus, in quibuſcunque Prouincijs, tam præſentibus, quàm futuris Ordinis Fratrum Prædicatorum, Frater Raymundus eiuſdem Ordinis humilis Magiſter, & ſeruus, ſalutem, & Chriſtum Dominum efficaciter imitari. Quantò inſufficientitiorem ad regimen tanti Ordinis me conſpicio, tantò magis neceſſarium video ad laborandum ſollicitè pro ipſius ordinis reformatione, & augumento. Sanè cum Reformationis vocabulum propriè dicat formæ reaſſumptionem, nullam viam inuenio meliorem ipſum ordinem reformandi, quàm ſi oculis mentis reſpiciamus ad petram, vndè præciſi ſumus, & ad cauernam laci, de qua proceſſimus, ad Abraham ſcilicet multarum gentium patrem, qui virtute ſpiritus genuit nos, Beatum Dominicum, & ad Saram, videlicet ſacram Religionem per Sanctos Patres ordinatam, quæ peperit nos. His diligenter attentis iuxta gratiam mihi datam dum Ordinem viſitarem, inuentis quampluribus Fratribus, qui feruenter deſiderant reduci ad primam formam obſeruantiæ Regularis per Beatiſſimum noſtrum Patrem Dominicum inchoatam, & per Sanctos ſucceſſores eius poſtmodum conſummatam, poſt longi temporis deliberationem, & multiplicem habitam collationem cum Fratribus magis timentibus Deum, decreui omninò, tam pro inceptione reformationis totalis, quàm ſatisfactione ſancti deſiderij Fratrum ſupradictorum totaliter ordinare: quod in qualibet Prouincia dicti Ordinis ſit ad minus vnus Conuentus, in quo regularis obſeruantia teneatur ad vnguem iuxta noſtrarum Conſtitutionum tenorem, & formam. Quamobrem de multorum Fratrum Deum timentium, & Religionem noſtram feruenter diligentium, non tantum conſilio, & aſſenſu; ſed inſtantia, & ſupplicatione feruenti, omni modo, & via, quibus melius poſſum, tam auctoritate officij mei, quam Capituli Generalis vltimò celebrati mihi conceſſa, ordino, ſtatuo, & decerno, ac nihilominus quibuſcunque præcipio in virtute promiſſæ obedientiæ, & Spiritus Sancti, per quem Filij Dei aguntur, & congregantur, quatenus infra annum a notitia præſentium quilibet veſtrum ordinet, & taliter faciat in Prouincia ſua, quod ſit ibi vnus Conuentus deputatus ad obſeruantiam regularem: in quo poſſint viuere ad minus XII. Fratres: & deinde Fratres voluntarios ad dictam obſeruantiam ibidem aſſignet vſque ad numerum prætaxatum, vel amplius, ſi dominus tot ſibi dederit inuenire: ſiu autem illos, quos inuenerit aſſignet in dicto Conuentu, in quo ſeruetur ad vnguem, vt eſt dictum, tenor Conſtitutionum noſtrarum, & obſeruantia regularis, ſicut in ipſis Conſtitutionibus eſt expreſſa: Fratres autem iam in quibuſdam Conuentibus Prouinciarum per me ad hanc regularem obſeruantiam congregatos, & eorum Præſidentes per me deputatos nullo modo moleſtare, aut quomodolibet præſumatis impedire, imò ipſos adiuuetis, & foueatis, ac in ſancto propoſito confirmetis iuxta gratiam vobis datam. Cœterùm quicunque veſtrum, quod abſit, ex nocabili negligentia, vel quod deterius eſſet, ex propoſito dicto meo præcepto inobediens fuerit, poſt annum ſuperius prætaxatum ab officio Prioratus, ſi fuerit Prior principalis, aut Vicariatus, ſi fuerit Vicarius Prouinciæ, ſit abſolutus in pœnam, & inabilitatus per decem annos ad dictum officium reſumendum, quem, vel quos dicti mei præcepti tranſgreſſores ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc modo, quo ſupradictum eſt, abſoluo, & inhabilito præſentium per tenorem. In quorum omnium teſtimonium præſentes patentes litteras fieri feci, & ſigillo noſtri Ordinis muniri. *Datum Romæ anno Domini* 1390. *die prima menſis Nouembris.* Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, Conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Kal. Nouembris Pontificatus noſtri anno quinto.

Reſtitere tamen plurimi huic tam pio, & ſancto operi demandato, propriæque profeſſionis immemores, atque in ſpiritu libertatis, in quo nutriti fuerant, perſeuerare intendentes, omnibus vijs, modiſq; excogitatis B. Raymundum ab incepto opere deterrere confidentes ad Philippi de Lanconio Cardinalis Oſtienſis patrocinium confugere. Quod audiēs B. Raymundus præfato Cardinali Oſtienſi in forma ſupplicis libelli ſequentem apologiam exhibuit.

Reuerendiſſime Pater, & Domine.

Quia dominatio veſtra videtur eſſe informata, quòd illa ſupplicatio, quam porrexi pridie dominationi veſtræ, cedit in malum, vel in dedecus, aut diuiſionem Ordinis mei, ſupplico D. V. quòd attendere dignetur ad infraſcripta.

Primò autem ad maiorem declarationem narrabo motiua, quæ me mouerunt: poſtmodum ad rationes reſpondebo, quæ ſiunt in oppoſitum, & oſtendam, ex qua radice, oriatur contradictio, ſeu murmuratio Fratrum, quibus non placet hoc ſanctum opus, qui mouent alios ad loquendum, vel obloquendum.

Et

Digitized by Google

Et primò nouerit veſtra Paternitas veneranda, quod (ſicut in ſupplicatione prædicta breuiter enarratur) ego eundo per Ordinem, & viſitando, vt moris eſt, inueni in multis Prouincijs per gratiam Dei Fratres quamplures Dei ſeruitio perfectè deditos, & charitatis zelo accenſos, qui deſiderant toto corde Deo ſeruire in obſeruantia regulari iuxta inſtitutiones, ſeu Conſtitutiones Ordinis noſtri, & ſecundum formam à Beato Dominico, & alijs Sanctis Patribus traditam: inter quos reperi quendam Fratrem nomine Corradum de Pruſſia, hominem nimis laudabilis vitæ, ac maximè famæ in tota Alemania, qui maiorem fructum animarum fecit ſolus, quàm omnes alij Religioſi cuiuſcunque Religionis ſimul. Hic habens multos Fratres imitatores ſui, petiuit à me, quod deberem aſſignare aliquem Conuentum, in quo poſſet cum talibus habitare, vbi non impediretur ab aliquo, tàm in Dei ſeruitio, quàm in animarum fructu. Ego autem conſiderans, quòd Frater, qui iuuatur à Fratre, quaſi Ciuitas firma, & quòd congregatio filiorum Dei fuit cauſa paſſionis Saluatoris, teſte Ioanne Euangeliſta; Item attendens, quod pauca grana, vel ſemina, ſi benè colantur, multos, & magnos fructus faciunt, & quòd iſto exemplo multi alij trahentur ad idem, nolens eis denegare, quin commoditatem haberent ſeruandi ea, quæ à Sanctis Patribus ſunt inſtituta, conceſſi eis, quod petebant, intendens ſemper illos eoſdem, poſtquam per aliquod tempus firmati eſſent in obſeruantia regulari, diſpergere per diuerſos Conuentus, vt eſſent quaſi condimentum aliorum: & ſic Ordo totus paulatim firmaretur, & reformaretur abſque coactione quacunque: ſubrogando illis, qui diſperſi eſſent, alios in eodem Conuentu: qui interim ſtuderent perfectæ obſeruantiæ, & poſt profectum ipſi etiam diſpergerentur, ſicut ſui prædeceſſores. Et ſupplico Reuerendiſſime Domine, quòd in hoc videatis imaginationem meam. Quælibet Prouincia habet in Ordine noſtro vnum Conuentum, in quo eſt aſſignatum ſtudium generale; Et ſi nolunt, & ſi volunt, oportet, quòd proficiant in ſcientia: & poſtquam ibi profecerunt, fiunt Lectores, & Baccalaurei per diuerſos Conuentus, & iterum alij mittuntur loco illorum, & ſic efficiuntur Fratres ſcientifici. Quare obſecro, non poteſt fieri de obſeruantia regulari, ſicut de ſcientia, maximè cum ſcientia inflet, obſeruantia verò regularis ædificet? Hoc in iſtis temporibus non eſt inconueniens: quia eſt notorium facti, & Iuris, quòd omnes Religiones ſunt relaxatæ nimis. Laborare ergo ad earum reformationem non poterit eſſe non laudabile. Hæc eſt etiam ſcientia Sanctorum, alia verò eſt ſcientia communis tàm Sanctorum, quàm reproborum: Si ergo licet pro ſcientia communi, eligere Conuentum; quare non licet pro illa, quæ eſſe non poteſt niſi Sanctorum, de veriſimilitudine facti loquendo? Multa alia poſſunt dici etiam circa hoc, quæ non ſunt ſcripta, & eſſent multum neceſſaria, quæ tamen iudico ſilentio tranſeunda pro meliori. Nunc autem iſtud ſufficiat pro motino. Sed reſtat reſpondere ad alia. Ad primum, quod obijcitur, & eſt; quòd ex hoc Ordo diuiditur, & omne regnum, &c. Ad iſtud reſpondetur, quòd ſalua ſemper reuerentia dicentium, ipſi non videntur intelligere, quid ſit diuiſio, loquendo de illa diuiſione, quæ habet deſtruere. Omnis enim congregatio multitudinis fit ſemper ad aliquod vnum (alias non eſſet congregatio, abſque vnitate) puta ad vnum actum, ad vnum propoſitum, ad vnū locum, ad vnum bonum, ſicut multi ſcholares congregantur in vna ſchola ad audiendum vnum Magiſtrum, milites multi congregantur in vno loco ſub vno vexillo, & vno capitaneo ad faciendum vnam victoriam, & ſic de alijs. Religionum autem congregatio ſecundum Beatum Auguſtinum facta charitatis vnione clamante Propheta iſta voce. *Ecce quam bonum, & quam iucundum, &c.* Semper fit ſub vno determinato modo viuendi: & vt in pluribus ſub vno determinato Duce, & Sancto, cuius actibus pariter, & doctrina cœteri inſtruuntur, & informantur de vitæ regularis modo, & forma: ſicut fuerunt primò Baſilius, poſtea Auguſtinus, deinde Benedictus & reliqui. Religio autem Fratrum Prædicatorum licet fuerit congregata ſub regularitate Regulæ B. Auguſtini: habet tamen ſuum proprium, & determinatum modum viuendi, per quem differt à cœteris regulam, eandem tenentibus, & hic viuendi modus ſcriptus eſt in Conſtitutionibus ipſius Ordinis; quarum primus inſtitutor, & ordinator fuit Beatus Dominicus, qui etiam eiuſdem Ordinis Dux extitit, & Fundator. Quamobrem vnitas, ſeu vnum, ad quam, vel ad quem eadem religio congregatur, conſiſtit præcipuè in vno fundatore, ſcilicet Beato Dominico, & in vno modo viuendi, qui continetur in Conſtitutionibus ſæpè dictis. Dicere ergò quòd Fratres, qui volunt ſeruare prædictum modum viuendi, & beatum Dominicum imitari, diuidunt Ordinem, eſt ſicut dicere, quòd milites, qui ſequuntur vexillum, & obediunt capitaneo deſerunt, & diuidunt campum, vel exercitum; eſt ſicut dicere, quòd ſcholares, qui libenter vadunt ad ſcholas, & audiunt Magiſtrum, deſtruant ſtudium, quia diuidunt ſe ab alijs, qui nolunt venire ad audiendum Magiſtrum in ſcholis. Manifeſtum eſt etiam cuilibet vtenti ratione, quòd accedentes ad vnitatem, in qua eſt, vel in quam congregatio fit, nō diuidunt, ſed vniunt;

non

non diſgregant, ſed congregant; non deſtruunt, ſed conſtruunt quod iam erat deſtructum.

Verum contra reſponſionem iſtam replicatur communiter (& eſt ſecunda ratio contradicentium, qui ſapientes, aut prudentes volunt ab alijs reputari iuxta extimationem ipſorum). Dicunt enim. Non eſt hodie tempus feruoris illius primę inceptionis Ordinis huiuſmodi, nec poteſt totus ſimul ſic corrigi, vel etiam reformari, ſed oportet, quòd ſuſtineamus multorum defectum, & communis modus viuendi, qui modo eſt, non mutetur: potiſſimè huiuſmodi ſciſmatis tempore, quo vix licet fide integra viuere: aliàs timendum eſt, ne volendo reformare, totaliter deformemus, & conatum noſtrum, quem ad ſalutem facimus, in pernitiem conuertamus. Item, cum non ſit poſſibile (citra Deum) quòd totus Ordo reformetur ſimul, alias ſemper inter iſtos erit diuiſio, ſcilicet inter illos, qui ſeruabunt, quę debent, & alios, qui non ſeruant, & ſic vel erunt duo Ordines, vel vterque patietur confuſionem, & iſta ratio eſt achilles eorum. Ad quam breuiter reſpondetur. Primò, quòd primum motiuum fortè rectè concluderet, ſi vellemus ad aliquam obſeruantiam aliquem cogere: Cum ergò pręcipuè faciamus hoc condeſcendendo precibus rogantium, & nullum arctando: ceſſat quicquid adducitur de ſciſmate, vel de ſcandalo: nec in pernitiem poteſt deuenire, quòd voluntariè obtinetur; Nam eſt manifeſtum in ſe, quòd hoc non poteſt iuridicè dici. Secundum autem motiuum, quòd eſt totum fundamentum contradictionis in facto iſto, & procedit magis ex proprio zelo, quam ex communi, vt infra patebit, nullum fulcimentum rationis habet, nec habere poteſt, ſi quis vult diligenter aduertere: Ex ipſo enim formaliter ſequitur, quòd nullus Rector iſtius Ordinis debet vnquam attendere, nec cogitare de reformatione ipſius Ordinis: Nam arguo ſic. Impoſſibile eſt citra Deum, quòd totus Ordo ſimul reformetur; Si autem pars reformetur, erit diuiſio inter reformatos, & non reformatos, igitur numquam cogitemus de hoc, niſi quòd expectemus, quòd Deus totum faciat ſimul, alias non apponamus manum. O ſi Sancti Apoſtoli timuiſſent hoc, ſcilicet ne ponerentur, vel poſuiſſent diuiſionem inter Chriſtianos, & Paganos, profectò de cœtero nunquam aliquem conuertiſſent, nec etiam inſtruxiſſent. O ſi Sancti Patres, & Doctores hoc attendiſſent, nunquam pro certo aliquem inſtruxiſſent: Quia verò intellexerunt verbum veritatis, quod non venerat pacem mittere, ſed gladium inter bonos, & malos, ideò faciendo, quod debebant, non curabant, ſiqua ex hoc diuiſio ſequeretur. Nec ſequitur, ſalua eorum reuerentia, quòd fierent duo Ordines, & confunderentur ambo: imò vbi ſunt centum, quando quilibet facit, quòd ſibi placet, efficeretur paulatim vnus, per vnitatem obſeruantię vnius vniformiter ſcriptę, vbi non ſequuntur proprias voluntates, & diuerſas, ſed vnam ſtatuentes, & ordinantes, & tunc erit vnum ouile, & vnus paſtor. Nec putet aliquis, quòd velimus vnum tantum conuentum reformare: quia cum vno incipitur, ſed ſperamus in authore omnis boni, quòd poſt debile principium, fortuna melior ſequetur, ſicut fuit ſuperius ſufficienter explanatum. Sicut enim ſecundum Gregorium, nemo repentè fit ſummus, ſic etiam nulla Congregatio bona repentè perficitur. Quod clarè patet in congregatione filij Dei, quam fecit, quę à principio fuit parua numero, & debilis in virtute, & poſtmodum totaliter creuit, ita quòd totum mundum conuertendo mutauit. Beatiſſimus igitur Pater noſter Dominicus in principio habuit paucos Fratres, & non multum ſufficientes, poſtea taliter creuerunt, quòd totam Eccleſiam illuminauerunt, tam in vita, quàm in doctrina. Cum igitur omnis congregetio bona fiat per tempus, & tempora, fatuum eſt expectare, quòd Deus faciat ſimul totum; & per conſequens vanum erit cuilibet de reformatione huius Ordinis cogitare. Si autem dicitur per oppoſitum ſentientes, quòd erit confuſio nimis magna cęteris, qui non eſſent de talium obſeruantium monaſterio: nam per ſeculares palam, & ad digitum oſtendentur illi, qui obſeruabunt, tanquam boni, & illi, qui non ſeruabunt, tanquam mali: Reſpondendum eſt iſtis dupliciter. Primò, quòd rarę ſunt ciuitates in quibus duo ſunt conuentus, & ideo vbi eſſent obſeruantes, nullus erit non obſeruans, vt in pluribus: quia eſt de noſtra intentione hoc ſcilicet, quòd in conuentu, vbi erit hęc obſeruantia, nullus alius Frater habitet, aliàs vnus alium impediret, & tunc benè ſequeretur illa diuiſio, ſeu illa confuſio, de qua dicunt. Sed vt dictum eſt, aliud eſt noſtrum intentum, ſcilicet, quòd obſeruantes ſint ſoli. Secundò reſpondetur, quòd, ſalua reuerentia eorum nunquam propter hoc alij reputabuntur ribaldi, vel mali; Quia non ſequitur: Iſte eſt melior illo, ergo ille eſt malus. Nam tota die videmus, quòd in diuerſis locis, & conuentibus ſunt aliqui Fratres excellentes, quidam in ſcientia, quidam in ſanctitate vitę; & tamen non propter hoc, alij reputantur ignorantes, vel mali; imò ſanctitas, vel ſcientia illorum cedit in honorem omnium Fratrum, & totius Ordinis, & omnes alij gloriantur de eis. Vnde & Sanctum Doctorem vocamus in antiphona, laudem, & gloriam prędicatorum Ordinis: Nec valet ſi dicatur:

quod

quòd vnus, duo, vel tres, non faciunt regulam: quia indubitanter, quantò plures Sanctos haberemus, tantò magis ordo eſſet honoratus, & reputatus: nec eſſet ſignum, quòd alij eſſent mali, imò magis eſſet ſignum bonitatis omnium, quantò plures inuenirentur ibi boni. Nonne ſi Ordo Prædicatorum haberet Sanctos centum canonizatos, vel ducentes, eſſet longè magis reputatus, quàm nunc: & omnes, & ſinguli Fratres Prædicatores reputarentur ex hoc meliores? Aperiant igitur oculos, videantque, quòd quantò plura indiuidua inueniuntur perfecta in vna ſpecie, tantò forma vniuerſalis denotatur eſſe perfectior; quàm tamen omnia indiuidua participant. Et ſic omnia indiuidua inde ſpecificata reputantur meliora, & magis honorantur, ſeu caripenduntur. Sicut autem hæc eſt naturaliter vera, ſic etiam eſt moraliter. Aduertant etiam, quòd ipſi debent gloriari de bona diſpoſitione Fratrum ſuorum, & gaudere; quia non poteſt de hoc eis niſi reſultare in bonum. Alias ſi dolerent, vel inuiderent. imitarentur (quòd abſit) Caim, qui turbatus eſt præcipuè, quia Frater ſuus erat bonus, & Deo gratus, de quo debebat rationabiliter contra ſe turbari, quia erat malus, non contra bonum Fratrem. Et ſi hoc fecisſet, perueniſſet ad bonum ſtatum Fratris ſui, nec commiſiſſet tantum ſcelus, quantum commiſit.

Attendant rurſus, quòd omnipotens Deus, qui ſolum dat Spiritum bonum timentibus, & inuocantibus ſe, ſua inextimabili, & ineffabili prouidentia, ſicut creauit hominem naturaliter ſociabilem, quòd vnus iuuat alium ad ea, quæ ſunt huius vitæ, ſic prouidit, quòd ſpiritualiter alter iuuatur ab altero: & ſpiritus qui datur vni, proficit alteri: ſicut patuit de Sanctis Apoſtolis, qui tantam acceperunt gratiam Spiritus Sancti, quòd ad impoſitionem manuum ipſorum dabatur Spiritus Sanctus alijs. Vnde etiam ſancta Mater Eccleſia confitetur ſanctorum communionem inter articulos fidei. Et ſancti Viri vellent ſemper, quòd omnes alij haberent abundantiam gratiarum: ſicut patet Nu. XI. Dixit Moyſes, vt omnis populus haberet Spiritum Sanctum, & prophetaret contra illos, qui volebant, quòd duo prophetantes ceſſarēt, & compeſcerentur, vt tacerent. Quod ſi omninò eſt aliquis, qui non vult gaudere, ſed dolere de bono Fratrum ſuorum, quia honorantur magis, quam ipſe ab hominibus, accedat & ipſe ad eos, & viuat cum eis, & honorabitur etiam cum eis. Hoc etiam quærimus, vt etiā cœteri moueantur ad idem, & tunc ſic totus Ordo voluntariè reformetur. Sed non faciant ſicut Simon magus, qui volebat gratiam Apoſtolorum, ſed nolebat viuere ſicut Apoſtoli, & ideò volebat pecunia comparare donum Spiritus Sancti, quòd potuiſſet habere, ſeu habuiſſet, ſi voluiſſet vitam Apoſtolorum imitari. His omnibus, ſi non nimium fallor, confutatis rationabiliter, vna tamen eſt, quæ militat contra me præcipuè: Non valentes enim quidam negocium impugnare; qui faciem habent bonitatis, & ſanctitatis, retorquent ſuum cuſpidem contra faciem ferientis dicentes. Si Magiſter vult Ordinem reformare, prius deberet ſeipſum reformare, & ipſe per ſe Conſtitutiones ſeruare, & poſtea alijs, vt ſeruent, mandare. Nam turpe eſt Doctori, &c. Si ergò ipſe circumeundo Ordinem extra oſtenderet talem obſeruantiæ modum, & poſtea mandaret, quòd alij eum imitarentur; tunc haberet colorem bonum talia ordinandi; Sed nunc video, quòd ipſe comedit, & bibit, ſicut cœteri, & de ceremonijs eccleſiaſticis modicum in ſe oſtendit exemplum; turpe videtur, & fictitium, quòd velit tales obſeruantias ordinare, & tales reformationes inchoare, cum ipſe non ſit melior prędeceſſoribus ſuis, qui fuerunt temporibus noſtris: & attentatio nouitatum videtur eſſe pręſumptionis filia per Doctores. Ad hanc rationem procul dubio alius melius reſponderet, quam ego. Quicquid dicam, erubeſcere me oportet: Si enim concedam quòd dicunt, culpa rubet vultus meus: Si negem, aut opera mea cœteris nota, aut proprij oris laus verecundia ruborem adminiſtrabit, vel adminiſtrabunt. Quamobrem licet dicere cum Bernardo in libro de Conſideratione; Parcendum verecundiæ meę; ideoque potius ſilere deberem, & flere, quam aliquid dicere. Verum ne tantùm verecundia me retrahat à tam pio negotio, reſpondebo, vt potero. Defectuoſum me fateor; peccatorem me non nego; inſufficientem ad tantum regimen me appello: ſed nunquam propter hoc in bone operationi deſiſtam ecto, quod ſint omnia vera, quæ dicunt de me, ac etiam plura: an propter hoc debeo addere mala malis, vt qui per me non ſeruo, debeam alios impedire ſeruare volentes? Nonnè pro peccato omiſſionis Veritas ipſa in die iudicij dicet hominibus perditis, Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. Quidquid mali ergò peccator fecerit, non propter hoc debet omittere, vt famelicum paſcat, potet ſitibundum, &c. aliàs addet mala malis. Non eſt ergò bonum conſilium dominicum, quod quia ego non facio, facientibus non debeo conſentire: Non enim audeo me dicere huiuſmodi facti motorem, ſed benè motui aliorum conſentientem: Sicut in ſupplicatione dixi, reputarem me reum coram Deo, niſi &c. Præterea: quid? etiam ſi bonus non ſum, nunquid propter hoc bonos debeo impedire? Et quomodo poſſum negare ſubdito meo volenti ſeruare quę ſcripta ſunt, conſilium, auxilium, & fano-

uorem. Nonne Deus in numero illorum me poneret, quibus dicit in Euangelio Væ vobis &c. quia nec vos intratis, nec alios introire permittitis, ſcilicet Regnum Cœlorum? Ab hac ſententia caueant contradictores, ſi velint, quia ego volo caueſſe. Cœterum dicunt, quòd comedo, & bibo, ſicut cœteri. Huic obiectioni reſpondeo cum Domino Saluatore, qui Mattæo atteſtante dicebat: cui ſimilem exiſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicunt; Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentauimus, & non planxiſtis, Venit enim Ioannes, neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet; venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, ecce homo vorax, & potator vini. Veniunt hi filij S. Dominici non manducantes, & dicunt, Dæmonium habent. Mihi manducanti detrahunt; illos, qui volunt manducare, ſed ieiunare, quærunt impedire. Quos ergo volunt promouere? aut quid dicent illis, quos commendabunt? Audeo dicere: quòd ſi ego fuiſſem hucuſque non manducans cum eis, iam vocaſſent me ſatuum, fantaſticum, & forſan arreptitium: Non enim ſum ſanctus, ſicut Chryſoſtomus; & tamen ipſe, quia non manducabat cum Clericis, fuit bis depoſitus de Patriarchatu, non ab hæreticis, ſed à Catholicis. Sed vnum eſt, quod admiror: quòd ieiunantes in nullo ſcandalizātur de manducatore; manducantes autem mecum detrahunt mihi. Hoc genus non videtur præuidiſſe Apoſtolus, qui dixit; qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Nunc autem qui manducat, manducanti detrahit. Verum ob ſcandala puſillorum horum (qui vtinam non ſint de illis paruulis, quos occidit inuidia) neceſſitatum me video ad detegendum defectus meos. Fateor, quòd peccatis meis exigentibus omnipotens Deus me flagellat quotidie (licet non appareat deforis) cum corporis debilitate, ita vt ieiunium ſit mihi adeo contrarium, quòd vel impoſſibile, vel ſit mihi nimis difficile ieiunare. Debilitate namque ſtomachi, & capitis vexor quaſi continuè; & quandoque paſſus ſum ſyncopin in iuuentute mea, & quandoque febres ex ieiunio. Nec diffiteor quin probauerim, & attentauerim multis vicibus contra infirmitatem meam ieiunare; dicerem, & ſi quingentis vicibus, forſitan non de multo errarem: nec vnquàm habui notitiam alicuius perſonæ timentis Deum: quam non conſulerem ſuper hoc, & omnes vna voce reſponderunt, quòd amplius non debeam conari. Nouit enim illa veritas, quæ non fallitur, quòd hic dolor ineſt quaſi continuè cordi meo, & non tantum ter ſicut dicit Apoſtolus, ſed innumeris vicibus, tàm per alios, quàm per me Deum rogaui, & tamen nec adhuc merui exaudiri; niſi quòd quandoque Beatiſſima Virgo Maria in ſuis vigilijs mihi conceſſit gratiam ieiunandi. Hæc noluerunt ſcire detractores mei, & coegerunt me, vt detegerem turpitudinem meam, vt per hæc corrigantur; quia dulce mihi erit admodum, ſi confuſio mea eis fuerit medicina. Vtinam ſatiati opprobrio meo ipſi reſipiſcant ab impedimento bonorum. Quis mihi det, vt guloſitas mea fiat ieiunantibus occaſio pacis? Forſitan ſic ero particeps & ego manducans, ieiunio illorum, ſi manducationis meæ turpitudo quieſcere faciat detractores illorum. Poſtremo dicunt, & bene, quòd ego deberem circumeundo Ordinem bona exēpla dare, & ſic Ordinem reformare. Fateor verum dicunt: nec eſt, quòd contradicere audeā virtuoſæ ſentētiæ; puto tamen, ſi hoc ſolus facerem, ſociatus lōgè melius, & perfectius faciam: Si enim cum bono exemplo vnus homo faceret, quanto magis ſi centum hoc faciant? imò centum abſq; vno facient hoc melius quā vnus abſq; centum. Et hoc eſt, quòd dico, vel quæro, vt habeam multos mecum dantes exemplum ad hoc. Sed ſi opponunt ſe illis centum, quid facerent contra vnum? Forſitan experientia me docuit, quod vnius exemplum non ſufficit: O me miſerum. De quot bonis agendis, & de quot malis vitandis, ſeu fugiendis ſunt data à multis exempla bona, & non profuerunt. Coegerunt me ſupra detegere facta mea; nunc cogunt me, vt detegā inſipientiam meam. In quo quis eorū audet, in inſipientia, audeo & ego. Exemplum honeſtatis dederūt, & ego, & nedum abſceſſi à malo, licet velut inſipiens dicam, ſed ab omni ſpecie mali. Exemplū humilitatis dederunt, & ego; exemplū obedientię dederunt, & ego; vt minus ſapiēs dico plus ego. Non recolo me, dū parui, nedum rebellaſſe Prælato me diutius perſequenti, ſed potius elegiſſe, honoris, & perſonæ periculum, quàm in obedientiæ malum, aut obedientiæ fugam. Propter quòd forſitan omnipotens Deus ordinauit, vt mihi aliqui obedirent. Ecce ſtultus factus ſum, & inſipiens: fateor: ipſi me coegerunt. Ab alijs ſibi debuerunt hæc dici, ſed legem non habet neceſſitas: ipſi cogunt, & ipſi audiant. Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti ſcit, quòd non mentior: Elegi potius quandoque intrare carcerem, quam fugere Prælatum tunc perſequentem, vt mihi referebant; ſed mitigauit eum Dominus, nec tam acriter perſequutus eſt me, ſicut fueram informatus, vel ſicut forſitan propoſuerat. Si ſtultè gloriari oportet, non expedit quidem, veniam ad dilectionem Fratrum, & charitatem. Si non dedi eis exempla, & documenta mutuę charitatis, ipſe iudicandus ſum, nedum à Domino, non tantum à Prȩlatis, & Superioribus, ſed à vilioribus meis.

Digitized by Google

Ipſos autem detractores ad hoc voco in teſtes; ſi non ſuſcepi infirmos; ſi non conſolatus ſum puſillanimes; ſi diſcordantes non conatus ſum concordare, reſpondeat mihi cras non iuſtitia, ſed iniuſtitia mea. Plura enim poſſem addere, niſi eſſem inſipiens: veritatem etiam dicerem. Parco autem nequis exiſtimet me iactantiæ ſpiritu, aut ſuperbiæ faſtu loqui. Nullatenus autem taliter aſſero ſupradicta, quin hæc, quæ pertuli, iuncta fuerint multis defectibus meis, & infinitis negligentijs meis. Sed ad hoc oſtendendum adduxi, quòd videlicet vnius exemplum non adeo eſt efficax, vt videntur aſſerere, quantumcunque ſit virtuoſus ad trahendum vnam multitudinem ita citò: quod patuit claré in Beato Paulo Apoſtolo, in Ioanne Euangeliſta, & in ipſo omnium Saluatore, qui conquerebatur Philippum alloquens in Ioanne: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſtis me, &c. Quod ſi hoc in tam viridi, & ſuper fructifero ligno feciſtis, quid in aridiſſimo fiet. Permittant igitur Dominum operari virtutes ſuas, ſuoſque coniungi ſibi; quia durum eſt contra diuinum ſtimulum calcitrare, nec poſſent impedire, quæ diuina Iuſtitia ordinauit. Magis autem diſponant ſe ad ſequendum Sanctorum veſtigia, & recipiant gratiam domini non in vacuum, ſed in benedictione trina. *Amen.*

Prædictis igitur rationibus Cardinalis Oſtienſis conuictus, contradicentibus Fratribus patrocinari deſtitit, & B. Raymūdus reformationē in Conuentu S. Dominici de Venetijs auſpicatus eſt, Fratrum ex Prouincia Romana opera vſus. ita enim in Tractatu *de Reformatione Religioſorum Auctoré B. Raymundo de Capua* volumini cuidā Actorum Capitulorum Generalium annexo refertur. *Quibus literis dictus Dominus* (ſcilcet Card. Oſtienſis) *informatus, taliter poſtmodum eſt ſecutum, quòd dicta Ordinis reformatio ſequenti anno, videlicet 1391. de menſe Septembris in Conuentu B. Dominici de Venetijs, qui tunc erat deſolatus ex toto, accepit exordium per R. P. Fratrem Ioannem Dominici* (qui poſtmodum à Gregorio XII. ann. 1408. fuit S.R.E. Cardinalis creatus) *de Florentia Romanæ Prouinciæ, & R. P. F. Thomam Aiutami Chriſto de Piſis, qui fuit primus Prior reformationis in eodem Conuentu S. Dominici inſtitutus per Magiſtrum Ordinis prædictum.* Firmata igitur in ſupradicto Veneto Conuentu regulari obſeruantia, ex eodem poſtea, tanquam fœcundiſſimo virtutum omnium Seminario plurimi religioſiſſimi prodiere Viri, qui in multis, tam Lombardiæ Superioris, quàm Inferioris, atque etiam Romanæ Prouinciæ Conuentibus tandem obſeruanté viuendi modum reſtituere, ex quibus talis inſtituti alij germinantes, & ad cæteras Italiæ Prouincias diuertentes, primæuum vitæ regularis candorem in illis reſuſcitauere. At cum toruis oculis aliqui propriæ ſalutis immemores huiuſmodi regularem viuendi modum intuerentur, deque eodem obloqui non deſiſterent, idem B. Raymundus, dum Apoſtolici Nuntij ab Vrbano VI. inſtituti, in Trinacria officio fungeretur ann. 1395. in eiuſdem Regularis obſeruantiæ confirmationem infra adducēdam dedit Epiſtolam. Ita enim in dicto tractatu de Reformatione Religioſorum ab eodem B. Raymundo edito, qui in Ordinis Archiuio Generalium Capitulorum Actis annexus aſſeruatur (vt dictum eſt) habetur. *Anno Domini 1395. de menſe Martij cum Magiſter Generalis F. Raymūdus foret in partibus Siciliæ Apoſtolicus Nuntius, ſcripſit litteras exhortatorias, quas direxit cuidam R. P. Magiſtro Bartholomæo Dominici de Senis tunc Prouinciali Prouinciæ Romanæ, & totius Italiæ eiuſdem Magiſtri Generali Vicario.* Tenor autem litterarum talis eſt.

In Dei filio ſibi chariſſimis, & dilectis Fratribus, tam Præſidentibus, quàm ſubditis, ſiue in Prouincijs, ſiue in Conuentibus cuiuſcunque gradus, dignitatis, aut conditionis exiſtant, Ordinis Prædicatorum.

F. RAYMVNDVS eiuſdem Ordinis Magiſter ſalutem, & Chriſtum Dominum imitari efficaciter.

Vrget neceſſitas multiplici ratione dilectiſſimi Fratres mei, quòd vniuerſitati veſtræ in præſentiarum aliquid ſcribam: vt qui, cogente obedientia Sanctæ Eccleſiæ, ac Vicarij Ieſu Chriſti vobiſcum perſonaliter eſſe non poſſum, ſaltem per epiſtolam, & ſcripturam vobiſcum valeam conuerſari. Sanè antequam ad exhortationem veſtram deſcendam, teneo conſilium ſapientis, qui dicit, quod Iuſtus in principio ſermonis accuſator ſui eſt. Primò & ante omnia me reum vobis proclamo; quia vel à quatuor, vel à quinque annis citra, non diſcurri per Ordinem, vt ſolebam: nec hortum plantationis Beati Dominici, vt videtur aliquibus, ſicut hortulanus diligens viſitaui; nec ſeruitio veſtro, vt teneor, & aliqui ex vobis fortè deſiderant, operam dando vacaui. Verum licet in his, & in alijs me defectuoſum nouerim incunctanter, veritatem tamen fateor coram vobis, & eſt teſtis ille, à quo cuncta veritas deriuatur, quod nulla res in hac vita data, vel dabilis eſt, quæ ad hanc negligentiam me duxiſſet, vt extimo, niſi amor vniuerſalis Matris fidelium, videlicet Eccleſiæ Sanctæ, et Catholicæ, quæ nunc (proh dolor) tot turbines patitur, totque tempeſtatum procellas cogitur ſuſtinere; ſed & diuiſiones rebellionum, nec non ad guerrarum mala ipſam aſſiduè vexare vbique non ceſſant. Quamobrem non puto aliquòd cor eſſe fidele, quòd tam excellenti Matri non compatitur ex intimis, & non tenetur ad ipſam iuxta ſuum modulum adiuuan-

uan-

Digitized by Google

uandam. Hæc ego recogitans memoror me legiſſe Sanctos Patres antiquos ſemper idem feciſſe; hoc & Beatiſſimum Papam Gregorium, dum eſſet Monachus, de quiete Monaſterij ſui traxit, & vſquè Conſtantinopolim eum tranſmiſit pro negotijs Eccleſiæ prælibatæ. Hæc eadem cauſa Beatum Benardū de monaſterio ſuo Clareuallenſi exire coegit, tempore, quo fuit ſchiſma in Eccleſia, & contra Innocētium Papam quidam Papa inſurrexit, qui quatuor annos infeſtauit Eccleſiam, nec deſtitit à labore Sanctus Pater, & Abbas tot monachorum, quouſquè ſchiſma illud ſedatum eſt. Sed vt magis loquar ad propoſitum noſtrum, & de proprijs producamus in medium, quid mouit Beatum Dominicum Patrem noſtrum Sanctiſſimum ad egrediendum de quiete Religionis Canonicæ, in qua lucebat, ſicut lucerna ſuper candelabrum, & ad partes Tholoſanas ſe transferendum, necnon & tantum Ordinem producendum, niſi zelus catholicę fidei, ac Eccleſiæ Sanctæ Dei; necnon & ſalus animarum, pro quibus omnibus totus ardebat? Propter quòd virtus ſibi conceſſa ex alto, ita eſt inſerta viſceribus filiorum ſuorum, quòd ex illo zelo multi ſumpſere martyrium, quotum Petrus inclytus Signifer eſt inuentus. Multi denique, ac quàm multi ſe ſapientiæ catholicę, ac doctrinæ totos dedicarunt, inter quos Diuus Thomas tanquàm lucifer ignorans occaſum, & vt Stella matutina reſplenduit. Porrò ſi tanti, ac tales Patres, & glorioſi Doctores pro iſta fulgente Matre Eccleſia Vniuerſali, ſe tantum expoſuerunt laboribus, etiam propria vtilitate ad tempus neglecta; nullus veſtrum obſecro mihi iraſcatur, aut ſcandalizetur in me, qui nec ſum dignus tantorum Patrum aſpectibus præſentari, nec etiam poſt ipſos inter eorum ſequaces connumerari, ſi eiuſdem vniuerſalis matris amore, ſaltem aliqualiter trahor ad ſequendum Sanctorum Patrum veſtigia virtuoſa. Nec in hoc vos deſero dilectiſſimi Patres mei, ſed potius pro vobis continuè certo, & pugno, vt poſſitis quietius, & deuotius Deo deſeruire, pacificata, ſi conceſſerit Dominus, ſicut ſpero, Eccleſia ſancta. Cæterum ijs præmiſſis ad accuſationem, & excuſationem mei ſuperdilecti, obſecro vos per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes in charitate radicati, & fundati, & ſicut viri pacis ęternę pręcones ſitis pacifici, vt meritò vocemur filij Dei, & Patris noſtri Dominici ſemper tenaces hereditatis virtuoſę, quam nobis in teſtamento ſuo ſacro reliquit iſte Athleta mirificus Beatus Dominicus dicens: Charitatem habete, humilitatem ſeruate, paupertatem voluntariam poſſidete. Vbi Sanctus Pater, Regina virtutum, & forma præmiſſa, charitate videlicet, cuſtodem eius humilitatem ſubiunxit, & pro ipſius humilitatis cuſtodia, & perſeuerantia, ſubiunxit voluntariam paupertatem; cuncta nociua vitia ſic pauciſſimis verbis extinguens, vt ſanctos nos redderet, & Deo placentes, excludenſque per humilitatem ſuperbiam, & per voluntariam paupertatem, tàm auaritiam, quàm huius ſęculi, & carnis oblectamenta; per charitatis feruorem cuncta ſpiritualia ſimul abſcidit. Pudeat igitur vnumquemq; veſtrum tanta hæreditate, & tàm grata Deo priuari. Nec pigeat pro eius acquiſitione laborando, vigilando, legendo, orando, & ſanctis meditationibus animam muniendo, necnon regularibus obſeruantijs, quibus in hac vita dirigimur verſus cælum, abſquè tædio inſiſtendo. Et quia in qualibet congregatione ſunt gradus diuiſi, ſicut prouidentia diuina diſpoſuit; ſi qui inter vos ſunt debiles, & infirmi, qui difficiliores obſeruantias, aut non attingunt, aut attingendo nimis laborant, non propter hoc inuideant Fratribus ſuis, quos ſancta vident obſeruantia delectari. Imò potius ipſos honorent, & reuereantur, & quantum eſt eis poſſibile, imitentur. Non enim æqualiter vnicuiquè data eſt gratia virtutum ab illo ſpiritu, qui diuidit ſingulis, prout vult, ſed vnuſquiſquè gratiam ſibi datam in iuſtificationem propriæ mentis poſſideat, & quantum conceditur ſibi, augmentare contendat, vt ad brauium à Deo deſtinatum poſſit finaliter peruenire, ac ſerto perpetuo coronari. Hoc pro tanto dixi Fratres mei, quia iſtis temporibus, meritis, & precibus Beati Dominici Patris noſtris, vobis & mihi conceſſa eſt gràtia non modica, ſi voluerimus intelligere donum Dei, dum plures ex Fratribus noſtris, & meis, per diuerſas mundi partes abſquè coactione quacunque, inſtinctu Spiritus Sancti moti pariter, & permoti perfectionis Apoſtolicæ, & virtutum celſitudinem contendunt attingere, tàm per integram obſeruationem regularem, quàm etiam per zelum ſalutis animarum, & doctrinam veridicam, iuxta exempla Patrum noſtrorum Sanctorum, qui iſtum Sanctum Ordinem fundauerunt ſimul, & ordinauerunt. Quam crudelis igitur ille eſſet, quantaquè pœna mulctandus, aut puniendus, qui tàm ſalubre propoſitum, tàm virtuoſum progreſſum, tàmque laudabilia opera impediret? Profecto infideli eſſet deterior, & fidei hoſte peruerſior, qui pugiles eiuſdem fidei, inuidię, aut odij ſtimulo impugnaret. Hoc enim fecerunt perfidi Iudæi hactenus contra Sāctos Apoſtolos. Hoc etiam infideles Principes paganorum operati ſunt cum ſuis ſequacibus, & antiqui Hęreſiarchæ. Hi etiam fuerunt actus crudelium tyrannorum, videlicet contra Deum, & Sanctos inſurgere, virtuoſos pro viribus perſequi, & iuſtos in ſuis operibus impedire. O dilectiſſimi Fratres mei, abſit, abſit, tàm à me, quàm à vobis, quod inter tales

Digitized by Google

perfidos, numeremur, quòd opera tam crudelium hominum operemur, aut ipſos quomodolibet in noſtris actibus imitemur. Sequamur potius conſilium Sapientis, Prouerb. 30. qui docet benefacientes non prohibere, ſed inde ſubiungit, Si potes, & ipſe bene fac. Verùm quia noui omnem congregationem habere triticum & zizaniam, nec magis priuilegiatam ſcholam eſſe Beati Dominici ſchola Chriſti; quæ cum vndecim Iudicibus ſæculi vnum habuit diabolum eis adiunctum, ſi quis, quod nunc abſit, inter vos inuentus fuerit impeditor, aut perſecutor operum tàm piorum, & Fratrum ſuorum rectè viuentium, non putet me ſecum habere, niſi ſicut hoſtem ſuum in capite, & perſecutorem aſſiduum, ac indefeſſum, vſque in finem: Sufficit enim zizaniæ, ſi dimittitur vſque ad meſſem, vt habeat ſpatium ſe conuertendi in triticum; ſed ſi zizania vult triticum eradicare, per pias manus eradicabitur ipſa priùs. Abſit namque à me non ſolùm, quòd inter perſecutores Sanctorum inueniar, ſed quòd talibus perſecutoribus non reſiſtam, aut ipſos pro viribus non expugnem. Nec aſſumat aliquis talis ſuæ iniquitatis colorem, ſicut olim faciebant hæretici, qui ſub pietatis ſpecie lupinam rabiem occultabant, dicendo videlicet, quòd iſtud videtur noſtri Ordinis eſſe diuiſio, dum quidā dicuntur obſeruantes, quidam non. Faciliter reſpondetur. Primò, quòd in quolibet Ordine ſemper fuit iſta diuiſio, videlicet, quòd quidam fuerunt perfectiores, & quidam minus perfecti, quidam ſanctiores, & quidam non ita ſancti. Nec propter hoc dicitur, quòd minus perfecti, aut minus ſancti, ſunt mali, de bonitate aliorum, nec eis in aliquo derogatur, imò potius meritum augmentatur, ſecundùm illum articulum fidei, qui docet eſſe communionem Sanctorū. Propter hoc & Sanctus Doctor noſter determinat, quòd Religioſus in his, quæ ſunt contra votum ſuæ Religionis, ſi offendat, minus offendit, quàm ſæcularis, propter merita Sanctorum virorum, inter quos viuit, quę ſibi communicantur indubiè. Secundò clarius talibus reſpondetur: Quòd ſi intelligerent propriam vocem, quam exprimunt, nunquam dicerent tales poſſe diuidere Ordinem: Videant quid ſignificat hoc vocabulum Ordo, & quid, hoc verbum diuidere. Ordo enim ſanè intelligendo ſignificat congregationem fidelium, regula, & alijs ordinationibus, ſeu inſtitutionibus ordinatam? Ex quo ſequitur, quòd illi conſtituunt, & ſtatuunt Ordinem, qui ſecundum Ordinem, Regulam, & inſtitutiones ſunt ordinati. Dicere igitur quòd obſeruantes regulam, & inſtitutiones, diuidunt Ordinem, non eſt aliud dicere, niſi quòd qui Ordinem faciunt, & conſtituunt, illi deſtruunt, & diuidunt illum; quod eſt clarè contradicere ſibi ipſi. Et miror quòd aliqui litterati, & intelligentes viri de hac contradictione non perpenderunt, quod & claro exemplo intelligentibus demonſtratur. Si enim Sancta Eccleſia, quæ nihil aliud eſt, ſi quam congregatio fidelium, quando aliqui ex fidelibus ſe voluerint vltra alios voto religionis aſtringere, & ab alijs communiter viuentibus ſeparare, putaſſet per hanc ſeparationem talium eſſe diuidendam Eccleſiam, nunquàm Religionem aliquam confirmaſſet, aut etiam quomodolibet permiſiſſet. Et licet illud exemplum excedat noſtrum propoſitum, quia in caſu noſtro nullus promittit plus, quàm alius, ſed ſola differentia eſt inter perfectionem, & imperfectionem actus obſeruandi, nihilominus tamen ex illo arguitur hic à maiori. Quòd ſi per illam ſeparationem, quæ fuit maior, quàm iſta, non fuit diuiſa Sancta Mater Eccleſia, imò potius confirmata, & roborata, ac etiam exaltata; multominus per hanc ſeparationem Ordo noſter diuiditur. Diſcant ergò, quid ſit Ordo, & quid ſit diuidere, & tunc diſputent de Ordinis diuiſione. Nam illi, qui ſeruant Ordinem integraliter, non poſſunt dici diuidentes, vel deſtruentes, ſed illi potius, qui non ſeruant. Quomodo namque diuidunt illi, qui omnia conſtituentia Ordinem volunt obſeruando? Et quomodò non diuidunt illi, qui quædam ſeruant, quædam non? aut (vt ex ſtomacho loquar) qui quodammodo nihil ſeruant, & qui ſine cauſa ſunt in Ordine, etiamſi inde non proijciantur, vt dicit Beatiſſimus Pater Auguſtinus in Regula. Hi ſunt diuidentes, & deſtruentes, qui perſequūtur benè viuentes, & benefacientes impugnant. Porrò ad hanc diuiſionem quidam adducunt, quòd hi, qui hac obſeruantia delectantur, in eodem Conuentu cum alijs ſtare volunt, & etiam per me petitur vnus Conuentus tantum in qualibet Prouincia pro Fratribus talibus, vt patet in littera mea. Vndè apparet, & quod ex his diuiſio ſubſequatur. Adducant, quòd ſequitur etiam quædam confuſio, & potiſſimè in locis, vbi habemus duos Conuentus; quia vnus Conuentus aliter viuit, quàm alius, & adducunt quędam ſimilia contra hoc ſanctum opus. Ad iſta autem omnia reſpondetur per quandam interrogationem cum diſiunctione prolatam. Et interrogo vnum obloquentium huiuſmodi. An ego, ſeu quicunque Rector vnus Religionis debeam, ſeu debeat dare operam efficacem, quòd ſubditi ſeruent ſuam Regulam, vel non? Si non, ad nihilum valet totum officium noſtrum: Si autem dicant, quod ſic; ergo non eſſem reprehendendus, ſi omnes cogerem ad ſeruandum ea, quæ ſcripta ſunt, tàm in Regula, quàm in Conſtitutionibus noſtris: ipſique indubitanter ex voto ſuæ profeſſionis mihi tenentur efficaciter obedire, & ſi non face-

cerent, veniret contra votum ſolemne ſuæ profeſſionis. Sic enim omnes, & ſinguli ſunt profeſſi, obedire videlicet Magiſtro Ordinis Fratrum Prædicatorum, & ſucceſſorum eius ſecundum Regulam Beati Auguſtini, & Conſtitutiones Fratrum Prędicatorum vſque ad mortem. Et quamuis Conſtitutiones de ſe non obligent ad culpam, ſed ad pœnam; vbi tamen accederet præceptum Prælati, qui poteſt præcipere, per non ſeruantem culpa committeretur mortalis, & pœna æterna proueniret ei ex culpa. Nunc autem quia fragilitati communi, & generali compatior, & nolo ſuper animas mihi commiſſas onus graue adijcere, ne more indiſcreti Medici occidam, quem volo à morbo curare; nunquid debeo eos ex toto negligere, aut non per omnem viam poſſibilem quærere, vt ſeruent quod ſcriptum eſt? Quæ autem via melior, quàm per ipſorum voluntatem à ſpiritu Dei motam? Profectò hic motus, & perfectior, & diuturnior eſſe debet. Tùm quia fit primò motore ſpecialiter agente; tum quia non violenter, ſed liberè procedit in actum. Quod ſi Dei gratia me iuuante in aliquibus hoc reperio; quid obſecro, ſum acturus? nunquid tales impediturus, an promoturus? Nonne me reum mortis eſſe conſtituo coram Deo Iudice cuncta cernente, ſi hanc gratiam in vacuum inueniar recepiſſe? Propter hoc etiam perijt Hieruſalem, cum Iudaico populo, quia non congregauerunt tempus viſitationis ſuæ, & gratiam ſibi factam. Si autem de neceſſitate ſalutis, tales debeo promouere, iuuare, atque fouere, iuxta gratiam, nunquid non debeo remouere omnia impedimenta ipſos remouentia à ſancto propoſito? Conſtat verò quòd ſicut virtus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa, ſic Sancti Dei ſimul vniti, perfectius agunt de ſe ad inuicem. Verbo, & exemplo omnes ad bene agendum hortantur vniformiter omnes agendo. Impedimentum autem huiuſmodi eſſet difformitas actionum. Vt autem iſtud remoueatur, ordinaui ſaltem de vno Conuentu: non quin plures haberem libentius, & libentiſſimè omnes; ſed tamen ſequens illum verſum, debile principium melior fortuna ſequetur: nunc ſui contentus de vno, vt decentius, & diſcretè procederem ad alios attrahendum. Quis eſt etiam Fratres mei, meæ intentionis in hoc opere finis, niſi omnes Fratres ad idem attrahere, & ſic totum Ordinem promouere in bonum? Hoc eſt, quod opto; hoc eſt, quod votis omnibus concupiſco, vt mediante gratia Saluatoris, cum coram eo fuero præſentatus, dicere valeam? Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Quod namque agere non valeo per præceptum, & coactionem propter communem, & generalem fragilitatem, agere ſatago per iſtorum exemplum, & attractiuam charitatem, & ſic omnes perficiantur per Deiformam ſanctitatem. Quicunque autem ſit ille, qui more phariſeorum nec ipſe vult intrare; nec alios ingredi permittit ad bonum, ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & tàm à Dæmonibus, quàm ab hominibus conculcetur. Verum ſi adhuc ex abundantia miſericordiæ non foras eijciatur, reducendus eſt ad id, quod ſolemni voto promiſit, & poſt hæc arctandus eſt per pręceptum, vt ſeruet ea, quę ſcripta ſunt; nec poteſt ab ipſo pręcepto quomodolibet reclamare, quia nihil de nouo iniungitur ei, ſed tantum ea, quę ſcripta erant, quando ipſe fecit profeſſionem. Quod ſi dicat indiſcretum eſſe pręceptum, & indiſcretum pręcipientem; petatur ab eo, quis magis ſit indiſcretus, an Pręlatus pręcipiens, vt ſeruet ea, quę ſua Religio dictauit, & ſcripſit; an ipſe, qui non contentus de ſua tranſgreſſione, alios, qui volunt ſeruare, quantum eſt in ſe, cogit ad tranſgrediendum? quaſi arena maris apud intelligentem grauior apparebit indiſcretio ſua, ſi non fallor. Quamobrem ſic me oportebit agere cum quibuſdam, qui ſemper murmurant de actibus virtuoſis, & nituntur contra Pręlatum, vt videlicet arceam eos, vel ad dimittendum Fratres ſuos benè agentes in pace, vel ad ſeruandum omnia, quę illi ſeruant. Nullam etiam excuſationem habere poteſt, quare non poſſit ſeruare illa, quę ſeruant illi, niſi propriam voluntatem, cui abſque dubio in profeſſione renunciauit. His itaque pręmiſſis reſpondetur ad illa, quę ſuperius fuerunt obiectæ. Primò quod propter difformitatem vitandam, & obſeruantiam Religionis in melius prouocandam, melius eſt maximè in hoc principio, quod tales habeant Conuentus per ſe. Secundò, quòd ego non peto vnum Conuentum pręcisè, quia libentius haberem plures, & libentiſſimè omnes, ſed ſic incipio ex pura diſcretione, vt pedetentim in melius procedatur, & non niſi ex Fratrum libera voluntate. Tertiò quòd in locis, vbi ſunt duo Conuentus, hoc opus perfectius proſperatur; nec attendunt ſeculares, quod iſti ſeruant, & illi non; ſed dicunt, quod Ordo Pręddicatorum habet multos, & ſanctos Viros, & bonos: faciamus eis bonum: Sicut apparet in Conuentibus Venetis, vbi occaſione Fratrum, qui erant in Conuentu Minorum ſuarum Religionem ſeruantium procurata ſunt circiter xx. millia florenorum, & vltra pro Conuentu maiori, & amore iſtorum alij conſecuti ſunt non parum emolumentum. Poſtmodum concludo poſt omnia, quòd ſitis pacifici, & quieti, ſicut veri filij Patris veſtri Beati Dominici, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiſcum, quem obſecro pro me orare aſſiduè, ſicut ego indefeſſe oro pro vobis, cum, & in quo ſemper valete.

Da-

Datum Panormi Anno Domini 1395. die 16. menſis Martij.

Cum autem vniuerſas Prouincias, ſuæ ditioni deditas, regularem obſeruantiam in eiſdem reſtitututus luſtraret, apud Nurimbergã vale dixit mortalibus laborum ſuorum præmia conſequuturus ann. 1399. eique in Ordinis regimine ſucceſſit P. F. Thomas de Firmo in Capitulo Generali Vtinenſi à Prouincijs, quæ veri Pontificis partes ſequebantur, anno 1401. electus, qui renouatam obſeruantiam fouere non deſtitit, atque in illius augumentum plura decreta ſanxit. Eo autem vniuerſæ carnis quoque viam Ianuæ ann. 1414. ingreſſo P. F. Leonardus Datus Florentinus ab eiſdem Prouincijs ad regimen Ordinis fuit aſſumptus, ſublatoque ab Eccleſia tandem aliquando ſchiſmate, multa pro eadem Regulari obſeruantia amplianda, iuxta Conſtantienſis Concilij decreta, ſuere in diuerſis Generalibus Capitulis ſancita.

Et primò Argentinæ 1417. denunc. 2. ita fuit decretum. *Denunciamus quædam capitula per Diffinitorium, & noſtrum Generale Capitulum ſuper reformatione Ordinis eſſe concluſa, quæ, poſtquam per Reformatores Sacri Concilij Conſtantienſis fuerint diligenter examinata, volumus, & mandamus, vt per Reuerendiſs. Magiſtrum Ord. toti Ordini denuncientur, & cum diligentia, & abſque defectu ab omnibus obſeruentur.*

Metis autem poſtea ann. 1421. in eiuſdem obſeruantiæ incrementum denunc. vlt. ita fuit ordinatum. *Denunciamus quod pro noſtri Ord. reformatione, & informatione Fratrum in Regularibus obſeruantijs determinatum fuit, & concluſum inter nos, quòd quilibet Prouincialis in ſua Prouincia faciat, vel conſtruat adminus vnum Conuentum Fratrum ſecundum Regulam, & Conſtitutiones Ordinis regulariter viuentium, ad quem Conuentum Nouitios in moribus Ordinis informandos prouectæ ætatis mittere poterunt, prout diſcretioni eorum videbitur.*

Cum autem prædicta executioni mandarentur, & in ſingulis Prouincijs aliqui Conuentus ſanctam obſeruantiam amplecterentur, bonorum omnium inuidus humani generi hoſtis quoſdam in obſeruantes Fratres concitauit, qui eos moleſtijs, & ſubſannationibus ab aſſumpto opere retrahere conarentur; contra quos Patres in Generalibus Comitijs Coloniæ ann. 1428. congregati tale edidere decretum ord. 7. *Item quorundam temeritatem, Deum præ oculis non habentium compeſcere, & delere cupientes, qui Fratribus Recollectis Regulam, & Conſtitutiones ſeruare intentis detrahere non metuunt, quos debent affectuosè diligere, & charitatiuè fouere, exhorrentes miſeri ſanctum regularis obſeruantiæ nomen, tam in ſcriptura, quam in noſtris Conſtitutionibus honoratum, & titulo Magiſtro Ord. in ſalutationibus debito, & reuerenter aſſumpto, omnes, & ſingulos tali verbo, opere, ſeu quocunque alio modo Fratribus ſic regulariter viuentibus, & viuere affectantibus impedimentum, moleſtias, ſubſannationes ex hoc quomodolibet inferentes, tanquam Religionis inimicos, & noſtri Ord. deſtructores voce priuamus, & priuatos eſſe denunciamus. Mandantes inſuper Præſidentibus, in quorum Conuentibus tales, vt prædictum eſt, delinquere contigerit, quatenus eos cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtant, pœnam grauiori culpæ debitam per dies octo inuiolabiliter facere compellant. Ipſi autem diligenter caueant, ne cæteros Fratres infament extra Ordinem; nec dicant eos eſſe Fratres de proprietate, aut non eſſe in ſtatu ſalutis, alioquin pœna conſimili puniantur.* Et in eodem Capitulo ordinationem in fauorem Regularis obſeruantiæ Metis 1421. editam, in hunc modum ord. 2. confirmauere. *Item regularem vitam in noſtro Ord. reducere, & quaſſatam noſtram Religionem reformare cupientes, Præſidentibus imponimus vniuerſis, vt quemadmodum in præced. Capitulo Generali extitit ordinatum, &c. Exhortantes Reuerendiſs. Magiſtrum & quemlibet Prouincialem, quatenus in vnaquaque Prouincia Conuentus, aliquos præſertim, reformare taliter ſtudeant pariter, & intendant, quod in eiſdem Regula, & Conſtitutiones noſtræ plenè ſeruentur.*

Pro eadem igitur regulari obſeruantia conſeruanda, augendaque, omnia opportuna exhibuere ſubſidia Magiſtri Generales, inter quos (vt nouiſſimos referam) P. F. Nicolaus Rodulphius illam in Conuentibus Bruxellenſi, S. Dominici de Suriano, & Foggiarum ſtabiliuit; Congregationem obſeruantem S. Marci de Gauotis ad Prouinciam Regni ſpectantem mirabiliter fouit, atque dilatauit, pluribus eiuſdem Prouinciæ illi ſubactis Conuentibus, Nouitiatumque Pariſienſem pro communi Prouinciarum Galliæ commodo, atque reformatione ſub immediato Magiſtrorum Ordinis pro tempore regimine fundauit. P. F. Thomas Turcus pro eadem in Prouincijs Franciæ reſtituenda, paceque inter Obſeruantium Congregationes, & Prouincias ſtabilienda plurimum inſudauit. Reuerendiſſimus P. Noſter F. Io: Baptiſta de Marinis, qui ſupremum poſt præfatos Ordinis noſtri obtinet Magiſterium pro eadem dilatanda in ſequentibus Prouincijs, illam inſtaurauit, atque iuxta Conſtitutionum noſtrarum tenorem adimplendam ſanxit. In Prouincia Toloſana, in Conuentibus Briuenſi, atque Bagnariarum. In Prouincia Franciæ, in Conuentibus Cadomenſi, Poliuienſi, & Belloua cenſi. In Prouincia vtriuſque Lombardiæ, in Conuentibus Sancti Dominici de Genua, de Mantua, de Cremona, atque de Ancona. In Prouincia Romana, in Conuentibus S. Marci de Florentia, & S. Mariæ ſuper Quercum de Viterbio. In Prouincia Prouinciæ,

ciæ, in Conuentibus Cabilionenſi, Arelatenſi, Maſſilienſi, atque Tolonenſi. In Prouincia Trinacriæ, in Conuentibus S. Dominici de Xacca, & Ieſus Mariæ Caſtri Veterani in Valle Mazariæ; S. Mariæ de Gripta Ciuitatis Notabilis in Melitenſi Inſula, & S. Mariæ Magnæ Catanæ in Valle Nachi, & S. Mariæ Annuntiatę Tauromenij in Valle Nemorum. In Prouincia Germaniæ Inferioris, in Conuentu Antuerpienſi, eandemque in Bruxellenſi æqualitem in priſtinum reſtituit vigorem. In Prouincia S. Thomę de Apulia, in Conuentibus S. Dominici de Monopoli, S. Dominici de Foggia (in quo etiam à P.F. Nicolao Rodulphio fuerat aliquando introducta, ſed tempor. iniuria neglecta) S. Crucis Tranenſis, atque S. Mariæ Magdalenę Baruli. In Prouincia Calabriæ, in Conuentu S. Dominici de Suriano pro eadem fœlicius conſeruanda perpetua lege ſanxit, ne Priores dicti Conuentus temporale regimen Comitatus Suriani, eiuſdem Reuerendiſſimi opera à Catholico Rege ab Ordine empto, aſſumant, ſed illud alicui ex pręſtantioribus Prouincię Patribus ab eiuſdem Cœnobij Conſilio Patrum deligendo, relinquant; eandemque in Conuentibus Cataceníi, Regienſi, atque de Altomonte introduxit. In Prouincia Occitana, in Conuentu Cadurcenſi, totamque eandem Prouinciam Prouinciali, ex Obſeruantię Fratribus eligendo, ſubegit. In Prouincia S. Dominici Venetiarum in Conuentu Ciuitatenſi, quem pro eiuſdem Prouincię Nouitiatu quoque elegit. In Prouincia S. Hyppoliti Martyris de Oaxaca, in Conuentu S. Dominici de Suriano de Oaxaca, mandauitque P. Prouinciali pro tempore dictę Prouinciæ vt redditibus, atq; eleemoſynis illi ſubueniat vſq; quo duodecim enutrire poſſit Religioſos. In Prouincia S. Petri Martyris, in Conuentu S. Dominici de Cherio. In Prouincia Aprutina S. Catherinę Senenſis, in Conuentibus S. Dominici de Aquila, & Ieſus Marię de Neapoli, quos & pro Nouitijs educandis elegit. Atque in alijs Prouincijs, & Conuentibus eandem reparandam toto animi ardore anhelat.

1 Tenentur tam Prouinciales, quàm Conuentuales Priores Fratres ſibi ſubditos, verbo, atque exemplo, tam in ſubſtantialibus votis, quàm in ceremonijs Ordinis reformare. Perusij 1478. ord. 7. *Ne Fratres, præſertim originales, ſeu natiui per reformationem, pro qua Cæſarea Maieſtas, quam etiam nonnulli alij Principes, & Magiſtratus inſiſtunt, ſuis Conuentibus priuentur, ac debitus reddatur Domino famulatus: Volumus, & ordinamus, monentes Reuerendiſs. Magiſtrum Ordinis, ac etiam diſtrictè præcipiendo mandamus vniuerſis Prioribus Prouincialibus, ac Conuentualibus, quatenus omnes Conuentus, & Fratres eis ſubditos efficaciter verbo, & exemplo, ac opere reformare procurent, tam in ſubſtantialibus votis, quàm etiam in ceremonialibus Ordinis, & præſertim quoad communitatem, & vniformitatem vitæ. Indulgentes tamen in locis, in quibus eſt notabilis penuria piſcium, aut lacticiniorum, Fratres extra refectorium, prout expediens fuerit ſic carnibus recreentur, vt poſſint labores Ordinis ſuſtinere, quemadmodum ex Conſtitutionibus ſumitur.* Quod etiam fuit mandatum Romæ 1546. ord. 1. *Vide de Prior. Prouincialibus num. 5.* Et Mediolani 1505. ord. 3. ita præcipitur: *Item Ordinem noſtrum collapſum, & taliter deformatum erigere, & reformare cupientes, diſtrictè mandamus vniuerſis, & ſingulis Prioribus Prouincialibus, ac eorum Vicarijs, ac etiam locorum Præſidentibus, quatenus omnes domos, Conuentuſque, & Fratres eis creditos efficaciter exemplo, verbo, & opere reformare procurent ſecundùm Regulam, & Conſtitutiones noſtras, tam in ſubſtantialibus votis, quàm in ceremonialibus, quantùm conditio Conuentuum, & regionum, ac humana fragilitas permittit.* Idem fuerat ſancitum Apud Biſuntium 1353. & Lugduni 1450. atque in alijs ferè omnibus illorum temporum Capitulis. Auenione quoque 1370. mandatum fuit, vt etiam in ijs, quæ ad extrinſecum habitus ornatum ſpectant reformarentur Fratres, itaut in illis nihil appareret quod cuiuſquam offenderet aſpectum; vnde ord. 7. dicitur: *Itaque argentum in zonis, puncta in ſotularibus, in diploide nulla difformitas inueniatur.*

2 Vt autem eadem Regularis obſeruantia in toto Ordine (prout iam in multis Prouincijs introducta fuerat) ſtabiliretur, ſub P.F. Thoma de Vio Caietano Mag. Ordinis mandatum fuit omnibus Superioribus, vt Fratribus in communi de victu, veſtitu, ac omnibus alijs neceſſarijs rebus prouideretur, &c. & Superiores, qui hoc non adimpleuiſſent, tanquam Ordinis deſtructores haberentur: ita enim habetur in Capitulo Generali Ianuę anno 1513. celebrato ord. 6. *Item reformationi Ordinis operamdare volentes cum effectu, mandamus Prioribus Prouincialibus, & reliquis Præſidentibus Prouinciarum, Congregationum, ac Nationum ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis, vt in quolibet Conuentu iuxta Conſtitutiones, præter Priorem ſit Lector; & in communi prouideatur de cibo, & potu in Refectorio, non ſolùm de pane, & vino, & vbi non eſt facultas veſtiendi Fratres de omnibus vt fieri deberet, donec Conuentus ad vitam ſimpliciter regularem deducatur, teneantur quilibet Conuentus ſingulis annis ad exponendum pro quolibet hebdomadario, & Iuuene, & Conuerſo non habente aliundè vnde ſe veſtiat, duos aureos vltra calceorum, & aliorum huiuſmodi prouiſionem, quæ omnino dari debeat in veſtitu, ſcilicet cappa, ſcapulari, tunica, ſubtunica, vel tunicellis; ita tamen quòd non aſſignentur hi duo aurei Fratri in pecunijs, ſed in ſolutione panni*

ut illi Fratri oportuni, nec proviſio hac veſtimentorum in alios conuertatur vſus. Lucra autem miſſarum ad communitatem Conuentus pertineant, & quòd omiſſis omnibus ſeruiatur infirmis decumbentibus de communibus bonis Conuentus, omni excuſatione remota, non minùs quàm Priori prouidere deberet, & quòd contra Fratres ſuſpectos de aliqua familiaritate procedatur ſecundùm Conſtitutiones, monendo, præcipiendo, puniendo, &c. Et quod Frater nullus ſolus vadat per Ciuitatem, nec veſtes adeo longas habeat, vt tangant terram, nec cum biretis extra per Ciuitatem incedant, nec caligas, aut diploides, niſi albi coloris de panno habeant. Priores autem, Magiſtri, aut Patres, qui huic ſanctæ reformationi reſiſtere auſi fuerint, tanquam deſtructores noſtri Ordinis omnibus gratijs Ordinis, cum legitimè conſtiterit, niſi reſipiſcant, priuentur per eorum Superiores, vel Viſitatores. Idem omnino fuit confirmatum Neapoli 1515. ord. 10. & Romæ 1518. ord. 9. Ex quo factum eſt, vt Regularis obſeruantia in Ordine noſtro fuerit reſtituta. Cum autem etiam in aliquibus Conuentibus nondum fuiſſet renouata in priſtinum vigorem, in Capitulo Generali Romæ 1569. ſub Reuerendiſs. P.F. Vinc. Iuſtiniano celebrato, mandante Sanctiſs. ac Glorioſiſs. Pontifice noſtro Pio V. interdictum fuit illis Nouitios ad habitum, & profeſſionem recipere, prout habetur ibid. Cap. *De Clauſtralium, ſeu Conuentualium Reformatione*. Ex quo poſtea factum, eſt vt in Regulari obſeruantia fieret vnum Ouile, & vnus Paſtor, vt alibi ſupra dictum eſt, & fuſius in ſecunda parte manifeſtabimus.

Plura alia ad hanc materiam ſpectantia, ne ſæpe eadem repetamus; vide ſupra in Cap. de Conuentibus obſeruantiæ, & de obſeruantia Regulari.

De Regentibus Studiorum.

1 VNuſquiſque Regens in ſua Vniuerſitate eſt caput ſtudij, omneſque tam Officiales eiuſdem, quàm Studentes illi ſubditi ſunt in his quæ ad ſtudium ſpectant. Romæ 1569. decl. 6. *Quoniam paſſim ſuboriuntur quæſtiones inter Prælatos, & officiales ſtudij circa ea, quæ pertinent ad ſtudium, neceſſarium eſſe duximus declarare, & Regentis, & Baccalaurei, & Magiſtri Studentium officium, cum neque de Regentis, neque de Baccalaurei officio aliquid ſpeciatim ordinatum appareat in Conſtitutionibus, neque etiam in ordinario Ordinis. Et primò declaramus, quòd in omnibus Vniuerſitatibus noſtri Ordinis Regens eſt caput ſtudij, & non modò ſtudentes cuiuſcumque facultatis, ſed etiam omnes alij Officiales ſtudij & Lectores ei ſubditi ſunt in omnibus, quæ pertinent ad ſtudium, cuiuſmodi ſunt lectiones, diſputationes publicæ, circuli quotidiani, caſus conſcientiæ, & quicunque alij actus litterarij. Et ad eum maximè pertinere declaramus, terminare, ſoluere, & definire quaſcunque quæſtiones propoſitas in diſputationibus, omnibuſque ſilentium imponere, hac lege, vt poſt datam ab eo reſolutionem nulli penitus, exceptis RR. PP. Prouincialibus, liceat quidpiam in medium adducere.* Quod fuit conf. Barcinone 1574. *De Studior. Promot. conſ. 1.*

2 Ad ipſos pertinet præcipuam Theologiæ legere lectionem, & alijs ſubordinatis ſibi Lectoribus, quid legere debeant, præſcribere. Ita ſubditur in eodem Capit. & decl. 6. ſuprad. *Ad officium etiam Regentis pertinere declaramus, legere præcipuam Theologiæ lectionem, alijſque Lectoribus præſcribere quid legere debeant; legat autem ipſe hora, quæ ei magis placuerit, & eius lectionibus intereſſe teneantur, non modò ſtudentes formales, ſed etiam dantes operam Metaphiſicæ. Alij autem Lectores legent horis ab ipſo Regente aſſignandis.*

3 Ad eoſdem etiam ſpectant omnia, quæ in Conſtitutionibus de Magiſtris Studentium habentur. Ita in præfato Capit. & declarat. ſuprad. ſubditur. *Ad ipſum etiam pertinere primariò declaramus omnia, quæ de Magiſtro Studentium ſcripta ſunt, tum in Conſtitutionibus, tum etiam in ordinario Ordinis Capit. de offic. Mag. Studentium. Cum autem diſputandum ei eſt in Capitulo, vel Generali, vel Prouinciali, liberum ei omnino ſit, hunc vel alium ſibi eligere in reſpondentem.* Vide etiam in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 3. ſub litt. G. ſupradicta omnia.

4 Licet in ſedendo Prælati Regentes præcedāt, in ſcholis, tamen in iis, quæ ad ſcholaſticos actus ſpectant, primus locus conuenit Regentibus. Romæ 1580. capit. *De Stud. Promot.* num. 34. *Circa ſtudium confirmamus in primis ordinationem in præcedentibus Capitulis factam circa regimen ſtudiorum, & Lectorum, aliorumque Officialium præcedentiam, quam hic pro inſerta habentes, quatenus opus eſt, innouamus, videlicet vt Regens ſemper habeatur caput ſtudij, & ad eum pertineat ordinare quidquid ad illud attinet, & hoc hactenus habet quatuor Capitula. Quibus addimus declarantes quod licet priori Prælato Conuentus conueniat primus locus in ſedendo, tamen Regenti, & in proponendis Studentibus, illiſque examinandis, acceptandis, & nominandis, primus locus conuenit, cui etiam præſenti ſtatuto à nobis conceditur, & tribuitur.*

5 In Prouincijs, in quibus ſunt duo Regentes, ille qui eſt inſtitutus primarius Regens

Regens

Digitized by Google

s ſemper ſit caput ſtudij, illique omnes lij Officiales ſubduntur. Valentiæ 1647. larat. 12. *Declaramus ad tollendas omnes rouerſias, quæ circa officiales ſtudij oriri ſo-, quòd in ſtudijs generalibus Prouinciarum utoniæ, Bohemiæ, & Germaniæ inferioris, in ius ſolent eſſe duo Regentes ſtudij, qui ſimul ent, quòd ſolus ille, qui per patentes inſtitutus primarius Regens deinceps ſemper ſit caput ſtu- & quòd illi non modo ſtudentes cuiuſcumque ltatis, ſed etiam omnes alij Officiales ſtudij, & ores ſubditi ſint in omnibus illis rebus, quæ ad ium pertinent, cuiuſmodi ſunt, lectiones, di- tationes, & quicumque alij actus literarij, & imè pertinere ad eum terminare, reſoluere, & mò diffinire quaslibet quæſtiones in omnibus di- tationibus propoſitis, ſilentium imponendo om- is, hac lege, vt poſt datam ab eo reſolutionem, li omnino, exceptis Ad RR.PP. Prouincialibus at quidquam in medium proferre, prout latiùs rimitur in Gloſ. Conſt. diſt. 2. de Stud. cap. 14. 4. Et hanc noſtram declarationem perpetuò, & olabiliter obſeruandam in prædictis ſtudijs Ge- libus præſcribimus, ac mandamus quibuſcum- in contrarium non obſtantibus.*

Loco ipſorum legant Studentium Ma- ri, dum accedente impedimento à lectioni- habendis abſtinere coguntur. Valliſoleti 5. ord. 6. *Vide de Magiſt. Student. num. 3.*

In ipſis deligendis non habeatur ſola iquitatis, ſeu profeſſionis ratio, ſed ſuffi- tiæ, & morum. Barcinonæ 1574. cap. de *Promot.* ord. 11. *Vide de Magiſtris Student. 7. & 8.*

Nullus ad tale munus ſubeundum aſſu- ur, qui per duodecim annos Theologiam docuerit. *Ita habetur in Capit. & ordinat. ad quam vide ibid.*

Nullus audeat aſſerere, vel defendere licè, vel priuatim aliquem articulum pu- atem cum decretis Sac. Concil. Trid. ſiue onos mores, ſiue ad dogmata fidei ſpe- tibus, ſub pœna priuationis cuiuſcunque Romæ 1569. ord. 4. *Diſtrictè præ- us ſub pœna priuationis cuiuſcumque gra- , qui contrarium fecerit, vltra pœnas à iure as, ne quis Magiſter, aut Regens, aut Lector, iuis noſtri Ordinis audeat aſſerere, aut de- re, publicè vel priuatim articulum vllum intem cum decretis Sac. Concilij Trident. d bonos mores, ſiuè ad dogmata fidei atti- bus, præſertim cum Canone illo de Confeſſio- eſſariò præmittenda ante ſumptionem Sa- ſimi Corporis Chriſti, etiam ſi aliquem ex s doctoribus inſignioribus, nempe Durandum, anum, ſeu quemuis alium patrocinantem rit.*

Pro Regentis munere ſubeundo illi m à Prouincijs petantur, qui tanto mu- digni iudicantur. Bononiæ 1615. *Vide de Gradibus numero 4.*

11 Vt Quatuor annorum curſu in proprio munere perſeuerare debeant Regentes, & Baccalaurei, quo tempore totam ſummam noſtri Angelici præceptoris docere tenentur, mandatum illis fuit Apoſtolica auctoritate. Romæ 1589. cap. *Ordinationes pro Stud. Reformat.* ord. 4. in hunc modum. *Ordinamus etiam, ne tempus fruſtra conteratur minùs vtilia pertractando, atque ſub eodem formali præcepto Regentibus, & Baccalaureis ſtudiorum præcipimus, vt infra quatuor annos totam Angelici Doctoris noſtri S. Thomæ Summam ambo ſimul perlegiſſe teneantur, materias omnes difficiliores, & magis neceſſarias explicando; opinionum verò ſuperfluitates, & alia minùs neceſſaria reſecando, & prætermittendo, & vt id commodiùs obſeruari poſſit, nullaque occaſione ſtudium impediatur, monemus Lectores omnes, & Studiorum Officiales, ne tempore lectionum quouis modo, etiam prætextu prædicationis, lectiones prætermittant.* Verùmtamen in ſubſequenti Capitulo Venetijs 1592. ab eiſdem fuit hæc obligatio legendi totam Summam quadriennij tempore ſublata. Ita enim habetur declarat. 6. *Declaramus circa ordinationes in Capitulo Generali proximè præterito Romæ celebrato 1589. factas, Apoſtolicaque auctoritate confirmatas, &c. eadem Apoſtolica auctorit. intercedente, ad varios ſcrupolos, ambiguitateſque tollendas. Primò, Ablatam fuiſſe obligationem à Regentibus, & Baccalaureis ſtudiorum legendi collectim totam D. Thomæ ſummam quadriennio. Hortamur verò ipſos, ſicuti & reliquos Lectores, vt omnem adhibeant diligentiam in legendo temporibus opportunis, ſub pœna priuationis officiorum, tractentque difficiliores, & magis neceſſarias materias, minùs neceſſarijs reiectis, quò vel ſic diſcipuli proficere poſſint.* In multis verò Prouincijs, & ferè omnibus immutatum eſt tempus legendi in eiſdem Generalibus Studijs per quadriennium, vt in ſecunda parte, dum de ſingulis Prouincijs tractabimus, dicetur.

De Repræſentationibus.

1 NEque profanæ, neque ſacræ repreſentationes in noſtris fiant cœmiterijs. Bononiæ 1615. ordinat. 6. *Vide de Cœmiterijs num. 3.*

2 Qui permiſerint in ſuis Conuentibus haberi feſta S. Vincentij à Iuuenibus &c. atque in eis repræſentari per iocum perſonam Epiſcopi, priuentur Prioratus officio; vel actiua, paſſiuaque voce, ſi fuerint ſubditi. Barcino-

næ 1574. ord. 17. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num. 86.*

De SS. Roſario B. Virginis.

1 SAlubertimium Sacri Roſarij inſtitutum à S. Patre Dominico nobis filijs ſuis hereditario iure relictum tenentur omnes Ordinis noſtri profeſſores, & maximè Prædicatores, ſingulari deuotionis affectu inter Chriſti fideles promouere. Valliſoleti 1605. admon. 1. *Admonemus in primis omnes verbi Dei Prædicatores, vt inter alia deuotionis exercitia commemorationem Sanctiſs. Roſarij fidelium auribus ſæpiſſimè ingerant, quantùm fieri poterit, piam hoc inſtitutum fouentes, ad deuotionem B. Virg. Mariæ populos excitantes, ac beneficia ab ipſa collata omnibus fidelibus Sanctiſſimo Roſario affectis recolentes, miracula explicantes; & qui in hoc fuerint negligentes, per vnum, vel duos menſes priuentur officio prædicationis, arbitrio ſuorum Prælatorum, qui in Capitulis quotidianis ſibi ſubditos de prædictis admonere teneantur,* Quod etiam Romæ 1501. ord. 3. fuerat mandatum.

2 Illud in tres partes diuiſum, ſingulis ſeptimanis Conuentuum Præſidentes in noſtris Eccleſijs recitari curabunt, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs. Romæ 1629. ordinat. 8. *Vide de Abſol. Prioris Conuent. num. 27.* Idem iam fuerat ordinatum Toloſæ 1628. & additum, vt hoc exequantur per Patres Sacerdotes, pietate, & prudentia celebres, ad id munus ſubeundum aptos, atque à Patribus à Conſilijs deligendos. Ita enim habetur ord. 4. *Inſtitutum, & deuotio Sanctiſs. Roſarij omni ſtudio, piaque animi contentione annuncietur, et modus ille, quo Romæ, Neapoli, alijſque celeberrimis Vrbibus in Eccleſijs, & Capitulis noſtris ipſum Roſarium recitatur, per idoneos Patres Sacerdotes, pietate, prudentiaque præditos à Conſilio Patrum ad id ſpecialiter deſignatos diligenter explicetur, propagetur, & in vſum deducatur.*

3 In vnoquoque Conuentu eligantur quatuor Fratres pro Roſarijs benedicendis. Romæ 1601. conceſs. 1. *In primis concedimus omnibus Conuentibus noſtri Ordinis, vbi commodè fieri poterit, facultatem eligendi quatuor Fratres ex his, qui ſunt à conſilijs, qui Roſaria benedicere poſſint.*

4 Feſtum SS. Roſarij ex decreto Gregorij XIII. ad ſupplicationem Ordinis noſtri edito eſt celebrandũ Dominica prima Octobris ſub toto dupl. Ita denunciatum fuit Barcinonæ 1574. denunciat. 1. *Denunciamus SS. D. Papam Gregorium XIII. in memoriam, & gratiarum actionem admirabilis illius victoriæ habitæ contra Turcas eodem die obtentæ, ſcilicet prima Dominica menſis Octobris, feſtum Roſarij de Sanctiſs. Virgine D. N. ſub toto dublici ad inſtar aliarum feſtiuitatum eiuſdem ad preces noſtras inſtituiſſe, & vbique in Eccleſijs, vbi hęc S. adeſt Societas demandaſſe; Officio verò Natiuitatis, vti iubemur, mutato nomine Natiuitatis, in ſolemnitatis.*

Reliqua vide de Societ. SS. Roſarij.

De Sacramentis.

1 SInguli Conuentuum Præſidentes poſſunt Sacramenta Euchariſtiæ atque extremę vnctionis adminiſtrare Fratribus in ſuis Conuentibus, vel terminis eorum exiſtentibus. Londonis 1335. ord. 3. *Aduertentes quod ijdem Priores, Suppriores, & eorum Vicarij poſſunt vniuerſis Fratribus adminiſtrare extremæ Vnctionis, & Euchariſtiæ Sacramenta.*

2 Religioſis mulieribus non adminiſtrent Fratres noſtri Sacramenta, excepto Sacramento Pœnitentiæ. Bononiæ 1240. ordinat. 25. *Item monemus ne Fratres noſtri amodò religioſis mulieribus Sacramenta, præter pœnitentiam, adminiſtrent. Qui verò contrarium attentauerint poſt Generale Capitulum quod fuit Bononiæ celebratum vltimò, cum eis tunc fuerit inhibitum, & acriter reprehenſum, ieiunent ſeptem dies in pane, & aqua, dicant & ſeptem Miſſas, & ſeptem pſalteria, & ſeptem recipiant diſciplinas.*

3 Extremæ Vnctionis Sacramentũ mulieribus nõ adminiſtrent FF. noſtri. Coloniæ 1245 ordinat. 3. *Item Fratres noſtri nullo modo Sacramentum Extremæ Vnctionis mulieribus impendant.*

4 Oleum Sanctum ſeruetur in Eccleſia, vel Sacriſtia in loco decenti, non verò in Tabernaculo cum Sacratiſs. Chriſti Corpore. Vlyſſiponæ 1618. ord. 1. *Vide de Eccleſijs num. 16.*

5 Quæ ad Sacramentum pœnitentiæ ſpectant, vide de Confeſſoribus.

De Sacriſtis.

1 AD officium Sacriſtæ ſemper deputetur Frater Clericus. Viterbij 1268. ord. 9. *Item*

Item ad officium Sacriſtiæ ſemper aliquis Clericus maturus ponatur.

2 Nullus in Sacriſtam eligatur, qui per tres annos in eadem Prouincia non fuerit commoratus. Romæ 1508. ord. 8. *Vide de Elect. Prior. Prouincial. num. 11.*

3 Sacriſtæ non faciant paramenta Eccleſiaſtica, neque muſicas, neque aliquid expendant abſque Priorum Conuentualium licentia. Valliſoleti 1605. ord. 25. *Vide de depoſito Conuent. num. 2.*

4 Tenentur habere librum peculiarem, in quo nomina, cognomina, annum, & diem omnium, tam Fratrum, quàm ſæcularium in Eccleſijs noſtris ſepultorum adnotare debent diligenter. Bononiæ 1615. ord. 14. *Mandamus omnibus P.P. Prouincialibus Prioribus, ac Præſidentibus noſtrorum Conuentuum, & locorum vt diligenter inuigilent, quatenus Sacriſtæ in omnibus Conuentibus, Patrum, & Fratrum Ordinis noſtri, imò & ſecularium ſepultorum, ſiuè in Eccleſia, ſiue in Clauſtris, nomina, loca, & tempora in certo libro adhoc præparato deſcribant.*

5 Omnes PP. Sacriſtæ habent auctoritatem benedicendi Roſaria, & ſcribendi nomina, tam Fratrum, quàm ſæcularium in libris Societatum S.S. Nominis Dei, & Roſarij B.V. Romæ 1589. conceſs. 8. & Venetijs 1592. ord. 12. *Vide de Societ. Nominis Dei, & SS. Roſar. num. 4.*

6 Quæ à Sacriſtis expenduntur, & recipiuntur, in communi libro depoſiti Conuentus adnotentur. Valliſoleti 1605. ord. 26. *Vide de depoſito Conuent. num. 4.*

7 Rationem dati, & accepti reddere tenentur. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 7. ſub litt. M.* Hoc autem ſingulis menſibus, ſicut & alij Officiales adminiſtratores bonorum Conuentus præſtare debent Mediolani 1505. ordin. 8. *Vide de Ratiocinijs Conuentuum num. 1.*

De Scandalis.

1 SI quis tale quid extra Monaſterium commiſerit, Frater qui cum eo eſt ſtudeat eius exceſſum Prælato quantocyus corrigendum intimare. Correctus verò ad locum in quo tale quid commiſit vlteriùs non redeat, niſi ita religioſè conuerſatus fuerit, quòd per Diffinitores Generalis, vel Prouincialis Capituli illuc reuerſurus iudicetur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 18. tex. 6.* Hanc Conſtitutionem intelligendam eſſe de ijs, qui in lapſum carnis inciderint, declaratum fuit Burdegalis 1324. decl. 1. *Declaramus hanc in capit. de Grauiori culpa vbi dicitur,* Si quis tale quid extra Monaſterium commiſerit, &c. *Ad lapſum carnis iuxta Conſtitutionis ſeriem tantummodò referatur.* In declaratione autem præfatæ Conſtitutioni ſub litt. S. appoſita ſubditur, referendam etiam eſſe ad alia crimina, nempe furtum, percuſſionem grauem, ſeu lethalem, & his ſimilia: Hæc enim crimina cum ſcandalum pariant, extra Conuentum patrata indigent tali remedio.

2 Superiores ſeuerè puniant Fratres cum ſcandalo deliquentes extra clauſtra, memores effecti eorum, quæ ſancita ſunt à Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 6. ca. 3. & ſeſſ. 25. ca. 14. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

De Scrutatoribus Vocum.

1 IN omnibus electionibus debent eſſe tres vocum ſcrutatores, quibus poteſt etiam ſuperaddi quartus. Bononiæ 1564. Cap. de Sac. Concil. Trident. decretis. *Ad recipiendum verò prædictas ſchedulas* (ſcilicet electionum) *tres ſcrutatores à Conſtitutionibus deputati ſedeant, quibus Conuentus poſſit addere quartum.* Hic tamen quartus ſcrutaror, vt per vota ſecreta eligeretur, mandatum fuerat in ſuprad. Capit. Bononienſi 1564. vt dictum eſt ſupra de Electionib. num. vlt. veruntamen poſtea ſancitum eſt vt per publica vota nominetur. Romæ 1629. declarat. 16. *Vide de Electionib. num. 42.*

2 Neque cœci, neque ſurdi ſcrutatoris munus ſubire poſſunt, ſed loco ipſorum alij à maiori parte Capituli eligantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 5. & ibid. ſub litt. E.*

3 Debent primò ſua, deinde aliorum vota ad paratam menſam in Capitulo poſitam ſedentes in vrna recipere, atque inuigilare, vt vnica tantùm ſchedula à vocalibus porrigatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

4 Poſt receptas ſchedulas illas ſuper menſam effundant, deinde faciant collationem numeri ſchedularum cum numero vocalium: quòd ſi maior fuerit ſchedularum numerus, iſtæ non aperiantur, ſed complicatæ ſuper paratum ignem proiciantur, & comburantur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

5 In electione Magiſtri Ordinis tres Prouinciales in Ordine ſecundùm profeſſionem antiquiores debent eſſe ſcrutatores. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 5. quæ fuit ſancita Pari-*

ſijs 1236. in Capit. Generaliſſimo ſub B. Iordano ſecundo Magiſtro Ordinis.

6 In Electionibus Priorum Prouincialium debent eſſe tres Priores Conuentuales ſecundum profeſſionem in Ordine antiquiores. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 6.* Vide de Elect. Prior. Prouincial. num. 7.

7 In Electione Priorum Conuentualium debent eſſe Supprior, vel Vicarius Conuentus in Supprioris abſentia, & duo alij Fratres ex vocalibus ad Capitulum pertinentibus profeſſionis ordine antiquiores. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 1.*

8 In electione Diffinitorum Capituli Generalis debent eſſe Prior Prouincialis, Prior Conuentualis, ac Supprior eiuſdem Conuentus, in quo Capitulum celebratur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4.*

9 In electione Diffinitorum Cap. Prouincialis, etiam debent eſſe Prior Prouincialis, vel eius Vicarius, Prior, & Supprior eiuſdem loci, vbi Capitulum celebratur; & ſi vnus defuerit remanebunt tantum alij duo ſcrutatores; quod ſi duo defuerint, loco ipſorum erunt ſcrutatores duo antiquiores in Ordine ſecundum profeſſionem in Capitulo exiſtentium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 1.*

10 In electione Electoris, ſeu Socij Prioris Conuentualis pro electione Prouincialis ſeruetur eadem forma circa ſcrutatores, ac in electione Prioris Conuentualis. *Vide in Conſtitutionibus noſt. diſt. 2. cap. 3. in decl. tex. 5. ſub litt. D.*

11 Scrutatores, ſeu Iudices eorum, qui debent habere vocem in Cap. Prouincialibus, habent tantum auctoritatem examinandi litteras Sociorum, aliaſq; teſtimoniales ad Priores ſpectantes, non verò litteras patentes inſtitutionis Priorum, Magiſtrorum, ſeu Prædicatorum Generalium; hoc enim à Conſilio PP. Prouinciæ per vota ſecreta fieri debet, prout fuit declaratum Romæ 1650. decl. 19. *Declaramus Scrutatores, ſeu Iudices vocum in Capit. Prouincialibus non habere auctoritatem, niſi ad examinandum litteras Sociorum, aliaſque teſtimoniales; videlicet an Priores alant ſufficientem numerum Fratrum, de quo ſupra; an dederint ijs competens veſtiarium; an in ſuis Conuentibus ſurgatur media nocte ad Matutinum, de quibus in Capit. poſtremo Valentino, & hoc Romano: ita tamen, vt difficultates grauiores, quæ in ijs occurrent, à Prouinciali, aut Vicario, ſeu Præſidente Patribuſque Prouinciæ diſſimantur, nulloque modo liceat Iudicibus vocum iudicare, an Priores Magiſtri, & Prædicatores Generales ſint legitimè inſtituti, debeantque eſſe vocales; ſed hæc, atque ſimilia ob prætenſos defectus emergentia dubia circa validitatem vocum à præfato Conſilio Prouinciæ per vota ſecreta, & non aliter erunt determinanda.*

Alia ad hanc materiam ſpectantia vide ſupra de Electionibus.

De Scrutinijs.

1 VT electionum Prouincialium ſcrutinia mitterentur ad Magiſtrum Ord. per Tabellarios, vel Conuerſos, ſeu Tertiarios, non verò per Fratres Sacerdotes, niſi ex vrgentiſſima cauſa, ordinatum fuerat Bononiæ 1615. ord. vltima. Veruntamen poſtea Valentiæ 1647. ord. 9. vetitum fuit omnibus, & ſingulis noſtri Ord. Fratribus ſub grauiſſimis pœnis, ne huiuſmodi electionum, ſcrutinia tam Priorum, quàm Prouincialium per Fratres ad Confirmatorem mittantur, ſed tantum per Tabellarios. *Vide ſupra de Election. num. 41.*

2 Ante ſcrutinij publicationem, tam ipſi ſcrutatores, quàm cæteri vocales (dummodo omnes conſentiant) poſſunt voces mutare; at verò facta eiuſdem ſcrutinij publicatione non poſſunt. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 2. ſub litt. F.* Vide ſupra de Electionib. num. 27.

3 Electionum ſcrutinia, etiam ſi tranſcribantur, ſunt coram omnibus vocalibus in Capitulo legenda, & ſigillo roboranda. Romæ 1553. decl. 3. *Vide de Electionib. num. 44.*

4 Inſtante celebratione Capituli Prouincialis fiat ſcrutinium in quolibet Conuentu ſuper retentione, vel amotione Prioris per Suppriorem, vel eius Vicarium in abſentia Supprioris, & duos antiquiores in Ordine de Conuentu præſentes in Capitulo in tractatu eorum quæ mittenda ſunt ad Capitulum, quod ſigillo Conuentus ſigilletur, & per Socium Prioris ad Prouinciale Capitulum tranſmittatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 4.*

5 Fiat quoque in Capitulis Prouincialibus, ſeu Congregationibus intermedijs ſcrutinium de abſolutione, vel retentione Priorum Prouincialium. *Vide de Abſol. Prior. Prouincial. num. 21.*

6 Diffinitores Prouincialis Capituli ſcrutinia Priorum non manifeſtent. Ianuę 1305. ord. 4. *Item volumus, & ordinamus, quòd Diffinitores Prouincialis Capituli ſcrutinia Priorum Conuentualium nemini valeant reuelare.* Vide de Secretis Ord. num. 4. vbi de hac re clariùs agitur.

7 Socius electus pro Capitulo Generali in anno Prouincialium debet deferre ſcrutinium ſuper retentione, vel amotione Prouincialis ad Capitulum Generale: In anno verò Diffinitorum deferatur per Diffinitorem; vel Socium

Digitized by Google

cium ipſius. *Ex Conſt.noſt.diſt.2.cap.7.tex.4. & ibid.in decl.tex.1. ſub litt.A.*

8 Scutrinia Prouincialium ſigillentur ſigillis Diffinitorum Cap. Prouincialis; Priorum autem, ſigillis Conuentuum. Apud Peſtum 1273.ord.7. *Item ordinamus, & iniungimus, quòd in quolibet Capitulo Prouinciali fiat ſecretum ſcrutinium de reſtitutione, vel abſolutione Prioris Prouincialis, & ſub ſigillis Diffinitorum expreſſis Fratrum nominibus mittatur ad Capitulum Generale. Idem etiam fiat de Prioribus Conuentualibus in Conuentibus ſuis, & ſcrutinium ſub ſigillo Conuentus mittatur ad Capitulum Prouinciale.*

Qui autem ſint ſcrutiniorum examinatores vide ſupra de Cap.Prouincial. num.15.

De Secretis Ordinis.

1 IN virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ præcipimus firmiter obſeruari, ne quis cauſam depoſitionis Magiſtri, vel Prioris Prouincialis, vel eorum exceſſum, vel correctionem, vel ſecretum Capituli, ſeu diſſentiones Diffinitorum, vel Fratrum, vnde Ordo noſter poſſit turbari, vel infamari, audeat ſcienter extraneis publicare. Si quis autem ex deliberatione contrafecerit, tanquam excommunicatus, & ſchiſmaticus, & deſtructor noſtri Ord. habeatur, & (quouſque ſatisfecerit) à communione omnium ſit penitus alienus, & pœnę grauiori culpę debitę ſubiacebit. *Ex Conſt.noſt.diſt. 2.cap.8.tex.9.*

2 Tunc autē ſecreta Capitulorum Generaliū, vel Prouincialiū reuelari intelliguntur extraneis, quādo ex tali reuelatione noſter Ordo, ſeu Fratres noſtri lędi poſſunt, vel infamari. *Ita habetur in Conſt.noſt. diſt.2.cap.8. in decl.tex. 9. ſub litt.I.* vbi dicitur ita fuiſſe declaratum apud Montempeſſulanum 1294. & Toloſę 1304. quod eſt falſum; nam in prefatis Capitulis, nec verbum quidem de hac re factum reperitur. In Capitulo verò Placentię 1310. prout ibid. ſubditur ita; fuit declaratum admonit.9. quod etiam Carcaſſonę 1312. ord.8. fuit confirmatum in hunc modum. *Item cum ex reuelatione criminum viſorum, vel auditorum, indebita, & incauta ſequatur Fratrum infamia contra ordinem charitatis, & nihilominus multiplex ſcandali, & turbationis materia miniſtretur: Volumus, & diſtrictè iniungimus, quòd quicunque crimen viſum, vel auditum de Ordine, vel de Fratribus ſcienter, & ex propoſito cuicunque perſonę aliàs neſcienti reuelauerit, ad quam correctio non pertinet de prædictis, vel quod non creditur probabiliter poſſe prodeſſe, exprimendo Fratris perſonam, vel nomen, per Priorem Prouincialem, vel per Prouinciale Capitulum, poſtquàm legitimè conſtiterit, pœna criminoſo debita de Diffinitorum conſilio puniatur, ſi tamen aliàs de talibus ſit notatus.*

3 Quicunque reuelauerinr ſecreta Ordinis extraneis, pręter pœnam à Conſtitutionibus taxatam grauiori culpę ſubiacebunt. Coloniç 1301.ord.8. *Item volumus, & mandamus, quod tranſgredientes Conſtitutionem de non reuelando ſecreta Ordinis extraneis, præter pœnam à Conſtitutionibus inflictam, pœnæ grauioris culpæ ſubiaceant, & ad eam ſaciendam à ſuis Prouincialibus compellantur.* Et Nouarię 1465. ord. 4. ita ſancitum fuit. *Item diuerſorum Capitulorum Generalium inſtitutis tanquam ſanctiſſimis, & maximè neceſſarijs nos conformantes, omnibus & ſingulis Fratribus cuiuſcunq; ſtatus extiterint, in virtute Spiritus Sancti, & præmiſſæ obedientiæ tenore præſentium præcipimus, vt nemo quibuſcunque perſonis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus extra noſtri Ord. obedientiam conſtitutis, Ordinis, aut Fratrum ſecreta, & peccata, ſi quæ commiſſa fuerint, aut per aliquorum infamiam conficta fuerint, verbo vel litteris, per ſe, vel per interpoſitam perſonam, directè, vel indirectè reuelare, vel manifeſtare, aut ad ipſos contra alicuius Fratris, & noſtræ Religionis honorem, honeſtatem, & libertatem recurſum quemlibet habere præſumat. Si quis autem huic inſtituto auſus fuerit contraire, ipſo facto à ſuis Præſidentibus pœna grauioris culpæ coerceatur.* Romę autem 1571. ord. 10. pręcipitur omnibus Pręlatis noſtris, vt ſecluſa omni conniuentia huiuſmodi delinquentes pœnis in Conſtitutionibus appoſitis puniant, quod fuit etiam confirmatum Barcinonę 1574.conf.23.hoc pacto. *Item confirmamus ordinationem illam, diſtrictè prohibentes ne Fratres noſtri ſecreta Conuentus, & Fratrum ſecularibus reuelent; præcipientes Prælatis, vt abſque vlla diſpenſatione, pœna à Conſtitutionibus ſtatuta huiuſmodi Ordinis deſtructores curent afficere.* Vide de Detractorib.num.3.

4 Scrutiniorum ſecreta ad Prouincialia Capitula delatorum non reuelent Diffinitores, nec alia occulta in Diffinitorio manifeſtata. Viennę 1282.ord.8. *Item Magiſter Ord. de Diffinitorum ordinatione, conſilio, & aſſenſu diſtrictè interdicit Prioribus Prouincialibus, etiam Diffinitoribus Capitulorum Prouincialiū, ne ſcrutinia Priorum eis oblata, nec ſecreta eis in diffinitione relata, vel alia occulta ad diffinitionem ſpectantia alijs perſonis reuelent, ex quibus poſſit ſcandalum, vel turbatio exoriri.*

5 Nihil ſub ſecreto recipiatur à Fratribus, quod vertat in pręiudicium correctionis Fratrum, & periculum Ordinis. In Montepeſſulano 1283. ord.4. & Pariſijs 1279.ord.5. ſic dicitur. *Item quia ſub ſecreti pallio frequenter vi-*

tia

Digitized by Google

ia occultantur, & per conſequens correctio enervatur, monemus, & diſtrictè iniungimus, quòd nullus Frater recipiat aliquid ſub ſecreto, quod ſit impedimentum correctionis, ſeu quolibet modo alio in præiudicium, vel periculum Ordinis, ſeu perſonæ. Vide de hac re fuſiùs in Conſt. noſt. diſt.2.cap.9. in decl. tex.4. ſub litt. D. & ibid. cap.11.in decl.tex.1.ſub litt.B.

6 Patres à Conſilijs reuelantes ſecreta eorundum, vnde præiudicium aliquod, vel iuſtitiæ, vel correctioni, ſiue etiam perſonæ cuicunque, aut quomodocunque inferatur, ſint in perpetuum priuati Conſilio Patrum. Barcinonæ 1574.ord.19.*Vide ſupra de Conſil. Patrum num.*12.

7 Secretarius aſſumptus pro Conſilio Patrum tenetur ad ſeruandum ſecretum ſicut ipſi Patres. Neapoli 1600.decl.8. *Vide de Conſilio Patrum num.*11.

8 Suppriores poſſunt præcipere Fratribus, dum abſolutionem Prioris petunt pro Capitulo Prouinciali, ne illam ipſis Prioribus reuelent. In Monteþeſſulano 1271.ord.5.*Vide inferius de Supprorib. num.*13.

De Secularibus.

1 SEculares famulos in noſtris Conuentibus non habeamus pluſquàm duos, vel tres, iuxta Conuentuum neceſſitates, Pariſijs 1239.ord.10.*Vide de Famulis num.*1.

2 Non admittantur in Conuentibus noſtris longo tempore permanſuri; ſtante autem neceſſitate tantum ad biduum recipiantur, extra dormitorium tamen Fratrum permanſuri. Venetijs 1592.ord.23. *Ordinamus, quòd nullus Laicus impoſterum in Conuentibus ad commorandum recipiatur, ſed tantum hoſpitij gratia, pietate, gratitudine, vel neceſſitate ſuadente, ad biduum, vel triduum ad ſummum, non vltra. Quando, & tales hoſpites, nentiquam in dormitorijs Fratrum, ſed in locis remotioribus Conuentus collocabuntur, charitatiuè, & religioſa cum modeſtia tractandi.*

3 In feſtiuitatibus noſtris ad prandia noſtra non inuitentur. Londonis 1250. ord. 2. *Seculares perſonæ in refectorio, & in domo hoſpitum de facili non admittantur; nec in dedicationibus, & feſtis Eccleſiarum, & B. Dominici ad prandium inuitentur.*

4 Non permittantur per Conuentuum diſcurrere. *Vide de Clauſura Conuent. num. 2. & 9.*

5 Illis non concedantur officinæ, vel loca Conuentuum. *Vide de Conuentib. num.*27.

De Sepultura Extraneorum.

1 VT Fratres noſtri non exirent ex Conuentibus ad efferenda defunctorum cadauera, ita mandatum fuerat Bononiæ 1231 admonit. vnica. *Admonemus, quòd Fratres non exeant ad mortuos efferendos extra ſepta domus, niſi pro Rege, vel Epiſcopo, vel Domino terræ, vel Patrono, vel Patrona.* & Bononiæ 1240. ord.8. *Item non vadant ad domos ſecularium, vel Clericorum pro funeribus apportandis, nec recipiant ea cum ſcandalo euidenti.*

2 Non inducantur Chriſtifideles, qui ſepulturam aliàs alibi elegerunt, ad illam eligendam in noſtris Eccleſijs. Oxoniæ 1280. ord. 10. *Item cum cauere à ſcandalis, & iniurijs debeamus, caueant Fratres noſtri ne alliciant, vel inducant ad eligendam apud nos ſepulturam, illos ſcilicet, quos nouerint apud alios elegiſſe.* Et Lugduni 1274. ord. vlt. ſic mandatur. *Item perſonas eligentes apud ſuas Eccleſias Parochiales ſepeliri, Fratres à ſuo propoſito non auertunt.*

3 Non fiant in noſtris Eccleſijs ſepulturæ cum ſculpturis prominentibus. Coloniæ 1245. ord.8. *Item non fiant in Eccleſijs noſtris cum ſculpturis prominentibus ſepultura, & quæ facta ſunt auferantur.*

4 Quando cadauera defunctorum ad noſtras Eccleſias deferuntur, officia mortuorum, ſeu exequiæ à noſtris Fratribus in eiſdem compleantur. Ex decreto Sac. Congregationis Concil. Trident. ita denunciato Romæ 1629. denune.7. *Item denunciamus, eandem Sac. Congregationem Concilij decreuiſſe, quoties cadauera defunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, ac peragi debere, cuius decretum eſt infraſcripti tenoris.* Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trident. interpretum ſæpius cenſuit; quoties cadauera defunctorum ad Eccleſias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia mortuorum, ac reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent, non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus obiri, ac peragi debere.

Coſmus Card. Torres

Locus † *ſigilli*

P. Fagnanus.

5 Habeatur à Sacriſtia liber peculiaris, in quo

quo defunctorum, quorum cadauera in Eccleſijs noſtris reconduntur, nomina, cognomina, dies & annus ſepulturæ illorum adnotentur. Bononiæ 1615. ord. 14. *Vide de Sacriſtis num. 4.*

De Sepultura Fratrum.

1 FRatres noſtri ſepeliantur cum tunica, ſcapulari, caputio, & cappa. Lucæ 1288. *In Collectario vbi dicitur in Rubrica: eſt autem ſepeliendus Frater cum tunica, & caputio, velante faciem eius, deleatur, & dicatur ſic: Eſt autem ſepeliendus Fratar cum tunica, & ſcapulari, & cappa, facie eius velata.*

2 Stola ſuper cappam defunctorum Fratrum aptetur quæ ibidem permaneat quouſque eorum corpora tradantur ſepulturę. Mediolani 1622. ord. 3. *Item ordinamus, vt ſuper cappam defuncti Sacerdotis ſtola aptetur, quouſque ſepulturæ tradatur.*

De Sigillis.

1 NVllus habeat ſigillum pro litteris ſcribendis præter Prædicatores Generales, & Magiſtros. Bononiæ 1240. ord. 23. *Vide ſupra de Litteris num. 6.*

2 Neque etiam ſigillum commune habeant qui non ſunt Magiſtri, ſeu Prædicatores Generales. *Vide ibid. num. 7.*

3 Curioſum ſigillum nullus habeat, nec etiam Magiſter Ordinis. Bononię 1240. ord. 24. *Vide ibid. de Litteris num. 8.*

4 Sigillum Conuentus in Arca depoſiti conſeruetur. Bononiæ 1267. ord. 8. *Vide de depoſitis Fratrum num. 17.* & Londonis 1250. approb. vlt. dicitur. *Iidem etiam depoſitarij ſigillum Conuentus cuſtodiant, & nemini reddant, niſi de conſenſu Conuentus, vel maioris partis.*

5 Qui ſigilla Magiſtri Ordinis, vel Priorum Prouincialium falſificauerit, vel eis ſcienter vſus fuerit, ſententiam excommunicationis latam incnrrat ipſo facto. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.*

6 In ſigillo Magiſtri Ordinis ſit Crucifixus impreſſus. Bononiæ 1240. ord. 24. *Vide de Litteris num. 8.*

7 Nulla perſona publica noſtri Ordinis litterā aliquam publicam, vel ſcripturam ſigillet, niſi priùs eā diligenter perlegerit. Lucæ 1288. ordinat. 2. *Item admonemus ne Diffinitores, & quæcumque alia perſona publica Ordinis noſtri ſigillent, vel ſigillari faciant litteram aliquam, vel ſcripturam, niſi priùs ab eiſdem audita, vel inſpecta fuerit diligenter.*

8 Nulla littera, ſeu ſcriptura, Conuentus ſigillo muniatur, niſi priùs in Capitulo coram omnibus fuerit lecta. Lucæ 1288. ordin. 3. *Item monemus, quod littera aliqua non ſigilletur ſigillo Conuentus, niſi priùs in Capitulo coram lecta fuerit, & ibidem in conſpectu omnium ſigilletur.*

6 Sigillis Diffinitorum ſigillentur ſcrutinia Prouincialium mittenda ad Capitulum Generale, & ſigillis Conuentuum ſigillentur ſcrutinia Priorum Conuentualium pro Capitulo Prouinciali. *Vide de Scrutinijs num. 8.*

De Silentio.

1 SIlentium Fratres noſtri teneant in Clauſtro, Dormitorio, in Cellis, in Refectorio, & in Oratorio Fratrum, niſi forte ſilenter aliquid loquantur, non tamen oratione perfecta: alibi tamen loqui poterunt de licentia ſpeciali. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 12. tex. 1.* vbi ſub litt. A. dicitur, nos teneri in ſupradictis locis continuum tenere ſilentium: neque debere in illis nobis cum Prælatum diſpenſare, vt ſilentium frangamus. Quando autem dicitur, quòd ſilentium teneamus in Clauſtro, intelligitur de Clauſtris, vbi ſepeliuntur Fratres noſtri, ita enim declaratum fuit Mediolani 1505. ord. 3. *Et quia ſilentium eſt pulcra cerimonia, & multùm conferens reformationi, paci, & ſtudio Conuentuum, volumus, & ordinamus, quòd in Choro, & in Clauſtro defunctorum, & in Dormitorio, & in Cellis. & in Refectorio ſilentium ſeruetur.* Vnde meritò ibidem ſubditur in Conſtit. noſt. ſub litt. A. *Et quidem cum Fratres tranſeunt per Clauſtrum, debent pſalmum de profundis, & alias orationes pro defunctis dicere.* Et Bononiæ 1242. ord. 11. de ſilentio in choro ſeruando ita fuit ſancitum. *Item admonemus de ſilentio in toto choro clericorum, & conuerſorum ſeruando.*

2 A ſigno autem, quod fit cum parua campana poſt Completorium, vſque poſt Primam; & ſimiliter à ſigno, quod fit in æſtate poſt prandium vſque poſt Nonam dictam, nulli loqui licebit, ſed omnes ſilentium ſeruabunt. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* vbi aſſeritur id ſtatutum fuiſſe Toloſę 1258. in dicto autem

Ca-

Capitulo ſolùm ſit ſermo de ſigno, quod ſit pro obſeruatione ſilentij, ita enim habetur ord. 2. *Item ſignum quod ſit poſt Completorium, & poſt commeſtionemtempore dormitionis, non ſiat cum maiori campana, ſed cum alia, quæ competenter poſſit audiri per domum.* Silentium autem poſt Completorium tanto in pretio fuit apud primæuos Sanctos Patres noſtros, vt in Capit. Ferrariæ ann. 1290. celebrato ord. 4. ita fuerit ſancitum. *Item Fratres, qui vadunt ad Completorium, dicto Completorio non recedant ad loquendum, niſi in neceſſitatis articulo, & tunc teneantur dicere Completorium iteratò.*

3 Abſtineant Fratres à frequentatione locutorij. Bononiæ 1285. ord. 6. *Item admonemus Fratres, quod à Locutoriorum frequentia ſe ſubtrahant, & iniungimus Prioribus, & eorum Vicarijs, quòd hoc faciant diligentiùs obſeruari.*

4 Infirmi verò non decumbentes à prandio vſque ad veſperas ſilentium teneant: ſimiliter poſt ſignum quod ſit poſt Completorium. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2.* A Minutis verò poſt primum diem ſuæ minutionis idem ſeruetur: *Ita ſtatuitur in eodem tex. Conſt. loco ſuprad.*

5 Fratres in Capitulo de ſilentio ſe accuſent ſicut de alijs culpis, & Priorū arbitrio puniantur. *Ex Conſt. noſt. loco, et tex. ſuprad. quæ fuit inchoata Bononiæ 1244. confirmata Coloniæ 1245. & in Conſt. redacta Pariſijs 1246.*

6 Si quis inter duo Capitula ſepties ſilentium fregerit, in vno prandio ſedeat in terra. *Ex eodem tex. 2. ſuprad. Hæc Conſtitutio fuit inchoata Bononiæ 1252. confirmata Budæ 1254.* (nam 1253. non fuit celebratum Capitulum propter mortem P. F. Humberti de Romanis Magiſtri Ordinis) *& in Conſt. redacta Mediolani 1255.* quæ Conſtitutio ita poſt modum fuit declarata Toloſę 1258. Admonit. 12. *Item ſciant omnes Fratres, quòd quando Conſtitutio de ſedendo in terra pro fractione ſilentij fuit confirmata, Magiſter Ordinis, & Diffinitores publicè, & coram toto Capitulo declarauerunt, quod non intelligebant, quòd Fratres poſt illam Conſtitutionem tenerentur ad ſedendum in terra in pane, & aqua, ſed ſolùm ad ſedendum in terra, & hoc conſtitit nobis per ipſum Magiſtrum, & per aliquos alios, qui tunc Diffinitores fuerant.* Hæc autem declaratio facta fuit, quia Londonis 1250. inchoatam iam fuerat inchoat. 2. vt frangentes ſilentium ſexies inter duo Capitula in vno prandio ſederent in terra in pane, & aqua, quod in ſubſequentibus Capitulis non ſolùm non fuit approbatum, & confirmatum, ſed potiùs per declarationem ſupradictam mitigatum. Apud Peſtum verò 1273. ord. 3. mandatum fuit Prioribus, vt pœnitentias taxatas tranſgreſſoribus ſilentij omnino infligerent. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quod Priores Conuentuales Conſtitutionem de ſilentio tenendo, & de pœnitentia pro fractione ſilentij, & de Ieiunijs Ordinis diligenter faciant obſeruari.* Et Romæ 1608. ord. 6. ita præcipitur. *Ordinamus vt ſanctiſſima ſilentij lex tantoperè à Patribus noſtris commendata, ex cuius obſeruantia tot, tantaque bona naſcuntur in Ordine, omni ſtudio, & diligentia à Fratribus noſtris ſeruetur. Prælati autem, qui tranſgreſſores ſilentij ſeuerè non punierint, ſeueriùs ipſi puniantur.* Quod in hunc modum in ſequenti Capitulo Pariſienſi 1611. conf. 6. fuit confirmatum, Superiorum conſcientias aggrauando. *Confirmamus, vt ſaluberrima Conſtitutio de ſilentio locis, & horis ſtatutis tenendo, omni ſtudio, & diligentia obſeruetur, aggrauantes ſuper hoc in diem Chriſti conſcientias Præſidentium, niſi ſacri huius ſilentij temerarios violatores quàm ſeueriſſimè procerint.*

7 Vt verò ſilentium meliùs obſeruetur locis, & temporibus ſtatutis; inſtituantur in quolibet Conuentu Zelatores, qui inuigilent ſuper ſilentium obſeruandum: ita mandatum fuit Budæ 1254. ord. 10. *Item in quolibet Conuentu conſtituatur vnus Circator, vel plures, ſi multitudo Fratrum hoc requirat, qui non ſolùm poſt Completorium, ſed etiam de die omni tempore, quando viſum fuerit ſibi expedire, circuire debeat officinas, & loca, in quibus Fratres ſolent conuerſari, & inſolentias, quas viderint, Prælatis referre, & delinquentes in Capitulo proclamare.*

8 In Menſa omnes Fratres noſtri ſilentium teneant, tam intus quam extra, &c. circa quod vide ſupra de Menſa num. 10. 11. & ſequentibus.

De Singularitatibus.

Qvicumque inuenti fuerint in Ordine noſtro ſingularem vitam quocumque modo vitioſam ducentes, & contra communem modum viuendi, diu ab Ordine approbatum, primò moneantur; & ſi admoniti correcti non fuerint, ſeparentur, & in diuerſis Conuentibus ponantur; & ſi in eadem perſiſtant, per Priorem Prouincialem, vel Prouinciale Capitulum carcerali cuſtodię mancipentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 3. quæ Apoſtolica Auctoritate ſancita fuit Perpiniani 1327. ord. 3.* Nam ibidem poſt ordinationem octauam ita habetur. *Sciant omnes Fratres Ordinis noſtri, quòd omnes ordinationes ſupradictæ vim Conſtitutionum noſtrarum habent auctoritate Dom. N. Summi Pontificis, non obſtante quod non habeant niſi præſens Capitulum Generale: & om-*

omnes in fine libri Conſtitut. noſtrarum integrè conſcribantur. In declaratione autẽ ſub litt. B. ibidem ſubditur, & declaratur illos dici in Ordine noſtro ſingularem, & vitioſam vitam degere, qui Mercaturas, & Alchimiam exercent, qui aleis, & taxillis dant operam, concubinas tenent, in Monaſteria intrant ſine licentia, noſtræ Religionis habitum dimittunt, vel occultant, ſeu venationibus, & alijs huiuſmodi operam nauant frequentem.

De Societatibus SS. Nom. Dei, & Roſarij B.V.

1 CONuentuũ Præſidentes omnem adhibeãt operam, vt in Eccleſijs noſtris vbi non ſunt erectæ Societates SS. Nominis Dei, & Roſarij B. V. erigantur. Venetijs 1592. ord. 12. *Ordinamus, & totis cordis viſceribus RR. Priores Conuentuum noſti Ordinis in Domino rogamus, vt omnem adhibeant diligentiam, quatenus Sacroſanctæ Societates S. Nominis Dei, & Roſarij Glorioſiſſimæ Virginis vbique in noſtris Eccleſijs erigantur, & fundentur, & ſollicitè procurent, vt magna in veneratione tam à Fratribus, quàm à populis habeantur, quod facile fiet ſi curabunt, vt Prædicatores ſæpius (ſicuti tenentur) earundem dignitatem, & vtilitatem in concionibus declarare non deſiſtant; quòdque Altaria in harum Societatum honorem erecta, vel dedicata, decenter, & reuerenter pro cuiuſque loci poſſibilitate aptentur, & conſeruentur.*

2 In omnibus noſtris Eccleſijs, in quibus Fratres officia, & Miſſas celebrant, erectæ intelligantur Societates Nominis Dei, & SS. Roſarij. Neapoli 1600. denunc. 1. *Denunciamus omnibus, & ſingulis Fratribus Ordinis noſtri, quòd ſicuti in Capit. Veneto 1592. Reuerendiſſimus Mag. Ordinis ex ſua benignitate dedit modum erigendi Societates Sanctiſs. Roſarij, & Nominis Dei, & ad omnium notitiam voluit reponi inter ordinationes, vt videre eſt ord. 12. ita modò ad ſecuritatem conſcientiarum declarauit, quòd in omnibus Eccleſijs Ordinis, quibus Fratres noſtri officia, vel miſſas ordinariè celebrant, erectæ intelliguntur, & inſtitutæ prædictæ Societates, & quatenus opus ſit, de nouo erigit, inſtituit, & fundat.*

3 Si Fratres noſtri voluerint Indulgentijs Societatibus Nominis Dei, & SS. Roſarij conceſſis gaudere, debent in libro cum nominibus aliorũ Confratrum ab habente auctoritatẽ adſcribi. Ita ſubditur in ſuprad. Cap. & denunc. 1. *Debebunt tamen Fratrum nomina, ſi volunt Priuilegijs dictarum Societatem frui, in libro deputato ab habente auctoritatem deſcribi.*

4 Scribere Fratres, ſeu ſæculares in his Societatibus ad Superiorem Conuentus ſpectat, & Sacriſtam. Venetijs 1592. ord. 12. *In Conuentu autem, vel Loco ſolus Præſideus, aut in eius abſentia, ille, cui ipſe commiſerit, & Sacriſta Maior, prout in immediatè præcedenti Capitulo conceſſum fuit, poterunt facere ſupradicta.* In præcedenti autem Capitulo celebrato Romæ 1589. conceſs. 8. ita dicitur. *Concedimus omnium Conuentuum, & domorum noſtri Ordinis Præſidentibus, vt SS. Roſarij, & Nominis Dei Societates ingredi petentes in libro ad hoc deputato ſcribere, Roſaria benedicere, & miſteria exponere, & in eorum abſentia aliquem probatæ vitæ granem Patrem Sacerdotem, qui id muneris exerceat, inſtituere poſſint. Idem etiam concedimus Patri Sacriſtæ Maiori cuiuslibet Eccleſiæ noſtræ.*

5 Dum Fratres tempore quadrageſimæ cum ſuorum Superiorum benedictione extra Conuentus noſtros conciones ad populos habent, poſſunt etiam ipſi ſcribere Confratres in Societat. Nominis Dei, & SS. Roſarij B. V. ipſaque Roſaria benedicere Venetijs 1592. ord. 12. *Scribere autem Confratres, Roſaria benedicere, Myſteria exponere, pium hunc orandi modum explicare, & ſuadere poterunt omnes PP. Sacerdotes, quamdiu ſacræ prædicationis cauſa ſibi ab obedientia iniunctæ tempore Quadrageſimæ extra ſuos Conuentus reperientur.* In quo loco non ſolùm de Societate SS. Roſarij, ſed etiam Nominis Dei agitur, vt in præmiſſis eiuſdem ordinationis 12. apparet manifeſtè.

6 Conuentuum Præſidentes tenentur intereſſe Congregationibus, quæ debent fieri à Confratribus harum Societatum, ſaltim ſemel in menſe, eóſque hortari ad opera pietatis exequenda. Venetijs 1592. eadem ord. 12. *Ipſimet Priores, prout eiſdem ex officio incumbit, per ſe ipſos quoad fieri poterit, vel per alios graues, & religioſos Patres interer unt congregationibus Confratrum ipſarum Societatum, quæ ſemel in menſe ad minus fieri ſolent, & debent, eoſdem hortaturi ad perſeuerantiam; & ad proficiendum in debito Deo honore, ac B. Virgini reuerentiam exhibendis; pariterque viſuri, & audituri quid ab eiſdem tractetur, votumque ſuum daturi, vtpote ſine quorum conſenſu nomine Religionis inibi exiſtentium nil prorſus fieri deberet: quo fieret etiam, vt à S. Patris noſtri hæreditate non excluderemur, quod forſitan hactenus non paucis in locis noſtram ob negligentiam, & ſegnitiem non modò tentauere quidam, ſed & obtinuere.*

7 Fiant ſingulis menſibus proceſſiones, nempè Dominica prima, SS. Roſarij, & ſecunda, Nominis Dei in noſtris Eccleſijs. Romæ 1589. admonit. 4. *Admonemus omnes Prælatos, & Conuentuum Præſidentes, vt curent diligenter, quòd in qualibet noſtri Ordinis Eccleſia Sanctiſs. Nominis Dei proceſſio ſecunda cuius libet menis dominica fiat, ſicuti etiam prima cuiuslibet men-*

ſis SS. Roſarij proceſſio fieri debet. Quandoquidem enim huiuſmodi Societates in noſtris tantummodo Eccleſijs, vbi eas habemus, eſſe poſſint, populos debitis Indulgentijs, proceſſiones intermittendo, priuare non decet.

8 Huiuſmodi Societates in Eccleſijs Monialium non inſtituantur. Romæ 1629. ord. 6. *Ordinamus, & omnino prohibemus, ne Societates Sanctiſſimi Roſarij in Monaſterijs Monialium, aut Oratorijs, quibus vtriuſque ſexus fideles liberè intereſſe nequeunt, inſtituantur.*

9 Erigantur in Eccleſijs Parochialibus, vbi Conuentus non habemus. Ita ſubditur in eodem Capit. & ordinat. ſuprad. *Item vt in illis locis in quibus Conuentus Ordinis nō exiſtit, erigatur dicta Societas in Eccleſijs Parochialibus.*

10 Non erigantur in locis vbi circiter ad duo milliaria conſimiles ſunt erectæ Societates. Romæ 1589. ord. 12. *Nunquam erigantur dictæ Societates in locis, in quibus circiter ad duo milliaria conſimilis Confraternitas reſpectiuè priùs erecta fuerit, aut Religio noſtra domum ſiuè Eccleſiam habuerit.* Quod fuit confirmatum Venetijs 1592. ord. 12. Valliſoleti verò 1605. Admonit. 1. conceſſum fuit, vt huiuſmodi Societates inſtitui valeant in omnibus oppidis, etiam ſi per milliare non diſtent. *Concedentes ad deuotionem eiuſdem B. Virginis Mariæ augendam, vt Societas SS. Roſarij poſſit erigi, & fundari in omnibus Oppidis, quæ fuerint inter ſe diſtincta, quamuis ab inuicem per milliarum non diſtent, quod etiam concedimus de Societate Sanctiſſimi Nominis Dei.* Suppoſita tamen diſpenſatione Mag. Ord.

11 Dum inſtituuntur in locis, in quibus Conuentibus caremus, fiat ſemper proteſtatio; quòd ſi aliquando contingat Fratres noſtros in tali loco, vel circiter ad duo miliaria domos, ſeu Conuentus conſtruere, ipſo facto tales Societates ad dictos Conuentus, ſeu domos deuoluentur. Ita ſubditur in eodem Capit. Rom. 1589. & ord. 12. ſuprad. *Atque fiat ſemper publica proteſtatio, quòd ſi contigerit aliquando Fratres noſtros in tali loco vbi fundantur prædictæ Societates, vel circiter ad duo milliaria, Conuentum, vel Eccleſiam habere, ipſo facto, ipſoque iure huiuſmodi Societates ad noſtrum Ordinem à quo inuentæ, & inſtitutæ ſunt, cum omnibus bonis ad eas quomodolibet pertinentibus illicò abſque alia declaratione deuoluentur.*

12 Ad Prouinciales, & Priores, in quorum terminis ſunt erigendæ, ſpectat animaduertere, an expediat huiuſmodi Confraternitates in talibus locis inſtitui. Ita ſubditur in eodem Capit. & ordinat. prædicat. *Ad Prouinciales verò, & Priores reſpectiuè pertinebit diligenter animaduertere, an expediat huiuſmodi Societates in tali loco, & in tali Eccleſia erigere, & fundare, neque permittere, vt quidquam minùs conueniens fiat.*

13 Magiſter Ordinis non concedat facultatem perſonis extra Ordinem conſtitutis erigendi Societates SS. Roſarij. Romæ 1629. admonit. 3. *Admonemus, rogamuſque Reuerendiſs. Mag. Ordinis ne perſonis extra Ordinem noſtrum conſtitutis facultatem concedat erigendi Societatem SS. Roſarij in Eccleſijs ad noſtram Religionem non ſpectantibus.*

14 Si Confratres harum Societatum aliquid contra priuilegia earundem Ordini conceſſa attentauerint, ſtatim ab eiſdem Societatibus eijciantur. Romæ 1629. ord. 7. *Ordinamus, vt ſi aliqui Confratres Societatis SS. Roſarij quidpiam contra priuilegia, & immunitates dictæ Societatis Ordini conceſſas apud perſonas extra obedientiam Ordinis conſtitutas attentauerint, ſtatim ab eadem Societate expulſi omnino ſint, ac denuncientur.*

15 Prouinciales vltramontani habent facultatem erigendi, & fundandi has Societates. Romæ 1601. conceſs. 4. *Concedimus omnibus Prouincialibus vltramontanis, vt poſſint facultatem dare erigendi Confraternitates Sanctiſs. Roſarij, & Nominis Dei, & eas confirmandi, abſque hoc quòd mittant pro earum confirmatione.*

16 Prædicatores deuotionem SS. Roſarij, & Nominis Dei fidelibus ſępe ſæpius anunciare non deſiſtant. Romę 1571. admonit. 2. *Item admonemus omnes verbi Dei Prædicatores, vt inter alia deuotionis exercitia commemorationem Sanctiſs. Roſarij fidelium auribus ſæpiſſimè ingerant, quantum fieri poterit pium hoc inſtitutum fouentes; quibus etiam iniungimus, vt Confraternitatem Nominis Dei diligenter ſtudeant promouere.* Quod fuit confirmatum Barchinonę 1574. admonit. vlt.

17 Modus erigendi has Confraternitates in alienis Eccleſijs pręſcriptus eſt Romę 1589. ord. 12. hoc modo. *Ordinamus ad tollenda, & euitanda multa incommoda, quæ in dies oriri cognouimus ex eo, quòd nonnulli Societatem SS. Roſarij, & SS. Nominis Dei non ea, qua decet conſideratione interdum fundant, vt deinceps nemini liceat prætextu cuiuſuis facultatis, aut licentiæ ſub quibuſuis tenoribus, & formis à Reuerendiſs. P. Generali, vel eius Vicario conceſſæ, aut etiam concedendæ fundare, erigere, ſiuè inſtituere eaſdem Societates, niſi mediante prędicatione ex obedientia ſibi iniuncta, & conſulto priùs P. Prouinciali, ſeu Præſidente Prouinciæ, & Priore viciníoris Conuentus Ordinis noſtri pro tempore: & nihilominus nunquam erigantur dictæ Societates in locis, in quibus circiter ad duo milliaria conſimilis Confraternitas reſpectiuè priùs erecta fuerit, aut Religio noſtra Domum, ſiuè Eccleſiam habuerit; atque fiat ſemper publica proteſtatio, quòd ſi contigerit aliquando Fratres noſtros in tali loco vbi fundantur prædictæ Societates, vel circiter ad duo milliaria, Conuentum, vel Eccleſiam habere,*

ipſo

Digitized by Google

ipſo facto, ipſoque iure huiuſmodi Societates ad noſtrum Ordinem, à quo inuentæ, & inſtitutæ fuerunt, cum omnibus bonis ad eas quomodolibet pertinentibus illicò abſque alia declaratione deuoluentur. Siquis verò cuiuſuis licentiæ prætextu oppoſitum fecerit, facultate concionandi, & eaſdem Societates fundandi perpetuò ſit priuatus, & nihilominus totum ſit irritum, inane, & nullius roboris. Ad Prouinciales verò, & Priores reſpectiuè pertinebit diligēter animaduertere, an expediat huiuſmodi Societates tali in loco, & in tali Eccleſia erigere, & fundare, neque permittere, vt quidquam minùs conueniens fiat.

Supradictis legibus in fundandis his Confraternitatibus ſancitis, ſequentes aliæ adiunctæ fuere Venetijs 1592. ordinat. 12. *Ordinamus, quòd de cæterò nemini liceat prætextu cuiuſuis facultatis, aut licentiæ ſub quibus vis tenoribus hactenus à Reuerendiſs. Mag. Ordinis, vel eius Vicario obtentæ, fundare, erigere, ſiuè inſtituere Societates S. Roſarij, & S. Nominis Dei (eas enim omnes præſenti ſtatuto reuocamus, annullamus, & irritas facimus), ſed quando contigerit in aliquo loco eſſe fundandas huiuſmodi Societates, infraſcripta erunt omninò ſeruanda. Nunquam enim erigentur dictæ Societates niſi ad inſtantiam, & petitionem Vniuerſitatis, vel Communitatis loci, conſentiente etiam Plebano, aut eiuſdem loci Eccleſiaſtico Superiore, ad hoc vt pacificus ſit ingreſſus; quæ quidem petitio Priori Conuentus, in cuius diœceſi, vel diſtrictu erunt erigendæ, facienda erit per authenticum memoriale à præfatis Vniuerſitate, & Parocho ſubſcriptum, qui priùs diligenter ſe informabit, an dictus locus diſtet per ſpatium duorum circiter milliarium ab alio habente dictas Societates legitimè iam erectas. Quo ſtante, & non aliter deputabit Reuerendiſs. Magiſtri Ordinis nomine Patrum Conſilio vnum Sacerdotem idoneum ex aſſignatis, vel vicinioris Conuentus de eiuſdem Prioris conſenſu, qui pro illa vice tantùm habebit, ſicut per præſentes illi damus, & concedimus, auctoritatem, & facultatem fundandi, & erigendi dictas Societates, media prædicatione. Huic verò fient litteræ patentes in forma inferiùs deſcripta, quas præfatus Sacerdos in manu publici Notarij de dictarum Societatum erectione fidem facientis in Inſtrumento reponendas relinquet. Forma autem litterarum hæc erit.*

Forma litterarum Inſtitutionis SS. Roſarij, & Nominis Ieſu.

Nos Fr. N. de N. Prior Conuentus S. N. Ordinis Prædicat. dilecto filio Venerab. R. P. N. de N. eiuſdem Ordinis in Domino ſalutem.

Requiſiti inſtanter fuimus, vt Societatem SS. Roſarij *(vel SS. Nominis Dei)* in Eccleſia S. N. Terræ *(vel Loci)* N. Diœceſis N. erigere, plantare, & inſtituere vellemus. Nos autem eorum ſupplicationibus nobis porrectis inclinati, & informati quod dicta Terra, vel Locus diſtat per duo milliaria circiter ab alia habente, dictam Societatem *(vel Societates)* iam legitimè erectam *(vel erectas) (vel ſtante diſpenſatione ſuper diſtantiam duorum milliarium à Reuerendiſſimo Mag. Ord. concesſa, ſi talis diſpenſatio ab eodem conceſſa fuerit)* deuotionem ipſorum commendantes, tibi V. P. F. N. præfato, his noſtris nomine Reuerendiſs. Magiſtri Ord. noſtri committimus, vt eiuſdem auctoritate tibi hac vice tantùm ſpecialiter collata, dictam Sodalitatem SS. Roſarij à B. P. N. & Patriarcha Dominico adinuentam *(vel SS. Nominis Dei iuxta Bullam fæl. record. Pij Papæ Quarti, & Quinti contra blaſphemos, & periuros per noſtri Ord. Patres repertam)* in prædicta Eccleſia S. N. Terræ *(vel Loci)* N. media prædicatione inſtituas, plantes, & erigas, pium hunc orandi modum explices, & ſtudeas; omnes vtriuſque ſexus perſonas in eam ingredi deuotè petentes, recipias, & in libro ad hoc deputato ſcribas, Roſaria benedicas, myſteria exponas; omnia denique, & ſingula facias (gratis tamen, & ſolo Dei amore) quæ per noſtri Ord. Fratres in noſtris Eccleſijs ad id deputatos fieri debent, & poſſunt: poteriſque alium idoneum Sacerdotem ad id deputare ſuper Societate *(vel Societates)* à te erecta *(vel erectas)* cum facultate ſcribendi, benedicendi, & recipiendi Confratres, quos admonebis, quòd ſi contigerit aliquando Fratres noſtros Eccleſiam habere in dicta Terra *(vel Loco)* N. aut in eius diſtrictu circiter ad duo milliaria, ipſo facto abſque alia declaratione ad noſtram Eccleſiam ipſa Societas *(vel ipſæ Societates, ſi ambæ inſtituuntur)* cum omnibus bonis ſuis ſpiritualibus, & temporalibus ſtatim deuoluetur *(vel deuoluentur;)* tenebuntque ſe regere, & gubernare iuxta Capitula, Ordinationes, & Statuta Societatum SS. Roſarij, & Nominis Dei in noſtra Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam Romæ erectarum. Debebunt vlteriùs quàm primum poterunt Romam mittere ad Reuerendiſs. P. Generalem noſtrum, vel eius Vicarium pro confirmatione dictæ Societatis, ad perpetuam rei memoriam. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem his ſigillo noſtri Conuentus S. N. munitis, manu propria ſubſcripſimus. Dat. N. die N. Menſis N. Anni N.

18 Omnia Capellæ SS. Roſarij deſeruientia in Sacriſtia Conuentus aſſeruentur, ſub pœna abſolutionis ab officijs Præſidentibus Conuentuum iniuncta. Romæ 1629. ord. 8. *Item omnibus præfatis Superioribus ſub eadem pœna* (ſcilicet abſolutionis ab officijs, hæc enim præmittitur in eadem ordinatione) *præcipimus, vt omnia Capellæ Sanctiſsimi Roſarij deſeruientia, in Sacriſtia Conuentus recordantur.*

Digitized by Google

itur, nec in alias vſus conuertantur.

Omnes Indulgentiæ Societati Sanctiſs. Roſarij conceſſæ fuere à Paulo Papa V. confirmatæ, vt ex Actis Capituli Romani 1608. apparet, in quorum fine, ita habetur.

F. Auguſtinus Galaminius Braſichellen. Sacra Theologia Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Generalis Magiſter, ac ſeruus omnibus eiuſdem Ordinis Fratribus, Salutem. Poſt abſolutum Capitulum noſtrum Generale, hoc anno 1608. Romæ celebratum, & conſcripta illius Acta, emanarunt à Sanctiſs. D. N. Paulo Papa V. Apoſtolicę litterę in fauorem Confraternitatis Sanctiſs. Roſarij, quibus conceſſit Confraternitatibus omnibus eiuſdem Sanctiſs. Roſarij, vbique locum canonicè inſtitutis, vt liberè, & licitè valeant vti, frui, & gaudere omnibus eiſdem Indulgentijs à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis, conceſſis, quibus antea gaudere conſueuerunt: non obſtantibus incontrarium quibuſcumque. Litterarum earundem Apoſtolicarum exemplar, fideliter deſcriptum, hic ad finem Actorum Capituli ſubijciendum curauimus.

PAVLVS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum olim felicis recordationis Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter ad tollendos nonnullos abuſus, qui in communicandis Indulgentijs, & Priuilegijs Confraternitatibus, dum erigebantur, inſtituebantur, ſeu congregabantur a Superioribus Ordinum, Religionum, & Inſtitutorum, necnon ab Officialibus Archiconfraternitatum, & Congregationum reſpectiuè irrepſerant, per ſuam perpetuò valituram Conſtitutionem inter cætera decreuiſſet, vt omnes Confraternitates nouas erectionum, inſtitutionum, & aggregationum formas, quibus nouæ etiam Indulgentiæ concedebantur, conceſſæ renouabantur, ab Apoſtolica Sede acciperent infra certum tempus tunc expreſſum, prout in eiuſdem Clementis litteris plenius continetur. NOS in executionem dictæ Conſtitutionis, & mentis prædicti Clementis Prædeceſſoris compluribus Confraternitatibus nouas Indulgentias, & priuilegia concedentes, antea conceſſas reuocauimus, inter quas etiam ſupplicationibus dilectorum filiorum Officialium, & Confratrum Confraternitatis Sanctiſſimi ROSARII in Eccleſia Sanctæ MARIÆ ſuper Mineruam Fratrum Prædicatorum de Vrbe incliuatæ, tam dictæ Confraternitati, quàm omnibus alijs Confraternitatibus eiuſdem Sanctiſſimi ROSARII omnes, & quaſcunque alias Indulgentias à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris eiſdem Confraternitatibus conceſſas reuocantes, certas alias nouas Indulgentias, quibus impoſterum vterentur, conceſſimus, & indulſimus, prout in noſtris in ſimili forma Breuis deſuper confectis litteris plenius etiam continetur. Cum autem ſicut dilectus Filius AVGVSTINVS GALAMINIVS Magiſter GENERALIS dicti Ordinis PRÆDICATORVM occaſione Capituli Generalis ROMÆ nuper celebrati, nomine complurium diuerſarum Nationum eiuſdem Sanctiſſimi ROSARII Confraternitatum Nobis nuper expoſuit, quod cum ipſis Confraternitatibus prædictis minimè ſupplicantibus, ſed neſcientibus, & nil tale prorſus cogitantibus, quippè qui dicti Sanctiſſimi ROSARII Confraternitates, dum canonicè inſtituuntur, Indulgentiarum communicatione minimè indigeant: ſed ipſo iure, vigore Priuilegiorum Apoſtolicorum illas nanciſcantur, huiuſmodi noua conceſſio, & reuocatio Indulgentiarum impetrata fuerit: Idcircò Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt deſuper prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. NOS igitur, qui iuſtis, & pijs fidelium votis annuere pro muneris noſtri debito tenemur, ipſum Generalem Magiſtrum, & Confratres prædictos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, a iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, illoſque ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, eorundem ſupplicationibus inclinati litteras noſtras prædictas, quarum tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, harum ſerie, ad terminos iuris reducimus, necnon Confraternitatibus omnibus vbique locorum exiſtentibus, canonicè tamen inſtitutis, Sanctiſſimi ROSARII huiuſmodi, vt ijſdem Indulgentijs à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſis, prout ante dictas noſtras litteras, & non aliàs vtebantur, fruebantur, & gaudebant, vti, frui, & gaudere liberè, & licitè valeant, ac illis ſuffragentur in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi dictæ litteræ non emanaſſent, concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon regula noſtra de non concedendis Indulgentijs ad inſtar, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quę pręſentibus adhiberetur ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Dat. Romę apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Septembris 1608. Pontificatus noſtri anno quarto.

Scipio Cobellutius.

NOS etiam Fr. Auguſtinus Galaminius Magiſter Ordinis, qui ſupra, notum facimus omnibus Ordinis noſtris Fratribus, Illuſtriſſimum, & Reue-

uerendiſſimum D. Cardinalem Aſculanum ex Ordine noſtro aſſumptum, qui ſummo ſtudio ſemper apud Sedem Apoſtolicam fauores, gratias, & priuilegia Ordini noſtro procurat: impetraſſe à Sanctiſſimo D. N. Paulo Papa V. viua vocis oraculum factum Illuſtriſſima, & Reuerendiſſima ſua Dominationi, quo idem Sanctiſſimus declarauit, & ſtatuit, vt in fundationibus, et erectionibus Confraternitatum Sanctiſſimi Roſarij, non obſtante forma praſcripta in litteris felicis record. Clementis VIII. datis 7. Decembris 1604. & in alijs eiuſdem S. D. N. Pauli V. datis 2. Nouembris 1606. poſſit nihilominus deinceps ſeruari antiqua illa forma, qua Magiſtri Ordinis, & eorum Vicarij vtebantur in litteris erectionis Confraternitatum Roſarij, ante prædictarum litterarum Apoſtolicarum emanationem. Litteras autem patentes eiuſdem Illuſtriſs. Cardinalis Aſculani, fidem præfati Apoſtolici oraculi facientes, fideliter deſcriptas, hic ſubiecimus.

Nos Fr. Hieronymus Bernerius Corrig. Ordinis Prædicatorum, miſeratione diuina Epiſcopus Portuen. Cardinalis Aſculanus nuncupatus, &c. Vniuerſis, & ſingulis ad quos præſentes noſtræ peruenerint, vel quoquo modo ſpectauerint, notum facimus, & in verbo veritatis atteſtamur, hodierna die, quæ eſt XVIII. Septembris MDCVIII. in palatio Apoſtolico in monte Quirinali, poſt S. Officij generalem Congregationem, in audientia ſecreta Sanctiſſimum D. N. Paulum Diuina Prouidentia Papam V. ad humilem noſtram ſupplicationem viuæ vocis Oraculo declarauiſſe, & ad tollendam omnem ambiguitatem, ac ad maiorem cautelam, quatenus opus eſſet, de nouo conceſſiſſe, vt in litteris erectionis Sanctiſſimi Roſarij in futurum per Reueren. P. Mag. Generalem, ſiue illius Vicarium pro tempore exiſtentes concedendis, non attenta forma alijs Confraternitatibus in litteris Sanctitatis ſuæ. Dat. Romæ apud S. Petrum 2. Nouemb. MDCVI. nec non alijs fel. record. Clem. VIII. ſub annulo Piſcatoris VII. Decemb. MDCIV. præſcripta, illa forma ſeruetur, qua antequam dictæ litteræ emanaſſent (quas Sanctitas ſua noluit obſtare) RR. PP. Magiſtri Generales, ſiue eorum Vicarij eiuſdem Ord. vti conſueuerunt. In quorum fidem, &c. præſentes fieri fecimus, & manu noſtra ſubſcripſimus, & ſigilli noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus impreſſione muniri. Datum Romæ in ædibus noſtræ reſidentiæ Die, & Anno ſupradictis.

Fr. Hieronymus Epiſcopus Portuenſis Card. Aſculanus manu propria.

Locus † Sigilli.

De Socijs Prouincialium, & Diffinitorum Capit. Generalis.

1 Diffinitori eunti ad Capitulum Generale, Socius competens, à Priore Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis eligendus, aſſignetur. Qui Diffinitor, & Socius ſolùm de ſuis Prouincijs, quarum ſunt filij, aſſumantur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 4.*

2 Priori Prouinciali eunti ad Capitulum Generale detur Socius à Diffinitoribus Capituli Prouincialis, qui ſi Priorem Prouincialem impediri contigerit, quòd ad Capitulum Generale in anno Prouincialium non accedat, loco ipſius cum Prioribus Prouincialibus admittatur ad omnia tractanda, & diffinienda. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 11. quæ fuit inchoata Salmanticę 1551. conf. Romę 1553. & in Conſt. redacta Roma* 1558.

3 Socius electus pro Capitulo Generali in anno Prouincialium debet deferre ſcrutinium de retentione, vel amotione Prouincialis ad Capitulum Generale: In anno verò diffinitorum deferatur, vel per Diffinitorem, vel Socium. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 4. & ibid. in decl. tex. 1. ſub litt. A.*

4 Quilibet Socius debet deferre ſecum litteras teſtimoniales ſuæ electionis, factas, non tantùm, à Priore Prouinciali, ſed à toto Diffinitorio ad Capitulum Generale, aliàs nullo modo admittatur, neque ad Diffinitionem; nec ad electionem Magiſtri Ordinis in anno electionis, niſi aliter de iure conſtiterit. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 5.*

5 Si Diffinitor medio tempore deceſſerit, vel in Priorem Prouincialem electus fuerit, & confirmatus, vel aliquo modo fuerit impeditus quòd venire non poſſit ad Capitulum Generale, ipſo iure Socius eius, loco ipſius, Diffinitor habeatur, niſi tunc ſuperueniat Diffinitor (ſi adhuc obſtante Diffinitione incæpta per Socium, ipſe illa viee Diffiniat, & Socius illius cedat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. tex. 6.*

6 Prædicti Socij, dum pro ſuis Prouincialibus, vel Diffinitoribus in Capitulis adſunt, poſt Prouinciales omnes locum habebunt, inter ſe autem illum iuxta ſuarum Prouinciarum antiquitatem obtinebunt. Valentię 1596. decl. 4. *Vide de Capit. General. num.* 14.

Pro-

7 Prouinciales non poſſunt eligi in Socios Diffinitorum. Neapoli 1600. decl. 5. *Vide de Diffinit. Capit. General. num. 14.*

8 Ipſis ad Capitula euntibus detur à Prouincijs ſufficiens viaticum iuxta itineris qualitatem, & quantitatem. Neapoli 1600. ord. 10. *Vide de Diffinit. Capit. General. num. 9.*

Plura alia ad hos Socios ſpectantia vide ſupra de Capit. General. & de Electionib. eorundem.

De Socijs Priorum.

1 PEr Socium Prioris Conuentualis electum pro Capitulo Prouinciali ad ipſum Prouinciale Capitulum tranſmittatur ſcrutinium ſuper abſolutionem, vel confirmationem Prioris. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 4.*

2 Si ante mortem, vel amotionem Prioris Prouincialis aliquis Conuentus Socium pro Prouinciali Capitulo elegerit, & poſtea contingat eiuſdem Prouincialis mors, vel amotio, vnde electio alterius debeat per electores fieri, & non per Capitulum Prouinciale, talis Frater electus in Socium, non erit verus Socius, ſed poſt mortem, vel amotionem Prouincialis erit alius Socius eligendus, qui Electoris munus adimplebit. Ita fuit declaratum Briuæ 1346. *Et hoc idem habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. in decl. tex. 5. ſub litt. E. in fine.*

3 Deferant ſecum ad Capitulum teſtimoniales litteras ſuarum electionum. Ita habetur ex formulario in Conſtitut. appoſito [illegible].

4 Tenentur Capitulorum Acta ad ſuos Conuentus deferre. Ianuæ 1305. ord. 1. *Vide ſupra de Actis Capitul. General. num. 7.*

Cætera quæ ad electionem eorundem Sociorum ſpectant vide ſupra de Electione Socij Prior. Conuent.

De Socijs Prouincialium.

1 ILli, qui aſſumuntur in Socios Prouincialium ad Prouinciarum regimen debent eſſe doctrina, & prudentia ornati, amabiles, boni nominis, & exempli. Bareinonæ 1574. admonit. 1. *Admonemus, & in diem Christi hortamur omnes RR. PP. Prouinciales, vt in ſibi deligendis Socijs, non humano affectu ducti, ſed publicam, & dignitatem, & vtilitatem ſuarum Prouinciarum intuentes Socios eligant, & religione, & prudentia, & eruditione præſtantes, boni nominis, & exempli; amabileſuè, qui ſibi, & conſilio, & zelo adeſſe, & prodeſſe ſciant, & poſſint.*

2 Actuales Priores in Socios non aſſumantur. Romæ 1650. declarat. vlt. *Declaramus eſſe officia ſimpliciter incompatibilia, Sociatum Prouincialis in Prouincia, & ſimul actualem Prioratum, non titularem, alicuius Conuentus; ita quòd qui illum acceptat, teneatur, ipſoque facto cenſeatur renunciare iſti, poſſintque Vocales abſque alia vacantiæ declaratione ad nouam electionem procedere.*

De Studentibus.

1 CVret Prior Prouincialis ſi habuerit aliquos vtiles ad ſtudendum, qui poſſint in breui apti eſſe ad regendum, mittere ad ſtudendum ad loca vbi viget ſtudium extra ſuas Prouincias de Diffinitorum Capituli Prouincialis, vel maioris partis eorum conſilio, & aſſenſu. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 2. quæ fuit inchoata Pariſijs 1269. conf. Mediolani 1270. & in Conſt. redacta in Monte Peſſulano 1271.*

2 Quælibet Prouincia, exceptis Græciæ, Daciæ, & Terræ Sanctæ, prouideat, vt ſemper in Conuentu aliquo idoneo ſit Generale Studium, & ad illum locum quilibet Prior Prouincialis poteſtatem habet mittendi duos Fratres idoneos ad ſtudendum. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 3. quę fuit inchoata Pariſijs 1246. confirmata in Monte peſſulano 1247. & in Conſt. redacta Pariſijs 1248.*

3 Si verò aliquem miſſorum Studentium infra ſex menſes à tempore celebrati Capituli mori contigerit, vel aliàs legitimè impediri, Prior Prouincialis loco illius poſſit alium ſubrogare. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2. quæ fuit ſancita in eiſdem Capitulis cit. ſupra num. 1.*

4 Vt ad Generale Pariſienſe Studium poſſint mitti Studentes à Prouincialibus, & Diffinitoribus Capitulorum Prouincialium, ordinatum fuit Bononiæ 1240. ord. 21. tali pacto. *Item Studentes mittantur Pariſius à Priore Prouinciali de conſilio Diffinitorum Capituli Prouincialis.*

5 Qui mittuntur ad ſtudia à Prouincialibus, intelliguntur etiam miſſi à Diffinitoribus earundem Prouinciarum. Romæ 1539. decl. 2. *Declaramus quòd Studentes miſſi à R. Prouin-*

incialibus Prouinciarum ad aliquod Studium Generale, intelliguntur miſſi à Diffinitoribus Prouinciarum.

6 Non obſtante tamen declaratione Capit. Generalis Romæ 1539. præſata, Valliſoleti 1605. ordinatum eſt in conſ. 21. ad ſtudia Italiæ non poſſe mitti Studentes formales à ſolis Prouincialibus, ſed ab ipſis, & Diffinitoribus Capitulorum Prouincialium eſſe mittendos, in hunc modum. *Addentes, ut ad ſtudia Generalia Italiæ non poſſint mitti Studentes formales, niſi à Prouinciali, & Diffinitoribus Capitulorum Prouincialium, quorum conſcientias aggrauamus, ut magis idoneos eligant, & morigeratos.*

7 Prouinciales Prouinciarum extra Italiam non mittant Fratres Studentes ad Conuentus, ſeu Studia Italiæ, niſi ad Studia Generalia pro rata ſuarum Prouinciarum. Tholoſæ 1628. admonit. 1. *Admonemus RR. PP. Prouinciales Prouinciarum extra Italiam, ne ullum Fratrem, etiam ratione ſtudij, mittant ad Prouincias, & Conuentus Italiæ, ſed illos tantùm, qui iuxta Conſtitutiones ad Studia Generalia pro rata ſuarum Prouinciarum mitti poſſunt, & conſueuerunt.*

8 Illi tantùm ad ſtudia mittantur, qui ſunt maturi in moribus, & ad ſtudia apti. Metis 1251. ord. 7. *Item monemus, ut tales mittantur ad loca pro Generali Studio deputata, qui ſint maturi in moribus, & habiles ad ſtudendum.* Quod fuit conf. Valençenis 1259. ord. 15. Luguuoi 1274. ord. 5. & Pariſijs 1279. ord. 3.

9 Non admittantur in ſtudijs aliarum Prouinciarum, niſi habeant in ſcriptis fidem de moribus, & ſufficientia in litteris: neque ad Studia Theologiæ promoueantur, niſi per tres annos integros Philoſophiæ curſum terminauerint. Bononiæ 1615. cap. de Reformat. Stud. *Nouimus peroptimè quantam iacturam ingenia Fratrum noſtrorum patiantur, ex eo quòd abſque ordine, & ut aiunt per ſaltum abſque ſtudio Philoſophiæ ad Theologiam tranſeunt; ideo ſtatuimus, & ſub prædictis pœnis mandamus, ut nulla ratione Fratres noſtri, etiam Sacerdotes, ad ſtudium Theologiæ admittantur, niſi primò perfectè toti Philoſophiæ ſuperiùs à nobis præfixo tempore* (quod fuit triennij, vel quadriennij ad ſummum) *operam dederint: neque ſtudentes tam artium, quàm eiuſdem Sacræ Theologiæ in alijs externis Prouincijs ad lectiones admittantur, niſi à ſuis Lectoribus, quorum primò erant diſcipuli, de moribus, & qualitate ſtudiorum in ſcripto teſtimonium habeant.* In Collegijs autem, & Studijs Generalibus non ſunt admittendi, niſi eaſdem litteras teſtimoniales de ſufficientia, & moribus habeant, firmatas à Patribus Conuẽtuum, à quibus diſceſſerunt. Ita ſancitum fuit Romæ 1589. Capit. *Ordinat. pro ſtud. Reformat.* ordinat. 6. *Ordinamus etiam, & ſub eodem formali præcepto præcipimus, ut nullus ad Collegia, vel Studia Generalia admittatur, niſi a Patribu Conuentus, in quo vixit, & à quo diſceſſit Doctrinæ, & morum fidem, ac teſtimonium ſecum detulerit.*

10 Fratres diſcoli, & inepti ad ſtudia non mittantur. Apud Feſtum 1273. ord. 1. *Monemus quòd Priores Prouinciales, vel eorum Vicarij non mittant ad ſtudia Fratres diſcolos, vel ineptos; & ſi quos tales miſerunt, ſine dilatione ſtudeant reuocare.*

11 Neque ſuſpecti de aliqua praua familiaritate. Ferrariæ 1290. ord. 18. *Item inhibemus diſtrictè, ne Fratres diſcoli, & de aliqua ſuſpecta familiaritate notati ad Studia Generalia, vel ſpecialia tum in ſuis Prouincijs, ſeu extra ſuas Prouincias aſſignentur, & ſi qui tales miſſi fuerint, ad requiſitionem Conuentuum, ubi ſtuduerint; per Prouinciales ſuos omni excuſatione, & dilatione depoſita ab ipſis ſtudijs reuocentur.* Apud Inſulas autem 1293. ord. 2. idem ordinatum fuit etiam de inquietis, atque de eis quoque qui mittuntur ad ſtudia intra propriam Prouinciam. *Item inhibemus ne mittantur ad Studia Generalia inſolẽtes, & inquieti; & ſi qui tales reperti fuerint, per Priorem Conuentus cum teſtimonio aliquorum diſcretorum eorum Prouincialibus intimentur, & ipſi eos ad ſuas Prouincias non differant reuocare. Idem volumus circa eos, qui ad ſtudia Theologiæ, vel Artium infra ſuas mittuntur Prouincias, obſeruari.*

12 Studentes temerarij, &c. grauiſſimè puniantur, & ſtudio priuentur, & qui Prioribus obedientiam, & ſenibus debitam non exhibent reuerentiam, ſtudijs priuentur. Mediolani 1340. ord. 8. *Vide de Iunenibus num. 5.* vbi grauiſſima pœna imponitur illis, qui eos fouere, &c. auſi fuerint.

13 Qui non religiosè, nec pacificè conuerſantur, admoneantur; deinde ſi non ſe correxerint, ad ſuas Prouincias remittantur. Placentiæ 1310. ord. 10. *Item vult, & ordinat Magiſter Ordinis quod ſi Fratres de ipſius gratia ad aliqua ſtudia extra ſuam Prouinciam mittantur, qui non religiosè, ſeu pacificè conuerſentur, ſi per Prælatos ſuos, ſeu Vicarios admoniti ſe emendare neglexerint, per Priores Prouinciales illarum Prouinciarum ad ſuas Prouincias de diſcretorum conſilio remittantur.* Quod fuit etiam ordinatum Pariſijs 1256. ord. 2.

14 Nullus mittatur ad Studia Generalia niſi priùs per annum Bibliæ ſtuduerit. Neapoli 1311. ord. 12. *Item* (ſcil. ordinamus) *quòd nullus Frater ante quàm per vnum annũ in ſtudio Bibliæ Biblicum audierit, aſſignetur alicui Studio Generali, ſiue in ſua Prouincia, ſiue extra; quòd ſi ſecus actum fuerit, ſit irritum, & inane.*

15 Conuentuales Priores non poſſunt mittere Fratres Sudentes ad alias Prouincias. Romæ 1612. decl. 1. *Declaramus, nullo modo poſ-*

poſſe Priores Conuentuales mittere Fratres ſibi ſubditos ad alias Prouincias ratione ſtudiorum; quod quidem præſertim à Patribus Prioribus Conuentualibut Prouinciæ noſtræ Superioris Germaniæ ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs ipſo facto incurrenda impoſterum fieri prohibemus.

16 Deficientes à lectionibus puniantur. Lugduni 1274. ord. 13. *Item Fratres, qui remanent à ſcholis, dure puniantur.*

17 Tempore lectionum non occupentur in miſſis celebrandis. Ita ſubditur ibid. ord. 14. *Item tempore lectionis non occupentur Fratres in miſſis, nec vadant ad villam, niſi pro magna neceſſitate.*

18 Non poſſunt ſe ſimul congregare, ſeu conuenticula facere. Ibidem ord. 6. *Item inhibemus ne in Conuentibus, vbi eſt ſtudium generale, ſtudentes conuocationem faciant, niſi forte ſtudentes Prouinciarum ſecundùm conſtitutionem ad ſtudium miſſi cum tribus de illa Prouincia, in qua fuerunt, conueniant ad tractandum de pertinentibus ad ſtudium, & hoc de Prioris Conuentualis licentia ſpeciali.*

19 Compellantur ad ſcholas pergere. Mediolani 1340. ordinat. 8. *Mandamus autem Prioribus Prouincialibus, & Diſſinitoribus Capit. Prouincial. quòd Fratres omnes, tam ſtudentes, quàm alios compellant, & cum diligentia ſequi ſcholas, & contra non ſequentes, pœnas graues imponant Priores Conuentuales ac eorum Vicarij, & faciant inuiolabiliter obſeruari.*

20 Terminatis ſtudijs non eligantur in Priores, donec Lectoratus officium tribus annis peregerint. Ita ſuaditur in eodem Capit. & ordinat. 8. ſuprad. *Redeuntes quoque de generalibus ſtudijs non eligantur, nec confirmentur in Priores, donec Lectoratus officium exercuerint per tres annos.*

21 Extra ſuas Prouincias voce in electionibus gaudent poſt completos ſex menſes. Romæ 1532. decl. vlt. *Declaramus, quòd cum dicitur ſtudentes alterius Prouinciæ habere vocem, ſi fuerint per annum in illa Prouincia, intelligitur quando fuerit continuatio aſſignationis, & maioris partis vnius anni.*

22 Non mittantur ratione ſtudij extra Ordinem, ſub pœna abſolutionis ab officijs, tam Prouincialibus, quàm Conuentualibus Prioribus iniuncta. Pariſijs 1611. ord. 7. & Bononiæ 1615. conf. vlt. *Vide de Abſolut. Prior. Prouincial. num. 9.*

23 Semel tantùm in hebdomada illis concedatur licentia exeundi ex conuentu. Priores autem qui ampliorem eis exeundi licentiam conceſſerint, aut eos in ſocios alijs Fratribus aſſignauerint, ſuſpendantur à ſuis officijs per tres menſes. Romæ 1644. ord. 14. *Renouamus ſtatututum in diuerſis Capitulis iam olim, & crebriùs factum, ac quoad opus eſt de nouo ordinamus, quod tam in ſtudijs particularibus, quàm Generalibus ſtudentes non permittantur exire è Conuentu niſi ad ſummum ſemel in hebdomada, quando vacatur à lectionibus, aut quando ipſis cum toto Conuentu aliquorſum eundum fuerit, vel ſingularis ac grauis neceſſitas aliter fieri poſtulauerit: Priores verò, qui, vel ampliorem exeundi licentiam ſtudentibus indulſerint, vel aliquem eorum alteri in ſocium pro egreſſu conceſſerint, aut aliàs in huius ordinationis executione negligentes fuerint, in pœnā per tres menſes ab executione ſuorum officiorum ſuſpendantur.* Valliſoleti autē 1605. conf. 28. conceſſum fuerat illis, vt tantùm ſemel in mēſe recreationis cauſa poſſent ad campū pergere, cū ſocio à Priore, ſub pœna abſolutionis ab officio, illis aſſignando. *Vide de Benedictione num. 1. & de Abſol. Prior. Conuent. num. 40.*

24 Singulis annis examen ſubeant omnes annuale, & inepti excludantur Romæ 1629. ord. 17. Bononiæ 1615. cap. *De Reformat. Stud.* & Pariſijs 1611. conf. 19. *Vide de Examinandis num. 5.*

25 Extra ſcholas latino ſermone loquantur, & litteras ſcribant. Romę 1571. cap. *De Reformat. ſtudiorum* ord. vlt. *Item ordinamus, quòd omnes ſtudentes, & ſtudij Officiales non niſi latino ſermone loquantur, & ſcribant, etiam extra litteraria exercitia, & litteras, quas conſcribere eos contigerit, non vulgari ſermone, ſed latino deincepſ conſcribant.* Quod fuit de verbo ad verbum confirmatum Barcinonæ 1574. conf. 8. hac addita pœna: *ſub pœna priuationis curſus ſcholaſtici.*

26 Non permittantur expenſas facere pro ſcholaſticis actibus. Auenione 1341. ordinat. vlt. *Vide de Lectoribus Artium & S. Theol. num. 37.*

27 Illis à ſuis Prouincijs (hoc eſt ab originalibus Conuentibus) ſubminiſtrentur veſtes, dum extra proprias Prouincias in generalibus ſtudijs permanent. Toloſæ 1304. ord. 1. *Indigentiæ Fratrum, qui generalibus ſtudijs deputantur, ſubuenire volentes, volumus, & ordinamus, vt ſingulæ Prouinciæ debeant Studentibus, quos mittunt ad ſtudia Generalia extra Prouinciam, annis ſingulis de veſtibus prouidere.* & Mediolani 1505. ord. 11. ita dicitur. *Mandamus omnibus Præſidentibus Conuentuum, vt ſuis Fratribus ad ſtudium miſſis teneantur dare ſingulis annis duos ducatos aureos, vt poſſint ſibi de libris, & veſtibus prouidere.* Modò autem tenentur illis dare eadem veſtimenta, quæ dant alijs ſuis Fratribus Conuentualibus. De caligis autem ſoccis, & ſotularibus reparandis tenentur ipſi Conuentus, in quibus ſunt ſtudia illis prouidere. Bononiæ 1315. ord. 6. *Omnibus verò Studentibus intraneis, & extraneis de caligis, & ſoccis ſemel in anno, & ſecundùm domus facultatem de ſotularibus reparandis, Conuentus, in quibus ſunt Generalia ſtudia, debeant prouidere.*

28 In Studijs Generalibus vltra triennium

non

non permaneant. Romæ 1601, ord. 12. *Ordinamus quòd tempus ſtudij formalium ſtudentium ſit triennium completum.* Completo verò triennio ſtatim, & ipſo facto intelliguntur à ſtudio abſoluti. Peruſij 1478. ord. 6. *Volumus autem & ordinamus, vt Studentes deputati in ſtudijs generalibus completo triennio ſui ſtudij ſtatim à ſtudio abſoluti intelligantur, nec confirmari, aut reaſſignari poſſint in eiſdem, niſi adueniente conſenſu maioris partis Officialium ſtudij, & Patrum; quod in omnibus ſtudijs, ſed ſignanter in Conuentu S. Thomæ de Papia obſeruari volumus.*

29 Qui ratione Studiorum ad alias Prouincias mittuntur, terminatis ipſis ad proprias Prouincias reuertantur. Romæ 1608. ord. 30. *Mandamus, & diſtrictè præcipimus omnibus Fratribus, qui ad alias Prouincias ſtudiorum cauſa mittuntur, vt peracto ſtudiorum ſuorum tempore, quam primùm ad ſuas Prouincias reuertantur.*

30 Dum ad ſuas Prouincias reuertuntur, vel in ſua Prouincia ſtudium compleuerint intelliguntur aſſignati in Conuentibus quorum ſunt filij. Ianuæ 1513. inchoat. 6. *Item quòd Fratres extra Conuentus quorum ſunt filij aſſignati ad tempus, id eſt ad exercitiũ, ſeu ſtudium certo, & determinato tẽpore durans, illo certo tẽpore terminato ex quo ſunt abſoluti à tali aſſignatione intelligantur aſſignati in Conuentibus, quorum ſunt filij niſi Superior alibi eos aſſignauerit.* Quod fuit eiſdem verbis approbatum in ſequenti Capit. Neapoli 1515. approb. 4.

31 Non aſſignentur pro rata alicuius Prouinciæ in Studijs Generalibus, niſi ſint eiuſdem Prouinciæ filij. Romæ 1644. ord. 4. *Ordinamus, ac inuiolabiliter obſeruari mandamus, ne in Studijs Generalibus vnquam aſſignentur Studentes formales pro rata Prouinciarum, niſi ijdem verè earundem Prouinciarum ſint filij.*

32 Tempore quo habentur Lectiones, prędicationibus non dent operam. Romæ 1589. cap. *Ordinat. pro ſtud. Reformat.* ord. 4. *Studentes etiam quouſque ſtudium non compleuerint, ex profeſſo lectionis tempore, prædicationi non vacent, alioquin ipſo facto priuilegijs, & gratijs Studentium priuentur, & à ſtudio expellantur.*

33 Extranei Studentes non grauentur à Prouincialibus circa veſtes, & alia quęcunque. Bononiæ 1564. commiſſione 4. *Committimus R. Prouincialibus Prouinciarum, quæ ſolent exteros recipere in eorum Prouincijs gratia ſtudij, ne noua grauamina eis imponant circa veſtes, & alia, quæ occurrere ſolent, quamdiu in Prouincijs degunt; ſed ſeruetur is mos, qui hactenus ſeruatus eſt, vel eos in ſuas Prouincias non recipiant.*

34 Priores Conuentuum, in quibus ſunt Studia æqualiter de neceſſarijs prouideant Studentibus extraneis, ac propriæ Prouinciæ. Viennæ 1282. ord. 6. *Item cum Studentes, tam alienigenæ, quàm indigenæ non ſint ad impartiendi, monemus Priores Prouinciales, & Conuentuales in quorum Prouincijs, & Conuentibus Generalia Studia vigent, vt tam in neceſſarijs exhibendis, quàm in alijs ad conſolationem eorum ſpectantibus, extraneos ſicut & ſuos charitatiuè pertractent, & faciant ab alijs pertractari.*

35 Studijs ſint intenti; & à familiaritatibus, & diſcurſibus abſtineant. Ibid. ordinat. 5. *Item Studentes ſtudijs deputati, ſtudio diligenter intendant, & à familiaritatibus, & diſcurſibus, & occupationibus ſuperfluis arceantur.* & Argentinæ 1307. ord. 1. ita mandatur. *Ad ſubtrahendam Studentibus euagandi materiam, ac diſcurſus inutiles compeſcendos, ordinamus, & volumus; quòd Priores, vel eorum Vicarij Fratres quibuſcunque ſtudijs deputatos, extra terminum ſuorum Conuentuum licentiare non poſſint ſine Prouincialis, vel ſui Vicarij licentia ſpeciali, niſi per gratiam in infirmitate Parentum, vel eorum morte, vel ad euitandum graue ſcandalum Ordinis, vel pro euidenti vtilitate Conuentus.* Quod etiam Romæ 1501. ord. 23. fuit confirmatum, iniuncta Prioribus abſolutionis pœna. *Et ad ſubtrahendum omnibus* (ſcilicet ſtudentibus, de quibus ſuperiùs in dicta ordinatione agitur) *euagandi materiam, & diſcurſus inutiles compeſcendos, vt commodiùs ſtudio litterarum poſſint prædicti Studentes vacare, ſtrictiſſimè inhibemus Præſidentibus Conuentuum, ne de facili dent Fratribus eis deputatis licentiam eundi ad alios Conuentus, vel loca extra terminos ſuorum Conuentuum gratia recreationis; & qui in hoc inuenti fuerint culpabiles, à ſuis officijs in pœnam abſoluantur.*

36 Quotidianos habeant circulos, in quibus non clamosè, ſed modeſtè diſputent. Ita præmittitur in eadem ord. 23. prędicta. *Item quia auditus maximè deſeruit diſciplinæ, volumus quòd omnes in quacunque facultate Studentes teneantur continuè ſequi ſcholas dum legitur, & frequentare circulos, quos volumus quotidie fieri, legitimo ceſſante impedimento, à quibus nullus poſſit ſe abſentare ſine licentia Prælati, quam non concedat ſine cauſa vrgente, & neceſſaria. Et in diſputationibus non clamosè, neque proteruè contendant, ſed modeſtè, & religiosè ſe habeant.*

37 Priores non ſe exhibeant difficiles in diſpenſando aliquando cum eis in cœna tempore ieiuniorum Ordinis. Bononię 1315. ord. 9. *Item cum intellexerimus quoſdam Priores in recreationibus dandis Studentibus eſſe duros; vt fortiores ſint ad onera ſtudij ſuſtinenda, volumus, & ordinamus, quod Priores, vel eorum Vicarij tempore ieiunij Ordinis in cœnis cum eis interdum debeant diſpenſare, qui ſecundùm facultatem domus commodè procurentur.*

38 Cellę eiſdem, ſecundùm quod Magiſtro Studentium expedire videbitur, debent aſſignari. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 7.* In cuius executionem Bononię 1315. ord. 8. ita mandatur. *Item cum propter defectum cel-*

Inrum Studentes nliquando ſint in Conuentibus per longa tempora ſine cellis, vel coganinr exire de cella in cellam ſæpe cum ſtudij ſui notabili detrimento; Volumus, & ordmnmus, quòd certa cellæ per Priorem, vel eius Vicarinm, & Magiſtrum Studentium, quæ ſint de melioribns, & mediocribus pro Studentibns intrnneis, & extraneis, vbi factum non extiterit, in competenti numero depntentnr, qun per Fratres alios, dum Studentes præſentes fuerint, minimè oecnpentur: Si autem per Fratres Conuentuales in abſentia Stndentium fuerint occupatæ, quando Studentes veniunt, cedunt eis. Alijs verò Fratribus ſiue conuentualibus, ſiue Studentibus aſſignentur cellæ ſecundùm tempus, in quo peruenerint ad Conuentum, ita quòd primo venienti, cella primitus aſſignetur, Conſtitutionis tenore de cellarnm conceſſione circa alia obſeruato.

39 Pecunias, ſi ſibi à Prouincialibus, vel Conuentibus aſſignatas habent, non expendant niſi pro libris: cum autem de ſtudijs redierint, rationem de illis reddere tenentur. Apud Peſtum 1273. ord. 8. *Item volumus, & mandamus, quòd Studentes pecuniam ſibi à Prouinciali, vel à Conuentibus aſſignatam non expendant niſi in libris Theologicis, niſi de Prioris Prouincialis licentia: cum autem de ſtudio redierint, teneantur reddere rationem, ſecundùm quod ab ipſis pecuniam receperunt.* Vt autem talem rationem reddere debeant Prouincialibus ſuis, vel ijs, quibus ipſi mandauerint, ordinatum fuit Pariſijs 1256. ord. 14. *Item Studentes miſſi ad ſtudia, diligenter reddant computum Prioribus ſuis Prouincialibus, vel alteri de mandato eorum, de quantitate pecuniæ receptæ.*

40 Præſidentes Conuentuum Studentes ſibi miſſos benignè recipiant, & charitatiuè pertractent, illoſque ſuis priuilegijs gaudere ſinant. Cæſarauguſtæ 1309. ord. 2. *Volumus etiam, & diſtrictè iniungimus Prioribus, & Supprioribus, & eorum loca tenentibus, quòd Studentes omnes ad ſe miſſos benignè, humaniter, & charitatiuè pertractent, & omnes gratias, humanitates, & libertates à Conſtitutionibus, à Magiſtro Ord. ſeu Capitulis Generalibus, ac Prouincialibus eis conceſſas, vel impoſterum concedendas cum omni integritate eiſdem conſeruent; alioquin à ſuis Prouincialibus acriùs puniantur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 7. ſub litt. L. vbi aſſeritur idem ordinatum fuiſſe Viennæ 1292. error autem ibi incuria Typographi irrepſit, nam debet dicere 1282. Quæ autem in illo Capitulo ſint circa hoc ordinata, vide ſupra num. 34.

41 Maximè autem qui ex magis indigentibus Prouincijs ratione ſtudiorum mittuntur recipiantur charitatiuè, & humaniter à Prouincialibus illarum, qui nullo modo illos de Conuentu in Conuentum diſcurrere faciant, ſub pœna abſolutionis ab officijs ipſo facto incurrenda. Romæ 1612. declarat. 1. *Fratres quoque cum legitima licentia in Prouincia, præſertim ex remotioribus, magiſque indigentibus Prouincijs aduenientes Patres Prouinciales charitatiuè, & humaniter recipiant, & quamprimùm fieri poterit de idoneis Conuentibus iuxta eorum indigentiam eis prouideant, quatenus ſtudijs vacare, ac in eiſdem proficere valeant. Caueant autem PP. Prouinciales, ne huiuſmodi aduenientes Fratres vagari de Conuentu in Conuentum, atque huc, illucque diſcurrere compellant: Quod etiam ſub pœna abſolutionis ab eorum officijs ipſo facto incurrenda fieri prohibemus. Quam etiam pœnam incurrant Priores, ſeu Præſidentes Conuentuum, qui huiuſmodi Fratres à P. Prouinciali ad eorum Conuentus deſtinatos recuſauerint, ac dimiſerint. Quod ſi aliqua rationabili cauſa eoſdem nequaquam retinere potuerint, nihilominus aduenientes, quouſque P. Prouincialem monitum fecerint, eiuſque reſponſum obtinuerint, in ſuos Conuentus recipiant, & retineant.*

42 Immunitates, quibus debent gaudere Studentes in Generalibus Studijs conſtituti, ſunt ſequentes. Dominicis tantùm diebus, & Feſtis ſolemnibus ſub officio toto duplici celebratis, tenentur ad Chorum accedere, atque ibi horas Canonicas perſoluere, & Miſſam Conuentualem decantare, niſi tamen ipſi iiſdem diebus in actibus ſcholaſticis exerceantur. Ad Completorium verò, & ad Miſſam (ſcilicet decantatam, ſeu Conuentualem) quotidie debent accedere: ſunt etiam diſpenſati ab hebdomadaria, ad quam tamen ſemel in anno ſicut, & ad lectionem menſæ ſunt notandi. *Ita habetur expreſsè in Conſt. noſt. loco ſuprad.*

43 In Italia Fratres non Sacerdotes ad Generalia Studia extra ſuas Prouincias mitti nequaquàm poſſunt. Ita in eodem Capitulo, & decl. 1. ſuprad. ſubditur. *Fratres autem non Sacerdotes in Italia ab vna Prouincia ad aliam ratione Studiorum nullo modo mittantur.*

44 Qui ad ſtudia ſunt mittendi, non ratione antiquitatis, ſed maioris ſufficientiæ, & morum probitatis aſſumantur. Barcinonæ 1574. Cap. *De Stud. Promot.* num. 3. *Item confirmamus, vt Iuuenes ad ſtudia mittendi non præferantur iure antiquitatis, ſed eligantur potiùs à Priore Prouinciali, vel Conuentuali de conſilio Patrum, & illi præ cæteris aſſumantur, qui probatis moribus, & qui præuio examine magis idonei fuerint inuenti.* Stantibus autem æqualibus meritis antiquiores præferantur. *Vide infra de Stud. Generalib. num. 8.*

45 In ſtudio Theologiæ magis, quàm Philoſophiæ ſe exerceant. Apud Montempeſſulanum 1271. ord. 5. *Item monemus Studentes, quòd ſtudio Philoſophiæ minùs intẽdant, et in ſtudio Theologiæ ſe exerceant diligenter lectiones ordinarias, et ſententiarũ ſollicitè audiendo, & Priores hoc diligenter faciãt obſeruari.* & Bononiæ 1252. ord. 14.

14. ita dicitur. *Item (ſcil. ordinamus) quod ſtudeant in ijs, quæ in ſcholis audiunt à Lectore.*

46 Quolibet die ad repetitionem accedant. Bononię 1252. ord. 13. *Item* (ſcil. ordinamus, vt Studentes) *vadant ad repetitionem quotidianam, & quod in generali repetitione profectus eorum examinetur, tam in lectionibus, quam in quæſtionibus diligenter.*

47 Philoſophiam priùs tribus annis addiſcant antequam ad Theologię ſtudium promoueantur. Cenomanis 1491. ord. 5. *Adijcientes, quòd nullus decætero inhabilis, & indoctus, ac immorigeratus per ſaltum promoueatur; ſed priùs quam ad audiendam Theologiam admittatur, tribus annis adminus artes, & Philoſophiam audiat, & ſecundùm morem quarundam Prouinciarum, etiam totidem annis prædicta legant Studentibus.*

48 In alijs officijs non occupentur, ex quorum occupatione à ſtudijs retrahantur; neque ad ſuas Prouincias remittantur, niſi fuerint reuocati. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 2.*

49 Si à ſtudijs à ſuis Prouincialibus reuocentur, litteras ſuę reuocationis Priori Conuentus pręſentare ſtatim debent. In Monteſpeſſulano 1283. ord. 6. *Fratres Studentes per Priores Prouinciales ad ſuas Prouincias reuocati, litteras ſuæ reuocationis Priori domus præſentare, vel denunciare ſine mora diſpendiu teneantur.* Hoc autem intelligitur quando Studentes vocantur, & aſſumuntur à ſuis Prouincialibus ad legendum in aliquo Conuentu.

50 Non poſſunt tamen abſque culpa, vel diſpenſatione, à ſtudijs remoueri ante completum triennium. Mediolani 1505. ordin. 11. *Nec poſſint Fratres in aliquo ſtudio Generali aſſignati inde reuocari ante completum tempus trium annorum, niſi propter crimen, vel totalem ineptitudinem ad litteras, & de conſenſu Regentis, & Officialium ſtudij.* Pariſijs autem 1256. ita dicitur ord. 2. *Item damus licentiam Prioribus Prouincialibus in quorum Prouincia ſunt ſtudia generalia, ſiue in Francia, ſiue alibi, quòd de conſilio Lectoris, ſiue Lectorum, vbi ſunt prædicta ſtudia poſſint remittere ad Prouincias ſuas Studentes, quos inuenerint minùs religiosè conuerſantes.*

51 Tam in eorum dimiſſione poſt terminatum ſtudium, quam in eorum receptione, non ſolùm Moderatores ſtudij, ſed etiam Prouincię Magiſtri voce gaudent. Romę 1571. Cap. *Ordinat. de Stud. Promot.* ord. 2. & Barcinonę 1574. Cap. *De Stud. Promot.* ord. 4. *Item quod in quolibet Conuentu, in quo viget ſtudium Generale, omnes Magiſtri, etiam actu non legentes, vocem habeant in emiſſione, vel Studentium formalium, vel quorumcunque aliorum Fratrum, qui ad ſtudia mittuntur, & ſimile ſuffragium habere volumus in emiſſione Studentium, cum ad proprios Conuentus reuerti oportuerit, ſi tamen interfuerint eorum examini, & diſputationi.* Intelligitur autem de Magiſtris locum, & vocem habentibus in eadem Prouincia.

52 Quando in aliquo ſtudio Generali promouentur in Lectores, non debent iterum in ſua Prouincia examinari, & approbari. Romę 1608. decl. 2. *Declaramus, quod Lectores examinati, & approbati in aliquo ſtudio generali, non teneantur iterum in propria, vel aliena Prouincia examinari.* Hoc autem eſt intelligendum de illis Prouincijs, quę de hac re non habent ſpeciale priuilegium, quę autem illud habent, vt ſunt Prouincię Lombardię, & Romana, &c. in illis tenentur iterum examen ſubire, approbationem pro Lectoris munere conſecuturi.

53 Si permanſerint vltra quatuor Menſes extra ſuorum ſtudiorum Conuentus, ſtudio priuentur. Romę 1530. ord. 6. *Item ordinamus ad tollendos ſuperfluos diſcurſus Studentium, quòd Fratres, qui vltra quatuor menſes extra Conuentum Pariſienſem, aut alios Conuentus, vbi vigent ſtudia manſerint; niſi ob legitimam cauſam id fecerint, ad ſuos Conuentus remittantur.*

54 Aliquem ſpecialem Fratrem habeant, ſine cuius licentia non ſcribant quaternos, nec audiant lectiones, & quæ circa eos in ſtudijs corrigenda viderit, corrigat, & ſi vires eius excedat, Prælato proponat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 1.*

55 Taliter debent eſſe in ſtudio intenti, vt de die, de nocte, in domo, in itinere legant aliquid, vel meditentur, & quidquid poterunt retinere, cordetenus nitantur. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

56 Studentes, præcipuè Iuniores, ſemel in ſeptimana à Magiſtro Studentium conuocentur, atque de auditis lectionibus illius hebdomadæ examinentur. In Monteſpeſſulano 1265. ord. 6. *Vide de Mag. Student. num. 6.*

57 Negligentes ab eodem Magiſtro Studentium in Capitulo de Culpis accuſandi ſunt Bononiæ 1252. ord. 16. *Vide de Mag. Student. num. 11.*

De Studio.

1 SAcrarum Litterarum ſtudium Religioni noſtræ quàm maximè congruit. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. in decl. tex. 1. ſub litt. A.* vbi, & cauſæ, propter quas congruat declarantur.

2 Priores, & Lectores, Fratreſque omnes

ad ſtudij promotionem incumbere tenentur. Pariſijs 1276.ord.10. *Item Priores, Lectores, & Fratres alij ad promotionem ſtudij diligenter intendant, & qui negligentes reperti fuerint, per Priores Prouinciales, Vicarios, & Viſitatores ſeuerius puniantur.*

3 Propter ſtudij promotionem Priores ſe à ſcholis non debent abſentare. Mediolani 1278.ord.1. *Admonemus, quòd Priores ſint ſolliciti in ſtudio promouendo, & tam Priores, quàm alij Fratres ſe à ſcholis non ſubtrahant niſi ex cauſa, & de licentia ſpeciali. Et Lectores legant textum, & ſententias, & diſputent, & continuent lectiones; & qui in ijs inuenti fuerint negligentes, per Viſitatores puniantur, nec propter ſtudium Artium Fratres à ſtudio Theologiæ retrahantur.*

3 Prouinciales etiam, atque eorum Vicarij circa ſtudij profectum, ex quo Ordinis promotio ſequitur, laborent. Pariſijs 1279. ord.1. *Quia ex profectu ſtudij ſequitur promotio Ordinis, & vtilitas animarum, Monemus quòd Fratres in ſtudio ſint plùs ſolito diligentes: Priores autem Prouinciales, & Conuentuales, ac eorum Vicarij ſtudeant pro viribus ſtudium promouere, & ſeueriùs puniant quos inuenerint negligentes.*

5 Fratres à ſcholis remanentes, puniantur. Valencenis 1259.ord.20. *Fratres, qui remanent à ſcholis durè puniantur.*

6 Aduertant Superiores quomodo in ſtudio proficiant Fratres, & præcipuè Iuuenes. Ibid.ord.25. *Item Priores, & Viſitatores, & Magiſtri Studentium ſint ſolliciti diligenter inquirere qualiter Fratres, & præcipuè Iuuenes, circa ſtudium occupentur, & qualiter in ſtudio proficiant, & puniant negligentes.*

7 Iuuenes apti in ſtudijs occupentur. Lugduni 1274. ord. 8. *Diligenter inquiratur per Priores Prouinciales de Iuuenibus aptis ad ſtudium, qui in breui proficere poſſint, & eos in ſtudio promoueant.*

De Studijs Generalibus.

1 IN qualibet Prouincia, exceptis Græciæ, Datiæ, & Terræ Sanctæ in aliquo Conuentu idoneo ſit ſtudium Generale. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap.14. tex. 3. quæ fuit inchoata Bononiæ 1302. conf. apud Biſuntium 1303. & in Conſt. redacta Toloſæ* 1304. In ipſis Religionis noſtræ primordijs vnicum erat Generale ſtudium in Ordine, nempe Pariſienſe, ad quod ex ſingulis Prouincijs tres confluebant Studentes, cum autem ex earundem multiplicatione augeretur quoque ſtudentium numerus, & Pariſienſis Conuentus nimis grauaretur, mandatum fuit ab aliquibus Capitulis fieri eleemoſynarum collectas in eiuſdem ſubſidium per totum Ordinem. At animaduertentes Patres in Generalibus Comitijs Pariſijs 1246. congregati, impoſſibile fore, vt vnicum Generale ſtudium pro omnibus Religionis Prouincijs ſufficeret, per modum inchoationis ſanxere quatuor alia Generalia ſtudia; nempè vnum in Prouincia Prouinciæ, alterum in Lombardia, tertium in Theutonia quartum verò in Anglia fore inſtituenda, quod in ſubſequentibus Capitulis Montiſpeſſulani 1247. fuit approbatum, & Pariſijs 1248. conf. 3. confirmatum in hunc modum. *Item hanc* (ſcilicet ordinationem confirmamus) *vbi dicitur in Conſtitutionibus, tres Fratres mittantur Pariſius de Prouincia, addatur, Quatuor autem Prouinciæ, ſcilicet Prouincia, Lombardia, Theutonia, & Anglia prouideant, vt ſemper in aliquo Conuentu idoneo ſit Generale Studium, & ſolemne, & ad illum locum quilibet Prior Prouincialis poteſtatem habeat mittendi duos Fratres idoneos ad ſtudium. Et hoc habet tria Capitula.* Perſeuerauere ſupradicta tantùm quinque Generalia ſtudia in Ordine vſque ad annum 1285. quo Bononiæ approbatum fuit, vt etiam in Prouincijs Hiſpaniæ, & Romana inſtituerentur. Tandem anno 1302. multiplicatis Prouincijs, decretum eſt Bononiæ per modum inchoationis, in vnaquaque Prouincia erigendum eſſe Generale ſtudium, quod in ſubſequentibus Capitulis Biſuntij 1303. & Toloſæ 1304. fuit confirmatum, atque in Conſt. redactum, vt ſupra dictum eſt.

2 In omnibus Generalibus ſtudijs, atque Vniuerſitatibus Regens eſt caput ſtudij, eique omnes tam ſtudentes, quàm officiales eiuſdem ſunt ſubditi. Romæ 1569. declarat. 6. *Vide de Regentibus ſtudior. nu. 1. & in ſequentibus vbi quæ ad Regentes ſpectant, recenſentur.*

3 Secundum in Generalibus Studijs locum obtinent Baccalaurei, ſiuè Secundi Lectores Theologiæ, qui abſentibus Regentibus omnia eorundem munia debent adimplere. Romæ 1569. *Vide de Baccalaur. num.* 24. vbi etiam quæ ad eos pertineant enumerantur.

4 Tertius locus in eiſdem ſpectat ad Magiſtros Studentium prout in ſuprad. Capit. Rom. 1569. declaratum eſt. *Vide de Mag. ſtudent. num. 6.* vbi etiam, quæ ſint propria ipſorum munia demonſtrantur.

5 In illis Studijs Generalibus in quibus ſunt duo Regentes, ille qui eſt inſtitutus primarius Regens, eſt caput ſtudij. Valentiæ 1647. decl. 12. *Vide de Regentib. num. 5.*

6 Si in aliqua Prouincia habente Generale Studium Lector ſufficiens pro tali ſtudio non fuerit, Magiſter Ordinis de Lectore prouideat competenti. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex.*

tex. 3. *quæ fuit inchoata Mediolani* 1255. *confir. Pariſijs* 1256. *& in Conſt. redacta Florentiæ* 1257. Vide ibid. ſub litt. G.

7 Studiorum Generalium Officiales antequàm ad ſua munia ſubeunda admittantur, examinentur, & approbentur. Valentiæ 1596. ord. 15. *Vide de Examinandis num.* 1. *& ſequentibus.*

8 Tales Officiales, non iure antiquitatis, ſed maioris ſufficientiæ ſunt aſſumendi. Ita fuit ordinatum Romæ 1571. cap. *De Stud. Promot.* ord. 4. Barcinonæ 1574. cap. *De ſtud. Promot.* ord. 6. Romæ 1580. conſt. vlt. Romæ 1589. cap. *ord. pro ſtud. Reformat.* ord. 1. & Valliſoleti 1605. ord. 7. *Vide de Mag. ſtudent. num.* 7. Suppoſita tamen æquali ſufficientia, æqualibuſque meritis, antiquiores in Ordine præferantur. Romæ 1589. cap. *Ordinat. pro ſtud. Reformat.* ord. 1. in qua ita ſubditur. *Confirmantes, & omnino obſeruari volentes in omnibus Prouincijs, (etiam in Prouincia Vtriuſque Lombardiæ) id, quod multoties in pluribus Capitulis Generalibus ordinatum fuit, nempè, vt Regentes, Baccalaurei, Magiſtri Studentium, atque Lectores, non iure antiquitatis aſſumantur, nec ad determinatum tempus aſſignentur, ſed habita ratione ingenij, ſufficientiæ doctrinæ ac morum; aptiores, & magis idonei eligantur; ita tamen vt ſuppoſitis æqualibus meritis, & æquali ſufficientia nemini fiat iniuria. Idem etiam obſeruandum erit circa ſtudentes in eorum receptionibus, & admiſſionibus.*

9 Ad Capitula Generalia, & Magiſtrum Ordinis tantùm ſpectat Officiales in Generalibus ſtudijs inſtituere: Ad Prouincialia verò Capitula ſolùm illos prædictis exponere. Valentiæ 1596. Admonit. 2. *Admonemus, neque Prouinciales, neque Capitulorum Prouincialium Diffinitoria, auctoritatem aliquam habere ad promouendum aliquem ad gradum Baccalaureatus, multò minùs Magiſterij, nec ad licentiandum, vt quis legat pro gradu, & forma, aut præfatam lecturam approbandi, ſed tantummodò ſimpliciter exponendi Generali Capitulo, aut ipſi met Reuerendiſs. Generali, vt clarè in noſt. Conſt. diſt. 2. cap. 14. continetur, quare quidquid in contrarium fuit de præterito attentatum, id totum, & nullum erit, etiam ſi quid in futuro contigerit attentari, taleſque ſic promotos, vel licentiatos nullo titulo Magiſtrorum, vel Baccalaureorum, multominus eorundem priuilegijs, potiri, Prælati permittant, quod in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ, & ſub formali præcepto illis mandamus. Expoſiti perindè à qualibet Prouincia, aut petiti pro Baccalaureis, vel Magiſtris quouſque ad tales gradus per Generale Capitulum, vel Reuerendiſs. P. Generalem non fuerint promoti, nullo pacto Baccalaurei, vel Magiſtri nominentur, locum vè talibus gradibus debitum ſibi vſurpent; nam præter quòd Prouinciales non id faciant, inhibere ſub eodem formali præcepto debebunt, inhabiles nihilominus eos præſenti ſtatuto declaramus ad eoſdem gradus impoſterum conſequendos.* In Capitulo autem apud Montem Peſſulanum 1456. quantum ad Prouinciarum expoſitionem circa eos, qui in Generalibus Studijs Officiales eſſe debent, ord. 3. ita fuit ſancitum. *Item vtilitati, & profectui Fratrum magis quàm honoribus intendentes, vtpotè qui huiuſmodi honores ſpernere, & omnipotenti Deo, cui ſoli eſt honor, & gloria, ſeruire tenemur: Volumus, & ordinamus quòd deinceps nullus ad quamcumque lecturam, ſeu etiam Magiſterium Studentium pro forma, & gradu aſſignetur, niſi quem Prouinciale Capitulum habilitauerit, ſeu expoſuerit promouendum, &c. & ſic huiuſmodi Fratres ſi in Prouincialibus Capitulis reperiantur idonei, poterunt exponi, & habilitari, vt in Generali Capitulo fuerit prouiſum, & ipſorum ſufficientia, & idoneitas exegerit, promoueantur.*

10 Admoneatur Mag. Ordinis ſtatim, ſi fuerint aliqui in Capitulis Prouincialibus deſignati ad legendum pro gradu, & forma in Studijs Generalibus, alias Lectio eorum nulla erit. Valentiæ 1647. ord. 20. *Vide de Priorib. Prouincial. num.* 20.

11 Non admittantur in illis, neque in alijs ſtudijs niſi qui fuerint ad talia ſubeunda munera adiudicati digni. Romæ 1589. capit. Ordinat. pro ſtud. Refor. *Ne noſtri Ordinis maximus ſplendor omnino obtenebreſcat, ordinamus, & ordinando præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ ſub formali præcepto omnibus, & ſingulis RR. PP. Prouincialibus, & Vicarijs, & omnibus alijs, qui ſtudiorum prouiſioni intendunt, vt Lectores, & ſtudiorum Officiales non niſi per vota ſecreta admittant, eorum conſcientias, & RR. PP. Diffinitorum, ac omnium quorum intererit in diem Chriſti aggrauantes, nec non & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina Canonica monitione præmiſſa eis præcipientes, vt ſemoto omni particulari affectu, ſolum Deum, & Religionis beneficium ſibi proponentes, & ante oculos habentes, non niſi idoneos atque ad huiuſmodi onera aptos, qui ſua doctrina diſcipulis plurimùm prodeſſe poſſint, admittant.*

12 Neque proponantur Reuerendiſſimo in Officiales eorundem ſtudiorum Generalium niſi habiles, & digni, atque ad talia munera ſubeunda apti. Bononiæ 1615. *capit. pro Reformat. ſtud.* Vide de Graduandis num. 4.

13 Vt Regentes, & Baccalaurei per quadriennium legere deberent principaliores tractatus Summæ D. Tho: mandatum eis fuit Venetijs 1592. decl. 6. *Vide de Regentibus num.* 11. Veruntamen poſtea immutatum eſt in aliquibus Prouincijs tempus quadriennij prædictorum Officialium, vt cum de ſingulis Prouincijs tractabimus, proprijs locis dicetur. Vt Magiſtri verò Studentium per biennium ſuum munus exercere teneantur, ordinatum fuit Senis 1462. ord. 2. & idem de Baccalaureis, quod

qui-

quidem poſtea de Baccalaureis fuit reuocatum, vt ex ſuprad. Capit. patet *Vide de Lectoribus Biblic. num. 3.*

14 Legant Officiales illorum opportunis temporibus, ſub pœna priuationis officiorum. Venetijs 1592. decl. 6. *Vide de Regentibus num. 11.* Neque poſſint etiam ratione prædicationis ſe à lectionibus ſubtrahere. Romæ 1589. cap. ordinat. pro ſtud. Reformat, ord. 4. *Vide ibid. eodem num. 11.*

15 Eorum lectiones, ſicut & aliorum Lectorum, à feſto S. Crucis vſque ad feſtum S. Mariæ Magdalenæ continuari debent, aliquibus ſeptimanis, & diebus exceptis, de quibus. *Vide ſupra de Lectoribus Artium, & S. Theol. n. 6.*

16 Si à Lectionibus per menſem abſq; legitima cauſa defecerint, priuationem ſuorũ officiorũ conſequentur. Bononiæ 1615 *Vide de Lectoribus Art. & S. Theol. num. 28.* vbi excipitur cauſa celebrationis Capitulorum, quando ad illa debent accedere.

17 In Generalibus Studijs non ſolùm tractatus ſpeculatiui, ſed etiam morales legantur. Bononiæ 1564. ord. 4. *Item in Generalibus Studijs duæ lectiones de ſententijs, aut de partibus D. Thomæ ſemper habendæ ſunt, nec ſolùm ſpeculatiua, ſed etiam moralia à Lectoribus perlegantur, & prætextu lectionis Sac. Scripturæ, de qua ſuperiùs ſtatutum eſt circa ſtudia ſcholaſtica Theologiæ, nil penitùs immutetur.*

Plura alia ad hanc materiam ſpectantia vide de Regentibus, Baccalaureis, Magiſtris Studentium, Examinandis, & Graduandis.

De Studio Controuerſiarum Fidei.

1 FRatres noſtri ſe ſtudioſè exerceant in his, quæ ad defenſionem fidei ſpectant. Bononiæ 1242. ord. 6. *Item Fratres ſe exerceant ſtudioſius in ijs, quæ ſunt contra hæreticos, & ad fidei defenſionem.*

2 In ſingulis Prouincijs deputentur aliqui Conuentus pro ſtudio controuerſiarum fidei. Romæ 1629. ord. 29. *Ordinamus omnibus Prioribus Prouincialibus, vt in qualibet prouincia iuxta exigentiam, & amplitudinem eiuſdem, ſtatuant duos, vel tres Conuentus præcipuos, vel ſi Prouincia exigua fuerit, vnum ſaltem, in quibus, vel in quo, legantur aſſiduè controuerſiæ Fidei, & tractatus ad Euangelicam prædicationem ſpectantes, ita vt impoſterum nullus inſtituatur Prædicator, niſi per tres annos Theologiæ, & duos, vel vnum controuerſijs, moralique Theologiæ operam dederit, aliàs eius inſtitutio nulla ſit.*

3 In Conuentibus propinquioribus. Infidelibus, maximè hoc ſtudium vigere debet. Mediolani 1622. Commiſſ. 1. *Quoniam dum in ſcholis noſtris PP. Lectores, & Studentes Theologi in diſputatione ſubtilitatum, & opinionum minùs vtilium verſantur, interea Infideles, & Hæretici catholicæ fidei dogmata, & concluſiones communes SS. Patrum, & ſcholaſticorum ſumma calliditate ſubuertere nituntur; Ideo, ſuggerente S. Congregat. de Propaganda fide, committimus AA. RR. PP. Prouincialibus, vt in conuentibus, qui ſunt propinquiores finibus Infidelium, inſtituant ſtudia controuerſiarum fidei, quibus incumbant Fratres ad proficiendum idonei, & in religioſis moribus probatiſſimi, quorum opera eadem S. Congregatio opportunè, vti valeat.*

De Studio Linguarum.

1 VT in Barchionenſi Conuentu Arabicę linguæ ſtudium pro Infidelium conuerſione inſtitueretur, mandatum fuit P. Prouinciali Hiſpaniæ in ipſius Ordinis noſtri primordijs, nempe in Capit. Gener. Valencenis celebrato 1259. ord. 6. in hunc modum. *Iniungimus Priori Hiſpaniæ, quòd ipſe ordinet aliquod ſtudium ad addiſcendam linguam Arabicam in Conuentu Barchinonenſi, vel alibi, & ibidem collocet Fratres aliquos, de quibus ſperatur quod ex huiuſmodi ſtudio poſſint proficere ad animarum ſalutem; quicumque autem, & de quacumque Prouincia voluerit addiſcere linguam Arabicam, ſcribat hoc Magiſtro.*

2 Vt etiam ſtudia linguarum Hebraicę, & Gręcę in omnibus Prouincijs inſtituerentur, mandatum fuit Romę 1608. ord. 19. *Ordinamus, vt poſt ſex menſes à præſentium notitia Priores Prouinciales ſinguli in ſuis Prouincijs teneantur inſtituere ſtudium Linguarum Hebraicæ, & Græcæ, conquiſitis ad id munus doctiſſimis earum præceptoribus, quos ſi ex Ordine noſtro habere nequierint, ex ſæcularibus eos accerſant, ac perficiant, deſignatis annuis ſtipendijs ex communibus Prouinciæ ſumptibus.* Quod etiam fuit ordinatum à Paulo V. Pont. Max. datis Apoſtolicis litteris apud S. Marcum pridie Kalen. Auguſti ann. 1610. Ita enim denunciatum fuit Pariſijs 1611. denunc. 3. *Denunciamus etiam ab eodem Sanctiſſ. D. N. Paulo Papa V. Apoſtolicam Conſtitutionem emanaſſe pro inſtitutione exercitij linguarum, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ, quæ Conſtitutio eſt infraſcripti tenoris;*

Pau-

PAVLVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei mem.

Apoſtolicæ ſeruitutis onere infirmitati noſtræ à Domino inſcrutabili conſilio eius impoſito, &c. In cuius Apoſtolici decreti exequutionem Mediolani 1622. denunciatum eſt ex decreto S. Congregat. de Propaganda Fide teneri Superiores noſtros ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs inſtituiſſe infra ſex menſes prædictatum linguarum ſtudia in Conuentibus illis, in quibus Artium, & Theologiæ ſtudia vigent; ita enim denunt. 3. dicitur. *Denunciamus præfatam Sac. Congregationem de Propaganda Fide nuperrimè decreuiſſe, vt iuxta Conſtitutionem Pauli V. in præcipuis Regularium Conuentibus ſtudia linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, & Latinæ habeantur; Quare præcipimus RR. Patribus tam Prouincialibus, quàm Conuentualibus, eorum præſertim Conuentuum noſtrorum, in quibus Artium, & S. Theologiæ ſtudia vigent, & copioſus ſatis Nouitiorum, vel Studentium numerus habetur, vt poſt ſex menſes à præſentium notitia huiuſmodi ſtudia inſtituiſſe debeant, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, conquiſitis ad munus docendi doctiſſimis præceptoribus, quos ſi ex Ordine noſtro habere nequierint, ex ſecularibus accerſent, ac præficiant, deſignatis annuis ſtipendijs ex communibus vniuſcuiuſque Prouinciæ ſumptibus.* Toloſæ autem 1628. denunc. 3. ita dicitur. *Denunciamus ex decreto Sac. Congr. de Propaganda Fide habita die 21. Aprilis 1625. inſtituenda eſſe ſtudia Linguarum à S. Viennenſi Concilio, & à fæl. record. Pauli V. Conſtitutione præſcripta, & aliarum etiam, quæ magis ex vſu eſſe videntur, vt Illyricæ, & Græcæ vulgaris; quare ex eiuſdem decreti præſcripto diſtrictè mandamus RR. PP. Prouincialibus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt intra quatuor menſes ab harum notitia, vnuſquiſque ipſorum in aliquo, ſeu in aliquibus Conuentibus, in quibus Artium, & Theologiæ ſtudia vigent, certum Religioſorum magis idoneorum numerum conſtituant; & linguarum prædictarum ſtudijs addicant (ſub aliquo Religioſo vbi ſtudij Præfectus non extiterit) qui ſtudiorum huiuſmodi curam, & ſollicitudinem habeat; qui vt muneri ſuo ſerius incumbat, ijſdem priuilegijs, quibus Magiſtri, & ſtudioſi fruatur. Certæ autem regulæ, & Conſtitutiones, quibus numerus, & ſpecies linguarum, tempora lectionum, ſtudij, repetitionumque, ac alia huiuſmodi à Magiſtris, & Studioſis diligenter obſeruanda præſcribantur; quarum Conſtitutionum obſeruandarum cura prædicto Religioſo, vel ſtudij Præfecto committatur, qui, ſi ſuo deerit officio, pro modo culpæ puniatur, decernimus autem, vt prædicti Magiſtri, & ſtudioſi reſpectiuè ad honores præ cæteris promoueantur; & ſi in ſuo munere negligentes fuerint, ijs, quibus gaudent honoribus, priuentur, & ad alios via, & ſpes præcludatur.*

3 In omnibus Prouincijs, & Conuentibus Fratres addiſcant linguas Nationum ſibi propinquarum. Pariſijs 1236. ord. 13. *Item monemus, quòd in omnibus Prouincijs, & Conuentibus linguas addiſcant illorum, qui ſunt propinqui.*

4 Licet in anno probationis Nouitij non poſſint in ſtudijs litterarum occupari, ſunt tamen in ſtudio linguarum applicandi. Pariſijs 1611. conſ. 8. *Confirmamus item, vt Nouitij intra probationis annum non occupentur in ſtudio litterarum, præterquàm linguarum, ſed in exercitijs ſpiritualibus deuotionis, addiſcendis ceremonijs, cantu, Regula, Conſtitutionibus, &c.*

De Studio Grammaticæ.

1 IVuenes ad Artium ſtudia non admittantur, niſi in Grammaticalibus ſint ſufficienter inſtructi. Burdegalis 1324. ord. 3. *Vide de Iuuenibus num. 14.*

2 Neque etiam ordinentur, niſi in ſtudio Grammaticæ ſint verſati. Romæ 1501. ord. 21. *Vide de Ordinandis num. 9.*

3 In quolibet Conuentu debet eſſe Lector Grammaticæ, vel Artium iuxta Iuuenum capacitatẽ. Romæ 1553. ord. 1. ibid. 1558. conſ. 3. & Auenione 1561. conſ. 5. & Bononiæ 1564. conſ. 3. *Vide de Lectorib. Artium, & Sac. Theol. num. 25.*

4 Vbi ſunt Iuuenes, qui ſtudio Grammaticæ indigent, ponantur à Prouincialibus Lectores Grammaticæ. Romæ 1553. ordin. 1. *Ordinamus, quòd in omnibus Conuentibus à Prouincialibus ponatur aliquis Grammaticæ Lector, vbi ſunt Iuuenes, qui grammatica indigent, & ſimiliter in maioribus Conuentibus Lector aliquis Logicæ, aut Phyſicæ, aut ſaltem Caſuum Conſcientiæ: & quòd Lectores nullo pacto in alijs occupentur, & Prouinciales his minimè prouidentes à ſuo officio abſoluantur.* Et Mediolani 1505. ord. 11. eiſdem Prouincialibus ita fuit mandatum, *Mandantes Prioribus Prouincialibus, vt diligentiam adhibeant, quòd ſtudium Grammaticæ in pluribus Conuentibus Prouinciæ ponatur, ad quod Iuuenes illius Prouinciæ mittantur, & erudiantur.*

De

De Studio Secularium Scientiarum.

1 SEculares ſcientias non addiſcant Fratres noſtri, neque artes, quas liberales vocant, niſi aliquando circa aliquos Magiſter Ord. vel Capitulum Generale, vel Prior Prouincialis, vel Capitulum Prouinciale voluerit aliter diſpenſare. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 1.* Vide ibid. ſub litera *I*.

2 Neque in libris Gentilium, & Philoſophorum ſtudeant, & ſi ad horam inſpiciant. *Ex eodem tex. Conſt. loco ſuprad.* In cuius obſeruationem Romæ 1569. ord. 5. ita mandatum fuit. *Admonemus Prouinciales, & Priores, Præfectoſque ſtudiorum, vt Conſtitutio illa, qua cauetur ne Studentes in libris Gentilium, & Philoſophorum ſtudeant, &c. executioni mandetur, ne prætextu bonarum (quas vocant) litterarum, & politioris linguæ, Eraſmi libros, aut conſimilium habeant, & legant, unde mala dogmata, moreſque prauos imbibant.*

Vide de Alchimia, & de Medicina.

De Suffragijs pro Fratribus & Sororibus.

1 A Feſto S. Dionyſij vſque ad Aduentum Domini pro Anniuerſario Fratrum, Sororum, & familiarium receptorum per litteras ad beneficia Ordinis, Clericus pſalterium, Sacerdos tres Miſſas, Laici quingenta *Pater noſter* dicant. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 3. tex. vnico.*

2 Ad eadem ſuffragia tenetur quilibet Frater pro defuncto Fratre ſui Conuentus, & totus Ordo pro Magiſtro Ord, & quælibet Prouincia pro ſuo Priore Prouinciali, & totus Ordo pro Diffinitoribus Capituli Generalis, & Socijs eorundem, & pro Electoribus Magiſtri Ordinis, & Socijs Priorum Prouincialium euntium ad Capitulum Generale, ſi aliquem eorum in via, vel in ipſo Capitulo mori contigerit. Idem etiam fiat pro Procuratore Ordinis, ſi in Curia Romana in Procurationis officio decedat. Idem etiam fiat pro Viſitatore à Domibus quas viſitare debet, ſi in viſitatione moriatur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* In cuius declarationem quantum ad Diffinitores Romæ 1532. decl. 5. ita dicitur. *Item declaramus, quòd Capitulum Conſtitutionis de ſuffragijs mortuorum loquens de ſuffragio debito Diffinitori Generalis Capituli eunti ad Capitulum, vel ipſo Capitulo durante, etiam intelligi debet ſi contingat eum mori redeundo à Capitulo.*

3 Magiſtro Ord. abſoluto à ſuo officio eadem debentur ſuffragia à toto Ordine, ac ſi ſuo in munere decederet. Valentiæ 1647. decl. 13. *Vide de Abſol. Mag. Ord. num. 7.*

4 Pro defuncto Fratre eiuſdem Prouinciæ, tenentur Sacerdotes vnā Miſſam celebrare; Clerici ſeptem Pſalmos, Laici verò Roſarium dicere. Romæ 1612. conf. 4. *Pro cuius* (ſcil. Fratris defuncti) *anima quilibet Sacerdos eiuſdem Prouinciæ vnam Miſſam celebret; Clerici verò non Sacerdotes, ſeptem Pſalmos Pœnitentiales; Conuerſi Roſarium B. Virg. recitare teneantur.* Vide numerum ſequent.

5 Vt quantocyus Fratribus denunciaretur Fratrum obitus mandatum fuit Bononiæ 1252. ord. 3. hoc pacto. *Item ſint ſolliciti Fratres denunciare obitus Fratrum alijs Fratribus quam citiùs poterunt commodè, vt defuncti ſuffragiorum beneficia quantocyus conſequantur.* Poſtea verò Romæ 1601. ordin. 4. & Valliſoleti 1605. conf. 14. determinatum eſt, teneri Conuentuum Præſidentes infra ſex dies eorundem Fratrum obitum omnibus eiuſdem Prouinciæ Conuētibus denunciare. Vnde etiā Romæ 1612 conf. 4. ita dicitur. *Confirmamus ordinationem in Capitulo Romano 1601. factam, & Valliſoleti 1605. confirmatam, qua præcipitur ſub præcepto formali, vt quotieſcunque in aliquo Conuentu Fratrem mori contigerit, Prælatus illius Conuentus infra ſpatium ſex dierum, teneatur omnes ſuæ Prouinciæ Conuentuum, & Locorum Præſidentes de eiuſdem Fratris obitu reddere certiores, pro cuius anima quilibet Sacerdos, &c.* Sequitur prout habetur ſupra num. 4.

6 Vt autem toti Prouinciæ Fratrum obitus innoteſcerēt, mandatum fuit Pariſijs 1286. ord. 8. vt eorundem nomina in Capitulis Prouincialibus recitarentur, atque in eorundem Actis ponerentur. *Item volumus, & ordinamus, vt nomina Fratrum defunctorum in Actis Capituli Prouincialis ponantur.*

7 Dum Priores Conuentuales in ſuo munere decedunt, tenentur Conuentus, in quibus præſidebant, ad eorundem ſuffragia, etiam ſi aliorum Conuentuum ſint filij. Romæ 1580. ord. 5. *Vide de Bonis Fratrum defunct. num. 2.* Idem etiam obſeruetur quando Vicarij locorum, quorum non ſunt filij, in ſuo officio moriuntur; eadem enim ratio de ipſis, ac de Prioribus currit.

8 Qui in Vicarijs, aut Monaſterijs Monialium ſunt pro cōfeſſionibus audiendis, vel alio quocun-

cunq; titulo à ſuis originalibus Conuentibus ſuffragia conſequi debent, & è conuerſo tales Fratres tenentur ad exhibenda ſuffragia illis, qui in eiſdẽ ſuis Conuentibus originalibus pariter decedunt. Romæ 1571. declarat. 7. & Barcinonæ 1574. conſ. 41. *Item confirmamus, quòd Fratres noſtri, qui ſunt in Vicarijs, aut in Conuentibus Monialium, cenſeantur aſſignati in Conuentibus, quorum ſunt filij quantum ad ſuffragia, vt inuicem ſibi teneantur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. ſub litt. D. & de Bonis Fratrum Defunct. num. 10.

9 Fratres quoque, qui de licentia Prælatorum noſtrorum extra Ordinem cum Epiſcopis commorantur, à ſuis originalibus Conuentibus ſuffragia obtinere debent. Ita ſubditur in eadem declarat. 7. & conſ. 41. Capitulorum Generalium in præcedenti numero citatorum. *Et idem cenſendum eſt de Fratribus, qui de licentia Prælatorum cum Epiſcopis, vel alibi extra Ordinem commorantur.* Atque idem dicendum eſt de illis, qui de licentia Sedis Apoſt. & cum beneplacito Ordinis, beneficijs Eccleſiaſticis affecti extra Religionem permanent. Peruſij 1478. ord. 12. *Vide de Bonis Fratrum Defunct. num. 16.*

10 Fratres ad noua recepta loca miſſi, intelliguntur in eiſdem aſſignati; quantum autem ad ſuffragia, à ſuis originalibus Conuentibus illa impetrabunt, donec in Conuentus eadem loca firmentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. tex. 1. quæ fuit inchoata Oxonię 1280. conſ. Florentię 1281. & in Conſt. redacta Vicunę 1282.* Vide ibid. ſub litt. D.

11 Qui in Conuentibus aſſignantur, ſiue ad tempus, ſiue ſimpliciter, ab eiſdem Conuentibus ſuffragia obtinere debent, atque ipſi è conuerſo tenentur ad eadem pro omnibus alijs Fratribus ad dictum Conuentum ſpectantibus perſoluendum. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 14. tex. 6.*

12 Tranſeuntes cauſa aſſignationis de vno in alterum Conuentum, atque in itinere decedentes, ſuffragia à Conuentu prioris aſſignationis, ex quo amoti fuerant, conſequentur. Romæ 1650. decl. 5. *Vide de Aſſignationib. num. 18.*

13 Quilibet Sacerdos celebret triginta Miſſas in anno pro Fratribus, & Sororibus noſtris defunctis, & quilibet Clericus triginta vicibus ſeptem Pſalmos, & quilibet Conuerſus triginta vicibus centum *Pater noſter* dicat, & quilibet Conuentus viginti Miſſas in communi. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 3. tex. vnico, quę fuit inchoata Parijs 1256. conſ. Florentię 1257. & in Conſt. redacta Toloſę 1258.* prædictæ autem Miſſæ debent eſſe de *Requiem æternam, &c.* ſi commodè dici poſſint. Romę 1501. declar. 5. *Item declaramus in Cap. De Suffragijs, quòd triginta Miſſæ, quas quilibet Sacerdos, & viginti, quas quilibet Conuentus in communi celebrare tenetur, debent eſſe* De Requiem *ſi commodè dici poſſint: vbi autem propter multitudinem feſtiuitatum, aut alias obligationes hoc commodè fieri non poſſit, ſufficit quod quomodocunque dicantur, & quòd Fratres numerum prędictarum Miſſarum non omittant.*

14 Qualibet ſeptimana in manè ſequenti poſt abſolutum Officium Defunctorum cantetur pro ipſis vna Miſſa *De Requiem*, niſi interueniat ſolemnitas aliqua. Salmanticę 1551. Cap. *Denunciationes* num. 4. *Item abſoluimus tam Chorum, quàm miniſtros Altaris ab obligatione recitandi vigilias trium lectionum pro mortuis, prout hactenus obſeruatum eſt: Et in recompenſatione pro debito iuſtitię, & charitatis, ordinamus, & ita ſeruari volumus, vt nullis feſtis, aut octauis, etiam ſolemnibus obſtantibus (prę- ter Octauas Paſchę, & Pentecoſtes) totum Officium pro ipſis defunctis cum nouem Lectionibus qualibet hebdomada ſemel ab omnibus, & ſingulis Fratribus, tam in choro, quam extra exiſtentibus, perſoluatur, & manè ſequenti pro ipſis vna Miſſa cantetur* de Requiem, *ſi non ſit dies multum ſolemnis, alias cantetur Miſſa ordinaria cum Oratione:* Omnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris, &c. *& cum aliqua proceſſione per clauſtrum, vel Eccleſiam, cum Reſp. vel reſponſorijs, &c. & hoc inuiolabiliter in omnibus Conuentibus noſtri Ordinis obſeruetur; ſuper quo, tam Prælatorum, quam cæterorum conſcientias oneramus: qui etiam curent, vt tali die, & hora prędicta fiant, quibus omnes poſſint melius intereſſe; Ad quę omnes, & ſinguli teneantur etiam Magiſtri, & actuales Lectores, ſuis diſpenſationibus non obſtantibus.*

15 Anniuerſarium verò Fratrum, & Sororum ſequenti die poſt feſtum S. Dyoniſij celebretur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

16 Fratres noſtri numerum Miſſarum non admittant. Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 3. tex. vnico ſuprad. *Vide ibid. declarationes eiuſdem textus.*

17 Pro defuncto Fratre, vel Sorore, in eo Cœnobio vbi decedit, per octo dies incipiendo ab illo obitus eiuſdem, poſt gratias Deo exhibitas poſt comeſtionem cantetur, ℟. *Libera me Domine* ſuper eius ſepulchrum. Valentię 1647. ord. 8. *Laudabilem conſuetudinem multarum Prouinciarum approbantes, in quibus pro defunctis Fratribus, ſeu Monialibus ſpeciales preces habentur, mandamus vt in Conuentibus, vel Monaſterijs, vbi Fratrem, vel Sororem aliquam mori contingat, Fratres, vel Moniales reſpectiuè per octo dies à die mortis poſt gratias, quę habentur poſt prandium, cantent* ℟. Libera me Domine *ſuper ſepulchro defuncti, vel defunctę. In Prouincijs autem vbi alię conſimiles preces haberi conſueuerint, vſus earum ſeruetur.*

De Suffragijs pro ſæcularibus.

1 ANniuerſarium Patrum, & Matrum tertia die poſt Purificationem B. Mariæ habeatur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 3. tex. vnico.*

2 Anniuerſarium Benefactorum, & familiarium ſequenti die poſt octauam B. Auguſtini celebretur. *Ibid.*

3 Anniuerſarium omnium ſepultorum in cœmeterijs noſtris vbique fiat duodecima Iulij. *Ibid.*

4 Vt Fratres noſtri non ſe obligarent ad aliqua Anniuerſaria, ordinatum fuerat Pariſijs 1256. ord. 2. hoc modo. *Item Fratres non ſe obligent ad aliqua Anniuerſaria vllo modo.* Veruntamen poſtea permiſſum fuit ad illa, ſicut & ad alias perpetuus miſſas celebrandas Conuentus ſe poſſe obligare, cum beneplacito tamen Fratrum eiuſdem, & Prioris Prouincialis. *Vide ſupra de Miſſis num. 20. & in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. F.*

5 Pro noſtris Benefactoribus dicatur pſ. *De profundis* ante comeſtionem in atrio Refectorij. Toloſę 1628. ord. 5. *Grati animi ergo Pſal.* de profundis *in atrio Refectorij ante prandium, & cænam pro Benefactoribus recitetur, ex quorum beneficijs alimenta ſuſcipimus.*

6 Circa noctis horam in omnibus noſtris Eccleſijs pulſetur *Aue Maria* pro defunctis. Mediolani 1622. ord. vlt. *Vide ſupra de Eccleſijs noſtris num. 14.* vbi quis fuerit huius pij operis Author enarratur.

De Supprioribus.

1 PRior Conuentualis de conſilio diſcretorum Fratrum ſui Conuentus inſtituat Suppriorem, cuius officium erit habere diligentiam circa Conuentum, & corripere delinquentes, & in alijs, quantum Prior aſſignauerit, vel ei permiſerit. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 8.*

2 Illum ſub pœna abſolutionis ab officio tenetur infra menſem inſtituere, aut à Prouinciali petere. Neapoli 1311. ord. 14. *Item: In quolibet Conuentu Suppriore carente, Priores ſecundum modum in Conſtitutionibus traditum infra menſem teneantur illum inſtituere, vel inſtituendum petere Suppriorem ſub pœna abſolutionis ab officijs.*

3 Inſtituatur, etiam ſi oportuerit Lectorem inſtitui in Suppriorem. Bononiæ 1410. ordinat. 10. *In quolibet Conuentu fiat Supprior, etiam ſi Lectorem fieri Suppriorem oporteret, cum idem Frater Prior, & Lector: & ſimiliter Lector, & Supprior fieri poſſit; oppoſitum autem aſſerentes, grauiter puniantur.*

4 Si aliquos ex ipſis abſolui contingat, alij in locum ipſorum inſtituantur quam primùm. Florentię 1281. ord. 1. *Volumus, & diſtrictè mandamus Prioribus vniuerſis, quòd in ſuis Conuentibus inſtituant Suppriores; & quando aliquos Suppriores abſolui contigerit, Priores illorum Conuentuum circa alios ſubſtituendos curam habeant diligentem.*

5 Non inſtituantur per ſcrutinium. Budæ 1254. ord. 3. *Item cum Supprior aliquis conſtituitur, non fiat per ſcrutinium, ſed de conſilio diſcretorum, qui coram Priore conferant in commune.* Barcinonæ autem 1274. decl. 12. ſancitum eſt, illos inſtituendos eſſe à Priore cum conſilio Patrum, & non aliter; à Priore autem Prouinciali ſine tali Patrum Conſilio. *Item declaramus, Priorem Conuentualem non poſſe inſtituere Suppriorem ſine conſilio diſcretorum, ſecus autem eſt de Priore Prouinciali, qui ſine diſcretorum conſilio id poteſt.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. R.

6 Inſtituantur à Priore de Conſilio Patrum ſui, & non alterius Conuentus. Venetijs 1325. decl. 2. *Item hanc* (ſcilicet declaramus) *in quodam capitulo, vbi dicitur:* Prior Conuentualis de conſilio Fratrum inſtituat Suppriorem, *intelligitur, quòd huiuſmodi conſilium debeat habere in proprio Conuentu, & cum Fratribus, qui ad ipſum Conuentum pertinere dignoſcuntur.* Vt autem tantùm aſſignati in illo Conuentu poſſint à Priore aſſumi in Suppriores, habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. vbi aſſeritur id fuiſſe ordinatum ibidem Venetijs 1325. quid autem in præfato Capitulo fuerit ordinatum circa Suppriores inſtituendos habetur hic ſupra: de Supprioribus autem in dicto capitulo in nulla alia ordinatione ſeu declaratione agitur.

7 Inſtituti, ſiue à Prouincialibus, ſiuè à Conuentualibus Prioribus poſſunt ab ipſis Prioribus de Conſilio Patrum abſolui. Barcinonæ 1574. decl. 12. *Prior etiam Conuentualis poteſt abſoluere Suppriorem inſtitutum à Priore Prouinciali.* De Conſilio tamen Patrum, & per vota ſecreta. Valentiæ 1596. decl. 7. *Vide de Abſol. Priorum num. 1.*

8 Vt non eligerentur in Socios Priorum pro Capitulo Prouinciali, vel Diffinitorum pro Capitulo Generali ordinatum ita fuerat. Bononiæ 1244. ord. 10. *Item Suppriores non dentur Socij Priori ad Capitulum Prouinciale, vel Gi-*

Generale. Veruntamen poſtea Toloſæ 1304. ord. 4. fuerunt excepti illi Suppriores, in quorum Conuentibus debet celebrari Generale, vel Prouinciale Capitulum; hi enim in Socios eligi poſſunt. Vnde ibidem ſic dicitur. *Item inhibemus diſtrictè ne Suppriores in Socios eligantur, qui autem elegerint, vel nominauerint deinceps, ſint in illo tractatu eorum, quæ ad Capitulum ſunt mittenda, omni voce priuati. Excepto illo Conuentu, in quo deberet Generale, vel Prouinciale Capitulum celebrari.* Suppriores igitur poſſunt eligi in Socios Diffinitorum, ſeu Prouincialium pro Capitulo Generali, quando Generale Capitulum eſt celebrandum in eo Conuentu in quo ſunt Suppriores, & poſſunt eligi in Socios Priorum, quando Capitulum Prouinciale in eo Conuentu, in quo ſunt Suppriores debet celebrari, non autem quando prædicta Capitula extra Conuentus, in quibus ſunt Suppriores habentur, ne ex Priorum, atque eorum abſentia aliquod damnum Conuentus patiantur.

9 Poſſunt inſtitui, etiam ſi non habeant duodecim annos à profeſſione; & licet non habeant ſex annos à profeſſione completos, debent electiones ad ipſos ſpectantes dirigere, non tamē in illis voce poſſint gaudere. Valliſoleti 1605. decl. 3. *Declaramus poſſe Fratres inſtitui Suppriores quãuis non habeant duodecim annos à profeſſione, et ſic inſtitutos poſſe electiones dirigere, non tamen in electionibus votum habere.* Vide quę diximus ſupra de Electionibus num. 17. Et hæc declaratio conuenit cum declaratione 11. Capit. Romani 1629. in qua aſſeritur, quòd ſi aliquis in Diffinitorem Capituli Prouincialis eligatur, qui non ſit de iure in tali Capitulo vocalis, licet voce in electione Prouincialis non debeat gaudere, tamen ad omnes actus Diffinitorum debet admitti. *Vide ſupra de Elect. Diffinit. Capit. Prouincial. num. 7.*

10 In illis tantùm Conuentibus, in quibus ſunt Suppriores, locum obtinent ſuper alios, non verò alibi. Ferrariæ 1498. decl. 2. *Item declaramus, Suppriores in ſuo Conuentu tantum ſuum conſuetum locum tenere. Et ſimiliter Baccalarios non præcedere Priores Conuentuales, etiam aliorum Conuentuum, ſiue in Capitulis Prouincialibus ſiue in quibusvis alijs locis.*

11 Locum in ſuis Conuentibus habeant immediatè poſt Priorem, & Magiſtros Prouinciæ. Cenomanis 1491. ord. 6. *Adijcientes, quòd Lectores infra Suppriorem locum habeant, & Supprior immediatum locum infra Priorem vbique teneat, exceptis Magiſtris, & Licentiatis in Theologia, qui ſupra Suppriorem locum habeant, quos volumus à ſingulis in reuerentia haberi.*

12 Extra proprios autem Conuentus non debent Baccalaureos præcedere. Barcinonæ 1574. decl. 11. *Vide de Baccalaureis num. 21.* vbi declaratur, quando intelligantur eſſe extra proprios Conuentus, & vbi à Baccalaureis præcedantur.

13 Poſſunt præcipere Fratribus ne reuelent petitiones abſolutionum Priorum in Capitulo factarum: ipſique etiam ad ſecretum in hoc ſeruandum obligantur. In Monte Peſſulano 1271. ord. 7. *Item cum Magiſter Ordinis de Diffinitorum Capituli Generalis conſilio, & aſſenſu conceſſerit Supprioribus, et eorum Vicarijs, quòd in die tractatus eorum, quæ ad Capitulum ſunt mittenda, Fratribus, qui interſunt tractatui præcipere poſſit ne Prioribus reuelent abſolutionem ipſorum petentes, vel alijs per quos poſſint ad ipſorum notitiam peruenire, de Diffinitorum præſentis Capituli conſilio, & aſſenſu mandat, & ordinat, vt ipſi Suppriores, et Vicarij ad eandem diſtrictionem à ſimili teneantur.*

14 Qui ſunt Prædicatores Generales debent ad Capitula Prouincialia pergere. Romæ 1608. decl. 1. *Declaramus, quòd Suppriores Conuentuum, qui ſunt Prædicatores Generales, habent vocem in Capitulo Prouinciali, & poſſunt ire ad Capitulum Prouinciale.*

15 Ad ipſos ſpectat eligere diem pro tractatu habendo de his, quæ ad electionem Socij pertinent, & ad Capitulum Prouinciale ſunt mittenda, non autem ad Priores Conuentuales. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3 in declarat. tex. 5. ſub litt. E.* Vbi aſſeritur, ita fuiſſe ordinatum apud Montempeſſulanum 1271. & Lugduni 1274. In dictis autem Capitulis, licet aſſeratur fieri debere ſcrutinium per Suppriorem, ſecluſo Priore circa retentionem, vel amotionem Prioris, atque electionem Socij cum tractatu eorum, quæ mittenda ſunt ad Prouinciale Capitulum, tamen in illis nulla habetur mentio, quòd ſpectet ad Suppriorem determinare diem pro ſupradictis habendis. In Capitulo autem Barcinonæ 1323. quod ibidem etiam adducitur; hæc in declarat. 2. ſancita ſunt. *Item declaramus, quòd ad Priorem non ſpectat ordinare, vel nullatenus ſe intromittere de die inſtituendo, vel tempore eorum, quæ ad tractatum Capituli ſunt agenda.* Si ergò ad Priorem non ſpectat, ad Suppriorem talem diem determinare profecto pertinebit.

16 In eorundem Sociorum Priorum Conuentualium electionibus ad bancum ſedere debent, & vota ſingulorum cum duobus in profeſſione antiquioribs, recipere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1.*

17 Idem etiam præſtare debent in electione Prioris Conuentualis. *Ibid. cap. 2. tex. 1.* & in electione Diffinitorum Capituli Prouincialis, & Generalis: qui autem cum ipſis debeant in prædictis electionibus ad bancum ſede-

ſedere, & vota recipere. *Vide ſupra de Diffinit. Cap. General. num. 3. & Capituli Prouincialis num. 1.*

18 In quotidianis Capitulis non accuſentur, niſi aliquo maiori exceſſu interueniente. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 8.*

19 Inter Patres à Conſilijs locum habent. Mediolani 1505. decl. 1. *Vide de Conſilio Patrum num. 2.*

20 Non poſſunt recipere Fratres ad Ordinem, ſeu Profeſſionem niſi ex ſpeciali commiſſione Magiſtri Ordinis, ſeu Prouincialis. In Monte Peſſulano 1294. & Apud Verdunum 1356. *Vide de Recipiendis num. 3. & in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. ſub litt. H.*

21 Dum ſunt in Capite poſſunt Fratres ad profeſſionem, & Ordinem recipere. *Vide in Conſt. loco ſuprad.*

22 Non ſunt Prælati in Ordine, nec Confeſſorem ſibi eligere valent, neque cum Fratribus poſſunt diſpenſare, niſi ex commiſſione illis à Prẹlatis facta. *Ex Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 3. ſub litt. E.* Mortuis autem eorum Prioribus ſupradicta omnia exequi poſſunt. *Ita ſubditur ibid.*

23 Non poſſunt recipere Moniales ad profeſſionem, neque ad habitum, etiam abſente Priore. Toloſæ 1628. *Vide de Monialibus num. 4.*

24 Poſſunt Fratribus Sacramenta adminiſtrare. Londonis 1335. ord. 25. *Vide de Sacramentis num. 1. & in Prologo Conſt. noſt. ſub litt. F.*

25 Mortuis, vel amotis Prioribus, vices eorum in omnibus plenariè obtinent, quouſque Priores fuerint electi, & confirmati in ſuis Conuentibus, atque præſentes in illis extiterint, niſi Prior Prouincialis aliter ordinauerit. *Ex Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 8.*

26 Poſſunt in eo caſu etiam Vicarios inſtituere, exponere Fratres pro confeſſionum audientia intra Ordinem, non autem extra, vel pro Ordinibus ſuſcipiendis. *Ita habetur in decl. tex. ſuprad. ſub litt. S.*

27 Non tamen poſſunt mutationes notabiles in ſuis Conuentibus facere, neque defunctorum Fratrum libros diſtribuere alijs. Mediolani 1270. ordinat. 1. *Admonemus, quòd Suppriores, & alij Priorum Vicarij vacante Prioratu non diſtribuant libros Fratrum defunctorum, nec aliquas notabiles mutationes faciant in Conuentu.*

28 Mortuis, vel amotis Prioribus, tam Prouincialibus quàm Conuentualibus, à quibus fuerunt inſtituti, non exſpirat eorum auctoritas, ſed perſeuerat. *Ex Prolog. Conſtit. noſt. tex. 9.*

Quę ad eorum abſolutionem ſpectant vide ſupra de Abſolut. Suppriorum.

Quæ autem ad eorum munia pertinent habentur in Conſtitutionib. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 8.

De Syndicis.

1 QVilibet Conuentus habeat Procuratorem (ſyndicus communi nomine nuncupantur) qui Priori, & Patribus à Conſilijs reddat rationem dati, & accepti; talis autem Procurator de eorundem Patrum aſſenſu à Priore inſtituatur. Auenione 1341. ord. 4. *Item cum in Conuentibus omnia debeant fieri ordinatè: Volumus. & ordinamus, quòd in quolibet Conuentu idem Prior de diſcretorum Fratrum conſilio Procuratorem inſtituat, ad cuius officium pertineat omnes obuentiones recipere, & ſecundùm Prioris ordinationem, & iudicium diſpenſare. Prior autem per ſe nihil recipiat, niſi neceſſitate cogeretur, & tam ipſe, quàm Fratres alij quicumque aliquid receperint, quam citò commodè poterunt, dicto Procuratori tradere integraliter teneantur ad vſum communitatis, & Fratrum ſecundùm Præſidentis ordinationem diſpenſandum.* Vt autem in huiuſmodi Procuratores, & Syndicos aſſumantur tantum Patres fidelitate ditati ordinatum fuit Mediolani 1505. *Vide de Ratiocinijs num. 1.*

2 Syndici quolibet menſe de datis, & acceptis rationem reddere tenentur. Ita in eodem Capitulo, & ordinatione ſuprad. ſubditur. *Dictus autem Procurator de omnibus expenſis, & receptis, & diſpenſatis ſemel in quolibet menſe coram Priore, & antiquis de Conuentu compellatur plenam, & integram reddere rationem.* Vide de Ratiocinijs num. 1.

3 Priori, & Depoſitarijs Conuentus ſingulis hebdomadibus, vel menſibus ad ſummum, de expenſis, & receptis rationem reddant. Valliſoleti 1605. ord. 25. *Vide de Depoſito Conuent. num. 2.*

4 Pecunias expendere non poſſunt niſi priùs ad Patres depoſitarios detulerint. Valliſoleti 1605. ord. 26. Romæ 1608. conf. 7. Pariſijs 1611. conf. 24. *Vide de depoſito Conuent. num. 3.*

5 Per biennium in ſuo officio permanebunt. Valliſoleti 1605. ord. 26. & Romę 1608. conf. 7. ita dicitur. *Quoniam longa Syndicorum in ſuo officio perduratio Conuentibus damnoſa ſæpe eſſe ſolet, ordinamus, vt nullus Syndicus poſſit in ſyndicatus officio perdurare pluſquàm per biennium, quo completo ipſo facto à prædicto officio ſit abſolutus; nec ad illud ante biennium*

eligi

eligi poſſit ſine licentia Prioris Prouincialis, & præmiſſa noua electione maioris partis vocalium Conuentus conſenſu accedente.

6 Illis non concedatur facultas recipiendi pecunias, quæ in extinctionem centuum ſolent aſſignari. Ita ordinatum, & confirmatum fuit in prædictis Capitulis locis ſuprad. *Syndico nunquam concedatur facultas acceptandi pecunias, quæ ad extinctionem cenſuum erogari ſolent.*

7 Neque illis, neque alijs Conuentuum Officialibus bona eorundem adminiſtrantibus fieri poteſt quitantia abſque Conſilio Patrum, ac licentia Prioris Prouincialis. Apud Nurimbergam 1405. ord. 14. *Item vt bona temporalia ordinatè, ac debitè conſeruentur, pertractentur, & diſpenſentur, Statuimus,* quod *bona temporalia Conuentuum recipiantur, & exponantur, non per Præſidentes, ſed per Procuratores, vel Burſarios, aut alios Officiales ad hoc inſtitutos, iuxta Conſtitutiones Apoſt. 69.* di.c. Quia in quibuſdam, *& ordinationem immediatè præcedentis Capituli, quæ incipit:* Item vt temporalium, &c. *quam cum ſingulis eius clauſulis confirmamus: Volentes quòd nullus Conuentus valeat Præſidenti, vel Fratri de expenſis communibus per eum factis, & introitibus, ſiuè receptis quitantiam ſufficientem facere, abſque aſſenſu Prouincialis, ac Patrum, & Fratruum Conuentus eiuſdem.* Modò autem prædicta quitantia fit in Conſilio Patrum à Prouinciali coram Patribus, ſi fuerit in Conuentu præſens; ipſo autem abſente, fit à Priore, & Patribus ad hoc ſpecialiter congregatis.

8 Qui in ſubminiſtrandis infirmis rebus neceſſarijs negligentes fuerint, à ſuis officijs amoueantur. Romæ 1644. admonit. 4. *Nec Syndicus in porrigendis coemendiſque his, quæ ad Infirmorum curam, medicinas, aut neceſſarios vſus ſpectant, durus ſit, aut inexorabilis; ſed P. Infirmario ea petenti, charitatiuè omnia ſecundum facultatem domus ſubminiſtret. Priores verò, aliique Superiores, vti & ipſimet Syndici, qui hac in re negligentes reperti fuerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluantur, neque poſſint Prouinciales quoquomodo talibus parcere, aut pœnam conſtitutam relaxare.*

9 Prioribus interdictum eſt ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs Syndici munus obire. Bononiæ 1410. ord. 7. *Vide de Abſolut. Prior. Conuent. num. 43.*

10 Eorum inſtitutiones in Capitulo Conuentus faciendæ, ſicut & quæcunque alia in eiſdem Capitulis pertractanda, per vota ſecreta, ſeu fabas albas, & nigras concludantur. Ex decreto Leonis Papæ X. *Vide de Recipiendis num. 14.*

De Terminis Conuentuum, & Prouinciarum.

1 VT Prouinciales æquitate accedente terminos Prouinciarum ſtabiliant, mandatum fuit Oxoniæ 1280. ord. 9. *Item cum de terminis quarundam Prouinciarum frequenter ad Capitula Generalia querimoniæ ſint delatæ, volumus, & mandamus, quòd Priores Prouinciales illarum Prouinciarum per ſe, vel per alios Fratres ad hoc idoneos, Ipſos terminos æquitate ſeruata ſtudeant limitare, ſicut ad pacem Fratrum, & ſalutem animarum viderint expedire.*

2 Non ponantur Conuentus in locis vbi occupentur termini alieni. Ibid. ord. 8. *Item volumus, & ordinamus, quòd domus conceſſæ, vel concedendæ à Capitulo Generali non ponantur in locis, ita vicinis alijs Prouincijs, quòd oporteat Fratres dictarum domorum occupare terminos alienos.*

3 Ad remouendas lites, conſtituantur termini Conuentuum de conſilio diſcretorum eorundem. Mediolani 1505. ord. 13. *Item vt remoueantur lites, quæ inter Conuentus ſolent oriri propter limitationem terminorum, imponimus Prioribus Prouincialibus, vt aſſumptis ſecum aliquibus Patribus diſcretis illorum Conuentuum, inter quos eſt diſceptatio, taliter limitent, & diuidant terminos, attenta maiori, vel minori paupertate Conuentuum, quòd pax inter ipſos ſeruetur.*

4 Seculares nullo modo aſſumantur pro faciendis limitibus, ſeu terminis Conuentuum, vel Prouinciarum. Toloſæ 1258. ord. 3. *Item interdicimus ſtrictè, ne Fratres aliqui directè, vel indirectè procurent quòd aliqua perſona ſeculares ſe intromittant de limitatione terminorum inter Prouincias, vel Conuentus Ordinis noſtri.*

5 Termini Conuentuum, & Prouinciarum ſeruentur in quæſtibus faciendis, ac omnibus alijs. Viennæ 1282. ord. 9. *Item cum ex diuiſione aliorum limitum inter Prouincias, Conuentus & Fratres conſueuerit turbatio generari: Magiſter Ordinis de Diffinitorum ordinatione conſilio, & aſſenſu diſtrictè iniungit Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, ac cæteris Fratribus, vt limitationes factas inter Prouinciam, & Prouinciam ſtudeant exacta diligentia obſeruare, & Fratres, qui contrarium fecerint, pœnæ grauis culpæ ſubiaceant, & quidquid quæſierint infra limi-*

tes

tes alterius Prouinciæ Conuentibus, in quorum præiudicium hoc fecerint, abſque dilatione reſtituere teneantur.

6 Prouinciales non mittant Fratres extra terminos ſuarum Prouinciarum prædicationis gratia. Valentiæ 1596. admonit. 5. *Admonemus PP. Prouinciales, & Conuentuum Præſidentes, vt prædicationis cauſa non mittant extra terminos ſuarum Prouinciarum, vt vnicuique quod ſuum eſt ſeruetur; quinimo id agendi facultatem ab ipſis auferrimus; excepto ſi contigerit in aliqua de præcipuis Ciuitatibus, vel oppidis alterius Prouinciæ Patrem aliquem ſuæ Prouinciæ Prædicatorem deſiderari, & ab eodem peti; tunc enim mitti poterit.*

7 Quæſtuarij, Prædicatores, & alij delinquentes intra terminos alicuius Conuentus à Præſidente illius ſunt corrigendi, & carceribus etiam ſi opus fuerit, mancipandi. Romæ 1481. ord. 8. *Adijcientes & Prioribus Conuentus imponentes, quatenus Fratres in terminis ſuorum Conuentuum abſque eorum licentia quæſtum facientes, aut irreligiosè diſcurrentes, & conuerſantes, vel decenter habitum noſtri Ordinis non ferentes, non obſtantibus cuiuſcunque Prælati noſtri Ord. licentia, ſeu litteris, carceribus vſque ad condignum mancipari faciant inuocato adhoc auxilio brachij ſecularis: cui pœnæ ſubijciantur, qui in ſuis prædicationibus Dominis, Prælatis, & Principibus, Religioſis, ac etiam Eccleſiaſticis perſonis detrahere quoquo modo præſumpſerint, & nihilominus officio prædicationis ſimpliciter ſint priuati.*

De Tertiarijs.

1 QVi volunt in Ordine noſtro ad Conuerſorum habitum admitti, ſunt priùs in Tertiarios recipiendi. Valentiæ 1596. ord. 21. *Ordinamus, quòd nullus imposterum immediatè ad habitum Conuerſorum recipiatur, ſed Tertiarij primò fiant quicumque Laicorum habitum à Religione petierint, vt per quadriennium adminus in habitu Tertiariorum probari poſſint, eorumque mores experiri, ac dignoſci an ſcapulari donandi ſint, nec ne; Prælati qui contra fecerint, in pœnam à ſuis officijs abſoluentur, & nihilominus, tam receptio, quàm profeſſio, ſi fuerit ſubſequuta, nulla erit.* Bononiæ verò 1615. ord. 8. ſancitum fuit, vt poſtquam fuerint per duos annos in habitu Tertiariorum, poſſint ad Conuerſorum habitum tranſire. Vide tamen clarius de hac re de Conuerſis num. 12.

2 Abſolutionem à ſuis officijs, perpetuamque priuationem paſſiuæ vocis incurrunt Superiores, Tertiarios, etiam nouitios, ad Clericalem ſtatum abſque expreſſa Magiſtri Ord. facultate, transferentes. Romæ 1589. decl. 9. *Vide ſupra de Prælatis noſtris num. 9. & Conuerſis num. 30. 32. & 33.*

3 Recipiantur ad Ordinem, vt in manualibus exercitijs Conuentibus inſeruiant. Venetijs 1592. ord. 22. *Vide de Conuerſis num. 6.*

4 Non poſſunt ad Conuerſorum habitum transferri à Septuageſima vſque ad octauam Paſchæ, ſi notabilis pars Patrum à Conſilijs eo tempore prædicationis cauſa à Conuentibus abſit. Valentiæ 1647. ord. 6. *Vide de Conuerſis num. 14.*

De Teſtamentis.

1 NOn debent Fratres procurare, vt alij ſibi attinentes in libris, ſeu alijs quibuſcunque bonis ſuccedant. Apud Inſulas 1293. ord. 6. *Item monemus, quòd Fratres non procurent, nec petant quòd alij Fratres eis attinentes, vel alij quicunque eis poſt mortem in libris, vel alijs rebus ſuccedant, & quod tales gratiæ de cætero à Prælatis Ordinis minimè concedantur.*

2 Neque Fratres, neque Sorores poſſunt per viam teſtamenti de rebus ſibi conceſſis diſponere ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ. Mediolani 1505. ord. 8. *Prohibentes ſtrictiſſimè ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ omnibus, & ſingulis Sororibus, & Fratribus noſtri Ord. cuiuſcunque gradus, aut conditionis exiſtant, ne aliquis eorum præſumat duas cameras, aut duas habitationes in diuerſis Conuentibus tenere, niſi ſit actu Regens in Studio Generali, aut Inquiſitor hæreticæ prauitatis: nec etiam de bonis ſibi ad vſum conceſſis per viam teſtamenti, aut donationis diſponere; & qui in aliquo prædictorum defecerit, ipſo facto prædictam pœnam incurrat, à qua non poſſit abſolui, vel diſpenſari, niſi per Magiſtrum Ordinis.* Et Salmanticæ 1551. ord. 10. id etiam fuit vetitum expreſsè de Cameris in hunc modum. *Item reprobamus abuſum quorundam Clauſtralium, ſiue Conuentualium de vendendis, aut etiam teſtandis poſt mortem cameris, irritantes quaſcunque conceſſiones, ſi quæ ſunt, ſuper his hactenus facta; & ordinantes, ut ſi de cætero vſus illarum conceſſus fuerit viuentibus, ſemper ponatur in litteris concedentis, ad beneplacitum noſtrum, & noſtrorum ſucceſſorum.* Quod fuit confirmatum Romæ 1553. conf. 6. & Auenione 1561. conf. 4. hoc pacto. *Item confirmamus ordinationem in eiſdem Capitulis factam contra abuſum vendentium, aut teſtantium cameras, & licentia quæcunque*

da-

data in contrarium, tam in huiuſmodi, quàm etiam in diſpoſitione aliarum rerum non intelligantur in caſu mortis, inhibentes expreſsè Fratribus, in ipſo mortis articulo nullo modo prætextu cuiuſcumque licentiæ poſſe teſtari.

3 Exequutores teſtamentorum ſecularium non ſint Fratres noſtri, neque interſint dum fiunt. Pariſijs 1239. ord. 8. *Item ne Fratres Curias Regum, vel Principum abſque magna neceſſitate, ſeu fructu animarum frequentent, nec arbitrium in ſe ſuſcipiant, nec teſtamentis interſint, nec eorum executores fiant.* Quod in ſubſequenti Capitulo Bononiæ an. 1240. celebrato ordinatione 5. fuit confirmatum, & etiam apud Treuerim 1266. ord. 3. vbi fuit additum, licere tamen nobis eſſe teſtamentorum condendorum conſiliatores, in hunc modum. *Item* (ſcilicet ordinamus) *quòd Fratres non ſint executores teſtamentorum, Conſiliarij autem poterunt eſſe.*

4 Priores non concedant licentiam Fratribus, vt ſint teſtamentorum executores, niſi ex rationabili cauſa. Bononiæ 1275. ord. 5. *Item cum ex executionibus teſtamentorum frequenter odia, & diſtractiones, & diſpendia varia incurramus, Priores non ſint faciles ad licentiandum Fratres ad executiones huiuſmodi recipiendas, niſi ex cauſa rationabili.* Poſſunt autem Superiores noſtri concedere Fratribus ſibi ſubditis talem licentiam ex Indulto Apoſtolico Bonifatij VIII. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 1. ſub litt. B.* Apud Patauium autem 1308. mandatur Superioribus, vt talem licentiam non dent niſi Fratribus diſcretis, & maturis. Ita enim habetur ord. 9. *Item cum nullus Religioſus poſſit exequi vltimas voluntates ſine ſuorum Superiorum expreſſa licentia, aduertant diligenter Prælati, quòd executiones huiuſmodi non imponant niſi diſcretis Fratribus, & maturis, & ipſi, quibus huiuſmodi auctoritas eſt commiſſa, ſollicitè prout poſſibile fuerit exequantur ſecundum tempus à iure taxatum, & cum omni reuerentia Diœceſanorum, & gratia.* Quod etiam fuit confirmatum Cæſaraguſtæ 1309. ord. 12.

5 Fratres noſtri, dum teſtamentis interſunt, procurent, vt legata aliqua Eccleſijs ſuis Parochialibus teſtatores faciant. Lugduni 1274. ord. 34. *Item in teſtamentis perſonas moneant, & inducant* (ſcilicet Fratres noſtri) *vt Eccleſijs ſuis Parochialibus legata faciant, ſicut decet.* Hæc autem ordinatio facta fuit ad remouendas Parochorum querelas, quas contra Fratres noſtros habebant, vt in Epiſtola F. Humberti Magiſtri Ordinis retulimus cap. de F. F. Minoribus.

De Vagabundis.

1 FRatres quando recedunt de Capitulis per Superiores combinentur, ne vagando diſcurrant, ſed directè ad ſuos vadant Conuentus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 16. tex. 6.* quæ auctoritate Apoſtolica fuit cum pluribus alijs Conſtitutionibus ſancita, atque inter alias appoſita, vt alibi dictum eſt. *Vide ibid. in declarat. ſub litt. F.*

2 Nulli autem Præſidenti Ordinis liceat alicui extra obedientiam noſtri Ordinis exiſtenti curam committere ſuper Fratres, vel Conuentus Ordinis quomodocumque, niſi Prælatis ex Ordine noſtro aſſumptis ſupra Socios eis deputatos, & quamdiu ſunt eorum Socij, & niſi ſupra Apoſtatas, & vagos, hoc eſt ſine Ordinis licentia extra Ordinem commorantes, quamdiu ſic extra manent, ſuper quos volumus quòd non ſolum Magiſter Ordinis, ſed etiam Priores Prouinciales, & eorum Vicarij poſſint poteſtatem concedere omnibus Eccleſiaſticis perſonis. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 10. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. conf. Neapoli 1515. & in Conſt. redacta Romæ 1518.*

3 Qui ſine licentia ſuorum Superiorum hinc inde diſcurrunt, à Præſidentibus Conuentuum capiantur, & in carceribus recludantur. Ita enim eis ſub pœna abſolutionis ab officijs mandatum fuit Romæ 1474. ord. 5. *Præſidenter Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio Fratres vagabundos, qui ſine Ordinis licentia, hoc eſt, ſuorum Superiorum hinc inde diſcurrunt, ad gremium Ordinis reducant, capiant, incarcerent, & puniant (inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, etiam brachij ſæcularis auxilio) nec inde eos ſine Magiſtri Ordinis licentia, aut Prouincialis liberent.*

4 Qui ad Priorem Prouincialem ſine licentia proprij Prioris Conuentualis, & ad Magiſtrum Ordinis (extra Vrbem tamen exiſtentem) ſine licentia ſui Prouincialis eundo non recto tramite, ſed ſine Socio hic indè diſcurrit, eſt vagabundus, & tanquam Apoſtata iudicandus, carcerique mancipandus. Florentiæ 1321. ord. 5. *Vide de Diſcurſu Fratrum num. 11.*

5 Non poſſunt retineri in Conuentibus, niſi cauſa infirmitatis. Mediolani 1505. ord. 5. *Nec etiam aliquis Prior quemcumque Fratrem ſine litteris teſtimonialibus vagantem, & diſcurrentem præſumat vltra vnam diem naturalem retinere, niſi forte contingeret illum infirmari, aut propter magnas pluuias non poſſet recedere, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio ſuo per*

octo

octo dies pro qualibet vice.

Plura alia ad hanc materiam ſpectantia vide ſuprà de diſcurſu Fratrum.

De Veſtibus.

1 VEſtes laneas non attonſas, vbi ſeruari poterit, deferant Fratres noſtri: Vbi verò ſeruari non poterit, vtantur vilibus, & potiùs vilitas in cappis ſeruetur. *Ex Conſtit. noſt. diſtin. 1. capit.* 10. *tex.* 1. Vide ibid. ſub litt. A.

2 Vt Priores præfatam Conſtitutionem de vilitate veſtium faciant obſeruari, mandatum fuit Pariſijs 1248. ord. 2. *Item admonemus Priores, & Fratres vniuerſos, vt Conſtitutionem de vilitate veſtium, tam in Clericis, quam in Conuerſis, in ſilentio, & inclinationibus faciant obſeruari.* Quod ſpecialiter de Cappis fuit confirmatum Maſſiliæ 1300. ord. 4. *Item monemus quod cum ſecundum Conſtitutiones in cappis vilitas debeat obſeruari, prouideant Priores, ſeu Viſitatores quod præfata Conſtitutio diligentius obſeruetur.* In Monte Peſſulano autem 1247. ord. 2. mandatum fuit Prioribus Prouincialibus, vt etiam Epiſcopos ex Ordine noſtro aſſumptos de obſeruantia Conſtitutionum noſtrarum in veſtibus admonerent. *Item Priores Prouinciales moneant Epiſcopos Ordinis noſtri in ſuis Prouincijs, vt in veſtibus, & calceamentis, & in alijs, quibus in officio Epiſcopi impedimentum non præſtatur, ſe conforment Ordini, alioquin Fratres in Socios non concedantur, & dati reuocentur ab eis.*

3 Interiora veſtimenta ſint tantùm coloris albi, exteriora verò paupertatem redoleant. Mediolani 1505. ord. 3. vbi quamplura alia ad veſtes ſpectantia fuere in hunc modum ſancita. De Indumentis: *Item cum Ordo noſter in aliquibus Prouincijs ſit valde diſformatus in habitu, ad ipſum aliqualiter reformandum, ordinamus, quod nullus Frater cuiuſcumque conditionis, vel gradus exiſtat, deferat veſtes pretioſas, aut pompoſas, nec cappas aut tunicas latas, & longas terram tangentes, & ſcopantes, ſed tunica ſolùm deſcendat vſque ad coperturam cauillæ pedum, & cappa ſit breuior tunica, deſuper conſuta infra caputium, & ſcapulare ſit breuius cappa conſutum cum caputio. Nolentes quòd ſub tunica deferantur veſtes, aut caligæ alterius coloris, quàm albi: Nec Fratres per Ciuitatem ullo pacto in albis incedant, ſed ſemper cum cappa nec in choro, aut per ciuitatem deferant biretum diſcoopertum, ſed ſemper cum caputio coopertum, nec deferant ſcarſillas, ſotulares, aut corrigias, aut cultellos curioſos, nec tunicas apertas ante, vel retro; & qui in prædictis offenderint, pœna grauis culpæ à ſuis Prælatis puniantur. Hortantes etiam omnes Fratres, quantum poſſibile eſt, vt tunicellas laneas deferant, cum Conſtitutiones noſtræ prohibeant omnibus Fratribus, etiam infirmis, non debere vti lineis ad carnem.* Bononiæ verò 1285. ord. 7. fuit etiam vetitum deferre burſas, & capſellas. *Item Fratres burſas, & capſellas amoueant, & eiſdem de cætero non vtantur.* Vide etiam hic infra ord. 8.

4 Non deferantur tunicæ ſciſſæ, ſeu apertæ Romæ 1558. decl. 8. *Item admonemus eoſdem* (ſcilicet P. Prouinciales, & Conuentuum Præſidentes) *ne permittant Fratres deferre tunicas apertas.*

5 Fiant ex panno Ordinis paupertati conſono. Pariſijs 1264. ord. 3. *Item nulla veſtis ſcindatur, vel fiat Fratri, niſi prius per examinatores ad hoc ſtatutos iudicetur quòd pannus, de quo fienda eſt veſtis, ſit competens Ordinis paupertati.* Quod vt meliùs obſeruaretur mandatum fuit Toloſæ 1258. ord. 5. vt Fratres non emerent ſibi pannum pro veſtibus, ſed hoc relinquerent Veſtiario exequendum. *Item Fratres non emant ſibi pannum pro veſtibus, ſed per manum Veſtiarij omnibus ematur, ſiue dentur veſtes de communi prouiſione, ſiuè aliàs dentur, denarij pro veſtibus alicui ſpecialiter, etiam de licentia.*

5 Tunicæ circa cauillam pedum incluſiuè, & non plus deſcendant; ſcapularia circa coperturam genuum; cappa verò ſit breuior tunica, & etiam pelliceum. *Ex Conſtit. noſt. diſt. 1. cap. 10. tex. 1. quæ fuit inchoata Ianuæ 1513. confirmat. Neap. 1515. & in Conſtitut. redacta Romæ* 1518. In cuius Conſtitutionis obſeruantiam Coloniæ 1428. ord. 9. ita ordinatum fuit. *Item quia Patres noſtri ad ædificationem proximorum de veſtitu ſeriosiùs ſolliciti exiterunt, ad pompas, & faſtus à noſtro Ordine ſubmouendos. Volumus, & ordinamus, vt nullus Cappas tunicas excedentes audeat de cætero portare, ſed eas exemplariter, & religioſè deferat tunicis breuiores: ſi quis autem à notitia præſentium infra quindecim dies contrauenerit, ſit ipſa tali cappa priuatus, quam Præſidens ſuus in vtilitatem communitatis, ſiue Nouitiorum conuertere teneatur, ſuper quo Præſidentium conſcientias oneramus.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. A. & C.

7 In zonis argentum, in ſotularibus puncta, atque in diploide nulla appareat deformitas. Aueniоne 1470. ord. 7. *Itaque argentum in zonis, puncta in ſotularibus, in diploide nulla deformitas inueniatur.* Vide de Paupertate num. 4.

8 Prælati, etiam per cenſuras compellant Fratres ad vniformitatem in veſtibus ſeruandam. Romæ 1501. ord. 19. *Item honeſtati, & vni-*

vniformitati Ordinis intendentes, ordinamus, & mandamus Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, vt Fratres ſibi ſubditos reducant (etiam ſi neceſſe fuerit) per præcepta, & cenſuras, vt in tonſura cum debita corona, & forma, & colore habitus ſe vniformiter conforment Conſtitutionibus, & nihil in eis appareat qaod noſtram non deceat paupertatem, & honeſtatem, & quod comas nullo modo nutriant, nec paruis, ſed decentibus vtantur coronis. Cappas non alterius coloris quàm nigri deferant, quæ ſint ſaltem quatuor digitis tunicis breuiores, & duobus digitis ſcapularibus longiores, & in caputijs honeſtatem, & religioſam formam ſeruent, quæ magis tendant ad breuitatem, & ſtricturam, quàm ad longitudinem, & latitudinem pomposam. Nec exeant Conuentum ſine licentia Prælati. Nec incedant per Ciuitatem ſine ſocio, aut ſine Cappa, & caputio in capite: Nec ſotulares alterius coloris quàm nigri deferant, nec ſub tunica aliquam veſtem niſi albi coloris habeant. Romæ autem 1650. quantùm ad vniformitatem caputiorum ita fuit ſancitum ord. 5. *Quanquam Ordini noſtro decora vniformitas in omnibus obſeruantijs canonicæ Religionis maximopere commendetur, ea tamen hactenus in extimo habitu præcipuè verò in tanta Caputiorum pro cuiuſque genio diuerſitate minùs eluceſcit: Proinde vniuerſis, ac ſingulis Fratribus noſtris præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ ſub præcepto formali, ne alia tam nigri, quàm albi Caputij forma vtantur, quàm ea, quæ in hoc Capitulo præſcripta fuit, & approbata, nec non S. D. N. Innocentij X. Apoſtolica benedictione inſignita. Cuius tamet ſi complura exemplaria diuerſis Prouincijs tranſmiſſa ſint, eandem tamen, vt certiùs ſingulis innoteſcat, ac firmiùs teneatur, hic etiam placuit delineare; nimirum, apertura Caputij circa faciem vno ampliùs palmo non ſit facie longior, pars anterior ad pectus demiſſa infra ſternum, aut cartilaginem, quam Medici vocant,* Enſiformem; *poſterior à tergo infra cingulum vltra quatuor digitos non deſcendat; latera verò ab humeris infra medium, quod axillæ, & cubito interſtat, non extendantur. Porro ad hanc cuiuslibet Fratris ſtaturæ proportionatam formam deinceps omnia caputia, quæ nouiter fiunt, conficiantur, facta verò ad eandem infra ſpatium 6. menſiam ab huius ordinationis, & præcepti notitia corrigantur.* Vide de Conuentib. oſeruantiæ num. 4.

9 Præſideutes Conuentuum indigentibus Fratribus quolibet anno prouideant de veſtibus, & alijs neceſſarijs. Burdegalis 1287. ord. 6. & Fertariæ 1290. admonit. 1. ita dicitur. *Admonemus, vt Fratribus indigentibus, & petentibus Prælati prouidere de veſtibus neceſſarijs teneantur, & tranſgreſſores per Priores Prouinciales, vel eorum Vicarios, ſeu Viſitatores acriùs puniantur.*

10 Dentur vnicuique ſine acceptione perſonarum. Mediolani 1255. ord. 3. *Item prouideant Priores quòd Fratres ſine perſonarum acceptione veſtiantur: licentias de braccis portandis reuocamus.*

11 Vt tenerentur Conuentuum Præſidentes ſub pœna abſolutionis ab officijs prouidere Frarribus ſaltem quolibet anno de vna veſte, ordinarum fuerat Toloſæ 1304. ord. 2. *Item diſtrictè iniungimus Prioribus, & eorum Vicarijs, vt cuilibet Fratri indigenti ſecundùm iudicium trium Fratrum antiquiorum de Conuentu, ſaltem de vna veſte quolibet anno ſtudeant prouidere, quòd ſi non fecerint, per Prouinciales, & eorum Vicarios à ſuis officijs abſoluantur.* Salmanticę verò 1551. ord. 3. mandatum fuit ſub eadem pœna, vt non ſolùm de vna veſte, ſed de omnibus, quibus indigent, prouiderent. *Circa alios omnes Fratres ſint ſolliciti, vt ſcilicet eis ſufficienter prouideant de omnibus veſtimentis, & de expenſis pro itineribus neceſſarijs: Et hæc tam de Nouitijs, quàm de infirmorum, & veſtium, ac expenſarum pro itineribus prouiſione, præſertim cum Fratres ad ſuas aſſignationes vadunt, aut prædicationis gratia, ſeu aliàs pro obedientia mittuntur, volumus, & mandamus inuiolabiliter ab omnibus Prælatis obſeruari, ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, ipſo facto, ſi contrauenerint, incurrenda: præcipientes RR. PP. Prouincialibus vt eos, quos in his negligentes inuenerint, à ſuis officijs incunctanter abſoluant, aut abſolutos eſſe declarent, ne Fratres ex Prælatorum negligentia in ſuis neceſſitatibus communi, ac debito ſubſidio deficientes proprietarij effici compellantur, quos viciſſim volumus in ea, quam profeſſi ſunt paupertate perſiſtere, & ab omni pecuniarum cumulatione abſtinere.*

12 Nulli dentur in pecunijs. Valliſoleti 1605. ord. 28. *Nulli impoſterum dentur veſtes in pecunia numerata, ſed ſecundùm Fratris indigentiam, & Conuentus poſſibilitatem de veſtibus prouideatur. Præſidentes verò Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio infra ſex menſes à notitia præſentium de tunicellis, & linteaminibus laneis ſuis Fratribus prouideant.* Quod fuit etiam confirmatum Romæ 1644. ordinat. 12. (quam vide de Abſol. Priot. Conuent. num. 41.) Et iterum Valentiæ 1647. addendo, vt Priores teneantur deferre ad Capit. Prouinciale fidem ſubſcriptā à Frarribus ſibi ſubditis, ſe dediſſe illis iuxta vniuſcuiuſq; Prouinciæ morem, & conſuetudinem veſtes, aliàs voce in electionibus Prouincialium nequaquam gaudeant. *Vide ſupra de Elect. Prior. Prouincial. num. 18.* Romæ autem 1525. ord. 2. præter abſolutionem ab officijs, etiam grauioris culpæ pœna fuit Præſidentibus inflicta, ſi ſufficientem veſtium copiam ſibi ſubditis non tribuant. *Ordinamus, & ſub pœnis abſolutionis à ſuis officijs, & grauioris culpæ Præſidentibus Conuentuum mandamus, vt Fratribus de competenti victu, & veſti-*

ſitu ſecundùm domus facultatem prouideant. Quod fuit confirmatum Romæ 1530. conf. 2.

13 Non deferentes veſtes religioſas, tam internas, quam externas, iuxta tenorem Conſtitutionum noſtrarum, atque ordinationes Capitulorum priuentur illis, voce actiua, atque paſſiua, officijs & gradibus; & pertinaces pœna carceris, grauiorisq; culpæ plectantur. Romæ 1650. conf. 11. *Confirmamus, & innouamus quæcunque in varijs Capitulis Generalibus de raſura, & veſtitus vniformitate, ac modeſtia ſunt conſtituta: mandantes Prouincialibus, & Prioribus Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio ipſo facto incurrenda, vt quos inuenerint comam, vel barbam in labijs, mentouè contra Conſtitut.* Cap. de Raſura *vanè, ac modo ſeculari nutrientes, veſtes in materia, forma, colore, laxitate, &c. contra præſcriptum earundem Conſtitutionum, & Capit. Generalium portantes; indusijs lineis ad carnem vtentes, vel ſi eum aliquibus titulo infirmitatis quoad hoc diſpenſatum fuit, eadem maniſeſtè, & cum ſcandalo geſtantes; cappam, ſcapulare, tunicam ad terram vſque defluam, aut à cingulo deorſum patulam, ac diuiſam deferentes; habitum Ordinis palam vbique deferendum ſub ſago, pallione ſeculari occultantes, interulas veſtes alio quam albo colore, aliaue materia, quàm quæ Chriſti pauperes deceat; calceamenta, caligas, pileos, qui religioſam humilitatem, & paupertatem minùs ſapiant, noſtriſque Conſtitutionibus, atque Capitulis Generalibus præſertim Mediolanenſi* 1505. *Senenſi* 1462. *& Romano* 1629. *aduerſentur, cuiuſcunque dignitatis, gradus, aut conditionis ij fuerint, declarent priuatos vtraque voce, officijs, & gradibus, ipſas veſtes auferentes, illoſque donec ſeſe emendauerint Conuentu egredi non ſinant, prout ex nunc pro tunc eos vtraque voce, officijs, gradibus, ac vanis illis inſtrumentis priuamus, priuatoſque ad triennium declaramus; pertinaces verò damnamus ad pœnas grauioris culpæ, & carceris. Conuerſos denique in his delinquentes priuamus ad idem tempus ſcapulari, & caputio.*

14 Priores Prouinciales in ſuis viſitationibus interiora ſubditorum veſtimenta ſcrutentur, an ſint in colore, & forma Ordini conſona. Romæ 1629. admonit. 2. *Admonemus eoſdem PP. Prouinciales, vt in ſuis viſitationibus diligenter ſcrutentur interiora Fratrum veſtimenta, ſint ne ex materia, vel cum forma, & colore mori Ordinis congruo; caueantque ſummopere ne Religioſi ſecularem vanitatem in veſtibus imitentur; eos verò qui in huiuſmodi deliquerint, huiuſmodi veſtibus priuatos ſeuerè puniant.*

15 Cappæ in Conuentibus à Paſchate, vſque ad Feſtũ Omnium Sanctorũ non deferantur; in hyeme verò poſſunt deferri, non verò in menſa. Salmanticæ 1551. ord. 13. *Item ordinamus pro vniformitate noſtri Ord. vt cappæ in Conuentu à Paſchate Reſurrectionis, vſque in Feſtum Omnium Sanctorum non niſi in communione, & à ſeruitatoribus Miſſarum portentur: In hyeme verò in Prouincijs, vbi conſuetum eſt, portari poſſint, præterquàm in menſa.*

16 Habitus noſtri Ordinis eſt tunica alba, & præſertim ſcapulare album quoad Clericos, & nigrum quoad Conuerſos, & cappa nigri coloris; atque hunc habitum, & præſertim ſcapulare debemus patenter deferre quando procedimus in publicum, cum ſit proteſtatiuum noſtræ profeſſionis. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 10. in decl. tex. vnici ſub litt. C.* Vide ibidem plura alia ad hac materiam ſpectantia.

17 Eccleſiaſticas veſtes nullus habeat particulares. Apud Peſtum 1273. ord. 9. *Vide de Paupertate num. 7.*

De Vicarijs.

1 Illegitimè nati non poſſunt habere Vicariatus officium in Ordine noſtro, niſi ad hoc ſpecialiter diſpenſentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4. & ibid. cap. 13. in decl. tex. 4. ſub litt. N.*

2 Neque quicumque ſemel apoſtatauerit, vel de lapſu Carnis maniſeſtè conuictus fuerit, vel carceri ſententialiter, & legitimè mancipatus, niſi per Diffinitores Capituli Generalis, vel Prouincialis, vel per Magiſtrum Ord. fuerit reſtitutus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 20. tex. 4.*

3 Nulli Præſidenti Ordinis liceat alicui extra obedientiam noſtri Ord. exiſtenti curam committere ſuper Fratres, vel Conuentus Ordinis quomodocunque, niſi Prælatis ex Ordine noſtro aſſumptis ſupra Socios eis deputatos, & quamdiu ſunt eorum Socij, & niſi ſupra Apoſtatas, & vagos; hoc eſt ſine Ordinis licentia extra Ordinem commorantes, quamdiu ſic extra manent: ſuper quos volumus quòd non ſolùm Magiſter Ord. ſed etiam Priores Prouinciales, & eorum Vicarij poſſint poteſtatem concedere omnibus Eccleſiaſticis perſonis: quòd ſi ſecus factum fuerit, ſit irritum, & inane. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 10.* Quæ fuit Apoſt. auct. facta Bononię 1410. quoad primũ punctum; Quantum autem ad id quod ſubditur poſſe Prælatis ex Ordine noſtro aſſumptis committi tale Vicariatus munus ſuper Socios eorundem, &c. *Fuit inchoata Ianuæ* 1513 *conf. Neapoli* 1515. *& in Conſt. redacta Romæ* 1518. Vide ibid. declarationem eiuſdem textus.

4 Qui permanſerint extra Ordinem ſine

Su-

Superiorum licentia, etiam ſi cum Superiorum licentia poſtea ad Ordinem reuerſi fuerint, nullum Vicariatus officium conſequi poterunt infra decennium, niſi in ſcriptis diſpenſatum cum eiſdem fuerit à Magiſtro Ord. Romæ 1525. ord. 6. *Item ordinamus, quòd Fratres manentes extra Ordinem ſine licentia Superiorum, poſtea ſi redierint ad Ordinem; etiam cum licentia Superiorum, non poſſint habere aliquod prælationis, aut Vicariatus officium infra decennium, ſine licentia expreſſa Reuerendiſs. Magiſtri Ordinis in ſcriptis obtenta.*

5 Multiplices in Ordine noſtro nominantur Vicarij: Alij enim dicuntur Vicarij Generales Ordinis: Alij Vicarij Generales Magiſtri Ord.: Alij Vicarij Generales Prouinciarum: Alij Vicarij Prouincialium: Alij Congregationum: Alij Nationum: Alij in Capite: Alij Locorum, &c. de quibus ſingillatim tractabimus. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 2. ſub litt. D.*

De Vicarijs Generalibus Ordinis.

1 Vicarij Generales Ordinis illi dicuntur, & ſunt, qui mortuo, vel amoto Magiſtro Generali, Ordinem vniuerſum regunt, & moderantur, quouſque alter Magiſter fuerit electus. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 2. ſub litt. D.*

2 Tale munus ad Priorem Prouincialem illius Prouinciæ, in qua ſequens Generale Capitulum fuerit celebrandum, ſpectat. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 4. tex. 2.*

3 Si autem illa Prouincia tunc Priorem Prouincialem non habuerit, vel infra tempus Vicariæ ſuæ eum mori, vel amoueri contigerit, Prior Prouincialis illius Prouinciæ, vbi immediatè præcedens Generale Capitulum fuerit celebratum vices obtineat ſupradictas, & ſic deinceps retrocedendo, donec in aliqua Prouinciarum iſto modo valeat Vicarius inueniri. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

4 Si autem Generale Capitulum rationabili ex cauſa ad aliam Prouinciam transferri contigerit, etiam ad Priorem Prouincialem illius Vicarij Ord. munus debet transferri. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 2.*

5 Non poſſunt huiuſmodi Vicarij abſolutiones Priorum Prouincialium, nec Priorum Conuentualium aliarum Prouinciarum, neque translationes de vna ad aliam Prouinciam facere. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

6 Neque inſtituere Prouincialem Terræ Sanctæ. Romæ 1542. ord. 2. *Item ordinamus, quòd Vicarius Ordinis poſt mortem Generalis non poſſit inſtituere propria auctoritatem Prouincialem Terræ Sanctæ; ſed ſeruetur Magiſtro Ordinis.*

7 Poſſunt confirmare Prouinciales, illorumque electiones caſſare, atque eoſdem ad ſuſceptionem talis muneris compellere. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 8.*

8 Ante Magiſtri Ord. electionem tenentur Electores congregare, & cum illis de futuro Magiſtro eligendo tractatum habere. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. cap. 4. in decl. tex. 4. ſub litt. E.* Vide ibid. plura ad hoc ſpectantia.

9 Vt voce in Magiſtri Ord. electione gauderent prima, ac loco Superiori, eſſentque ex ſcrutatoribus eiuſdem, mandatum fuerat per Alexandrum Papam VI. Veruntamen poſtea ex Apoſtolico Indulto Pauli Papæ III. ſupradicta Alexandri Conſtitutio nullum habuit effectum in Capitulo Romano 1539. neque etiam poſtea in ſubſequentibus; vnde Vicarij Generales Ordinis, nec vocem in Magiſtri Ord. electione, nec locum habent, nec vocum ſcrutatores exiſtunt. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 18. ſub litt. A.*

De Vicarijs Generalibus Magiſtri Ordinis.

1 Poſſunt Magiſtri Ordinis in ſui adiutorium regiminis Vicarios aſſumere, qui Vicarij Generales Ord. nuncupantur: talium autem Vicariorum auctoritas cum ipſis Magiſtris Ordinis expirat. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 9.*

2 Procuratores Ordinis non poſſunt in huiuſmodi Vicarios aſſumi. Romæ 1601. ord. 27. *Ordinamus, & impoſterum ſancimus, ne Procurator Ordinis poſſit eſſe ſimul Vicarius Generalis, nec è conuerſo: volumuſque quod hæc duo officia diſtinctis Patribus conferantur.*

3 Abſente Ordinis Magiſtro à Capitulo Generali vnus de Diffinitoribus in Vicarium Generalem eiuſdem Capituli ab eiſdem Diffinitoribus aſſumatur, qui durante Capitulo vices Magiſtri gerat, in omnibus dumtaxat quæ ad tractatus, & Acta Capituli pertinebunt: qui etiam locum Magiſtri vbique teneat; fidelium dicat; licentiam loquendi tribuat; & poſſit concedere litteras de beneficijs Ordinis, vt Magiſter: in diffinitionibus autem vnam tantum habeat vocem. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 8. tex. 1.*

4 Non habent auctoritatem ſuper Monia-

les, niſi hęc illis in litteris patentibus ſpecialiter à Magiſtro Ord. concedatur. Argentinę 1307. ord. 3. *Item declaramus quòd Vicarij Magiſtri, vel Prouincialium de viſitandis, vel ordinandis Monaſterijs Sororum Ordinis ſe nullatenus intromittere poſſunt, niſi in eorum litteris ſpeciater ſit expreſſum.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 1. in decl. tex. 4. ſub lib. litt. I.

5 Non poſſunt dare licentiam loquendi in menſa. Lucę 1288. ord. 10. *Vide infra de Vicarijs Prouincial. num. 12.*

De Vicarijs Prouinciarum.

1 Vicarij Prouinciarum alij dicuntur Generales, alij verò non. Vicarij Generales Prouinciarũ ſunt, qui ab Ordinis Magiſtro, vel Capitulo Generali inſtituuntur ad regendas Prouincias. Vnde in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 6. ita dicitur. *Quod ſi Magiſter Ord. vel Capitulum Generale aliquem Fratrem illius Prouinciæ Vicarium inſtituerit in eadem, volumus ipſum Vicarium in electione prædicta* (ſcil. Prouincialis) *vocem habere.* Talis autem ſic inſtitutus Vicarius, nuncupabitur Vicarius Generalis Prouincię. *Ita habetur diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 2. ſub lit. D.* Vicarij verò Prouinciarum illi dicuntur, qui vel terminato Prouincialatus munere eaſdem Prouincias, vſque ad electi confirmationem gubernant; vel nouiter electi in Prouinciales eaſdem Prouincias ſtatim vſque ad acceptam confirmationem regunt; vel toti Prouincię à Prouincialibus abſentibus pręficiuntur; vel mortuo, ſeu amoto Prouinciali iuxta noſtrarum tenorem Conſtitutionum Prouincias moderantur: de quibus omnibus vide in Conſt. noſt. loco ſuprad.

2 Quilibet autem Vicarius Generalis Prouincię (per quemcumque modum fuerit inſtitutus) locum Prouincialis teneant; Fidelium dicat; licentiam loquendi tribuat, & poſſit concedere litteras de beneficijs illius Prouincię, durante Capitulo Prouinciali dumtaxat. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2. & ibid. ſub litt. D.* Vbi ſubditur, Vicarios Magiſtri Ord. ſeu Prouincialium, non Generales, ſed particulares, ſiue Nationum, ſiue Conuentuum ſint, ſiue fuerint miſſi ad aliquàm Prouinciam viſitandam, debere vbique ſuum locum tenere, quem alias in Ordine habent, niſi in Capitulo dum ſuum officium corrigendo exercent. Ita enim ordinatum fuit Londonis 1263. ord. 9. *Item Vicarij Magiſtri, vel Priorum Prouincialium, vbique teneant locum ſuum, niſi in Capitulo, dum officium correctionis exercuerint.*

3 Plenariam habent auctoritatem ſuper Moniales. Mediolani 1505. decl. vlt. *Item declaramus quod cum cura Monaſteriorum noſtri Ordinis ſit per Sedem Apoſtolicam commiſſa Reuerendiſs. Magiſtro Ord. & Prouincialibus, ne mortuis, vel amotis Prioribus Prouincialibus prædicta Monaſteria remaneant ſine regimine, & cura idem Reuerendiſs. Magiſter de conſilio, & conſenſu noſtro, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc dat illam auctoritatem, & iuriſdictionem Vicarijs Prouinciarum ſuper prædicta Monaſteria mortuis, vel amotis prædictis Prioribus Prouincialibus, quam ſecundùm Ordinem, & Priuilegia Apoſtolica ipſi Prouinciales habeant.*

4 Eorum auctoritas perſeuerat, etiam ſi illorum à quibus fuerint inſtituti, per mortem, vel quamcumque aliam cauſam, defecerit. Ita conceſſit Iulium PP. II. denunciatum fuit Romæ 1508. denunc. 2. appoſito ibid. Apoſtolico eiuſdem Breui, P. F. Thomæ de Vio Vicario Generali Ordinis directo ſequentis tenoris.

IVLIVS PAPA SECVNDVS.

Dilecte fili ſal. & Apoſtol. Benedictionem.

Exponi nobis fecisti quòd ambiguitates quædam circa Vicariorum facultates in tuo Ordine exortæ videntur, quæ ſi incertæ manerent, graue eſſet Præſidentibus in eodem, occurrentibus ſubuenire neceſſitatibus. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, vt ſuper præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tenore præſentium, Vicarijs pro tempore præfati Ordinis, Prouinciarum, Conuentuumque eorum mortuis, vel amotis, Magiſtro, Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, omnem poteſtatem, vel facultatem, tam auctoritate Apoſtolica, quàm quomodoliberaliter conceſſam, & impoſterum concedendam Magiſtro, Prouincialibus, vel Conuentualibus Prioribus prefati Ordinis, exceptis illis, quæ in Conſtitutionibus dicti Ordinis ſpecialiter illis inhibentur, Apoſtolica auctoritate reſpectiuè concedimus de gratia ſpeciali, in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcat. die 7. Decemb. 1507. Pontif. noſt. anno 4.

Sigiſmundus.

A tergo.

Dilecto filio Thomæ de Vio Caietano Vicario Generali Ord. Prædic.

Huius Breuis mentio habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 5. ſub litt. A.

5 Mortuo vel amoto Priore Prouinciali, vel ipſo, & eo, cui vices ſuas commiſerit extra Prouinciam exiſtente, Prior Conuentualis illius loci, in quo primum Prouinciale Capitulum

lum fuerit celebrandum, vices eius obtineat quouſque Prior Prouincialis illius Prouinciæ ſit electus, & confirmatus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 3.* Si autem Conuentus ille, cui Capitulum aſſignatum fuerat, vel tranſlatum Priorem non habuerit, vel cum infra tempus Vicariæ ſuæ mori, vel amoueri contigerit, Prior illius domus, vbi Prouinciale Capitulum antecedens fuerat celebratum vices Prioris Prouincialis in omnibus obtinebit; & ſic deinceps retrocedendo, quouſque Conuentus ille, in quo Prouinciale Capitulum fuerat celebratum Priorem habuerit, qui vices Prioris Prouincialis in omnibus obtinebit. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 3. quæ fuit inchoata apud Peſtum 1273. conf. Lugduni 1274. & in Conſt. redacta Bononiæ 1275.* Quæ Conſtitutio ita fuit declarata Auenione 1561. decl. 1. *Declaramus conformiter ad tenorem noſtrarum Conſtitutionum, quòd mortuo, vel amoto Priore Prouinciali, Prior Conuentualis illius loci, in quo primum Capitulum Prouinciale fuerit celebrandum, vices eius obtineat, quouſque Prior Prouincialis ſit electus, & confirmatus, vel ille, cui vices ſuas commiſerit, præſens in Prouincia extiterit. Si autem Conuentus ille Priorem non habuerit, vel infra tempus ſuæ Vicariæ mori, vel amoueri contigerit, officium ad Priorem Conuentus, vbi antecedens Capitulum fuerat celebratum, deuoluatur, donec Prior Conuentualis Conuentus, vbi celebrandum eſt Capitulum Prouinciale, fuerit electus, & confirmatus.* In aliquibus autem Prouincijs Vicariorum auctoritas expirat ſtatim ac fuerit nouus Prouincialis electus, qui ante confirmationem Prouinciam tanquam Vicarius regit, vt ſuo loco, cum de ſingulis Prouincijs tractabimus, dicemus.

6 Si Capitulum Prouinciale ex aliqua cauſa ad Conuentum alium transferatur, poſt tranſlationem Prioris Vicarij poteſtas expiret, & Prior loci illius ad quem Capitulum fuerit tranſlatum vices Prioris Prouincialis in omnibus obtinebit. *Ex Conſtitut. noſt. loco ſuprad. tex. 1. quæ fuit inchoata Mediolani 1270. conf. in Montepeſſulano 1271. & in Conſt. redacta Florentiæ 1272.*

8 Si pendente confirmatione electi Prouincialis mortuus ipſe fuerit, Vicarius Prouinciæ erit ille Prior, in cuius Conuentu ſequens Capitulum Prouinciale fuerit aſſignatum. Romæ 1546. decl. 3. *Item declaramus, quòd ſi pendente confirmatione Prouincialis in aliqua Prouincia, & finito Capitulo Prouinciali electum mori contingeret, Vicariatus eiuſdem Prouinciæ ad illum Priorem pertineat, in cuius Conuentu ſequens Capitulum fuerit aſſignatum.*

8 Huiuſmodi Vicarij in electionibus non debent eſſe vocum Scrutatores, nec ad bancum ſedere; niſi alias hoc illis de iure competeret. *Vide de Elect. Prior. Prouincial. num. 7.*

9 Tenentur infra menſem indicere futuri Capituli Prouincialis conuocationem. *Vide de Elect. Prior. Prouinc. num. 2.*

10 Quod non poſſint, etiam cum Diffinitoribus, inſtituere Prædicatores Generales, habetur expreſſe in Conſtit. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 1. In Cap. autem Romano 1629. ord. 15. videtur oppoſitum determinari his verbis. *Fratres verò, qui ad huiuſmodi munus iuxta noſtras Conſtitutiones approbati, cæteriſque iuxta earundem præſcriptum requiſitis ornati inuenti fuerint, poterunt quidem à P. Prouinciali, vel Vicario Prouinciæ vnàcum Diffinitoribus in Capitulo congregatis Prædicatores Generales inſtitui.* Quod tamen eſt intelligendum de illis Vicarijs, qui electi in Prouinciales, ſtatim Prouincias, tanquam illarum Vicarij gubernant, vel de Prouincialibus, qui terminato proprio munere remanent Vicarij Prouinciarum, donec alij nouiter electi confirmentur.

11 Votum in electionibus Prouincialium habent, ſi earundem Prouinciarum ſint. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. cap. 3. tex. 6. quæ fuit inchoata Pariſijs 1326. conf. Perpiniani 1327. & in Conſt. redacta Toloſæ 1328.*

12 Non poſſunt Vicarios pro Priorum electione facienda mittere, niſi in caſibus, vel magnæ diſſenſionis, vel maximæ ignorantiæ inter vocales in directione earundem electionum. *Vide infra de Vicarijs Electionum num. 1.*

13 Quando mittuntur pro aliqua cauſa in aliquam Prouinciam, præfigatur illis tempus in patentibus litteris, vltra quod ſuum munus differre non valebunt. *Vide de Viſitatoribus num. 10.*

De Vicarijs Prouincialibus.

1 Vicarij Prouinciales illi dicuntur, qui à Prouincialibus in aliquibus ſuarum Prouinciarum partibus inſtituuntur, de quibus in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 12. ita dicitur. *Statuimus, vt in ſingulis Prouincijs Priores Prouinciales, vel eorum Vicarij, & Diffinitores Capituli Prouincialis Prouincias ſuas per Vicarias diſtinguant, ſecundùm quòd eis videbitur expedire, quibus ſingulis Vicarios præficiant, qui non ſint Priores, vel Lectores actu legentes, niſi priùs à ſuis officijs abſoluantur.* In cuius confirmationem Coloniæ 1301. ord. 2. ita dicitur. *Item inhibemus diſtrictè Prioribus Prouincialibus ne, dum in ſuis Prouincijs præſentes extiterint, Prioribus, vel Lectoribus actu legentibus ſuper*

Pro-

Digitized by Google

Prouinciam, vel partem Prouinciæ committant officium Vicariæ, niſi fortè ad tempus, & ex cauſa rationabili, & vrgente.

2 Priorum Prouincialium plenariè vices gerunt in domibus ſibi aſſignatis. *Ex Conſtitut. noſt. ibid.*

3 Non poſſunt Priores, ſeu Lectores inſtituere, vel amouere. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

4 Vbique loca ſua teneant, niſi in Capitulo dum ſuum munus exercent. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

5 Eorum auctoritas in die immediatè præcedente electionem Diffinitorum expirat. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

6 Prouinciales poſſunt eos corrigere, & ex rationabili cauſa à dicto munere amouere. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

7 Cum decedentibus Prouincialibus eorum auctoritas expirat. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 9.*

8 Prouinciales huiuſmodi Vicarios in ſuis Prouincijs, & Magiſter Generalis in Ordine, non multiplicent. Romæ 1474. ord. 3. *Ad euitandas ſubditorum rebelliones erga ſuos Superiores, & abuſus remouendos, monemus, vt nec Magiſter in Ordine, nec Prouinciales in ſuis Prouincijs Vicarios multiplicent; poterunt tamen Prouinciales in ſuis Prouincijs, dum abſunt, in qualibet Natione vnum inſtituere; in ſingulis verò Conuentibus, non niſi vrgente neceſſitate, Vicarios conſtituant.*

9 Vt non niſi pro breui tempore inſtituantur mandatum fuit Argentinæ 1307. ord. 2. *Item ordinamus, & volumus quòd Vicarijs, qui per Prouinciales mittuntur ad Conuentus aliquos viſitandos, breue tempus, & auctoritas limitetur.*

10 Non habent auctoritatem ſuper Moniales, niſi hæc illis ſpecialiter in patentibus litteris concedatur. *Vide de Vicarijs Generalib. Mag. Ord num. 4.*

11 Non poſſunt Priores, nec Prioriſſas abſoluere, quando ſuper ipſas auctoritatem conſequuntur. *Vide de Abſolut. Prior. Conuent. num. 92.*

12 Non poſſunt concedere licentiam loquendi in menſa. Lucæ 1288. declarat. 2. *Item declaramus quòd Vicarij Magiſtri Ordinis, vel Prioris Prouincialis ad loquendum in menſa licentiare non poſſunt.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 12. ſub litt. E.

13 A fractione tamen eiuſdem ſilentij abſoluere poſſunt. Bononiæ 1302. ord. 7. *Item declaramus, & ordinamus, quòd Vicarij Priorum Prouincialium Fratres ſibi commiſſos poſſint à fractura ſilentij in menſa abſoluere, & pœnam ſuper hoc impoſitam relaxare.*

14 Neque acceptandi Epiſcopatum licentiam impartiri valent. *Vide de Epiſcopis num. 1.*

De Vicarijs Congregationum.

1 VIcarij Congregationum dicuntur illi, qui ſuper aliquos Conuentus, ex quibus Congregationes ipſæ conſtant, auctoritatem eandem habent, quam Prouinciales in ſuis Prouincijs, atque loco ſuper omnes ſibi ſubditos, etiam Magiſtros; gaudent in ſuis Congregationibus. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 2. ſub litt. D.*

2 Extra illas autem locum ſuper Magiſtros non ſortiuntur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

3 Terminato proprio munere, in eadem Congregatione locum ſuper omnes, qui non fuerunt illius Vicarij, conſequuntur. Valliſoleti 1605. declarat. 2. *Declaramus Vicarios Congregationum, & Vicariarum expleto tempore ſui officij habere locum in ſua Congregatione, vel Vicaria ſuper omnes, qui non fuerunt Vicarij, ſicut Prouinciales in ſuis Prouincijs.*

4 Per triennium in ſuo officio permanere debent. Romæ 1629. ord. 11. *Quoad Vicarios verò Congregationum dicta Conſtitutio Iulij II. obſeruetur, vt videlicet triennium non excedant.* Conſtitutionem autem Apoſt. eiuſdem Pont. Max. habes in ſequenti numero.

5 Ante ſexennium completum non poſſunt ad idem munus reaſſumi. Ita enim expreſsè inhibet ſua Apoſtolica Conſtitutione Iulius II. præfatus. *Volumus, & auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, quòd Vicarij Generales Congregationum exemptarum à Prouincialibus, ſiuè vitæ communis ſint, ſiue Regularis, non poſſint vltra triennium in Vicariatus officio perdurare, ſed perfecto triennio ipſo facto ab officio ſint abſoluti abſque alia declaratione, ſiuè abſolutione, nec poſſit qui Vicarius fuit, eiuſdem Congregationis Vicarius eſſe infra ſex annos immediatè ſequentes.*

6 A Magiſtro Ordinis ſunt inſtituendi, & ipſo mortuo in ſuo officio perſeuerare debent. In Monte peſſulano 1456. Commiſſione 2. *Item pro pace, & tranquillitate Fratrum de vita regulari volumus, quòd mortuo, vel amoto Magiſtro Ordinis Vicarij Conuentuum vitæ Regularis per ipſum Magiſtrum inſtituti, vel in futurum inſtituendi, remaneant in officio Vicariatus cum omni iuriſdictione, & poteſtate, quam habent, donec per Reuerendiſs. Magiſtrum Ord. aut Generale Capitulum fuerit aliter ordinatum.* Quod in ſubſequenti Capitulo apud Nouimag. 1459. commiſs. 3. fuit de verbo ad verbum confirmatum.

7 Tenentur Magiſtrum Ordinis admonere de ſtatu ſuarum Congregationum. *Vide de Prioribus Prouincial. num. 17.*

Tenen-

8 Tenentur Conuentus ſibi ſubditos viſitare perſonaliter. Romæ 1571. ord. 13. & Barcinonæ 1574.conf.26.*Vide de Prior. Prouincial.num.3.*

9 Illorum reformationem procurare quoque tenentur.Romæ 1546.ord.1.*Vide de Prior. Prouincial.num.5.*

De Vicarijs Nationum.

1 VIcarij Nationum ſunt illi,qui à Prouincialibus ſuper diſtinctas Nationes cõſtituuntur, de quibus in Conſt.noſt.diſt. 2.cap.3.tex.12.ita dicitur. *Statuimus autem, vt in ſingulis Prouincijs Priores Prouinciales,vel eorum Vicarij, & Diffinitores Capituli Prouincialis Prouincias ſuas per Vicarias diſtinguant, ſecundum quod eis videbitur expedire, quibus ſingulis Vicarios præficiant,qui non ſint Priores,vel Lectores actu legentes,niſi priùs à ſuis officijs abſoluantur, requiſito conſilio Fratrum præſentium ad dictas Vicarias pertinentium, qui ſint de corpore Capituli Prouincialis. Qui Vicarij in domibus ſibi aſſignatis Prioris Prouincialis plenarie vices gerant, exemptis dumtaxat inſtitutione, & deſtitutione Priorum,& Lectorum; & vbique loca ſua teneant, niſi in Capitulo dum officium ſua Vicariæ exercent,quorum poteſtas in die immediatè præcedente electionem Diffinitorum Capituli Prouincialis expiret. Hos autem Vicarios Prior Prouincialis corrigere poſſit, & ex cauſa rationabili amouere.* Quæ Conſtitutio fuit inchoata apud Peſtum 1273.conf.Lugduni 1274.& in Conſt. redacta Bononiæ 1275. Vt autem pro eorundem inſtitutione requireretur etiam conſilium Priorum in Capitulo exiſtentium,atque ad talem Vicariam ſpectantium,fuerat per modum inchoationis ordinatum in Montepeſſulano 1271. inchoat.1. quod tamen in ſubſequentibus Capitulis non fuit confirmatum.

2 Nec *Fidelium* dicant, nec locum ſuum mutent,niſi in Capitulo dum ibidem ſuum officium exercuerint. *Ex Conſt. noſt.diſt.2.cap.7. tex.2.* quæ cum aliquibus alijs Apoſtolica auctoritate Alexandri P.P.V.Bononiæ 1410. fuit ſancita,vt alibi dictum eſt.

3 In Conuentibus,in quibus ſunt aſſignati, nullam habere debent iuriſdictionem. Mediolani 1505. ord. 13. *Nolentes quòd Vicarij Nationum inſtituti per Priores Prouinciales habeant aliquam iuriſdictionem in Conuentu,in quo ſunt aſſignati.*

De Vicarijs Locorum.

1 VIcarij locorum illi dicuntur, qui in paruis Conuentibus non habentibus ſufficientem Fratrum numerum ad Prioratum conſtituendum, præſident, de quibus fit mentio in Conſt. noſt. diſt. 2. cap.7. in decl. tex.2. ſub litt.D.

3 Præcedunt in ſua domo, ſeu Conuentu omnes alios Fratres, non verò Prouinciæ Magiſtros, neque Priores aliorum Conuentuum ad ſe declinantes. Barcinonæ 1574. decl.15. *Item declaramus, quòd Vicarij Locorum in domibus ſuis de cætero ſubditos ſuos præcedant,habeantque ſuperiorem locum præterquam ſuper Magiſtros: Quòd ſi accidat Priorem Conuentualem aduenire ad ſuam domum, Priores præcedant huiuſmodi Vicarios, dicantque fidelium, etiam præſente Vicario.* Quod fuit confirmatum Romæ 1589.conf.9. *Vide in Conſt.noſt.diſt.1.cap.1. in decl.tex.3.ſub litt.I.*

3 Vbi ſunt Conuentus, & loca ſupradicta, in Proceſſionibus eorundem Locorum Vicarij locum poſt Suppriores, & Baccalaureos conſequi debent. Neapoli 1600. decl.12. *Declaramus, quòd vbi ſunt Loca, & Conuentus, Vicarius loci in proceſſionibus, & alibi locum habere debet poſt Suppriorem dicti Conuentus, & Baccalaureum,ſi quis aderit.*

De Vicarijs Monialium.

1 POſſunt, tam Magiſtri Ordinis, quàm Priores Prouinciales inſtituere Vicarios ſuper Moniales, qui eorum curam gerant, Ex Apoſtolica auctoritate illis conceſſa. *Vide in Conſt. noſt. diſt.2. cap.1. in decl. tex.4.ſub litt. I.*

2 Eorum auctoritas durat donec reuocetur, etiam ſi auctoritas illorum, à quibus fuerint inſtituti, defecerit. *Ex Prol.Conſt.noſt. tex. 9.*

3 In Priorum abſentia (quibus à Prouincialibus Monialium cura demandatur) Confeſſarij earum remanent Monaſteriorum Vicarij, quòd ſi etiam Confeſſarius vnius Monaſterij deficiat eo tempore, Confeſſarius alterius Monaſterij eiuſdem Ciuitatis remanebit amborum Vicarius: Si autem plura duobus ibidem extiterint Monaſteria, Confeſſarius in Ordine antiquior Vicarius illius erit.

Ita

Ita declaratum fuit. Valentiæ 1647. §. *Pro Prou. Rom.* ord. 1. *Ne cura Monaſteriorum Monialium propter abſentiam caſualem, ſiue præuiſam, & ſæpe neceſſariam Priores, & Confeſſarij Monialium, ad quos minùs decet deuoluatur; ordinamus quòd vbi ſunt plura Monaſteria Monialium, ſi contingat Priorem ſimul abeſſe, & Confeſſarium vnius Monaſterij, remaneant tunc Vicarius Monaſterij deſtituti Priore, & Confeſſario, Confeſſarius alterius Monaſterij; quodſi plura duobus Monaſterijs in eadem Ciuitate fuerint, tunc Confeſſarius in Religionis profeſſione antiquior curam ſuſcipiat: Vbi verò vnum tantum Monaſterium eſt, ſi contingat abeſſe Confeſſarium, inſtituet (vt ſibi bene viſum fuerit, & placuerit) Prior; quem ſi in præmeditato caſu mori, vel amoueri contingat, ad Conſilium Patrum ſpectet inſtituere, prout ſibi placuerit, donec per Priorem Prouincialem prouideatur.* Ex quibus apparet Suppriores in prædictis caſibus nullam omnino habere ſuper Moniales auctoritatem.

De Vicarijs in Capite.

1 POſſunt Prouinciales abſentibus, vel etiã præſentibus Prioribus in ſuis Conuentibus, inſtituere Vicarios in illis cum plenaria auctoritate, etiam ſupra Priores ipſos. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. in decl. tex. 2. ſub litt. D.*

2 Vt autem huiuſmodi Vicarij non inſtituantur abſque vrgentiſſima cauſa Magiſtro Ord. ſignificanda, ordinatum fuit Romæ 1580. ord. 10. *Ordinamus quod nullo modo de cætero inſtituantur Vicarij Conuentuum in capite ſupra Priores, niſi ex vrgentiſſima cauſa ſignificata Reuerendiſs. Magiſtro Ord. Generali.* Cauſa autem talis inſtitutionis Vicarij eſt prius ſignificanda Magiſtro Ord. antequam fiat à Prouincialibus ſi citra montes adſit; aliàs ſufficit quod poſtea illa eidem ſignificetur prout declaratum fuit Romæ 1629. decl. 10. *Declaramus ordinationem Romæ 1580. ſtatuentem nullo modo inſtituendos eſſe Vicarios in capite ſuper Priores Conuentuales, niſi vrgentiſſima cauſa Magiſtro Ord. ſignificata, ſic intelligendam eſſe; ſcilicet vt Prouinciales antequam Vicarium in capite ſuper Priorem Conuentus inſtituant, teneantur monuiſſe Magiſtrum Ord. ſi citra montes adſit; ſi verò fuerit vltra montes, ſat erit, vt Prouincialis de huiuſmodi inſtitutione Vicarij à ſe facta & cauſa neceſſitatis vrgentis ipſum quamprimum, certiorem faciat.*

3 Nec *Fidelium* dicant, nec locum ſuum autem, niſi in Capitulo, dum ibidem ſuum officium exercuerint. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 7. tex. 2.*

4 Si in Conuentibus Prioribus deſtitutis, inſtituantur, actiuam vocem, nullo autem modo paſſiuam, in electionibus Priorum obtinebunt. *Vide de Elect. Prior. Conuent. num. 8. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. D.*

5 Debent conuocare Fratres ad electionem, non autem Scrutatoris officium exercere. Ita enim ſancitum fuit Auenione 1367. ord. 4. *Declaramus, quòd ſi in Conuentu habente Suppriorem, mortuo, vel amoto Priore aliquis per Capitulum, vel Priorem Prouincialem datus fuerit Vicarius dicti Conuentus ſuper Suppriorem & alios Fratres, Vicarius in tali caſu debebit conuocare Fratres ad electionem, Supprior autem cum duobus antiquioribus ſecundùm profeſſionem tenebit ſcrutinium, & dictus Vicarius habebit vocem in electione ſicut cæteri Fratres.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. D.

De Vicarijs Electionum.

1 POſſunt Prouinciales Vicarios electionum mittere ad illos Conuentus, in quibus ſunt Priorum electiones celebrandæ; hi tamen actiuam tantum vocem in illis habebunt; non mittantur autem niſi in caſu magnæ diſſenſionis inter vocales, & maximæ ignorantiæ inter illos in earundem electionum directione. Romæ 1553. ord. 12. Ibidem 1558. conf. 13. Auenione 1561. conf. 10. Bononiæ 1564. conf. 6. & Valentiæ 1647. decl. 7. *Vide de Prior. Prouincial. num. 51.* vbi aſſeritur nomine præfatorum Vicariorum non intelligi illos, qui præciſe pro gubernandis Conuentibus mittuntur; hi enim vocem, nec etiam actiuam habent, ſed de Vicarijs Electionum miſſis pro illa celebranda.

De Vicarijs Conuentuum.

1 VIcarij Conuentuum illi dicuntur, qui in Conuentibus Priore, ac Suppriore deſtitutis præſident, quos Prouinciales poſſunt inſtituere, vt habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. tex. 9.

2 Si autem Prouinciales huiuſmodi Vicarios non inſtituerint, ſunt eligendi à tribus an-

antiquioribus eiuſdem Conuentus Patribus, voce tamen in electionibus Priorum gaudentibus, antequam comedant, & bibant, renunciatione qualibet non obſtante, qui vices Prioris obtinebunt quouſque in eodem Conuentu Supprior fuerit inſtitutus, vel Prior electus. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* & ibid. in decl. ſub litt. X.

3 Quod ſi prædicti tres non concordauerint duorum ſententia ad prouidendum, ſiue de vno ipſorum trium, ſiue de aliquo alio Fratre Conuentuali præſente præualebit. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.*

4 Debent in electionibus Priorum eligentium vota recipere cum duobus alijs antiquioribus. Caturci 1319. decl. 2. *Item hanc in cap. de electione Prioris Conuentualis, vbi dicitur vota eligentium recipiantur per Suppriorem, vel eius Vicarium in abſentia Supprioris: declaramus quòd Vicarius datus per tres antiquiores de Conuentu, vota eligentium poteſt recipere, ſi domus non habeat Suppriorem, vel Vicarium Supprioris.* Vide in Conſt. noſt. ibid. ſub litt. D.

5 Etiam Vicarius à Suppriore inſtitutus, ſi iſte abſit, debet, dum electio Prioris celebratur, ad bancum pro ſcrutiuio accedere. Romę 1501. decl. 3. *Item declaramus quòd mortuo, vel amoto Priore, officium ſui Vicarij totaliter expirat; & in tali caſu Supprior, quando per legem vices Prioris plenariè gerat, poteſt Vicarium inſtituere, qui in eius abſentia, ſi electio Prioris fuerit celebranda ſcrutinium tenebit.*

6 Tales Vicarij à tribus Patribus electi poſſunt Vicarios ſuos inſtituere in Conuentu; Fratres ad habitum, ſeu profeſſionem recipere; confeſſorem eligere; Fratrum confeſſiones ſuſcipere, & alios pro eiſdem exponere; nam in tali caſu iuriſdictionem quaſi Ordinarij habent. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. in decl. tex. 8. ſub litt. S.*

7 Non poſſunt autem præſentare Fratres Epiſcopis pro confeſſionibus ſecularium ſuſcipiendis, vel pro Ordinibus recipiendis, neque alia facere quæ Prioribus non de iure, ſed ex commiſſione competunt. *Ex Conſtit. noſt. ibid.*

8 Neque poſſunt Priores, antequam ſint præſentes in Conuentu, etiam ſi ſint confirmati, illos à ſuo officio amouere. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. T.*

9 Vicarij Conuentum dum eliguntur à tribus Patribus eorundem debent eſſe in illis Conuentibus pręſentes. *Ex Conſt. noſt. ibid. tex. 9.* vbi ſub litt. X. aſſeritur prędictos tres Patres talem Vicarium eligentes debere eſſe aſſignatos in eiſdem Conuentibus.

De Vicarijs Priorum Conuentualium.

1 PRior Conuentualis poteſt in ſui adiutorium inſtituere Vicarium in ſuo Conuentu Priorem, vel Fratrem alterius Conuentus, licet hoc non debeat facere niſi in caſu neceſſitatis. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 8. ſub litt. R.*

2 Talem autem Vicarium inſtituere non poſſunt Priores, niſi confirmati, & in ſuo Conuentu exiſtentes. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. T.*

3 Illis tribuant Priores in ſuo primo Capitulo debitam auctoritatem pro neceſſarijs caſibus, & ſpeci aliter pro pertinentibus ad forum conſcientię. *Ex Prol. Conſt. noſt. in decl. tex. 3. ſub litt. E.* vbi etiam aſſeritur ipſos, dum Priores pręſentes in Conuentibus ſunt, non habere auctoritatem diſpenſandi cum Fratribus.

4 Vt non poſſent Nouitios ad Ordinem recipere, neque Fratres ad ſuſcipiendos ordines mittere abſque ſpeciali licentia Prioris, inhibitū illis fuerat in Montepeſſulano 1294. ord. 2. hoc modo. *Item inhibemus omnibus Vicarijs Priorum quòd in abſentia ipſorum Nouitios non recipiant, nec ad ſacros Ordines Fratres faciant promoueri, niſi ſuper ijs ab ipſis Prioribus facta fuerit ſpecialis, & expreſſa commiſſio.* Veruntamen poſtea Valliſoleti 1605. ord. 9. interdictum eiuſdem Prioribus fuit Vicarijs, & Supprioribus ſuis recipiendi Nouitios ad habitum, vel profeſſionem talem facultatem exhibere. *Interdictum ſit omnibus Prioribus impoſterum ſuis Supprioribus, vel Vicarijs licentiam committere recipiendi quemquam ad habitum, vel profeſſionem ſine licentia R. Ad. P. Prouincialis, & qui contrafecerint à ſuis officijs abſoluantur.* Vide in Conſt. noſt. diſt. 1. cap. 13. in decl. tex. 3. ſub litt. H.

5 Non poſſunt in abſentia Prioris alios Vicarios ſubſtituere in Conuentibus. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 8. ſub litt. R.* vbi aſſeritur, ita fuiſſe determinatum Toloſę 1328. quod tamen eſt falſum; in dicto enim Capitulo, nec verbum quidem de hac re habetur.

6 Amouentur ipſo facto à ſuo munere ſtatim ac Priores, à quibus fuere inſtituti, ſuum officium terminauerint. Romæ 1501. decl. 3. *Vide ſupra de Vicarijs Conuent. num. 5. & in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. D.*

De Vicarijs Suppriorum.

1 PEr Vicarium Supprioris intelligitur ille, qui in Conuentu ab ipſo Suppriore inſtitutus eſt, vel etiam à quocumque alio eodem Suppriore abſente, & mortuo, vel amoto Priore eiuſdem Conuentus. Venetijs 1325. decl. 1. *Declaramus hanc in cap. de Electione Prioris Conuentualis, & inſtitutione Supprioris, vbi dicitur.* Vota eligentium recipiantur per Suppriorem, vel eius Vicarium in abſentia Supprioris, *Vicarius ille intelligitur, qui eſt Vicarius in Conuentu à quocunque fuerit inſtitutus.* Vide in Conſt. noſt. loco ſuprad. vbi ſubditur, hoc etiam fuiſſe ordinatum Pariſijs 1326. in dicto autem Capitulo nulla de huiuſmodi Vicarijs habetur mentio.

2 Licet Supprior abſente ſuo Priore à Conuentu non poſſit Vicarium in eodem inſtituere; tamen mortuo, vel amoto Priore, ſibi Vicarium eligere poteſt in eodem Conuentu, cum tunc vices Prioris plenariè in ipſo gerat. *Ita habetur in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 2. in decl. tex. 1. ſub litt. D.*

De Viſitatoribus.

1 QVatuor Fratres ad viſitandam Prouinciam in Capitulo Prouinciali à Priore Prouinciali, & Diffinitoribus aſſignentur. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 11. tex. 1.* vbi ſub litt. A. aſſeritur poſſe Prouinciales ex ſe ipſis tales Viſitatores inſtituere.

2 Vel plures ſecundùm quod Capitulo Prouinciali videbitur expedire. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. quę fuit inchoata Bononię 1242. conf. Pariſijs 1243. & in Conſt. redacta Bononiæ 1244.*

3 Priores autem, ſiue Lectores, & Suppriores in Viſitatores nullatenus eligantur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2.*

4 Inſtituantur ætate graues, & moribus effulgentes. Neapoli 1311. ord. 9. *Item non fiant Viſitatores, niſi Fratres antiqui, & maturi, & in Ordine, vita, & moribus approbati.* Vide in Conſt. vbi ſupra ſub litt. A.

5 Si quis Viſitator antequam viſitet, vel in ipſa viſitatione in Priorem fuerit electus, & confirmatus, vel mortuus, vel alias impeditus, prouideat Prior Prouincialis de alio Fratre, qui viſitet loco eius. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad.* In eiſdem autem Conuentibus, ſeu Prouincijs in quibus ſunt Viſitatores non poſſint, neque in Prouinciales, neque in Priores eligi. *Vide infra num. 11.*

6 Neque Prouinciales, neque eorum Vicarij audeant Viſitatores impedire, ne liberè ſuum munus exequantur. Londonis 1263. ord. 6. *Item caueant Priores Prouinciales, & eorum Vicarij, ne impediant aliquatenus Viſitatores miſſos à Capitulo Prouinciali, quominus liberè ſuum officium exequantur.*

7 Tenentur Prouinciales totam ſuam Prouinciam per ſe (ſi poterunt) vel per Vicarios idoneos ſingulis annis viſitare, quibus auctoritatem ſuam committant, prout ſibi videbitur expedire. *Ex Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 3. tex. 10. quæ fuit inchoata Pariſijs 1276. conf. Budæ 1277. & in Conſt. redacta Mediolani 1278.* In cuius confirmationem Lugduni 1536. ita dicitur ord. 1. *Quoniam ſicut nos ipſi cognouimus, per negligentiam viſitatorum in noſtro Ord. maximè declinat regularitas, & reformatio retardatur, Ordinantes præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & S. Obedientiæ, necnon ſub pœna abſolutionis ab officijs ſuis omnibus RR. Prouincialibus noſtri Ord. quatenus ſemel in anno infallibiliter per ſe ipſos, vel per alios idoneos Patres, experientia, & zelo religionis inſtitutos, viſitent omnes Conuentus, & loca ſuarum Prouinciarum, & quantum poſſunt noſtrarum Conſtitutionum obſeruantiam inducant. Specialiter autem infraſcripta capita, in quibus (vt vidimus) valde infirmatur Religio, volumus omni conatu inuiolabiliter obſeruari.*

In primis ſtudeant dicti Viſitatores, quam primùm fuerint viſitandis Conuentibus applicati, vt totis viribus diuino cultui, debita clauſura, & communitati Conuentus (pœnis etiam, & præceptis adhibitis) inexorabiliter reformatio adhibeatur; quòd ſi ſecus fecerint, non vt Viſitatores, ſed vt lupi, & deſtructores Religionis à Generali Capitulo, vel à Reuerendiſs. Generali, etiam intra annum à ſuis officijs indilatè remoueantur, & abſoluantur.

Item obſeruent diſtrictiſſimè, vt vniformitas in veſtimentis, in celebratione Miſſarum, & diuinorum Officiorum, & in cunctis cærimonijs Ordinis vbique teneatur, vtpote à qua decor reſultat noſtræ Religionis.

Item pecunia priuata: Depoſita, & certi recurſus pecuniarum in manibus ſecularium, nullatenus Fratribus permittantur, ſed omnia in communitate, & ſub poteſtate Prælati pro communitate Conuentus cuſtodiantur.

Item infirmis ſine vlla tergiuerſatione, vel excuſatione tempeſtiuè, & diligentiſſimè de Socio, de Medico, de Camera, & quibuſcunque neceſſarijs, etiam cum impignoratione prouideatur.

Item reſtringatur omnino vſus lineorum, quem nos præſenti ordinatione omnibus interdicimus, exceptis infirmis, vt habet Conſtitutio.

Item inutiles vagationes inhibeantur; quòd ſi iti-

itinerari, vel domos ſecularium adire, & in eis manere opus fuerit, nunquam niſi cum ſocio religioſo, & ire, & commanere cuique liceat.

Item debita inſtructio adhibeatur Nouitijs, qui nullibi bini, vel serui in eodem lecto cubent, ſed ſi cellas ſeorſum habere non poſſint, ſingulis ſinguli lectuli aſſignentur in vna, vel pluribus cameris.

Volumus etiam ac mandamus, quòd in quolibet Conuentu ſint iſta officinæ, ſcilicet, Hoſpitium, Infirmaria, Carcer, & Calefactorium cum vtenſilibus requiſitis.

Satagant denique Viſitatores, vt in ſingulis Conuentibus pro numero, & qualitate Fratrum ſit aliqua lectio, nec ſine exercitio fructuoſo aſſignentur, vel maneant Fratres. Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 11. in decl. tex. 1. ſub litt. A. vbi adducitur pro prædictis Capit. Lugdunenſe 1535. & debet dicere 1536.

8 Prouinciales, & Vicarij Generales Congregationum, ſeu Vicariarum, ſi fuerint quadriennales, bis; ſi biennales, ſemel ſaltem per ſe ipſos Conuentus ſibi ſubditos viſitare teneantur. Romæ 1571. ord. 13. *Item ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ ſub formali præcepto omnibus Prouincialibus, & Vicarijs Generalibus Congregationum, & Vicariarum, vt infra quadriennium teneantur ſuas Prouincias, aut Vicarias, vel Congregationes ſaltem per ſe ipſos viſitare, & ſingulos eorum Conuentus legitimo impedimento ceſſante, quod iudicio diſcretorum Patrum declarandum eſt: quòd ſi vltra biennium eorum officium non extenditur, ſaltem ſemel Prouinciam, vel Congregationem perſonaliter ſub eodem præcepto viſitare debeant.* Quod fuit confirmatum Barcinonæ 1574. confirmat. 26. Bononiæ autem 1238. inchoatum fuerat, & Pariſijs 1239. approbatum, vt ex Capitulo Generali de triennio in triennium mitterentur ad viſitandas Prouincias Viſitatores, quod tamen poſtea Bononiæ 1240. fuit reuocatum. Iterum autem Bononiæ 1242. inchoatum fuerat, vt cum poteſtate limitanda ſibi à Capitulo Generali, tales Viſitatores de quadriennio in quadriennium mitterentur, quod tamen in ſubſequentibus Capitulis non fuit confirmatum; atque vltimo loco ſupradicta ordinatio in præfatis Capitulis fuit ſancita, & Romæ denique 1601. commiſſum fuit Magiſtro Ordinis, vt poſtquàm aliquam Prouinciam viſitauerit, infra ſex menſes mittat poſt ſe Viſitatores ad inquirendum an ipſius, & Capitulorum ordinationes obſeruentur. Ita enim commiſſ. 2. dicitur: *Committimus eidem Reuerendiſſimo P. N. vt poſtquàm aliquam viſitauerit Prouinciam, ne tanti labores ſuo fruſtrentur fine, poſt ſex menſes mittat poſt ſe Viſitatores, qui ſumma vigilantia videant, & ſcrutentur an executioni mandentur ea, quæ Reuerendiſſimus ordinauerit, & ordinationes Capitulorum: qui Viſitatores nullam habeant facultatem innouandi, vel immutandi quidquam, nec aliquid de nouo ordinandi.*

9 Caueant Fratres ne Viſitatores in Prouincijs petant à Superioribus, niſi talem commiſſionem à maiori parte Priorum earundem Prouinciarum habeant. Romæ 1530. ord. 1. *Ad tollendas rebelliones, diſſenſiones, & conſpirationes ordinamus, quòd nullus ad Superiores recurrat contra Prouincialem pro eius amotione impetranda, aut Viſitatore, niſi habeat commiſſionem à maiori parte Priorum illius Prouinciæ; oppoſitum verò facientes pœnæ grauioris culpæ ſint ſubiecti.*

10 Quando mittuntur, præfigatur illis ſui officij determinatum tempus, vltra quod non poſſint protrahere Viſitationem. Neapoli 1600. ord. 7. quod fuit conf. Romæ 1601. confirmat. 13. & Valliſoleti 1605. conf. 9. ita dicitur. *Confirmamus illam, quod quando contigerit mittere Viſitatores, Commiſſarios, & Vicarios Generales in aliquam Prouinciam, vel in aliquem Conuentum, debeat ſibi in litteris patentibus præfigi tempus, vltra, quod non poterunt protrahere viſitationem.*

11 Non poſſunt eligi in Priores, vel Prouinciales illarum Prouinciarum, aut Conuentuum reſpectiue dum Viſitatorum munia adimplent, quod etiam dicitur de illorum Socijs. Ita ſubditur in Capitulis, & ordinationibus ſuprad. *Hi autem qui mittentur Viſitatores nequaquam eligi poterunt in Priores, vel Prouinciales illarum Prouinciarum, aut Conuentuum, quamdiu illarum, vel illorum erunt Viſitatores, quod, & de eorum Socijs dicimus, irritum, & nullum decernentes quidquid in contrarium factum fuerit.*

Locum ſuum debent habere vbique ſecundum ordinem ſuæ profeſſionis, ſi non ſint aliàs Magiſtri, &c. excepto in Capitulo, dum ſuum officium exercent. Ita ſubditur in Capitulis, & ordinat. ſuprad. *Tenebunt autem prædicti Viſitatores, aut Vicarij loca ſua iuxta ſeriem noſtrarum Conſtitutionum, & declarationum earundem.* Vide in Conſtitut. noſt. diſt. 2. cap. 11. tex. 1.

12 Exceſſus Priorum Conuentualium, & Fratrum audiant, & emendent abſque conſtitutione, & immutatione ſtatus domus. *Ex Conſtit. noſt. loco ſuprad.*

13 Si quæ autem grauia, & periculoſa inuenerint emerſiſſe à tempore viſitationis vltimò factæ per Viſitatorem præcedentem, licet correcta fuerint, nihilominus cum teſtimonio maioris partis Capituli ſtudeant denunciare Magiſtro, & Diffinitoribus Capituli Generalis, vel Priori Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis, ſi ibi Generale

Capitulum non fuerit celebrandum. *Ex Conſt. noſt. ibid.*

14 Officium correctionis eorum tribus diebus continuis terminetur. *Ex Conſt. noſt. ibid.* vbi in declarat. ſub litt. C. aſſeritur non poſſe Viſitatoribus præfiniri tempus audiendi defectus Priorum, & Fratrum, ſed ipſos teneri cum diligentia, & ſollicitudine Fratres audire, eoſque, vel priuatim, vel in Capitulo corrigere, & hoc corrigendi officium poſt tres dies terminare. Auenione autem 1442. ord. 9. ita dicitur. *Exhortantes eoſdem Prouinciales, Vicarios, & Viſitatores, ne ſint per longam moram Conuentibus oneroſi.*

15 Poſſunt Fratres ſuæ viſitationi commiſſos præceptis, atque excommunicationis ſententia pro veritate cognoſcenda ligare. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco ſuprad. ſub litt. B.* Vbi aſſeritur ita fuiſſe declaratum Perpiniani 1327. in quo Capitulo talis declaratio nequaquam reperitur.

16 In litteris patentibus inſtitutionis eorundem explicetur auctoritas eis collata, & ſupra quos. Romæ 1629. admonit. 1, *Admonemus P.P. Prouinciales; vt in litteris patentibus inſtitutionis ſuorum Viſitatorum exprimant collatam eiſdem auctoritatem, an ſcilicet tam ſupra capita, quàm ſupra membra Conuentus prout viſitationis neceſſitas poſtulabit; quòd ſi illam particulam in litteris patentibus non expreſſerint, tales Viſitatores auctoritate ſupra capita pollere minimè cenſeantur.*

17 Inquirant in Viſitationibus ſuis præcipuè an Fratres ſint in pace continui, in ſtudio aſſidui, in prædicatione feruentes: quæ de eis fama; quis fructus; ſi in victu, & veſtitu, & alijs ſecundùm tenorem inſtitutionum ordo ſeruetur. *Ex Conſt. noſt. loco ſuprad. tex. 2.*

18 Inquirant etiam de profectu Iuuenum & Studentium, ac de vita, & moribus eorundem. Neapoli 1311. ord. 8. *Item Viſitatores expleta viſitatione diligenter inquirant de profectu Iuuenum ſtudentium in artibus, & naturis, in ſcientia, & vita; & quod inuenerint teneantur Diffinitoribus Prouincialis Capituli nunciare.*

19 Inquirant quoque, an Lectores ſuo muneri ſatisfaciant. Valencenis 1259. ord. 26. *Item Viſitatores ſingulis annis diligenter inquirant de Lectoribus quanta legerint in anno, & quoties diſputauerint, & determinauerint, & quot Conuentus ſuæ viſitationis carent Lectoribus; & quod circa hoc inuenerint referant in Capit. Prouinciali; & defectus notabiles, qui circa hoc inuenti fuerint, Priores, & Diffinitores referant Capitulo Generali.* Quod fuit conf. in Monte Peſſulano 1265. ord. 7. & Lugduni 1274. ord. 20.

20 Inquirant pariter num cum debito nitore ſeruentur quæ ad Altaris pertinent miniſterium. Ianuæ 1513. ord. 5. *Item ordinamus, & mandamus, vt Viſitatores Conuentus inquirant diligenter, & prouideant, vt cum effectu ſeruentur nitida ea, quæ ad Altaris miniſterium pertinent, docentes minus doctos ea, quæ ſub præcepto debent ſeruari munda, videlicet Oratoria, Vaſa, Pallæ Altaris, Corporalia, Veſtimenta, iuxta Capit. vlt. extra de cuſtodia Eucharistiæ.*

21 Poſſunt abſoluere Priores, & alios officiales qui fuerint negligentes in ſeruandis nitidis ijs, quæ ad ſacrum miniſterium ſpectant. Ita in Capit. & ordinat. 5. ſuprad. ſubditur. *Concedentes Viſitatoribus, alias impotentibus, poteſtatem abſoluendi Priores, & alios officiales, quorum negligentia hæc non ſeruantur, vt decet.*

22 Inquirant pariter vtrum in Eccleſiæ jeiunijs ita Fratribus in prandio prouideatur, vt poſſint commodè ieiunare. Ita ſubditur in eodem Capit. & ordinat. 5. prædicta. *Inquirant quoque, & prouideant, vt in ieiunijs Eccleſiæ Conuentus omnes ita prouideant Fratribus in Refectorio de cibo horæ prandij, vt omnes ieiunare poſſint, & ieiunent.* Quæ omnia in ſuprad ord. 5. ſancita fuere poſt modum in ſequentibus Capitulis Neapoli 1515. ord. 9. & Romæ 1518. ord. 8. confirmata.

23 Si aliquas inuenerint curioſitates reſecandas in veſtibus, corrigijs, cultellis, libris, &c. illas emendent. Bononiæ 1252. ord. 2. & in Monte Peſſulano 1265. ord. 10. dicitur. *Item per Viſitatores curioſitates, quas inuenerint in corrigijs, libris, & fibulis, cultellis, baculis, & veſtibus ſeueriùs corrigantur.*

24 Inuigilent, vt ceremoniæ omnes, quæ ad diuinum miniſterium pertinent obſeruentur. *Ita habetur in Conſt. noſt. loco pluries adducto ſub litt. A,* vbi aſſeritur id debere fieri iuxta ordinationem Capit. Bononienſis 1564. in quo Capitulo ord. 2. ita dicitur. *Item ordinamus, quòd omnes ceremoniæ, quæ ad Altaris miniſterium, & ad diuina officia in noſtris ordinarijs notata ſunt, diligenter obſeruentur, & in eis addiſcendis, & exercendis Iuuenes inſtituantur: & quoniam ex noſtris rubricis dubia multa ſolent oriri, curet Reuereudiſſ. Generalis, vt per Fratres ab ipſo deputandos apertiùs omnia explicentur, quo in ſacro illo Altaris miniſterio maxima vniformitas inter Fratres noſtros vbique appareat. Veſtium quoque ſacrarum, & corporalium, quoad fieri poſſit, eadem ſit forma, & ea puritas, quæ tantum decet ſacrificium.*

25 Puniant Conuentuum Præſidentes, qui Fratribus ſuis de veſtibus non prouiderint. Burdegalis 1287. & Ferrariæ 1298. *Vide de Veſtibus num. 9.*

Seue-

26 Seuerè puniant illos, qui in Subdiaconos non ordinati ſolemniter canunt epiſtolam ſacris veſtibus induti. Bononiæ 1564. cap. de Sac. Concil. Trid. decret. *Nulluſque deinceps ſacris veſtibus indutus ſolemniter Epiſtolam canere permittatur, qui ad eum ordinem non fuerit promotus: Iniungimuſque Viſitatoribus noſtri Ordinis, Superioribus Prelatis, vt ſi in noſtris Conuentibus tales abuſus inuenerint, penitùs de medio tollant, & delinquentes ſeueræ vindictæ ſubijciant.*

27 Debent ſcrutari interiora Fratrum veſtimenta, an ſcilicet ſint albi coloris, & ſecundùm conſuetudinem Ordinis. Romæ 1629. admon. 2. *Vide de Veſtibus num. 14.*

28 Tenentur omnes Fratres Viſitatoribus, & ſuis Prælatis præcipientibus, etiam ſecreta ſibi commiſſa, quæ in communitatis, ſeu Ordinis periculum, vel etiam aliarum perſonarum vergere poſſunt, reuelare. Pariſijs 1279. ord. 5. *Vide de Secretis Ordinis num. 5. & in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 11. in decl. tex. 1. ſub litt. B.*

29 Si in ſuis viſitationibus fecerint ordinationes, ſeu præcepta, perſeuerant in ſuo robore durante eorum, à quibus miſſi ſunt, auctoritate. Valliſoleti 1605. decl. 1. *Vide de Præceptis num. 10.*

30 Non ſint contenti audire tantùm, ſed inquirant de ſtatu Conuentus, Priorumque regimine, &c. Barcinonæ 1574. admonit. 3. *Inter viſitandum autem non contenti ſint audire tantùm, ſed inueſtigent de ſtatu Conuentus, Priorum regimine, & Officialium adminiſtratione, & curent poſt ſe relinquere euidentem ſuæ viſitationis fructum.*

31 Pretioſa munera, ſeu pecuniam à Fratribus, vel Sororibus recipere non audeant. Romę 1571. ord. 8. *Vide de muneribus num. 1. & 2.*

32 Moderatæ fiant à Conuentibus expenſæ pro ipſis. *Vide de Prouincial. num. 14.*

33 In abſolutione autem Priorum quomodo ſe habere debeant vide de Abſolut. Prior. Conuent. num. 1. & 92. vbi dicitur ipſos poſſe à ſuis officijs ſuſpendere Priores, & Priorisſas, non autem abſoluere.

De Voce.

QVi nam voce actiua, paſſiuaque gaudeant in electionibus, dictum eſt ſupra de electionibus. Hic ergo de his, qui vocis priuationem incurrunt iuxta Capitulorum ordinationes, tractabimus.

1 Vocis priuationem incurrunt, tam actiuæ, quàm paſſiuæ Prælati, qui cameras à communi religioſarum cellarum forma recedentes à Fratribus non abſtulerint. Romæ 1569. cap. *De Clauſtralium, ſeu Conuentual. reformat.* num. 3. *Cameras inſuper, & habitationes à communi Cellarum religioſarum forma excedentes, præſenti conſtitutione, & ſpeciali Sanctiſs. D. N. Papæ* (erat tunc Pius V.) *mandato auferimus; mandantes Prælatis, vt eas redigant ad conſuetam regularium formam, & ſi id fieri commodè non poterit, in communem vſum redigantur, & vnuſquiſque tali cella in communi dormitorio nullo apparatu ornata contentus ſit; & ita infra menſem à præſentium notitia, tam Prælati, quàm huiuſmodi cameris abutentes, exequutioni mandare præſens ſtatutum teneantur; & qui contra fecerint, pœnas abſolutionis ab officijs, & amiſſionis cuiuſcumque, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ incurrant, quas pœnas nunc pro tunc illis infligimus, & inflictas declaramus.*

2 Qui Lectores actu non legentes, vel Prædicatores non prædicantes permiſerint diſpenſationibus, & exemptionibus non ſibi debitis gaudere. Venetijs 1592. ord. 2. *Vide ſupra de Choro num. 7.*

3 Prouinciales quocumque modo Fratres ad electiones Priorum, ſeu ſuorum ſucceſſorum inducentes. Toloſæ 1628. *Vide de Prior. Prouincial. num. 41.*

4 Lectores Nouitiorum, qui ſe eorum gubernationi immiſcent, vel eos contra ſuos Magiſtros defendunt, vel cum eis extra ſcholam loquuntur. Romę 1608. ord. 11. *Vide de Nouitijs num. 13.*

5 Lectores, ſtudiorumque Moderatores, qui in Philoſophicis Ariſtotelis, & Theologicis D. Thomę doctrinam ſequuti non fuerint. Bononię 1615. *Vide de Lectorib. num. 7.*

6 Qui ad Monialium Monaſteria ſine licentia acceſſerint, atque cum illis loquuti fuerint. Venetijs 1592. ord. 8. *Vide de Monialibus num. 9.*

7 Qui perſonis extra Ordinem conſtitutis ſummam pecuniarum per notabile tempus debent, vel de quibus debitores conqueruntur, & reclamant. Valentię 1596. ord. 19. *Vide ſupra de Carceribus num. 18.*

8 Qui Suppriores in Priorum Conuentualium Socios pro Capit. elegerint. Toloſæ 1304. ord. 4. *Vide de Supprioribus num. 8.*

9 Itinerantes ocreas, & penulam (hoc eſt feltrum) deferentes. Venetijs 1592. ord. 10. *Vide de Itineribus num. 10.*

10 Recurrentes ad perſonas extra Ordinem pro gratijs impetrandis, vel pœnis euadendis. *Vide de Fauoribus Extraneorum num. 3.*

11 Qui Magiſtri Nouitiorum officium recuſauerint, per annum incurrunt priuationem

nem vocis paſſiuæ in Priorum electionibus. *Vide de Magiſtris Nouitior. num.* 6.

12 Qui Feſta SS. Innocentium, vel S. Vincentij, in quibus per iocum repræſentantur Epiſcopi, &c. habuerint. Barcinonæ 1574. ord. 17. *Vide de Abſol. Prior. Conuent. num.* 86.

13 Qui ſine Superiorum licentia cum ſecularibus debita contraxerint. Valliſoleti 1605. conf. 7. *Vide de Carcerib. num.* 18.

14 Qui Medicinæ artem exercuerint. Bononiæ 1410. ord. 7. *Vide de Medicina num.* 2.

15 Qui Nouitios ad habitum ante legitimam ætatem ſecundùm Canones, receperint. Romæ 1553. confirmat. 5. *Vide de Recipiendis num.* 19.

16 Vocem in Capitulo habere non poſſunt qui per coniurationem, vel conſpirationem, vel malitioſam concordiam aducrsùs Priores, vel Prælatos ſuos manifeſtè ſe erexerint. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 1. *cap.* 18. *tex.* 8.

17 Qui aliquem ad electiones faciendas induxerint, Pariſijs 1286. ord. 15. *Vide de Electionib. num.* 1.

18 Ad annum voce priuentur, qui ſine teſtimonialibus litteris ad aliquem Conuentum acceſſerint. In Monrepeſſulano 1316. ord. 2. *Vide de Diſcurſu Fratrum num.* 9.

19 Ad annum quoque voce priuentur qui ad Generalia, vel Prouincialia Capitula abſque Prouincialis, vel Magiſtri Ord. licentia acceſſerint. Treueris 1289. ord. 2. *Vide de Capit. General. num.* 17.

20 Examinatores ſcrutiniorum in illis Prouincijs, in quibus Diffinitores eliguntur per Nationes, etiam ipſi eligantur per Nationes à Prioribus Prouinciæ; vbi verò non per Nationes eliguntur, proponantur à PP. Prouincialibus, ſeu Vicarijs Prouinciarum approbandi à Patribus Prouinciæ; qui autem contrarium attentare præſumpſerint priuentur voce actiua, ac paſſiua. Pariſijs 1611. ord. vlt. *Vide de Capit. Prouincial. num.* 15.

21 Qui ad quemcumque Iudicem extra Ordinem, præter Apoſtolicam Sedem, auſi fuerint appellare. Romæ 1629. conf. 2. *Vide de Appellationib. num.* 7.

22 Qui diuiſionem Ordinis noſtri procurauerint. Ferrariæ 1290. *Vide de Diuiſione Ord. num.* 1.

23 Qui in electionum ſchedulis aliquod ſignum appoſuerint, ex quo eligentes cognoſci valeant. Barcinonæ 1574. ord. 9. *Vide de Electionib. num.* 7.

24 Qui publicato electionis decreto, alteram electionem, ſeu nouum aliud decretum illius facere præſumpſerint. Londonis 1314. ord. 9. *Vide de Electionib. num.* 27.

25 Suadentes alicui in carceribus detento fugam, ſeu auxilium illi ſuper hoc dantes. Ianuæ 1513. ordinat. 8. *Vide ſupra de Carceribus num.* 19.

26 Qui Fratribus in Conuentibus obſeruantiæ viuentibus verbo, vel facto moleſtias inferre attentauerint. Coloniæ 1428. ord. 7. *Vide de Conuentib. Obſeruant. num.* 8.

27 Superiores, qui delinquentes Fratres extra clauſtra impunitos ad alios Conuentus, extra talem Diœceſim tranſmiſerint, inſtanteque Epiſcopo ad priorem locum non reuocauerint. Ex decreto Clementis VIII. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 1. *cap.* 18. *in decl. tex.* 6. *ſub litt. S.*

28 Qui Fratres abſque Superiorum licentiam in ſcriptis obtenta ad Conuentus noſtros declinantes, receperint ſunt in perpetuum vtraque voce priuati. Ex decreto Sixti V. P.M. denunciato Romæ 1589. admonit. 4. *Vide de Itinerantib. num.* 6.

29 Qui ſine licentia Magiſtri Ord. vel Capituli Generalis noua loca, ſeu Conuentus recipierint. Florentiæ 1281. ord. 9. *Vide de Conuentib. num.* 1.

30 Qui ex electoribus exiſtens ad electiones canonicas Sacra Communione non refecti acceſſerint. Barcinonæ 1574. ord. 1. *Vide de Electionib. num.* 22.

31 Qui abſque licentia Magiſtri Ord. in ſcriptis recepta ad Vrbem acceſſerint, per biennium eandem pœnam incurrant. Ex mandato Vrbani VIII. denunciato Toloſę 1628. denunc. 2. *Vide de Acceſſu ad Vrbem num.* 2.

32 Qui ſine licentia ad Magiſtrum Ord. in ſcriptis recepta ad Vrbem acceſſerint, per triennium voce ſint priuati. Florentiæ 1321. *Vide de Diſcurſu Fratrum num.* 11.

33 Qui mulieres in clauſuram Conuentuum introduxerint. Romæ 1501. ordin. 17. *Prohibentes ſub pœna priuationis vocis actiua, & paſſiua omnibus Fratribus ſubditis, & ſub pœna abſolutionis à ſuis officijs, quam ipſo facto incurrant, Prioribus Conuentualibus, & alijs inferioribus Officialibus, ne vllo modo, nec quouis exquiſito colore permittant mulieres ingredi dormitorium, aut alias officinas, ſeu clauſuram noſtrorum Conuentuum, niſi fortè ob antiquam deuotionem in clauſtro.*

34 Qui manifeſtè de Lapſu carnis conuicti fuerint, vel carceri ſententialiter mancipati, vel Apoſtatæ extiterint. *Ex Conſt. noſt. diſt.* 1. *cap.* 20. *tex.* 4. Vide de Electionib. num. 33.

35 Inſtantibus electionibus nullus eſt voce priuandus, niſi in manifeſtam inciderit excommunicationem. Romæ 1589. decl. 4. *Vide ſupra de Electionib. num.* 16.

36 Neque inſtante tractatu eorum, quæ ad Capitulum ſunt mittenda. Pariſijs 1286. ord. 5. *Item imminente electione, vel tractatu eorum, quæ ad Generale, vel Prouinciale Capitulum ſunt mittenda, Fratres non remoueantur à ſuis*

ſuis Conuentibus, nec priuentur voce, niſi ex cauſa rationabili, & vrgenti. Quod ita fuit confirmatum, ac declaratum Perpiniani 1327. ord. 5. *Nec Fratres poſſint vocibus illo tempore* (ſcil. infra menſem prout ibid. præmittitur, modò autem eſt infra duos menſes) *niſi ob cauſas, in cap. de Grauiori culpa contentas, priuari*.

37 Qui ſunt priuati omnibus gratijs Ordinis, intelliguntur etiam priuati omni voce. Narbonæ 1354. *Vide in Conſt. noſt. diſt. 2. cap. 13. in decl. tex. 8. ſub litt. M. & de Electionib. num. 21.*

38 Qui ſunt vocibus priuati ad nullam electionem admittantur. Apud Inſulas 1293. ord. 10. *Vide de Electionib. num. 31.*

39 Nullus tamen priuationi vocis eſt ſubiectus, niſi in hoc ſuperueniar declaratio Superioris. *Ex Prol. Conſt. noſt. tex. 4.*

40 Quando autem adeſt clauſula, *ipſo facto*, ſola facti declaratione pœnæ priuariuæ incurruntur, prout fuit declaratum Valentię 1596. decl. 6. *Declaramus pœnas omnes priuatiuas in noſtris Conſtitutionibus contentas, quando adeſt clauſula* (ipſo facto) *ſola facti declaratione incurri, ita vt non poſſis Iudex ipſas minuere in ſententia ferenda*.

41 Qui de furto notabili, iudicio diſcretorum, conuictus fuerit, ſit in perpetuum omni voce priuatus. *Vide de Furto num. 2.*

F I N I S.

Miſerere mei Deus, & ſalua me.

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX

Eorum, quæ in hac Prima Parte continentur.

Copioſiorem Indicem expoſcebat hoc opus; Propter cauſas autem in Epiſtola ad Lectorem adductas illum qualemcumque tibi modò exhibemus, ex actiſsimum oportuniori tempore in lucem præſtituri.

A

Abſolutio ab Officijs.

OMNES Superiores, & Officiales Ord. noſtri poſſunt à ſuis officijs abſolui. 1. 1. *Appellare autem ab abſolutione facta, vel facienda nemini licet.* ibid. 4. *Tali abſolutioni nullus eſt de facto ſubditus, niſi Superioris declaratio accedat.* 1. *Nullus Superior poteſt ſe abſolutum ab officio declarare.* ibid. 2. *Priuatiuæ pœnæ cum clauſula* ipſo facto *incurrendæ, ſola facti declaratione incurruntur.* ibid. 3.

Abſolutio Magiſtri Ord.

Magiſter Ord. poteſt à ſuo officio abſolui, ex cauſa. 2. 1. *Diffinitores Capit. Gener. habent poteſtatem ipſum abſoluendi.* ibid. 2. *Pro crimine tamen.* ibid. 3. *Ceſſio Magiſtri non admittatur niſi ex cauſa.* ibid. 4. *Magiſter Ord. abſolutus ſolis ſuis ſucceſſoribus eſt ſubditus.* 3. 5. *Habet locum immediatè poſt Magiſtrum Generalem.* ibid. 6. *Eadem illi debentur ſuffragia, ac Magiſtris Ord.* ibid. 7. *Munera ſub abſolut. pœna non recipiat.* ibid. 8.

Abſolutio Prouincialium.

Abſolutionis pœna impoſita eſt Prouincialibus, qui obſeruantiam non promouent. 4. 1. *Si non punierint detrahentes Magiſtri, ac Diffinitorum auctoritati.* ibid. 2. *Si bona ad depoſitum Ord. ſpectantia collectori non tradiderint.* 5. 3. *Si ſuos Conuentus non viſitauerint.* ibid. 4. *Si munera receperint à ſubditis.* ibid. 5. *Si pro gratijs, & litteris patentibus munera ſuſceperint.* 6. 6. *Si ſanis victum & veſtitum, infirmiſque omnia neceſſaria ſubminiſtrari non procurauerint.* ibid. 7. *Si grauiter offendentes PP. Ieſuitas non caſtigauerint.* ibid. 8. *Si Fratres ad ſtudia extra Ord. miſerint.* ibid. 9. *Si ex ſe Magiſtrum Nouitiorum inſtituerint, vel amouerint.* 7. 10. *Abſoluti Prouinciales ad Conuentum, à quo fuerunt aſſumpti, ſpectant.* ibid. 11. *Abſoluantur etiam ſi conuictos de carnis lapſu non caſtigauerint.* ibid. 12. *Si Studentes pro deſolatis Prouincijs non receperint.* ibid. 13. *Si aliquem contra Concil. Trid. decreta ad ſuſcipiendos Ordines miſerint.* ibid. 14. *Si infra duos menſes electionis Prioris vocalium mutationes fecerint.* ibid. 15. *Si Prædicatores, & Lectores non actuales diſpenſationibus à Choro, &c. gaudere permiſerint,* ibid. 16. *Si Nouitios non præmiſſis proteſtationibus ad profeſſionem receperint.* ibid. 17. *Si aliorum famam vulnerantes non caſtigauerint.* ibid. 18. *Si inquiſitionem circa recipiendorum natalia fieri non mandauerint.* 8. 19. *Tales abſolutiones mortuo, vel amoto Magiſtro Ord. non fiant,* ibid. 20. *In Prouincialibus Cap. fiat ſcrutinium de Abſolutione Prouincialium.* ibid. 21. *In petitionibus abſolutionis Prouincialium exprimantur Fratrum petentium nomina, & munera.* ibid. 22. *Abſolutionis quoque pœnam incurrunt ſi Fratres ex ſuis Prouincijs eiecerint.* ibid. 23. *Si fuerint abſoluti non reaſſumantur in eiſdem Prouincijs.* 9. 24. *Etiam abſoluti locum ſuper omnes habent.* ibid. 25. *Abſolutionem pariter incurrunt ſi mulieres non quadragenarias admiſſas ad habitum tertij Ord. receperint.* ibid. 26. *Si reuelantes Fratrum crimina extra Ord. carceris pœna non punierint,* ibid. 27. *Si aliquem ad Conuerſorum habitum immediatè receperint.* ibid. 28. *Si inſufficientes pro Sac. Ordinibus Epiſcopis præſentauerint.* 10. 29. *Si noua inchoari ædificia non perfectis inceptis permiſerint.* ibid. 30. *Eorum abſolutionem nullus petat niſi talem commiſſionem à maiori parte Priorum Prouinciæ habeat.* ibid. 31. *abſolutionis etiam pœnam incurrunt ſi ſecularibus Conuentuum officinas conceſſerint.* ibid. 32. *Si Conuerſos, vel Tertiarios ad clericalem habitum receperint.* ibid. 33. *Si habentes pecunias, & alia bona extra Ord. tanquam proprietarios non caſtigauerint.* ibid. 34. *Si fugitiuos vltra tres dies receperint.* 11. 35. *Si conciones de mane, & veſpere in noſtris Eccleſijs in diebus feſtiuis haberi non mandauerint.* ibid. 36. *Si ſeculares Clericos, vel alios Religioſos in Quadrageſima, vel aduentu in noſtris Eccleſijs prædicare permiſerint.* ibid. 37. *Si contributiones Magiſtro Ord. non perſoluerint.* ibid. 38. *Si Fratrum crimina, quæ non poſſint probare, euulgantes pœna talionis non caſtigauerint.* ibid. 39. *Si carceribus non punierint hæreticas propoſitiones, vel contra SS. Patres dicentes.* 12. 40. *Si non aſſignatos in ſua Prouincia ad ſuſcipiendos Ordines miſerint.* ibid. 41. *Si Magiſtri Ord. litteris non obedierint.* 380. 4.

I N D E X.

Abſolutio Priorum.

Forma abſolutionis Priorum. 12. 1. *Abſolvendi cenſentur Priores, qui alearum, & taxillorum ludis operam dantes no[illegible]igant.* ibid. 2. *Si abuſus induxerint.* ibid. 3. *Si ſe à ſequela communitatis ſubtraxerint.* ibid. 4. *Si ſuis Supprioribus, vel Vicarijs facultatem recipiendi ad habitum, vel profeſſionem Nouitios dederint.* ibid. 5. *Si Capitulum de Culpis non habuerint.* ibid. 6. *Si falſos teſtes, &c. non punierint.* 14. 7. *Si ignaros ad Ordines ſacros ſuſcipiendos expoſuerint.* ibid. 8. *Si emiſſis inceptis noua ædificia inchoauerint.* ibid. 9. *Si Tertiarios, vel Conuerſos ad Clericalem habitum receperint.* ibid. 10. *Si de lapſu carnis conuictos non punierint pœnis in Conſtitut. taxatis.* ibid. 11. *Si conſpirationem contra Prælatos ſuos facientes, vel Ordinem infamantes grauioris culpæ pœna non punierint.* ibid. 12. *Si Matutinum B. V. in dormitorio, & reliquas horas in Choro recitari non fecerint.* ibid. 13. *Si Magiſtri, vel Diffinitorum Cap. Gener. auctoritatem impugnantes non ſeuere caſtigauerint.* ibid. 14. *Si non ſeruatis Concil. Trid. decretis ſubditos ad Sac. Ordines ſuſcipiendos expoſuerint.* ibid. 15. *Si Prædicatores, vel Lectores non actuales diſpenſationibus gaudere permiſerint à Choro, &c.* 15. 16. *Si Miſſarum obligationes abſque aſſenſu Capituli ſuſceperint.* ibid. 17. *Si in S. Crucis 6. ferijs & 2. ac 3. ante cineres facilè diſpenſauerint.* ibid. 18. *Si fuerint negligentes in puniendo ſubuculas deferentes.* ibid. 19. *Si rerum cuiuſcunque officinæ inuentarium non habuerint.* ibid. 20. *Si extra Ordinem appellauerint.* ibid. 21. *Si Suppriorem infra menſem non inſtituerint.* ibid. 22. *Si non habuerint libros, in quibus ſtabilia bona, ac redditus adnotentur.* 16. 23. *Si bona immobilia alienauerint.* ibid. 24. *Si Nouitios & Iuuenes per Conuentum diſcurrere, vel ex illo egredi permiſeriet.* ibid. 25. *Si Nouitijs proteſtationes ante profeſſionem non fecerint.* ibid. 26. *Si Roſarium B. V. in ſuis Eccleſijs recitari non fecerint.* ibid. 27. *Si bona ad depoſitum Ord. ſpectantia non tradiderint collectori.* 17. 28. *Si cum Fratribus in eſu carnium in Refectorio, vel Aduentu diſpenſauerint.* ibid. 29. *Si non approbatum ad prædicandum miſerint.* ibid. 30. *Si viaticum remotis à ſuis Conuentibus Fratribus non dederint.* ibid. 31. *Si abſque Epiſcopi licentia ſecularium confeſſiones ſuſceperint, vel ſuos ſubditos eaſdem ſuſcipere permiſerint.* ibid. 32. *Si Conuerſos Paternitatis, vel Reu. titulum expoſcentes ſcapulari non priuauerint.* ibid. 33. *Si itinera ſine neceſſitate ſuſceperint.* ibid. 34. *Si ſibi ſubditis vagandi licentiam conceſſerint.* 18. 35. *Si falſam pro graduum ſuſceptione informationem exhibuerint.* ibid. 36. *Si à ſubditis omnium bonorum inuentariũ ſibi dari nõ procurauerint.* ibid. 37. *Si cap. vnum de Conſtitutionibus in menſa legi non fecerint.* ibid. 38. *Si in infirmorum cura negligentes extiterint.* 19. 39. *Si Studentibus & Iuuenibus exeuntibus ſocium non aſſignauerint.* ibid. 40. *Si ſubditis veſtes in pecunia porrexerint.* ibid. 41. *Si Syndici munus exercuerint.* 20. 42. *Si mercimonijs ſtuduerint.* ibid. 44. *Si munera à ſubditis ſuſceperint.* ibid. 45. *Si alios Religioſos offendentes non punierint.* ibid. 47. *Si circa recipiendos inquiſitionem ſufficientem non fecerint de eorum natalibus, &c.* 21. 48. *Si ſubditos extra Ordinem pro Studijs miſerint.* ibid. 49. *Si ad Conſilium Patrum aliquem ſupra duodenarium numerum admiſerint.* ibid. 50. *Si Nouitios in paruis Conuentibus receptos ad maiores non tranſmiſerint.* ibid. 51. *Si Nouitiorum Magiſtrum ex ſe inſtituerint.* ibid. 52. *Si extra clauſtra delinquentes ad Epiſcopi inſtantiam non caſtigauerint.* ib. 53. *Si profeſſos ex Ordine eiecerint, vel trãſeundi ad alios Ordines licentiã alicui cõceſſerint.* 22. 54. *Si mulieres intra ſepta Conuentus ingredi permiſerint.* ibid. 55. *Si Mulieres ad tertium habitum non quadragenarias receperint.* ibid. 56. *Si ab abſolutione facta, vel facienda appellauerint.* ibid. 57. *Si aliorum Ordinum profeſſores ad habitum noſtrum ſuſceperint.* ibid. 58. *Priores abſoluti ad illos Conuentus ſpectant ex quibus fuere aſſumpti.* 23. 59. *Inſtante Prouincialis electione nullus abſoluatur.* ibid. 60. *Neque etiam mortuo, vel amoto Magiſtro Ord.* ibid. 61. *Quando abſoluuntur, vt in alijs Conuentibus aſſumantur, ſi non ſequatur electio in illis, abſolutio nulla erit.* ibid. 62. *Non abſoluantur ſine Patrum conſilio.* ibid. 63. *Abſoluantur ſi imminente electione Socij, &c. Suppriorem abſoluerint.* ibid. 64. *Si ſe accuſantes apud Superiores moleſtauerint.* ibid. 65. *Si fugitiuos receperint.* 24. 73. *Si Fratrum crimina extra Ordinem reuelantibus carceris pœnam non inflixerint.* ibid. 71. *Si firmos carceres non habuerint.* ibid. 72. *Si aliquem immediatè ad Conuerſorum habitum receperint.* ibid. 74. *Si conſpirationem contra Prælatos ſuos facientibus, debitam pœnam non dederint.* 25. 75. *Si in ſuis Conuentibus Conſtitutiones non habuerint.* ibid. 76. *Si in præcipuis Conuentibus lectiones Philoſophiæ, & Theologiæ non habuerint.* ibid. 77. *Si ſæcularibus Conuentuum officinas locauerint.* ibid. 78. *Si habentes pecunias apud ſeculares, pœnis proprietarijs debitis non caſtigauerint.* ibid. 80. *Si fugitiuos in ſuis Conuentibus vltra tres dies receperint.* ibid. 81. *Si feſtiuis diebus conciones in Eccleſijs ſuis haberi non procurauerint.* ibid. 82. *Si ſpectantia ad Sac. myſterium nitore debito affecta non habuerint.* ibid. 83. *Si ſua culpa numerum ſufficientem ad electionem canonicam, & alia munia Ord. obeunda non habuerint in ſuis Conuentibus.* 26. 85. *Si Priorum inſtitutiones in feſtis S. Vincentij, atque aliorum SS. fieri permiſerint.* ibid. 86. *Si fugitiuos ad Ordines promouendos expoſuerint.* ibid. 87. *Si pœna talionis deficientes in probatione non punierint.* ibid. 88. *Si Fratres propoſitionem de hæreſi ſuſpectam, vel contra SS. Patres ſuſtinentes carcerali cuſtodiæ non conſignauerint.* ibid. 89. *Si hoſpites benignè non ſuſceperint.* ibid. 90. *Si diebus ieiuniorum ſufficientem victum Fratribus non porrexerint, vt ieiunare poſſint.* ibid. 91.

Si

Si Prouinciarum deſolatarum Fratres ad ſuos conuentus pro ſtudijs transmiſſos non receperint. 27. 93. *Eadem ſcrutinij faciendi forma ſeruetur circa abſolutionem Priorum in tractatu mittendo ad Capitulum Prouinc.* 23. 66. *Inpetitionibus abſolutionis Priorum exprimantur nomina, & officia abſolutionem petentium.* ibid. 67. *Inductiones pro abſolutione Priorum facientes ſunt grauiter puniendi.* ibid. 68. *In literis abſolutionis præfigatur breue tempus illius executionis.* ibid. 69. *Non abſoluantur infra tres menſes electionis Prouincialis.* ibid. 70. *Abſolui non poſſunt; bene vero à ſuo officio ſuſpendi à Prouincialium Vicarijs, ac Commiſſarijs.* 27. 92. *Abſoluendi ſunt etiam Priores ſi cellas religioſam formam excedentes à Fratribus non abſtulerint.* 97. 4. *Si Fratribus contrahendi notabilia debita, quibus non poſſint ſatisfacere licentiam conceſſerint.* 160. 5. & 301. 51. *Si Ordinationes de non recurrendo ad fauores extraneorum bis in anno publice legere non fecerint.* 271. num. vlt. *Si promotos ad Epiſcopatus in Conuentibus retinuerint.* 257. 6. *Si eiſdem bona Conuentus ſubminiſtrauerint.* ibid. 7.

Abſolutio Supprioris.

Priores cum conſilio Patrum poſſunt Suppriores à ſuo officio amouere 27. 1. *Non tamen imminente Capit. Prouinciali.* ibid. 2. *Priores nouiter electi antequam ad ſuos Conuentus acceſſerint non poſſunt illos abſoluere* ibid. 3. *Prouinciales autem poſſunt illos, etiam ante electionem, & confirmationem Priorum abſoluere* 28. 4. *Abſoluantur ſi profeſſos Fratres ex Ordine expulerint; vel illis licentiam tranſeundi ad alios Ordines conceſſerint.* ibid 5. *Si ſe à ſequela communitatis ſubtraxerint.* ibid. 6. *Si Conſtitutiones non habuerint.* ibid. 7. *Si in Ieiunijs S. Crucis pluſquam bis in hebdomada diſpenſauerint.* ibid. 8. *Si ſe in his, quæ ad Capitulum ſunt mittenda probè non geſſerint.* ibid. 9. *Quando abſoluuntur, alij ſtatim inſtituantur.* ibid. 10.

Abſolutio Vicariorum.

Vicarij Nationum à Prouincialibus poſſunt abſolui. 28. 1. *Completo triennio ſunt à ſuis officijs abſoluti.* ibid. 2. *Abſoluendi ſunt ſi Fratres ex ſuis Congregat. eiecerint.* 29. 3. *Si alearum, & taxillorum ludis vacantes non punierint.* ibid. 4. *Si abuſus induxerint.* ibid. 5. *Si in infirmorum cura negligentes extiterint.* ibid. 6. *Si Capitulum de culpis non habuerint.* ibid. 7. *Mortuo, vel amoto Priore eius Vicarius intelligitur etiam amotus.* ib. 8. *Abſoluendi ſunt Vicarij Conuentuum qui ſe à ſequela comunitatis ſubtrahunt.* ib. 9. *Si pluſquam bis ſine cauſa in Ieiunijs S. Crucis diſpenſauerint.* ibid. 10.

Acceſſus ad Vrbem.

Accedere ad Vrbem ſine Magiſtri Ord. licentia, vel Cap. Gen. nemo poteſt. 29. 1. *Etiam ſtante rationabili cauſa, ſub carceris ac priuationis vocis act. & paſſ. pœna.* ibid. 2. *Prouinciales ſtante neceſſitate poſſunt aliquem ad Vrbem mittere.* 30. 3. *Aſſignati in Conuentibus Vrbis, vel alijs ad quos acceſſuri tranſitu per Vrbem indigent, eximuntur à lege ſuprad.* ibid. 4. *Qui ad illam accedunt habeant licentiam in ſcriptis, eamque ſecum deferant.* 31. 5. *P. Procurator Ord. non concedat alicui licentiam manendi in Curia Rom. niſi ſuſcepto prius ab eo iuramento ſe nihil ipſo inſcio tractaturum.* ibid. 6.

Accuſationes.

Conuentus mittentes accuſationes ad Capit. ſcribant nomina, & numerum accuſantium. 31. 1. *Vnius accuſationes non mittantur.* ibid. 2. *Accuſatores Priorum ab illis nullo modo moleſtentur.* ibid. 3. *Pœna accuſato debita puniantur accuſatores in probatione deficientes.* 32. 5. *Tales accuſatores ſunt infames.* ibid. *Exhibentes ſanctiſſimo falſa memoralia ſeueriſſime puniantur.* ibid. 6. *Nullus in Capitulo aliquem accuſet, ſeu proclamet niſi id probare poſſit.* ibid. 7.

Acta Capitulorum.

Capitulorum Acta extraneis non oſtendantur. 32. 1. *Non poſſunt Magiſter Ord. & Prouinciales illa immutare.* ibid. 2.

Acta Capitul. General.

Capitulorum Generalium Acta in vnum collecta Conuentuum Præſidentes habeant. 33. 1. *Sunt ſtatim in Ordine publicanda.* ibid. 2. *Talis publicatio à Prouincialibus, & Diffinitoribus fiat.* ibid. 3. *Eorum dubia ſunt à Diffinitoribus eorundem Capitulorum explicanda.* ibid. 4. *Non eſt in poteſtate Prouinciarum illa acceptare.* ibid. 5. *Quater in anno legantur.* 34. 6. *Socij tenentur illa ad ſuas Prouincias deferre.* ibid. 7. *Ordinationes in illis contentæ quo ad vim præcepti, & cenſurarum cum illis expirant, quo ad reliqua vero vſque ad reuocationem durant.* ibid. 8.

Acta Capitul. Prouincial.

Deferantur ad ſingulos eiuſdem Prouinciæ Conuentus. 34. 1. *In vtili cauſa poſſunt illa aliquando Magiſter Ord. & Prouinciales immutare.* 35. 2. *Diffinitores non concedant Prouincialibus facultatem immutandi Capit. Prouincialium Acta.* ibid. 3. *Quæ in Prouincialibus Capit. ſunt ſancita non poſſunt à Prouincialibus immutari.* ibid. 4. *Subditos ſuos vſque ad ſubſequens Capitulum obligant.* ibid. 5. *Ad Generale Capit. deferantur.* ibid. 6. *Ad Magiſtrum Ord. approbanda tranſmittantur.* ibid. 8. *Defunctorum Fratrum nomina in illis ponantur.* ibid. 7.

Affiliationes.

Illi Conuentus Fratrum dicuntur quorum ſunt filij. 35. 1. *Illius autem Conuentus dicuntur filij pro quo habitum Ord. ſuſcepere.* ibid. 2 *Affiliationum tranſlationes ad Magiſtrum Ord. & Gen. Capit. ſpectant.* 36. 3. *Debent fieri cum conſenſu filiorum vtriuſque Conuentus.* ibid. 4. *Si ex vna ad alteram fiant Prouinciam infra annum ſic tranſlati eligant ſibi Conuentum.* ibid. 5. *Prouinciales non poſſunt affiliationes transferre* 37. 6.

Prælati non poſſunt transferre affiliationes ſuas ad conuentus in quibus præſident. ibid. 7. & 8. Nouitij intelliguntur filij illorum Conuentuum, pro quibus habitum ſumpſere. etiam ſi ad alios mittantur ante profeſſionem. ibid. 9. Bona immobilia eorum, qui de vno ad alterum conuentum per affiliationem tranſeunt, ad priores ſpectant Conuentus, mobilia verò ad ſecundos. ibid. 10. Clemens VIII. prohibuit fieri huiuſmodi translationes affiliationum de vno in alterũ Conuentum, iuſſitque ſingulos in ſua affiliatione permanere. 36. ſub num. 4. Apoſtatæ retinent ſuorum conuentuum affiliationes. 40. 11.

Alchimia.

Ad talem artem nullus quocumque modo incumbat, neque etiam ſcripta de illa habeat. 38. 1. Contrarium facientes carcerali mancipentur cuſtodiæ. ibid. 2.

Alternatiua Officiorum,

Prouinciales inſtituti à Mag. Ord. non ſunt computandi pro alternatiua in illis Prouincijs, in quibus eſt pro Prouincialium electione ſancita. 38. 1.

Apoſtatæ.

Sunt excommunicati. 39. 1. Illi verò, qui ſtatim ad Ordinem reuertuntur in excommunicationem nequaquam incidunt. ibid. 2. Tam Prouinciales, quam Priores poſſunt eos carceribus dare. ibid. 3. Quod ſi præſtare non poſſint, illos excommunicatos declarent. ibid. 4. Brachio ſeculari contra eos vtantur. ibid. 5. Quilibet Superior poteſt contra eos procedere. 40. 6. Ad expenſas pro ipſis capiendis tenentur eorum originales Conuentus. ibid. 7. Qui ſubreptitijs Apoſtol. litteris ex Ordine exeunt, dum reuertuntur tanquam Apoſtatæ recipiantur. ibid. 8. Qui per quadriennium fuerunt in apoſtaſia, non recipiantur ſine Magiſtri Ord. licentia. ibid. 9. Qui ad Ciuitates hæreſi coinquinatas acceſſerint, tanquam apoſtatę puniantur. ibid. 10. Ad Ordinem reuerſi retinent ſuorum conuentuum affiliationes, non tamen in illis Conuentibus, in quibus eſt nota eorum apoſtaſia, ſunt aſſignandi. ibid. 11. Nudatis humeris cum diſciplina in capitulo recipiantur. 41. 12. Nouiſſimi inter omnes erunt pœnitentiæ tempore. ibid. 13. Terminata illa ad priorem locum non redeant. ibid. 14. Non prædicent, nec confeſſiones audiant, nec ad electiones admittantur. ibid. 15. & 18. Non reſtituantur ad gratias Ord. ante tres annos. ibid. 16. Nullum poſſunt habere in Ordine regimen, vel officium Lectoratus. ibid. 17. Recepti ad omnes gratias non poſſunt ante viginti annos prælaturas conſequi. 42. 19. Propter patrata delicta in Apoſtaſia ſunt puniendi. ibid. 20. Puniantur eadem pœna ac ſi illa in Ordine commiſiſſent. ibid. 21. Eorum bona communi Ord. depoſito ſunt adiudicata. ibidem. Si ad omnes gratias Ordinis reſtituantur, non poſſunt eligi in Priores, nec Diffinitores, &c. ſine ſpeciali Magiſtri Ord. licentia. 347, 1.

Appellationes,

Prohibentur in Ordine noſtro. 43. 1. 2. & 3. Etiam prætextu grauaminis. 45. 4. A pœnitentijs, & ſententijs Magiſtri Ord. & Prouincialium nullus debet appellare. ibid. 5. Ad Apoſtolicam Sedem, non vero alia tribunalia appellare licet. ibid. 6. Si fiant, gradatim ab inferioribus Prælatis ad Superiores habeantur. 43. in num. 2. Pœna contra tranſgreſſores ſancita. 45. 7. Si non confirmentur Priores, appellare non poſſunt. 46. 8.

Archiuia Conuentuum.

In vno quoque Conuentu ſit Archiuium pro ſcripturis, & priuilegijs aſſeruandis. 46. 1. In eodem ſint omnium bonorum Conuentuum inuentaria. ibid. 2

Archiuia Prouinciarum.

In ſingulis Prouincijs ſit proprium Archiuium pro Apoſtolicis priuilegijs, ordinationibus Magiſtrorum Ordinis, &c. cuſtodiendis. 46. 1. Omnia Conuentuum bona in Archiuio Prouinciæ ſint adnotata. 47. 2. Proceſſus Fratrum in illis conſeruentur. ibid. 3.

Arma.

Illa in conuentibus habentes, carceribus puniantur, 47. 1. In itinere deferentes, grauioris culpę pœnę ſubijciantur. ibid. 2. Neque etiam oblongi gladij deferantur. ibid. 3.

Aſſignationes.

Non fiant de conuentu in conuentum niſi ex notabili cauſa. 48. 1. Neque etiam infra tres menſes electionis Prioris. ibid. 2. Neque etiam infra duos vllo modo. ibid. 3. Remotis Fratribus dentur expenſæ pro itinere. ibid. 4. Infra octo dies tenentur ad ſuos cõuentus accedere. ib. 5. Qui ex alienis prouincijs aſſignantur, Conuentibus, nec Nouitijs præficiantur. ibid. 6. Aſſignati ad tempus, ſeu officium; completo illo intelliguntur aſſignati in ſuis originalibus cõuentibus. 49. 7. Vbi deliquerunt Apoſtatæ aſſignandi non ſunt. ibid. 8. Aſſignationes albæ non fiant. ibid. 9. Damnati ad grauioris culpæ pœnam in Conuentibus paruis non aſſignentur. 50. 10. A multitudine aſſignationum abſtineant Prouinciales infra eundem annum. ibid. 11. Lectoribus actualibus non tribuantur. ibid. 12. Extra Capitulum non niſi ex vrgenti cauſa fiant, neque à Conuentibus in quibus fuere à Capitulo aſſignati amoueantur. ibid. 13. Ex ſuis originalibus Conuentibus poſſunt ad Prouincialium arbitrium amoueri Fratres. ibid. 14. Priores ex quorum conuentibus remouentur Fratres diſcoli, informationem transmittant alijs Prioribus, in quorum conuentibus aſſignantur. ibid. 15. Tales in paruis conuentibus non aſſignentur. ib. 16. Priores non aſſignentur in illis conuentibus vbi ſunt Priores. 51. 17. Qui in itinere, dum ad conuentum ſuæ aſſignationis tranſeunt, decedunt, cenſentur adhuc ſpectare ad conuentum, à quo receſſere, & fuere amoti. ibid. 18.

Ba-

INDEX

B.

Baccalaurei.

NOn aſſumantur ad legendum in Vniuerſitatibus niſi per decem annos Theologiam docuerint. 51.1. *Neque etiam niſi fuerint examinati, & approbati. ibid.* 2. *Neque ſi per quadriennium in Artibus non legerint.* 52.3. *Profeſſionem fidei emittant. ibid.* 4. *Non promoueantur ſine Prouinciæ petitione. ibid.* 5. *Etiam ſi ſint ab Apoſtol. Sede inſtituti, quo ad huiuſmodi gradus, & officia ſunt in poteſtate Magiſtri Ord.* 53.6. *Per quadriennium pro gradu, & forma Magiſterij legant. ibid.* 7. *Nullus habeatur pro Baccalaureo niſi in aliqua Vniuerſitate curſum ſuum perfecerit. ibid.* 8. *In petitionibus ipſorum exprimatur tempus lecturæ illorum. ibid.* 10. *Baccalaureorum nomine gaudent etiam ſi in ſuis Prouincijs priuilegijs non vtantur.* 54.11. *In nullo ſtudio extraordinarij inſtituantur. ibid.* 12. *Nullus ad Baccalaureatum promoueatur qui non ſit ætatis ad minus 30. annorum. ibid.* 13. *Inſufficientes ad legendum Sententias pro non Baccalaureis habeantur. ibid.* 14. *Qui ſtatim loco gaudent, à die promotionis illius antiquitatem ſumunt. ibidem. Poſt Suppriorem locum habent.* 55.15. *Nullus Vniuerſitati incorporatus locum teneat niſi actu ſententias legat, vel per annum legerit. ibid.* 16. *Secundum ordinem ſuæ promotionis, vel acceptationis reſpectiuè illum teneant. ibid.* 17. *Qui ſimul promouentur, & acceptantur illum ſecundum ſuæ profeſſionis antiquitatem ſortiantur. ibid.* 18. *Si aſſignentur Baccalaurei extraordinarij in ſtudijs, locum habeant ſecundum conſuetudinem illorum. ibid.* 19. *Nullibi Priores præcedant. ibid.* 20. *Suppriores verò extra ſuos Conuentus præcedant.* 56.21. *Qui extraordinariè legunt, cathedram non aſcendant. ibid.* 22. *Nullus poteſt inſtitui Prædicator Generalis. ibid.* 23. *Magiſter ſtudij in eorum loco legat ſi impediri eos contingat. ibid.* 24. *In ipſis ad legendum pro gradu, & forma aſſumendis non antiquitas ſed ſufficientia attendatur. ibid.* 26. *Quæ ad eorum munera ſpectent. ibid. ſub num.* 24.

Barba.

Barbam Fratres noſtri non deferant ſub pœna priuationis Graduum, officiorum &c. 57.1.

Benedictio.

Egreſſuri Fratres ex Conuentibus benedictionem à Prælato petant. 57.1. *Etiã quando reuertuntur idem faciant. ibid.* 2. *Pœnæ leuis culpæ ſubiaceant qui de via reuertentes benedictionem non ſuſceperint à Prælato. ibid.* 3. *In Miſſis defunctorum non detur benedictio. ibid.* 4. *Poſt Completorium in choro detur à Prælato.* 58.5. *In menſa verò ab Ebdomadario. ibid.* 6. *Nouitiorum veſtes benedicantur. ibid.* 7.

Bibliothecæ.

Sint in omnibus noſtris Conuentibus. 58.1. *Libri defunctorum in illis ponantur. ibid.* 2. *Eorum cura demandetur Patribus grauibus, aſſignenturque annui redditus pro libris emendis.* 59.3. *Ex eiſdem libri non extrahantur ſub Excommunicationis Apoſtolicæ pœna. ibid.* 4. *Excommunicatio ſuper hoc ab Vrbano VIII.* 365.10. *Virorum illuſtrium decedentium ſcripta, vel imprimantur, vel in illis aſſeruentur. ibid.* 5.

Bona Conuentuum.

Omnia Conuentuum bona in particulari libro ſint adnotata. 59.1. *Qui ſemel de furto bonis Conuentus conuicti fuerint, ſunt incapaces adminiſtrationis rerum temporalium. ibid.* 2. *Bona ſtabilia habere poſſumus ex Sixti IV. decreto.* 60.3. *Non poſſunt alienari. ibid.* 5. *Libri, & Calices, &c. non vendantur ſine Prouincialis licentia. ibid.* 6. *Bona ſtabilia non poſſunt commutari ſine conſilio Patrum, & beneplacito Apoſtol.* 61.7. *Et duarum partium Fratrum illius Conuentus.* 128.19. *Etiam requiritur licentia Magiſtri Ord. ibid.* 8. *Qui bona temporalia adminiſtrant, eorum rationem reddant. ibid.* 9. *Qui panem, & vinum &c. ſecularibus dederit, furti pœna puniatur.* 60.4. *Illa nullus in proprios vſus conuertat.* 65.12.

Bona Fratrum.

Non conſeruentur extra Ordinem. 61.1. *Eorundem inuentaria à ſingulis Fratribus ſuis Superioribus ſemel in anno exhibeantur.* 62.2. *Non mutuentur perſonis extra Ordinem.* 63.4. *Per Syndicos Conuentuum redditus Fratrum exigantur. ibid.* 4. *De ipſis non diſponant Fratres infirmi. ibid.* 5. *Quæcumque bona perſonis extra Ordinem conſtitutis aſſeruanda conſignata, negotiationi expoſita, à proprietarijs ablata, vel relicta &c. ad Ordinis depoſitum ſpectant.* 64.6. *Pecuniæ, & quæcumque bona à conſanguineis, & parentibus, ſeu alijs quouis titulo recepta, Superioribus conſignentur.* 64.7. *Bona quibus priuantur Fratres in viſitationibus ad eorum originales Conuentus ſpectant. ibid.* 8. *Bona incarceratorum eiſdem reſeruentur. donec è carceribus fuerint egreſſi. ibid. ſub num.* 8. *Nullus audeat cameras teſtari.* 65.9. *Nullus procuret quod conſanguinei, vel Fratres ſibi in libris, vel alijs bonis poſt mortem ſuccedant. ibid.* 10. *Bona non emant Fratres, ex quibus vitalitij tantum fructus percipiantur. ibid.* 11. *Conuentuum bona nullus in proprios conuertat vſus. ibid.* 12. *Bona ſibi ad vſum conceſſa non alienent Fratres. ibid.* 13. *Bona & annui redditus Fratrum ſint incorporata cum alijs bonis conuentuum.* 66.14. *Si aliquis habuerit bona, & ignoretur quomodo illa habuerit per præceptum inquiratur veritas facti, & inuentus mendax priuatione vocis, ac carcere puniantur.* 67.15. *Qui non habent paratum animum ponendi omnia ad pedes Prælatorum ſunt in damnationis ſtatu. ibid.* 16. *Nullus per modum donationis audeat de ſuis bonis diſponere. ibid.* 17. *Qui in proprietatis vitio decedunt eccleſiaſtica ſepultura & ſuffragijs Ord. ſunt priuandi. ibid.* 18.

Bona Fratrum Defunctorum.

Fratrum defunctorum bona ſi quæ habuit ab aliquo, ſint illius, quæ verò acquiſiuit ſint ſui

Cot

Conuentus niſi alibi fuerit ſimpliciter aſſignatus. 68.1. *Priorum, Vicariorumq; locorum bona totaliter ad eorum originales Conuentus pertinent.* ibid. 2. *Aliorum verò bona ſunt æqualiter inter originales conuentus, & illos, in quibus fuere aſſignati diuidenda.* ibid. 3. *Magiſtri Ord. & Procuratoris Generalis bona pro medietate ad eorum originales Conuentus, pro altera verò ad Ordinem ſpectant, mulæ vero, & vtenſilia ad ſucceſſores.* 69.4. *Libri defunctorum in communibus Bibliothecis reponantur.* ibid. 5. *Cellæ, ac alia bona nulli alteri ad vitam concedantur.* ibid. 6. *Nullus procuret, vt ſibi ſanguinis vinculo aſtricti in bonis ſuccedant poſt mortem.* 70.8. *Fratrum decedentium in itinere dum ad ſuas aſſignationes tranſeunt, pro medietate ad conuentus originales, pro altera vero ad illos, ex quibus fuere remoti, ſpectant.* ibid. 9. *Decedentium verò apud Moniales ad conuentus originales totaliter ſpectant.* ibid. 10. *Quæ hæreditario iure illis obueniunt, erunt primi conuentus originalis, etiam ſi poſtea per affiliationem ad alios tranſeant.* ibid. 13. *Morientium extra ſuas Prouincias ad depoſitum Ord. pertinent.* ibid. 14. *Idem etiam fiat de bonis proprietariorum.* ibid. 15. *Eorum qui cum beneplacito Apoſtolicæ Sedis extra Ordinem permanent ad Originales conuentus illorum ſpectant.* 71. 16. *Prouincialium, pro medietate ad Prouincias, pro altera vero ad originales conuentus pertinent.* ibid. 17. *Ratione Fratrum defunctorum nihil habeant Prouinciales à Conuentibus.* ibid. 18. *Omnia ſupradicta obſeruentur.* ibid. 19.

Bullæ Pontificiæ.

Sint apud Conuentuum Præſidentes, quæ ad Ordinem noſtrum ſpectant. 72. 1. *Bullam Cœnæ Domini omnes confeſſarij ſecularium habeant, & obſeruent.* ibid. 2. *Talis bulla publicè in Conuentibus bis legatur.* ibid. 3. *Earum, quæ in dies emanant, & ad Ordinem aliquo modo ſpectant, exemplaria à P. Procuratore Ord. in Prouincias tranſmittantur.* ibid. 4. *Ex eiſdem Bullarium formetur.* ibid. 5. *Non poſſunt Fratres noſtri vti priuilegijs Bullæ Cruciatæ.* 73. 6. *Illas nullus prædicet abſque Magiſtri Ord. licentia.* ibid. 7.

C

Capitulum Generaliſſimum.

NOn conuocetur niſi quando maior pars Prouinciarum petierit, vel Magiſtro Ord. cum media parte Prouincialium expediens viſum fuerit. 74. 1. *Prouinciæ quæ illud petunt cauſas quare petant exponant.* ibid. 2. *Prouinciales cum duobus ſocijs ad illud accedant.* ibid. 3. *Duobus annis ante pronuntietur.* ibid. 4.

Capitula Generalia.

De triennio in triennium celebrentur. 74. 1. *Semel vltra, altera vero vice citra montes.* 75. 2. *Poteſt tamen Mag. Ordinis illa alibi transferre.* ibid. 3. *De illius prorogatione agitur.* ibid. 4. *In illis, duabus vicibus Diffinitores, tertia verò Prouinciales debent diffinire.* ibid. 5. *Nec Prouinciales Diffinitoribus, neque hi illis præiudicium in eiſdem faciant.* ibid. 6. *Diffinitores Dominica infra Octauam Aſcenſionis vel Sabbato præcedenti locum Capituli intrare debent.* 76. 7. *In Vigilia Pentecoſtes eorum auctoritas incipit.* ibid. 8. *Expirat verò in Sabbato Pentecoſtes.* ibid. 9. *Locum in illis teneant iuxta ſuarum ordinē Prouinciarum.* 76. 10. *Abſente ab illis Ord. Magiſtro, Diffinitores ſibi Vicarium de corpore Capituli eligant.* ibid. 11. *Prouinciales ſuo anno ad illa accedant.* ib. 12. *Abſentibus Prouincialibus Socij in eorum loco diffinient.* 77. 13. *Dicti Socij locum poſt Prouinciales habent iuxta ordinem Prouinciarum.* ibid. 14. *Si nec Diffinitores acceſſerint, eorum Socij pariter diffinient.* ibid. 15. *Si autem diffinientibus Socijs diffinitores eorum ſuperueniant, iſti Diffinitiones proſequentur.* ib. *Si Diffinitores fuerint in Prouinciales electi & confirmati, loco ipſorum Socij diffinient.* ibid. 16. *Fratres particulares ad Generalia Cap. non accedant.* ibid. 17. *Ad Mag. Ord. ſpectat dare licentiam Fratribus veniendi ad Cap. Generalia.* ib. 18. *Etiam ad Prouinciales, in quorū Prouincijs celebrantur.* ibid. *Qui ſine licentia ad illa acceſſerint puniantur, & ex illis eijciantur.* 78. 19. *Superfluitates in cibis, & potibus in illis euitentur.* ibid. 20. *Vocales ad illa properantes ſuperfluas euitent expenſas.* ibid. 19. *Sunt perpetuis Indulgentijs ditata.* ibid. 20. *Diſputationes in illis habeantur de Sac. Scriptura, Theologiaque ſpeculatiua, ac morali.* 79. 21.

Capitula Prouincialia.

Sint quadriennalia. 79. *Loco autem intermedij Capituli habeatur intermedia Congregatio.* ibid. *Inſtantibus Prouincialibus Capitulis fiant ſcrutinia de retentione, vel remotione Priorum.* 80. 2. *A Suppriore aſſignanda eſt dies pro tractatu ad Capitulum mittendo.* ibid. 3. *Talis tractatus vna die terminentur.* ibid. *Ad illa Magiſtri, Priores cum ſuis Socijs, & Prædicat. Generales accedere debent.* ibid. 4. *Priores ad illa accedere renuentes puniantur.* ibid. 5. *Cæteri Vocales vbi fuerint non deficiant.* ibid. 6. *Vocales ad illa ſocium accedant.* ibid. 7. *Prouinciales non concedant alijs Fratribus licentiam ad illa accedendi.* 81. 8. *Qui ſine licentia acceſſerint, ſunt per annum voce vtraque priuandi.* ibid. 9. *Per tres menſes ante illorum celebrationem non poſſunt Priores à ſuis officijs abſolui.* ibid. 10. *Inſtante tractatu ad illa mittendo Fratrum mutationes, nec vocum priuationes fiant.* ibid. 11. *In illis 4. Diffinitores eligantur, qui cum Prouinciali omnia diffinient.* ibid. 12. *Tales Diffinitores eligantur in die præcedente diem aſſignationis Capituli.* ibid. 13. *Ante eorum verò electionem legantur Magiſtri Ord. litteræ, ſi quæ ſunt* ibd. 14. *Fiant examinatores ſcrutiniorum Vocalium in illis.* ibid. 15. *In Congregationibus intermedijs, ſeu Cap. Prouincialibus fiant ſcrutinia circa abſolutionem, vel retentionem Prouincialium* 82. 16. *Prouinciales, & Diffinitores determinent*

tem-

024

INDEX.

tempus futuri Capituli. ibid. Diffinitorum auctoritas non protrahatur pluſquam per duos dies. ibid. 17. Non fiant in illis ſuperfluitates in conuiuiis, &c. ibid. 18. A Prouinciali, ſeu Vicario Prouinciæ translatio Capituli de Conuentu ad Conuentum fiat. ibid. 19. Omnia feſta tempore Capituli occurrentia ſub feſto duplici celebrentur. ibid. 21. Illorum præcepta Fratres vſque ad promulgationem Actorum ſequentis Capituli obligant. ibid. 22. In illis non fiant de facili Fratrum aſſignationes, & mutationes. 83. 23. Accedentes ad illa nec quadrigent, nec equitent. ibid. 24. Euitentur à Vocalibus ſuperflue expenſæ ne Conuentus grauentur. ibid. 25.

Capitulum electionis Prouincialis.

Si poſt Capitulum Prouinciale amoueantur, vel moriatur Prouincialis, tenetur Vicarius Prouinciæ conuocare Capitulum pro Prouincialis electione. 83. 1. Tenetur infra menſem illud conuocare. ibid. 2. Tres antiquiores Priores erunt in tali electione Scrutatores. 84. 3. Talis electio ad Magiſtros, Priores, Prædicatores Generales, & Electorem à ſingulis Conuentibus eligendū pertinet. ibid. 4. Talis Elector eligitur per diſquiſitionē Supprioris, vel eius Vicarij, & duorum antiquiorum in Ordine. ibid. 5. In tali Electione Priores votum habeant, non verò ſint Scrutatores. ibid. 6. Quare in electione Socij non habeant vocem Priores, bene verò in electione Electoris. ibid. Qui electi ſunt in Socios Priorum non poſſunt eſſe Electores in tali electione. 85. 7. Talis elector debet aſſumi ex aſſignatis in eodem Conuentu. ibid. 8.

Capitulum de Culpis.

Capitulum de culpis dicebatur Capitulum quotidianum. 85. 1. Illud Priores tenentur ſub pœna abſolutionis ab officijs habere. ibid. 2. In illo culpæ Fratrum audiantur. ibid. 3. Habeatur adminus de quindena in quindenam. ibid.

Capitulum Conuentuale.

Omnia in conuentuali Capitulo pertractanda per ſecretas fabas albas, & nigras concludantur. 633. 10.

Carceres.

Sint in vnoquoque Conuentu. 87. 1. Originales Conuentus tenentur ad expenſas, quæ pro ſuis Fratribus incarcerandis fiunt. 92. 42. Et etiam pro eiſdem detentis in carceribus. 87. 2. Qui in illis detinentur charitatiuè pertractentur. ibid. 3. Nullus carceris pœna puniatur niſi confeſſus, & conuictus in iudicio ſit. ibid. 4. Tali pœna puniendi ſunt qui crimina Fratrum extra Ordinem reuelauerint. ibid. 5. Qui ad Vrbem ſine licentia Mag. Ord. acceſſerint. 88. 6. Qui contra Superiores crimina, quæ probare non poſſint, euulgauerint. ibid. 7. Qui capitale crimen commiſerint. ibid. 8. Qui ad Ordines ſine licentia promoti fuerint. ibid. 10. Qui contra obedientiam apellauerint. ibid. 11. Qui prædicauerint, vel confeſſiones ſecularium non approbati in Ordine audierint. ibid. 12. Qui Sum. Pontificem diffamauerint. ibid. 13. Qui vitioſam, vel ſingularem vitam duxerint. ibidem. Qui ſcandaloſi in communitate extiterint. ibid. 14. Qui in peccatum carnis lapſi fuerint, vel Superiorum ſigilla falſificauerint, vel illis vſi fuerint. ibid. 16. Qui violentas manus in ſuos Prælatos iniecerint. ibid. Qui aliquem grauiter percuſſerint. Vel aliquid prædictorum fieri mandauerint. ibid. Qui arma intra ſepta Conuentuum detulerint. ibid. Qui alicui crimen carcere dignum falsò impoſuerint. ibid. Qui quæcumque crimina extraneis, ex quo damnum, vel infamia Ordini, vel Fratribus ſequatur reuelauerint. ibidem. Qui taxillis luſerint. 89. 17. Qui in Excommunicationis ſententiam lapſi fuerint. ibid. Qui notabilem pecuniæ ſummam alicui extra Ord. debuerint. ibid. 18. Qui in carceribus conſtitutis fugam ſuaſerint, vel auxilium ad hoc porrexerint. ibid. 19. Qui ſine ſuorum Superiorum licentia ad alias Prouincias tranſierint. ibid. 20. Qui libros, Calices, Paramenta Eccleſiaſtica, reliquaque bona Conuentuum alienauerint. ibid. 21. Qui Alchimiam exercuerint, vel docuerint. ibid. 22. Qui, ſe non poſſe ex originalibus Conuentus amoueri aſſeruerint. 90. 23. Qui in alio Conuentu aſſignati ad illum non perrexerint. ibid. 24. Qui ſecularium fauoribus Superiorum correctiones euitare præſumpſerint. ibid. 25. Qui in alienis terminis quæſtus fecerint. ibid. 27. Qui ſine licentia ſumptuoſa ædificia erexerint. ibid. 28. Qui cum cerretanis conuerſati fuerint. ibid. 29. Qui communi Conuentus ſigillo in firmandis ſcripturis abſque licentia Patrum vſi fuerint. 91. 34. Qui notabile furtum commiſerint. 92. 37. Qui aliquem Fratrem ex ſua Prouincia expelli procurauerint. ibid. Perpetuo carceri ſubijciantur qui peccatum contra naturam perpetrauerint. 88. 9. Carceris quoque pœnam ſuſtinebunt fugitiui Fratres ex Conuentibus, ſeu Prouincijs ſuis. 90. 26. Tantum illi intelliguntur carceri mancipati qui per diffinitiuam ſententiam ſunt illis addicti. 91. 31. Nullus in carceribus recludatur ſine Patrum conſilio. ibid. 12. Conſtituti in illis, non educantur ſine Prouincialis, & Diffinitorum conſilio. ibid. 32. Qui carceribus propter veritatis inquiſitionem detinentur, non dicuntur propriè carceribus addicti. ib. 35. Bona in carceribus conſtitutorum conſeruentur pro eiſdem. 92. 36. Prouinciales poſſunt ſibi ſubditos ex carceribus educere. ibid. 41. Qui ad carceres fuerint aliquando damnati non prædicent, nec audiant confeſſiones, nec ad aliquam electionem admittantur, niſi à Mag. Ord. vel Diffinitoribus Capit. Gen. vel Prouincialis fuerint reſtituti. 91. 33. Poſtquam autem fuerint ad gratias Ord. reſtituti, non poſſunt in Priores, nec Diffinitores, nec Suppriores, nec Vicarios, nec Lectores aſſumi ſine ſpeciali Magiſtri Ord. licentia. 349. 5. Qui litteras ſuo Superiori non oſtenſas alicui miſerint. 373. 2.

Carnes.

Pulmenta ſint ſine carnibus in noſtris Conuentibus. 93. 1. *Extra illos poſſumus illa cum carnibus cocta comedere.* ibid. 2. *Etiam in infirmarijs, vel hoſpitijs poſſunt comedi.* ibid. 3. *cum aliquibus poſſunt diſpenſare Priores.* ibid. 4. *Non permittant Superiores illas in Refectorio manducari ſub abſolutionis pœna.* ibid. 5. *Vbi piſcium, & lacticiorum caritas vigot, poſſunt Priores cum Fratribus diſpenſare, vt aliquando illas comedant.* ibid. 6. *Feria 2. & 4. cum nemine in illis diſpenſetur.* 94. 7. *Cum cauſa tamen poteſt etiam illis diebus diſpenſari.* ibid. *Neque Prouinciales, neque Conuentuales Priores poſſunt cum toto Conuentu, vt in communi ordinariè carnes comedantur, diſpenſare.* ibid. 8. *Qui illis indigent, extra Conuentus non exeant.* 95. 9. *Poſſunt Superiores cum ſubditis extra caſum infirmitatis in eſu illarum, ex cauſa tamen rationabili, diſpenſare.* ibid. 10. *Comedentes carnes fer. 2. & 4. pœna grauis culp. ſubijciuntur.* 313. 6.

Cantus.

Horæ Canonicæ cum cantu, & pauſa deuote dicantur. 95. 1. *Chorali cantu perſoluantur.* ibid. 2. *Muſicalis cantus raro in noſtris Eccleſijs habeatur.* ibid. 3. *Diſcantus non fiant in noſtris Eccleſijs.* ibid. 4. *Neque in octaua cantetur.* ibid. 5.

Cauſæ.

In cauſis in Ordine occurrentibus ſufficit, quod fiat iudicium ſecundum regulas noſtras procedendo ſummariè. 96. 1. *Cauſarum commiſſiones, ſeu arbitraria non ſuſcipiant Fratres noſtri.* ibid. 2.

Cellæ.

Singulis Fratribus peculiares cellæ dentur, vnaque ſint contenti. 97. 3. *Auferantur à Fratribus cellæ religioſam paupertatem excedentes.* ibid. 4. *Defunctorum cellæ nulli ad vitam concedantur.* 98. 5. *Studentibus determinatæ cellæ aſſignentur.* ibid. 6. *Ab illis omnes ſuperfluitates, & prophanæ imagines eliminentur.* ibid. 7. *Superiores amoueant aliquando ab illis Fratres.* ibid. 8. *Nullus audeat ſibi conceſſam cellam vendere, ſeu teſtari in morte.* ibid. 9. *Nullus in alterius cellam ingrediatur.* ibid. 10. *Pro infirmis ſint aliquæ determinatæ.* ibid. 11. *Etiam pro Hoſpitibus.* ibid. 12. *In illis non comedant Fratres.* 99. 13. *In priuatis cellis habeant Fratres lumen pro ſtudijs, quod etiam ſit in communi dormitorio.* ibid. 14. *In illis Muſicalia inſtrumenta non pulſentur.* 443. 2.

Cerretani.

Illorum conſortium euitare tenentur Fratres. 101. 1. *Neque eorum Indulgentias prædicare audeant.* ibid.

Cœmeteria.

In illis emptiones, & venditiones fieri non permittantur. 101. 1. *Sepultorum in illis Anniuerſarium fiat 12. Iulij.* 102. 2. *In illis nullæ fiant repræſentationes.* ibid. 3.

Chorus.

In illo non ſint notabiles ſuperfluitates. 102. 1. *Nullus à ſequela illius eſt exemptus.* ibid. 2. *Omnes, etiam à Choro alias diſpenſati, ad Completorium, & Officium Defunctorum tenentur accedere.* ibid. 3. *Magiſtri in Theologia, Lectores actuales, & Prædicatores ſunt ab hebdomadaria exempti.* ibid. *ſub num.* 2. *Deficientibus à Choro pro ſingulis vicibus iniuncta eſt pœnitentia,* 102. 4. *Magiſtri poſſunt in ſolemnitatibus ad Officia notari.* 103. 5. *Prædicatores annuales non tenentur ad ſequelam Chori, niſi contraria conſuetudo in tali Prouincia vigeat.* ibid. 6. *Abſoluendi ſunt Prælati, qui permittunt Fratres gaudere diſpenſationibus à Choro quibus non debentur.* ibid. 7. *In illo omnes in eodem tono cantent.* ibid. 8. *Diſcantus in eodem non fiant.* ibid. 9. *Diuiſus ſit ab Eccleſia aliquibus intermedijs appoſitis.* ibid. 10. *Dum in illo cantatur* pſal. Laudate Dominum omnes gentes *Fratres non ſedeant.* 104. 11.

Chronicæ.

Exactiſſimum Chronicon omnium rerum Ord. & in ſingularum Prouinciarum fiat. 104. 1.

Cibus.

Singulis diebus duo cocta pulmenta habeant Fratres noſtri. 105. 1. *Extra Conuentus raro comedant.* ibid. 2. *In Aduentu à lacticinijs abſtineant.* ibid. 3. *Pulmenta ſint vbique ſine carnibus, non autem in Infirmaria.* ibid. 4. *Nulla fiat particularis pictantia alicui.* ibid. 5. *Solus Prior poteſt pictantiam Fratribus mittere.* 106. 6. *Neque panis, neque vinum, neque pictantia comedentibus in cellis detur.* ibid. 7. *In Paraſceue noſter cibus erit panis, & aqua.* ibid. 8.

Clauſura.

Ante Solis occaſum porta Conuentus claudantur. 106. 1. *Etiam in prandio idem fiat.* ibid. *Secularibus non pateat aditus in noſtros Conuentus.* ibid. 2. *Horti & loca alia communia clauſuræ ſubijciantur.* ibid. 3. *Æſtino tempore ab hora prandij vſque poſt Nonam fores Conuentuum ſint clauſæ.* ibid. 4. *Mulieres in clauſuram non ingrediantur.* 107. 5. *In clauſtrum primum autem quandoque poſſunt ingredi.* ibid. 10. *Exeuntes Fratres in tabella adnotentur.* ibid. 6. *Omnes per communem ianuam exeant.* ibid. 7. *Portarius in ſingulis ſit Conuentibus.* ibid. 8. *Qui non permittat ſeculares ad Fratrum cellas accedere.* ibid. 9. *Extra clauſuram delinquentes ſunt ſeuerè puniendi.* 108. 11. *Introducentes in illam mulieres vltra excommunicat. pœnam ſunt ſeueriſſimè puniendi.* ibid. 12.

Comœdiæ.

Comœdiæ in Ordine noſtro non fiant. 108. 1. *Neque etiam Tragediæ.* ibid. 2. *Repræſentationes, etiam ſacræ in Cœmeterijs noſtris neque etiam fiant* ibid. 3.

Commiſſarij.

Illis præfigatur, dum in aliquam Prouinciam mittuntur in litteris patentibus determina-

tum

tum tempus. 119. 1. *Non mittantur inſtantibus electionibus ad inquirendum an vocales voce in illis gaudeant. ibid.* 2.

Commiſſarius S. Officij.

Habet locum ſuper omnes Prouinciales excepto eo in cuius Prouincia extiterit. 109. 1. *Huius muneris inſtitutio.* 332. *Quis fuerit primus Commiſſarius.* 333. *Viri praclariſſimi ex hoc munere prodiere. ibid. Vide ibid. & in ſeq. plura alia ad hoc munus, & Congregat. S. Officij ſpectantia.*

Communio.

Ad illam Fratres non Sacerdotes ſingulis diebus Dominicis in Aduentu, & Quadrageſima debent accedere, alijs vero temporibus de quindena in quindenam. 110. 1. *Ad eandem quoque accedant Sacerdotes inhabiles ad celebrandum. ibid.* 2. *Fiat Conuerſis ſermo eo die, quo generalis communio habetur. ibid.* 3. *Cum cappa ad illam accedant. ibid.* 4. *Feria V. in Cœna Dom. omnes ad illam accedant, & Sacerdotes ſtolam deferant. ibid.* 5.

Confeſſio Sacramentalis.

Frequenter confiteantur Fratres non Sacerdotes. 110. 1. *Sacerdotes celebraturi ad illam prius accedant. ibid.* 2. *Inquirant Superiores nũ ſæpe illam Iuuenes ſubeant.* 111. 3. *Dum confitentur, omnes ſint genuflexi. ibid.* 4. *Et diſcooperto capite. ibid.* 5. *Sacris veſtibus induti non accedant ad confeſſionem Fratres. ibid.* 6.

Confeſſores.

Non niſi ſufficienter instructi in his, quæ ad confeſſiones ſpectant exponantur pro illis ſuſcipiendis Fratres noſtri. 111. 1. *Et nonniſi diſcreti. ibid.* 2. *Et nonniſi religioſis moribus dotati.* 112. 3. *Et nonniſi per quinque examinatores fuerint approbati. ibid.* 4. *Sedeant confeſſarij dum confeſſiones ſuſcipiunt. ibid.* 5. *Eleemoſynas ſibi datas ſuis Prælatis tradant. ibid.* 6. *Confeſſionum ſecreta neque directè, neque indirectè reuelare præſumant.* 113. 7. *Qui non ſunt graduati vel Lectores, per tres vices de triennio in triennium examinentur.* 120. 13.

Confeſſor Regis Hiſpaniarum.

Habet locum ſub Prouinciali, in cuius Prouincia extiterit. 113. 1.

Confeſſores Fratrum.

Plures Confeſſores in Conuentibus exponantur pro Fratrum confeſſionibus recipiendis. 113. 1. *Itinerantes, etiam extra Ordinem poſſunt confiteri. ibid.* 2. *Magiſter Ord. poteſt eandem licentiam Fratribus concedere.* 114. 3. *Priores talem facultatem non poſſunt concedere. ibid.* 4. *Prouinciales poſſunt ſibi confeſſarios eligere. ibid.* 5. *Nouitij ſoli proprio Magiſtro confiteantur. ibid.* 6. *Poſſunt Superiores ſibi caſus reſeruare. ibid.* 7. *Superiores confeſſionum notitia in regimine non vtantur. iqid.* 8. *Bullis Pontificijs nullus vtatur quantum ad abſolutionem à caſibus reſeruatis.* 115. 9. *Neque etiam Bulla Cruciatæ. ibid.* 10. *Magiſter Ord. habet plenam auctoritatem ligandi, & abſoluendi Fratres. ibid.* 11. *Poſſunt Priores etiam hoſpites ab omnibus cenſuris abſoluere. ibid.* 12. *Idem præſtare poſſunt Supperiores, & Vicarij in Priorum abſentia.* 116 13.

Confeſſores Monialium.

Sint maturi, & diſcreti &c. 116. 1. *Vnicus, vel duo tantum cuilibet Monaſterio aſſignentur. ibid.* 2. *Extraordinarij in ſolemnitatibus illis concedantur. ibid.* 3. *Duorum annorum tempore ſuum officium compleant.* 117. 4. *Poſſunt etiam tertio anno in eodem Monaſterio ex diſpenſatione permanere. ibid.* 5. *Extraneis Confeſſoribus Moniales non confiteantur. ibid.* 6. *Eleemoſynas pro miſſis acceptas Prioribus tribuant. ibid.* 7. *In caſibus neceſſitatis tantùm in Monaſteria ingrediantur. ibid.* 9. *Et tunc ſtent in loco patenti. ibid. Non pernoctent in domibus Monaſterijs vnitis. ibid.* 9. *Miſſas illis celebrent.* 118. 10. *Tantum de pertinentibus ad proprium munus cum Monialibus loquantur. ibid.* 11. *Abſente Priore poſſunt recipere Moniales ad habitum, & profeſſionem. ibid.* 12. *Qui remaneant illarum Vicarij. ibid.* 13. & 14.

Confeſſores Secularium.

Nullus ſine Prælati ſui, & Epiſcopi licentia confeſſiones audiat. 118. 1. *Etiã Prælati id obſeruẽt & faciant obſeruari. ibid.* 2. *Sunt prius examinandi, & approbandi.* 119. 3. *Etiam in moribus. ibid.* 4. *Sint ætate graues. ibid.* 5. *Non exponantur ignorantes ſub pœna priuationis vocis, & omnium gratiarum Ord. ibid.* 6. *Neque ſi caſus Epiſcopis reſeruatos ignorent. ibid.* 7. *Epiſcoporum examini ſe ſubijciant. ibid.* 8. *Eos non poſſunt Epiſcopi ſine noua cauſa à ſuo munere ſuſpendere. ibid.* 9. *Poſſunt ob non ſeruationem interdicti ab Epiſcopis ſuſpendi. ibid. Non poſſunt autem Epiſcopi omnes Confeſſores Eccleſiarum noſtrarum ſuſpendere.* 120. 10. *Decretum S. Congregat. de hac re. ibid.* 11. *Superiores in noſtris Eccleſijs ponant confeſſarios dignos tali miniſterio. ibid.* 12. *Etiam Magiſtri poſſunt ad hoc compelli. ibid. Qui non ſunt Lectores, nec Graduati per tres vices de triennio in triennium examinentur. ibid.* 13. *Ante 30. ann. nullus exponatur.* 121. 14. *Si autem ſuper hoc fuerit arctior conſuetudo, illa ſeruetur. ibid. In Confeſſionalibus confeſſiones mulierum ſuſcipiant. ibid.* 15. *Et cum cappa. ibid. Eleemoſynas à pœnitentibus non recipiant. ibid.* 16. *Sub pœna priuationis eiuſdem muneris. ibid. Sint in caſibus conſcientiæ inſtructi.* 122. 16. *Non approbati confeſſiones audientes carceris pœnam ſuſtinebunt. ib.* 17. *Excõmunicantur inſufficientes approbantes. ib.* 18. *Caſuum reſeruatorum ab Ordinarijs catalogus ſit in ſacriſtia. ibid.* 20. *Illos omnes ſcire tenentur. ibid. Idem dicitur de Bulla Cœnæ. ibid.* 21. *A reſeruatis caſibus non abſoluant. ibid.* 19. *Non inducant pœnitentes ad ſibi, vel Ordini aliquid dandum.* 122. 22.

Congregationes Intermediæ.

In Prouincijs habentibus Prouinciales qua-

driennales , habeantur. 123. *num.* 1. *Fiant ex PP. Prouinciæ, Magiſtris, & præſtantioribus Prioribus à Prouincialibus deſignandis. ibid. Fiat Scrutinium Prouincialis in illis. ibid. Diffinitores non eligantur. ibid. Neque Prouinciæ petitiones fiant. ibid. Neque Prædicatores General. inſtituantur, ibidem.*

Conſeruatores.

Illos habeant Conuentus pro noſtris priuilegijs conſeruandis. 123. 1. *Io: XXII. primus omnium Conſeruatores nobis dedit. ibid.* 2. *Idem priuilegium alij Sum. Pont. nobis confirmauere.* 124. 3.

Conſiliu m Patrum.

In Conuentibus ſint Patres à Conſilijs. 124. 1. *Sint viri graues. ibid. Cum illorum conſilio Conuentuum grauiora negotia expediantur. ibid. Qui ad tale Conſilium ſint vocandi. ibid.* 2. 3. & 4. *Quem locum teneant inter ſe Patres in illo.* 125. 5. *Numerum duodenarium non excedant. ibid.* 6. *Excipitur in hoc Conuentus Pariſien. ibid. Nullus ante 40. annos admittantur, niſi ſit Pater de iure. ibid.* 7. *Priores ad illud vltra* 12. *nullum admittant.* 126. 8. *Solus Mag. Ord. poteſt ſupra præd. diſpenſare. ibid.* 9. *Prouinciales, non verò Priores, poſſunt Patres à Conſilijs inſtituere. ibid.* 10. *In illo ſit Secretarius, qui habeat tantum votum conſultiuum. ibid.* 11. *Omnia, quæ in illo tractantur, ab eodem regiſtrentur. ibid. Non reuelentur quæ in ipſis pertractantur ſub priuatione eiuſdem muneris. ibid.* 12. *Etiam Secretarius ad ſecretum ſeruandum tenetur. ibid.* 11. *Nouitij cum illo remittantur ad ſeculum.* 127. 14. *Et recipiantur ad habitum, & profeſſionem, et examinentur in eodem. ibid.* 14. *In eodem inſtituantur Supperiores. ibid.* 15. *Et etiam abſoluantur. ibid.* 16. *Inſtitutio, vel amotio Magiſtri Nouitiorum in eodem fiat. ibid.* 17. *Ædificia notabilia facienda in illo concludantur. ib.* 18. *Etiã quæ à Monialibus ſunt facienda, in earum conſilio tractentur. ibid. Bonorum immobilium alienatio.* 128. 19. *Commutatio eorundem. ibid. Depoſitarij Conuentus in illo inſtituantur. ibid.* 20. *In eodem concedatur licentia Fratribus iter habendi vltra dietatem. ibid.* 21. *Etiam teſtimoniales litteræ de vita, & moribus fiant.* 129. 22. *Et Prædicatatores pro fundandis Societatibus SS. Roſarij, vel Nominis Dei eligantur. ibid.* 23. *In eodem etiam approbandi ſunt exponendi ad confeſſiones. ibid.* 25. *Patres à Conſilijs ſunt prius admonendi de tractandis negotijs antequam ad Conſilium accedant. ib.* 26. *Patres in illo votum deciſiuum habent. ib.* 17 *In illo habeãtur ratiocinia Conuentuum, & debita eorum manifeſtentur. ibid.* 28. *Incarceratio Fratrum in illo concludatur.* 130. 29. *Patres à Conſilijs locum ſuæ profeſſionis vbique teneant. ibid.* 30.

Conſpirationes.

Ab Ordine noſtro ſunt eliminandæ. 130. 1. *Contra Superiores non fiant. ibid.* & 3. *Illas facientes grauiter puniantur. ibid.* 2.

Conſtitutiones.

In Generaliſſimo Capitulo ſub B. Iordano 1236. *factæ fuere.* 131. 1. *Non obligant nos ad culpam, ſed ad temporalem pœnam. ibid.* 2. *Poſſunt cum Fratribus in illis diſpenſare Superiores. ibid.* 3. *Sine cauſa autem non poſſunt. ibid.* 4. *Priores cum ſe ipſis poſſunt. ibid.* 5. *Subditi autem non poſſunt diſpenſare ſecum in eiſdem. ibid.* 6. *Tria Capitula debent habere. ibid.* 7. *Illarum tranſgreſſores puniantur.* 132. 8. *Maximè lineas ſubuculas deferentes. ibid.* 9. *In menſa legantur. ibid.* 10. *Abſoluantur Superiores in ſuis Conuentibus illas non habentes. ibid.* 11. *Quæ ad Conuerſos ſpectent, quater in anno eiſdem legantur. ibid.* 12. *Illarum ambiguitates à Mag. Ord. exponantur. ib.* 13. *Abſoluantur Priores abuſus contra eaſdem permittentes. ibid.* 14.

Conſuetudines.

Laudabiles obſeruentur. 132. 1. *Quæ ſunt contra Conſtitut. & Regulam euitentur.* 133. 2. *Qui eas induxerint, à ſuis officijs abſoluantur. ibid.* 3. *Non tollunt obligationem Capitulorum Generalium. ibid.* 4. *Communes non ſunt immutandæ. ib.* 5. *Quæ ſunt diu approbatæ à nullo Superiore ſunt immutandæ. ibid.* 6.

Contributiones.

Reuerendiſs. Magiſtri Ord. 133. 1. *A. R. P. Procuratoris Ord.* 135. *ibid. Ipſis deficientibus ſuppleat Religio* 135. 2. *Litterarum expenſæ etiam P. Procuratori Ord. perſoluantur.* 136. 3. *Nullus Prouincialis eas in ſua Prouincia augere poteſt. ibid.* 4. *Conuentus de vna ad alteram Prouinciam tranſeuntes, ſoluant eaſdem Contributiones. ibidem* 6. *In Hiſpaniæ Conuentibus Matriti, & Hiſpali eaſdem perſoluant Contributiones hoſpites. ibid.* 7. *Obſeruantiæ Conuentus ſuis Prouincialibus contributiones perſoluant.* 137. 9. *Quæ ad Mag. & Procuratorem Ord. ſpectantes non exacta fuere ab eiſdem ad ſucceſſores deuoluuntur. ib.* 10. *Quæ debeãtur à Prou. Mag. Ord.* 133. 1.

Conuentus.

Non recipiantur ſine Capit. Gen. vel Mag. Ord. licentia. 137. 1. *Alias receptio nulla erit. ibid. Neque etiam niſi fuerint à Diffinitoribus, vel Prouincialibus poſtulati. ibid.* 2. *Requiritur etiam beneplacitum Sedis Apoſt.* 138. 4. *Quando petuntur, exprimantur cauſæ quare petantur. ibid.* 5. *Cum grauibus oneribus non recipiantur. ibid.* 6. *Neque etiam niſi liberæ Superiorum poteſtati relinquantur. ibid.* 7. *Neque ſi petantur nouæ ceremoniæ in illis fieri. ibid.* 8. *Neque ſi duodecim Fratres alere non poſſint.* 139. 9. *Quorum decem ſint Clerici. ibid.* 10. *Si vero præfatum numerum non habuerint, voce in Prou. Capit. non habeunt. ibid.* 11. *Senarius Fratrum numerus Conuentum conſtituit. ibid.* 12. *Qui etiam quatuor vocales cum Priore alunt, Prioratus titulo gaudent.* 140. 13. *Vbi non ſunt ſex Fratres vocales numerato interipſos Priore, non poteſt eligi Socius pro Prouinciali Capit. ibid.* 14. & 15.

Digitized by Google

INDEX.

In deſolatis Prouincijs Conuentus non habentes ſufficientem Fratrum numerum titulo Prioratus gaudent, non autem Socium pro Capitulo eligere valent. ibid. 16. In Prioratus non erigantur Loca quæ ſufficientem Fratrum numerum alere non poſſunt. 147. 17. *Parui Conuentus, in quibus non poteſt regularis obſeruantia vigere, relinquantur. ibid. 18. Loca deſerta poſſunt Fratres deſerere, & eorum bona ad viciniores Conuentus transferre. ibid. 19. Cum antiquos deſerunt, & ad alios tranſeunt, poſſunt ſupellectilem, & eorum materiam ſecum ferre, ſeu alienare. ibid. 20. Fratres ad noua loca recepta miſſi, in illis intelliguntur aſſignati, quantum autem ad ſuffragia pro eiſdem tenentur Conuentus, ex quibus aſſumuntur.* 142. 21. *In Vicarijs exiſtentes cenſentur aſſignati in annexis Conuentibus. ibid. 22. Ad nouos Conuentus exemplares Fratres mittantur. ibid. 23. In omnibus ſit determinatus Fratrum numerus. ibid. 24. Notabilia ædificia in illis non fiant ſine PP. Conſilio. ibid. 25. In principalioribus ſit lectio Theologiæ, vel alia.* 143. 26. & 28. & 29. *Illorum officina ſecularibus non concedantur. ibid. 27. De vna ad alteram Prouinciam non transferantur, niſi per tria Capitula. ibid. 30. Pro ipſis conſtruendis formula prius fiat. ibid. 32. Mulieres in illos non ingrediantur. ibid 33. In eiſdem ſit Portarius.* 144. 33. *In pauperibus poteſt diſpenſare tribus diebus in hebdomada ſuper eſum carnium. ibid. 34. A Prouincialium cura non eximantur. ibid. 35. In inchoatis illorum fabricis non conſumatur notabilis pecuniæ quantitas ſine Prouincialis, & Capituli licentia. ibid. 36. In illis non ſint canes, qui ſecularibus poſſint nocere. ibid. 37. Sint in illis Infirmaria, Hoſpitium Carcer, & Calefactorium. ibid. 38. Pro eorum reparatione Prouinciales aliquas ſequeſtrent pecunias. ibid. 39. In illis non retineantur ſeculares. ibid. 40. A prandij hora vſque ad Nonam temporo æſtino claudantur.* 145. 41.

Conuentus Obſeruantiæ.

In qualibet Prouincia ſint. 145. 1. *In illis nullus inuitus detineatur. ibid.* 2. *Subduntur Prouincialibus.* 3. *Qui tamen in illis nihil faciant, quod Obſeruantiæ repugnet. ibid. Fratres in ilis eadem forma habitus Ord. vtantur.* 146. 4. *Eadem etiam habeantur ceremoniæ. ibid.* 5. *Diſcoli in illis aſſignentur. ibid.* 6. *In illis profeſſi in alijs non detineantur. ibid.* 7. *Prouincialibus ſoluant contributiones. ibid.* 8. *Ipſoſque Prouinciales charitatiuè recipiant.* 147. 7. *Fratres in illis permanentes ab alijs non moleſtentur; neque hi alijs detrahant. ibid.* 8. *In alijs Conuentibus profeſſi in his non recipiantur ſine licentia Prouincialis. ibid.* 9. *Habent vocem in Generalibus, & Prouincialibus Capitulis.* 148. 11. *Prouinciales Fratres in eiſdem permanentes foueant, & protegant. Ibidem* 12. *Prædicatoribus ex his Conuentibus non detur Eleemoſyna.* 147. 10. *Reformati nomen nullus aſſumat. ibid.* 13. *Huiuſmodi Conuentus à Prouincialium regimine non poſſunt amoueri. ibid.* 14.

Conuerſi.

Eodem tempore ſurgant, quo alij Fratres. 149. 1. *Eodem quoque modo inclinent. ibid. Pro matutinis in profeſtis diebus dicant.* 28. *Pater noſter, &c. ibid.* 2. *Conſtitutiones ſicut alij Fratres in ieiunijs, ſilentijs, &c. obſeruare tenentur. ibid.* 5. *Soli non incedant. ibid.* 4. *Pſalteria nec libellos habeant. ibid.* 5. *Noſtris Conuentibus inſeruiant. ibid.* 6. *In Capitulo recipiantur. ibid.* 7. *Cum aſſenſu tamen duarum partium vocalium Conuentus. ibid.* 8. *Non recipiantur ante* 20. *annos* 150. 9. *Et niſi ſint in Chriſtiana Doctrina inſtructi. ibid. Neque etiam niſi ſint in aliqua arte periti.* 10. *Non detineantur in Nouitiatu cum alijs Nouitijs. ibid.* 11. *Duobus annis maneant in habitu Tertiariorum ante quam ad Conuerſorum ſtatum tranſeant. ibid.* 12. *Vbi autem non eſt conſuetudo recipiendi Tertiarios, tribus annis in Conuerſorum habitu permaneant, & poſtea profeſſionem emittant. ibid. Tali tempore elapſo ſi fuerint digni ad profeſſionem admittantur, ſi indigni reiciantur ab Ordine. ibid.* & 151. 16. *Dum recipiuntur dicatur hymnus* Veni Creator, &c. *Sine cantu.* 151. 14. *A Septuageſima vſque ad Oct. Paſchæ nullus recipiatur. ibid.* 14. *Habeant proprium Magiſtrum. ibid.* 15. *Illorum profeſſio ab eiſdem adnotetur propria manu. ibid.* 17. *Tot indumenta habeant, quot alij Fratres. ibid.* 18. *Album habitum non deferant,* 152. 19. *Eorum ſcapularia non ſint laxa. ibid.* 2. *Neque etiam Capuſia. ibid.* 3. *Neque etiam ſcapularia in ſcapulis ſciſſa habeant. ibid.* 4. *Non deferant ocreas, feltrum, ſeu pennulam in itinere. ibid.* 23. *Pedeſtres ibunt omnes. ibid. Nullus in Conuerſum recipiatur ſub habitu albo.* 153. 25. *Neque alicui iam Conuerſo albus habitus concedatur. ibid.* 26. *Neque ad clericalem ſtatum transferantur. ibid.* 26. *Literis non dent operam. ibid.* 28. *Patres non appellentur. ibid.* 29. *Nullus recipiatur ſine Prouincialis licentia. ibid.* 31. *In probationis anno ad clericalem ſtatum nec etiam poſſunt transferri. ibid.* 30. *Qui ſine Magiſtri Ord. licentia ad clericalem habitum fuerint tranſlati illo priuentur, & ſeuerè puniantur. ibid.* 32. *Graues incurrunt pœnas qui eos abſque prædicta licentia ad clericalem habitum receperint. ibid.* 33. *Si de licentia ad illum transferantur, ad Sacros Ordines ſuſcipiendos non exponantur ſine Mag. Ord. licentia. ibid.* 34. *Procurantes habitum clericalem conſequi, per ſex menſes ſcapulari priuentur. ibid.* 35. *Si quis illum fraudulenter, vel Sacros Ordines ſuſceperit Conuerſorum habitu toto tempore ſuæ vitæ ſit priuatus. ibid.* 36. *Tranſlati cum licentia ad Clericalem habitum locum, & vocem habeant poſt illos FF. Clericos antiquiores ipſis in clericali ſtatu. ibid.* 37. *In canonicis electionibus poſt* 12. *annos voce fruantur.* 156. 38. *Dum ex Conuentibus exeunt non ſe ad inuicem ſeparent. ibid.* 39. *Calices non tangant. ibid.* 40.

Raſuræ ſubijciantur. ibid. 41. Si Reuerentiæ, vel Paternitatis titulum conſequi procurauerint, ſcapulari per menſem priuentur. ibid. 42. In officijs, & miniſterijs occupentur. ibid. 43. Etiam in coquina. ibid. 44. Non ſe intromittant in iudicio dando de vrina, ſeu pulſu infirmorum. 156. 45. Eiſdem fiat vulgaris ſermo in S. Communionis die.

Curiæ.

Regum, & Principum abſque vrgenti neceſſitate non petant Fratres noſtri. 156. 1. Qui ad illas pro bono Conuentuum accedunt ab eiſdem expenſas neceſſarias conſequantur. ibid. 2. Qui in illis ſunt, ad Capitula de culpis accedant, et religioſè conuerſentur. ibid. 3. Litigioſa negotia non ſuſcipiant. ibid. 4. Contrafacientes autem grauiter puniantur. 157. 5. Qui ad illas contra noſtros appellauerint, Ordinis gratys ſunt priuati. ibid. 7.

Curioſitates.

Curioſitates in ſculpturis, picturis, & pauimentis in noſtris Conuentibus notabiles non fiant. 157. 1. Apud Fratres etiam particulares non ſint. 158. 2.

D

Debita Conuentuum.

NOn contrahantur à Conuentuum Præſidentibus. 158. 1. Si illa contrahere fuerit neceſſe, id cum Fratrum conſenſu fiat. ibid. 2. Neque mutua notabilia contrahantur. ibid. 3. Diffinitores Cap. Prouincial. inuigilent ne Conuentus debitis grauentur. ibid. 4. Priores Conuentuum ſolutioni quindennij ſubditorum ſequeſtrent ſingulis annis partem pecuniæ aliquam pro illius ſatisfactione. 159. 5. In computationibus ſemper manifeſtentur Conuentus debita, & perſonæ, quibus debentur. 158. 2.

Debita Fratrum.

Sine Prioris licentia non contrahantur. 159. 1. Si contrafecerint Fratres, & creditores conquerantur, vocis priuationem, ac carceris incurrunt pœnam. ibid. 2. Neque etiam mutua contrahantur ab illis, niſi poſſint ea reſtituere. ibid. 3. Pecunia mutua neque detur, neque recipiatur ſine Prioris licentia. 160. 4. Tenentur Præſidentes Conuentuum dantes contrahendi mutuum licentiam Fratribus abſque neceſſitate, ex proprijs illud ſoluere. ibid. 5. In pecuniæ mutuatione non ſe obligent Fratres. ibid. 6.

Declarationes.

Si in tex. Conſtitutionum noſt. dubium occurrat, declarationi Magiſtri Ord. ſeu Capitulorum Generalium fides adhibeatur. 160. 1.

Defectus Fratrum.

Non ſunt manifeſtandi, nec reuelentur extraneis, & qui contrafecerint tanquam Ord. deſtructores habeantur. 161. 1. Grauioris culpæ pœnam tranſgreſſores incurrunt. ibid. 2.

Delinquentes FF.

Fratres in quacunque Prouincia deliquerint ibidem puniantur. 161. 1. Inſolentes Fratres corrigantur. ibid. 2. Si delinquentes à Prioribus non fuerint congruè puniti, à Prouincialibus puniantur. 162. 3. Taxatis pœnis in Conſtitut. illarum tranſgreſſores puniantur. ibid. 4. Facinoroſi etiam triremium pœna puniantur. ibid. 5. Ad triremes damnati fiunt irregulares. ibid. 6. Apoſtatæ, & fugitiui à Prioribus puniantur. ibid. 7. Carceris pœnæ, ſeu grauioris culpæ non ſubijciantur delinquentes niſi confeſſi, vel conuicti. 163. 8. Illorum proceſſus non comburantur, ſed ſeruentur. ibid. 9. Delinquentes extra Conuentus inſtantibus Epiſcopis puniantur, aliàs eorum punitio ab eiſdem Epiſcopis illis exhiberi poteſt. ibid. 10.

Depoſitum Ordinis.

In Vrbe pro communi Ord. bono habeatur. 163. 1. Ex quibus bonis debeat ditari. ibid. Mag. Ord. in illius augmentum inſtituat in omnibus Prouincijs Collectorem eorum, quæ ad ipſum ſpectant. 164. 2. Ea omnia Collector Romam poſtea mittat. ibid.

Depoſitum Prouinciæ.

Sit in vnaquaque ad neceſſarias eiuſdem expenſas habendas. 165. 1. Ex quibus bonis debeat conſtrui. ibid.

Depoſitum Conuentus.

In quolibet Conuentu habeatur in loco tuto. 165. 1. Tribus ſeris claudatur. ibid. Eius claues apud diuerſos Fratres cuſtodiantur. ibid. Leges pro illius adminiſtratione. ibid. 2. Syndicus omnes pecunias ad depoſitum ferat. ibid. 3. Cuncta, quæ ad illud deferuntur, vel ex eodem extrahuntur, in libro adnotentur. ibid. 4. PP. à Conſilijs inuigilent ſuper obſeruationem illius. ibid. 5. Conuentuum pecuniæ tantùm apud noſtros cuſtodiantur. ibid. 6. Sigillum Conuentus in depoſito aſſeruetur. ibid. 7. Tres ſint depoſitarij. ibid. 9.

Depoſitum Fratrum.

Sint depoſitarij in Conuentibus pro receptione depoſitorum vbi illa permittuntur. 167. 1. Vbi non permittuntur illa non habeant Fratres. ibid. 2. Priores ſine Patrum conſilio illa non expendant. ibid. 3. Illa tamen poſtea reddant infra tempus ab eiſdem Patribus taxatum. ibid. Apud ſeculares non habeantur. 168. 5. Superiores non permittant ſeruari pecunias niſi in depoſito Fratrum. 167. 4. Nullus pecuniam apud ſe audeat retinere. 168. 6. Neque etiam res alias pretioſas. ibid. 7. Conuentuum Præſidentes, & Hoſpites eiuſdem Prouinciæ legi depoſiti ſubduntur. ibid. 8. Non verò Hoſpites aliarum Prouinciarum. ibid. Neque Inquiſitores. 169. 9. Particularia Fratrum depoſita, ſi concedantur, ſint de moderata pecunia. ibid. 10. Illa fideliter cuſtodiantur. ibid. 11. Sine deponentis licentia non minuantur. ibid. Illa infra determinatum tempus conſumant. ibid. 12. Neque Superiores permittant illa per longum tempus Fratres habere. ibid. 13. Non permittant à Fratribus conſumi præterquam eorum neceſſitas poſtulauerit. 171. 14. Fratres deponant pecunias realiter,

&

INDEX.

& non inſcripto. ibid. 15. Nullus habeat pecunias depoſitatas ad incertos vſus. ibid. 16. Depoſiti claues diuerſi Patres habeant. ibid. 17.

Depoſita Extraneorum.

Fratres apud ſe illa non haneant. 171. 1. *In communi depoſito cuſtodiantur. ibid. Contrafacientes ſeuerè puniantur.* 172. 2. *Pro talibus depoſitis recipiendis, & reſtituendis deputentur tres Depoſitarij. ibid. 3. Sine Superioris licentia illa nec recipiant, nec reddant. ibid. Grauioris culpæ pœna puniantur, qui talia depoſita recipiunt, & in communi depoſito non collocant. ibid. 4.*

Deputati in Conuentibus.

Fratrum deputationes ad breue tempus fiant 172. 1. *Retinent vocem in Conuentibus ſuæ aſſignationis. ibid. 2. Inſtantibus electionibus ad illas ſunt vocandi, dummodo ſint intra diætam.* 173. 3.

Detractores.

Grauiſſime puniantur. 173. 1. *Etiam vera quandoque dicentes. ibid. Qui Superiorum crimina manifeſtauerint, quæ probare non poſſint carceris pœnam ſuſtineant. ibid. 2. Eadem pœna plectantur, qui Fratrum crimina èuulgauerint. ibid. 3. Qui in prædicatione Prælatis, &c. detraxerint prædicatione priuentur.* 174. 5. *Qui crimina ex propoſito neſcientibus reuelauerint pœna delinquenti debita puniantur. ibidem 6. Detrahentes Sum. Pontifici carceribus ſint addicti. ibid. 7. Detractores noſtrorum apud ſeculares carceri quoque mancipentur. ibid. 8. Infamantes Fratres, & Superioros apud ſeculares ſeuerè puniantur.* 175. 9. *Delatores verborum, & turbatores pacis remoueantur ab illis Conuentibus. ibid. 10.*

Diffinitores.

Pro ſe ipſis petitiones ad conſequendos gradus in Cap. General. non faciant. 175. 1. *Coram Prioribus* Fidelium *dicant. ibid. 2. Vbique ſuper omnes locum teneant. ibid. 3. In ſuis Diffinitionibus non impediantur. ibid. 4. Eorum auctoritas decem diebus completur.* 176. 5.

Diffinitores Cap. Generalis.

Inſtante Capitulo Generali eligantur. 176. 1. *A maiori parte Capituli. ibid. 2. Per diſquiſitionem Prouincialis, Prioris, ac Supprioris Conuentus, in quo Cap. celebratur. ibid. 3. Vel eius Vicarij. ibid. 4. Etſi vnus defuerit, per diſquiſitionem duorum. ibid. 5. Eligantur ſecundum formam in Conſt. expreſſam. ibid. 6. A maiori parte Vocalium vltra medietatem.* 177. 7. *Si fuerint de corpore Cap. debent habere duo vota, vel ſaltem vnum cum dimidio vltra medietatem. ibid. 8. Detur illis viaticum pro Cap. ibid. 9. Habeatur in hoc ratio perſonarum, & itineris. ibid. Locum ſuper omnes Prouinciales habent in Capitulo. ibid. 10. Illum ſecundum ſuarum Prouinciarum ordinem teneant. ibid. 11. Prouinciales ſunt ineligibiles in Cap. Diffinitorum. ibid. 12. Neque etiam in Diffinitorum Socios poſſunt eligi. ibid. Illis aſſignetur Socius. ibid. 13. De ſuis tantum Prouincijs aſſumantur. ibid. 14. In Congregationibus intermedijs non eligantur.* 178. 15. *Inſtante electione Magiſtri fiat Capitulum pro illis eligendis. ibid. 16. Si ſuperſedeatur illo anno à celebratione Cap. Generalis qui in ſequenti Cap. fuerit electus erit Diffinitor. ibid. 17. Si autem nullus fuerit electus, præcedens erit Diffinitor. ibid. 18. Qui deffiniuit non poteſt in ſequenti Cap. iterum Diffinitor eſſe. ibid. 19. & 20. Apoſtatæ damnati ad carceres, atque de lapſu carnis conuicti non poſſunt eligi in Diffinitores. ibid. 21. Si Diffinitor fuerit impeditus, Socius eius diffiniet. ibid. 22. Si autem ſuperueniat Diffinitor etiam diffinitionem incœptam proſequetur.* 179. 23. *Infirmi, & debiles non eligantur. ibid. 24. Neque Iuuenes. ibid. 25. Sed ætate graues aſſumantur. ibid. Priores poſſunt eligi cum retentione Prioratus. ibid. 26. Habeant litteras teſtimoniales ſuæ electionis. ibid. 27. Pro ſe ipſis petitiones ad gradus facere non poſſunt. ibid. 28. Fidelium coram Prioribus dicant. ibid. Super omnes locum habeant. ibid. Non poſſunt in ſuis Diffinitionibus impediri. ibid. Illorum auctoritas decem diebus completur. ibid. Dominica infra Octauam Aſcenſionis, vel Sabbato præcedenti locum Capituli ingrediantur. ibid. 29. In Vigilia Pentecoſtes illorum incipit auctoritas. ibid. Poſſunt difficultates, quæ circa Capitulorum Acta oriuntur explicare. ibid. 30. Eorum explicationi ſtandum eſt. ibid. Qui ſint Diffinitores, ſi non celebretur Capitulum pro illis eligendis.* 180. 31. & 32. *Si eligantur in Prouinciales diffinire non debent in Capitulo, in quo fuerint confirmati. ibid. 33. Eligantur in Capitulo præcedente Generale Cap. ibid. 34. Cum Magiſtro omnia diffinient, & tractabunt. ibid. 35. Abſente illo eligent ſibi Vicarium de corpore Cap. ibid. 36. Habent poteſtatem ipſum abſoluendi. ibid. 37. Cum cauſa tamen. ibid. Illius ceſſionem nõ admittant niſi in caſibus in Conſt. adductis.* 181. 38. *Si inſtituantur in deſolatis Prouincijs non ſint eiuſdem Prouinciæ, ac Prouincialis inſtitutus. ibid. 39. In duobus Cap. cum Magiſtro, in 3. verò Prouinciales diffinient. ibid. 40. Conuentus exempti, hoc eſt, qui ad Congregationes ſpectant, tenentur etiam ipſi ad contributiones pro ipſis ad Cap. euntibus ſoluendas. ibid. 41. Suffragia in toto Ordine conſequuntur ſi eundo, vel redeundo, vel in ipſo Cap. decedant. ibid. 42.*

Diffinitores Cap. Prouincialis.

In ſingulis Prouincijs quatuor eligantur à Prouinciali Capitulo. 182. 1. *Per diſquiſitionem Prouincialis, vel Vicarij, Prioris, & Supprioris eiuſdem Conuentus. ibid. Si vnus defuerit ex iſtis, eligantur per diſquiſitionem duorum. ibid. Si duo defuerint, per diſquiſitionem duorum antiquiorum in Ord. de corpore Capituli. ibid. Illi ſint Diffinitores in quibus plures concordauerint. ibid. Eligantur per ſecreta vota, & per plura vltra medietatem. ibid. 2. Eligantur in die antecedente diem aſſignationis Capituli. ibid. 3. Super omnes locum habeant. ibid. 5. Inter ſe autem ſecundum ordinem graduum, vel Conuentuum, ſeu Profeſſionis. ibid.*

&

I N D E X.

& 183. 5. *Non concedant facultatem Prouincialibus immutandi ea, quæ in Capitulis ſanciuntur. ibid. 7. Quæ ab ipſis cum Prouincialibus fiunt à toto Capitulo facta cenſeantur. ibid. 8. Suam auctoritatem ultra duos dies non poſſint protrahere. ibid. 9.* Fidolium *coram Prioribus dicant. ibid. Si eligantur in Diffinitores, qui non ſunt de corpore Capituli diffinient, vocem tamen in electione Prouincialis non conſequentur. ibid. 10. In ſecundo Capitulo non eligantur, qui in antecedenti diffiniere. ibid. 12. Promouendorum ad Generales Prædicaturas merita conſiderent. 184. 13. Sine Prouincialibus non poſſunt illos inſtituere. ibid. 14. Neque etiam ſe ipſos de aliorum duorum aſſenſu creare Prædicatores Gener. ib. 15. Cum Prouinciali omnia diffinient. ibid. 16. Si in diffinitionibus in partes æquales diuidantur, illorũ ſententia præualebit ad quos Prouincialis declinauerit. ibid. Apoſtatæ carceri mancipati, & de lapſu carnis conuicti non poſſunt Diffinitores eligi. ibid. 17.*

Diſcurſus Fratrum.

Ad Prouinciales non eant Fratres abſque urgenti neceſſitate. 184. 1. & 188. 11. Diſcurrentes ſoli per Prouinciam carceri tradantur. ibid. 2. Eandem pœnam incurrunt, qui ſine licentia de vna ad alteram Prouinciam tranſeunt. 185. 3. Qui extra ſuas Prouincias exeunt, deferant teſtimoniales litteras ſui Prouincialis. ibid. 4. Itinerantes ſine teſtimonialibus litteris non recipiantur. ibid. 5. Qui ad alias tranſeunt Prouincias teſtimoniales litteras, & ſe ipſos Conuentuum Præſidentibus præſentent. ibid. 6. Recipiantur per tres dies qui ſine illis diſcurrunt. ibid. 7. In carceribus tamen. 186. 8. Priores non concedant ſibi ſubditis vagandi licentiam extra proprios Conuentus ad alios, vel oppida, ſine urgentiſſima neceſſitate ſub pœna abſolutionis ab officijs. ibid. 9. Qui ſint neceſſitatis caſus. ibid. Tenentur Superiores itinerantium litteras legere. 187. 10. Neque etiam ad Ordinis Magiſtrum ſine licentia pergere poſſumus. 188. 11. Qui ex Conuentibus ſine licentia, exeunt etiam ad Superiores ituri, pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. 189. 12.

De Diuiſione Ord.

Ad diuiſione Ordinis nullus laborare audeat ſub grauiſſimis pœnis. 189. 1. Quæ pœnæ. ibid. 1. & 190. 2. 3. 4. & 5. & 192. 6.

Doctrina SS. Patrum.

Ab illorum doctrina nullus recedat. 191. 1. Priuetur Lectoratus officio. ibid. & omnibus gradibus. ibid. 2. Carcerali etiam cuſtodiæ mancipetur. 192. 3.

Doctrina S. Thomæ.

Caueant Fratres noſtri ne à S. D. Angelici doctrina recedant. 192. 1. Non ſolum in Theologia, ſed neque in Philoſophia. ibid. 2. Grauiſſimis pœnis contrafacientes puniantur: Quæ autem pœnæ. 193. 3. 4. 5. 6. & 7. & 194. 8. 9. 10. 11. & 12. & 195. 13. 14. 15. & 16. Omnes tenentur in verbo D. Th. iuuare. 197. 17. Summa illius veneratio habita in Ord. ibid. 18.

E

Eccleſię Alienę.

Alienis Eccleſijs nullo modo inſeruiant Fratres noſtri. 197. 1.

Eccleſię Noſtrę.

Sunt Conuentuales. 197. 1. In illis perſoluantur horæ canonicæ. ibid. Vnam campanam habeamus in illis. ibid. 2. In illis cum debita ſtemus reuerentia. 198. 3. Habeatur lectio Sac. Script. feſtiuis diebus poſt Veſperas. ibid. 4. Et de mane concio. ibid. 5. Extranei Religioſi, & Clerici in eiſdem conciones non habeant in Aduentu, & Quadrag. ibid. 6. Muſica raro fiant. 199. 7. Repreſentationes nunquam. ibid. 8. Sint Confeſſores docti. ibid. 9. Renouentur particulæ Euchariſtiæ. ibid. 10. In vno tantum Altari Euchariſtiæ Sacram. aſſeruetur. ib. 11. Omnia ſint nitore affecta 200. 12. Chorus ab Eccleſia ſit ſeparatus. ib. 13. Hora 1. noctis pulſetur Aue Maria *pro Defunctis. ib. 14. Dum defunctorum cadauera ad illas deferuntur, à Fratribus noſtris exequiæ ſuper illa celebrentur. 201. 15. Oleũ Sanctum in Tabernaculo Sanctiſſimi Corp. Chriſti non aſſeruetur. ibid. 16.*

Ædificia.

Mediocres domos habeamus. 202. 1. Non fiant in illis curioſitates, & ſuperfluitates. ibid. 2. Notabilia ædificia fiant cum conſenſu Patrum, & Prouincialis. ibid. 3. Separentur pecuniæ pro illarum reparatione. 203. 4. Duos aureos in inchoatis ædificijs poſſunt expendere Priores ſine Capitulo, cum hoc autem tantum x. Si maior pecuniæ quantitas ſit conſumenda, ad Prouincialem etiam recurratur. ibid. 5. Forma prius conſtituatur pro nouis fabricis habendis. ibid. 6.

Eiectio Fratrum.

Ex nulla cauſa Fratres ex ſuis eijciantur Prouincijs. 204. 1. Incorrigibiles ſunt ex Ordine eijciendi, iuxta decretum tamen Apoſtol. ibid. 2. Nullus Prior Fratres ex ſuo Conuentu eijcere audeat. 205. 3. Diſcoli non eijciantur ex Prouincijs, nec etiam cum teſtimonialibus litteris ad Mag. Ord. ibid. 4.

Electiones.

Sint liberæ. 205. 1. Pœnæ contra inductores. ibid. Superiores nullum eligendum proponant. 207. 2. Illis inſtantibus non mittantur Commiſſarij. 208. 3. Non vocales in eiſdem non ſe intromittant. ibid. 4. Qui non ſunt de corpore Cap. ſufficit. vt à maiori parte illius eligantur. ibid. 5. Qui autem ſunt de corpore debent habere duo, vel vnum votum cum dimidio vltra medietatem. ibid. 5. & 218. 49. Nullus audeat ſchedulas in illis multiplicare. ibid. 6. In his nulla particularis nota apponatur. 209. 7. Scrutatores non ſint cæci, neque ſurdi. ibid. 8. Iſti primò ſua, deinde aliorum ſcrutentur vota. ibid. 9. Poſt receptas ſchedulas

col-

*collationem numeri ad numerum faciant. ibid.*10. *Schedulæ albæ non numerentur. ibid.* 11. *Vbi error ex impreſſione irrepſit dicendo*, numerabuntur tantum, 39. *& debet dicere* 59. *Qui renunciando propriæ voci medietatem eligentium exceſſerit, non erit electus.* 210. 12. *Qui extra Conuentus commorantur, neque actiua, neque paſſiua fruuntur voce.* 211. 13. & 14. *Vocales ſint ſacra communione refecti. ibid.*15. *Inſtantibus illis nullus eſt voce priuandus. ibid.*15. *Paſſiuam vocem conſequuntur qui* 12. *annos Profeſſionis completos habent. Actiuam verò qui.* 6. 212. 17. *Notabiliter ignorantes ab illis excludantur. ibid.* 18. *Fratres ſuæ voci non renuntient in illis. ibid.* 19. *Qui tam paſſiuæ, quam actiuæ voci renuntiant, non propter hoc redduntur incapaces, vt eligantur. ibid.* 19. *Qui omnibus gratijs Ord. ſunt priuati, vtraque etiam voce priuati cenſeantur.* 213. 21. *Qui ſextum profeſſionis annum inſtante electione complet, voce in illa gaudet ſi eſt Sacerdos. ibid.*22. *Etiam ſi eodem tempore Sacerdos fiat. ibid. Qui ſunt de corpore Capit. & propriæ voci renuntiant, vel ad electionem non accedunt, tenentur habere duo vota vltra medietatem, vel vnum cum dimidio, vt eligantur. ibid.*23. *Quod concordat cum his quæ dicuntur.* 209. *num.* 11. *Si aliquis velit indifferenter ſe habere in electionibus, ita vt nec eligat nec renuntiet, etiam iſte vnum ſaltem votum cum dimidio ad ſui electionẽ requirit.* 214. 24. *Primus ſcrutator vice omnium eligat, & decretum electionis formet. ibid.* 25. *Quis dicatur primus Scrutator ibid.*26. *Publicata electione, noua electio ſeu decretum fieri non poteſt. ibid.*27. *Electi nullum ius aquirunt. ibid.*28. *Neque iuri ſuo poſſunt ante confirmationem renunciare. ibid. Conuerſi poſt duodecimum annum ſuſceptionis clericalis habitus vocem in electionibus conſequuntur. ibid.*29. *Fratres alienarum Prouinciarum nonniſi poſt ſex menſes ſuæ aſſignationis voce in electionibus gaudent.* 215. 30. *Priuati vtraque voce ad nullam electionem admittantur. ibid.* 31. *Neque excommunicati. ibid.*32. *Neque conuicti de lapſu carnis. Carceri mancipati. & Apoſtatæ. ibid.*33. *Etiam ad gratias Ord. reſtituti.* 216. 35. *Etiam ad grauioris culpæ pœnam damnati. ibid.*34. *Extra Ordinem etiam permanentes.* 216. 36. *Etiam illigitimè nati. ibid.* 37. *Qui etiam de hæreſi ſuſpecti abiurauerint. ibid.*38. *Imminentibus electionibus non fiant Fratrum mutationes.* 217. 39. *In illis poſſunt proteſtationes fieri. ibid.*40. *Scrutinia illarum per Tabellarios mittantur. ibid.*41. *Quartus Scrutator poteſt peti.* 218. 42. *Electiones pertinent ad præſentes. ibid.*43. *Earum Scrutinia coram omnibus legantur. ibid.* 44. *Fiat proteſtatio à Præſide Capituli de non excludendo admittendos, nec de admittendo excludendos. ibid.* 45. *Qui ſint in Superiores eligendi. ibidem* 46. & 47. *Irregulares atque in Sacris Ordinibus non conſtituti ab electionibus excluduntur. ibidem* 48. *Forma pro Electionibus ſancita. ibid.* 49. *In Conuentibus alijs deputati, ſunt ad electiones vocandi.* 172. 2. & 3.

Electio Magiſtri Ord.

Mortuo, vel amoto Magiſtro Ord. ad electionem alterius debent conuenire Prouinciales cum duobus alijs electis in Capit. Prouinciali. 220. 1. & 2. *Qui vices Magiſtri Ord. gerere debeat.* 221. 3. *Magiſtri electio in Vigilia Pentecoſtes habeatur. ib.*4. *Qui ſint Diffinitores, & Electores ſi iam ſit Prouinciale Capitulum celebratum. ib.*5. *Si vero non ſit celebratum Capitulũ celebretur, & Diffinitor, ac Elector eligantur. ibid.*7. & 8. *Diffinitores in Prouinciales electi, ſuperſtites non cenſentur. ibid.*6. *Electores ſint illarum Prouinciarum filij, pro quibus ad Capit. accedunt. ibid.*9. *Ab infirmis Electoribus vota ſuſcipiantur. ibid.*10. *Tres antiquiores Prouinciales ſint Scrutatores.* 223. 11. *Titulares electores pro electione Magiſtri non aſſumantur, excepto Terræ Sanctæ Prouinciali. ibid.* 12. *Electores per dietam à loco Capituli diſtantes ſunt vocandi. ibid.* 13. *Diffinitores, & Electores habeant litteras teſtimoniales ſuæ electionis. ibid.*14.

De Electione Prouincialis.

Mortuo, vel amoto Priore Prouinciali Prior illius Conuentus, in quo ſequens Capitulum fuerit celebrandum, vices eius obtinebit. 224. 1. *Debet eſſe canonica. ibid.*2. *Infra menſem debet à Vicario Prouinciæ intimari.* 225. *ibid. Ad quos ſpectet. ibid.*3. & 5. *Impedito Electore pro illa habenda electo, alius in eius locum eligatur.* 226. 4. *Scrutatores vocum ſint tres antiquiores Priores.* 227. 6. *Non ſit Vicarius Prouinciæ.* 228. 7. *Non cantetur in illa* Tedeum. *ibid.*8. *Viſitatores Commiſſarij, & Generales Vicarij non poſſunt eligi in illis Prouincijs, in quibus dictis muneribus funguntur. ibid.* 9. *Germani Fratres ſucceſſiuè ſunt ineligibiles. ibid.* 10. *Qui ſunt ex alienis Prouincijs ſunt eligibiles.* 229. 11. *Qui Prouinciales fuerunt, non poſſunt ad idem munus ante duorum Prouincialium integrum tempus elapſum reaſſumi. ibid.*12. *Quando electio ad Magiſtrum Ord. deuoluatur. ibid.* 13. *Vicarij Prouinciarum à Magiſtro Ord. ſeu Generalibus Capitulis inſtituti, loco gaudere debent in huiuſmodi electionibus. ibid.* 14. *Scrutinia per Tabellarios ad confirmatorem mittantur.* 230. 16. *Celebretur electio in principio Capituli. ibid.* 17. *Priores non dantes Fratribus, veſtes, non admittantur ad illam. ibid.* 18. *Prouinciales non inducant Fratres ad ſucceſſoris electionem faciendam iuxta proprium votum. ibid.*19. *Quando ſit in Capitulo electionis, elector pro illa habenda eligatur in ſingulis conuentibus.* 231. 20. *Priores, in quorum conuentibus non dicitur Matutinum circa mediam noctem, ad illam non admittantur. ibid.* 21. *Omnes vocales Sacram. Eucharistiæ muniantur.* 232. 22. *Si quis non vocalis eligatur in Diffinitorem, vocem in huiuſmodi electione non conſequetur. ibid.*23.

Electio Prioris.

Fiat à vocalibus conuentus canonicè. 232.1. *Si infra menſem non fiat, ad Prouincialem deuoluitur.* ibid. 2. *Talis menſis à die notitiæ carentiæ Prioris incipit numerari.* ibid. 3. *Excluſiuè autem à tali die incipitur menſis numerari.* ibid. *Tenentur tamen Prouinciales prius eoſdem vocales admonere.* ibid. *Si electio fiat, & non confirmetur, à die caſſationis illius vocalibus notæ iterum menſis numerabitur.* 233.4. *Qui ſint ſcrutatores.* ibid. 6. & 7. *Vicarij in capite voce gaudēt, in tali electione tamen ſcrutatoris munus adimplere debēt.* 234.8. *Tenentur Suppriores, vel Vicarij in eorum deficientia, capitulum electionis congregare, alias ab antiquiore ex vocalibus conuocetur tranſactis tribus, vel quatuor diebus.* ibid. 9. *Nullus eodem anno plures Priores eligat.* ibid. 10. *Qui autem poſſint.* ibid. *De anno autem naturali intelligitur, vbi Priores durant per biennium Naturale, vbi vero per biennium eccleſiaſticum, de eccleſiaſtico quoque anno intelligatur.* 235.11. & 12. *Aſſignati in Capitulis Prouincialibus eximuntur ab hac lege.* ibid. 13. *Expectentur ad electionem prædicti, & etiam vocales ad capitulum accedentes.* 236.14. *Aliorum conuentuum, & Prouinciarum filij poſſunt eligi.* ibid. 15. *Non fiant vocalium mutationes per duos menſes ante.* ibid. 16. *Quomodo hoc ſeruari debeat.* ibid. *Aſſignati infra duos menſes non ſunt vocales.* 237.17. *Aſſignationes ante eoſdem duos menſes manifeſtentur.* 238.18. & 246.56. *Excipitur caſus mortis.* ibid. 19. *Promoti ad Sacerdotium complentes ſextum profeſſionis annum infra eoſdem duos menſes, vocem in electione habent.* ibid. 20. *Conuerſi clerici facti nonniſi poſt duodecim annos voce potiuntur.* ibid. 21. *Ex aliena Prouincia Fratres poſt completos ſex menſes vocem conſequuntur.* ibid. 22. *Doloſè aſſignati non.* ibid. 23. *Abſentes infra dietam vocentur.* 249.24. *Etiam in Vicarijs conuentuum exiſtentes.* ibid. 25. *Decumbentium vota ſuſcipiantur.* ibid. 26. *Eligantur Viri graues, & obſeruantes.* ibid. 27. *Tres vocales poſſunt abſentem eligere.* 240. 28. *Quinque verò etiam vnum de corpore capituli.* ibid. 29. *Si ex ſex vnus renunciet, & à quatuor eligatur, nulla erit electio.* ibid. 30. *Priores vnius conuentus aliquando in alterius Priores aſſumi poſſunt.* 241. 31. *Electi infra ſpatium trium horarum poſt receptam confirmationem tenentur acceptare, vel recuſare electionem.* ibid. 32. *A die talis acceptationis incipit biennium, vel triennium eorum computari.* ibid. 33. *Confirmationis litteræ in publico legantur.* ibid. 34. *In duobus Conuentibus nullus vocem habere valet.* ibid. 35. *Qui grammaticam non callent, & competenter verbum Dei proponere neſciunt, non eligantur.* ibid. 36. *Neque miſſi pro electione dirigenda.* 242.37. *Neque germani Fratres antecedentium Priorum.* ibid. 38. *Neque qui Nonitiorum Magiſterium recuſauerint.* ibid. 39. *Neque qui communia ſequi non poteſt.* ibid. 40. *Neque qui in eodem conuentu fuere Priores niſi tranſacto duorum Priorum tempore.* 243.41. *Neque electi, & non confirmati.* ibid. 42. *Electi à Prouinciali cum conſilio Patrum, & per vota ſecreta confirmentur.* ibid. 43. *Prouinciales huiuſmodi confirmationes non differant.* 244.44. *Inquiſitores electi non confirmentur inconſulta S. Congregatione.* ibid. 45. *Neque indocti, & in obſeruantes.* ibid. 46. *Lectores nouiter inſtituti non eligantur.* 246.54. *Dum caſſatur electio dicat confirmator, caſſo hanc electionem.* 244.47. *Poſtulationes etiam fieri poſſunt.* 245.48. *Non habeatur Prioris electio niſi præcedens ſuum officium terminauerit.* ibid. 49. *Electi, & confirmati ſi conſenſum tali electioni non præſtiterint, non erunt Priores.* ibid. 50. *Prouinciales non inducant vocales ad electiones iuxta proprium votum faciendas.* ibid. 51. *Vocales de electione non tractent ante vnam diem.* 246.52. *Qui aſſignantur dum ſunt Priores, terminato officio vocem non habent in ſucceſſoris electione.* ibid. 53. *Omnes vocales ſint Sac. Communione refecti.* ibid. 52.

Electio Prioriſſæ.

In eius electione ſeruetur forma electionis Canonicæ. 247.1. *Omnes electrices ſint S. Cōmunione refectæ.* ibid. 2. *Nulla de illa tractet antè vnam diem.* ibid. 3. *Quæ duodecim annos è Profeſſione non habent ad illam non admittantur.* ibid. 4. *Neque Prioriſſæ, neque Supprioriſſa poſſunt immediatè reeligi.*

Electio Diffinitorum Cap. Generalis.

Inſtante Capit. Generali Diffinitorum aliquis in Diffinitorem eligatur. 247.1. *A maiori parte Capituli per diſquiſitionem Prouincialis, Prioris, & Supprioris, vel eius Vicarij; vel ſi vnus defuerit, per diſquiſitionem duorum, & iuxta formam Canonicæ Electionis.* ibid. 2.3.4.5.6. *Si eligantur de corpore Capit. habeant vnum votum cum dimidio vltra medietatem.* 248.7. *Si non definierunt poſſunt iterum eligi.* ibid. 8. *Non eligantur Prouinciales, neque debiles, neque Iuuenes, neque in primo Capit. Prouinciali poſt Capit Gener. Neque niſi ſint Filij eiuſdem Prouinciæ.* Ibid. 9.15.16.18. & 10. *In Congregationem intermedia non eligantur.* Ibid. 11. *Si non celebretur Capit. illo anno ille, qui ſequenti Capit. Prouin. fuerit electus ſit Diffinitor.* Ibid. 12. *Si nullus alius fuerit electus, ille, qui in præcedenti Capit. fuerat inſtitutus, erit Diffinitor.* Ibid. 13. *Qui Diffiniuit, in ſequenti Capit non definiat.* Ibid. 14. *Si Diffinitores eligantur in Prouinciales diffinire non debent in Capit. Gen. in quo fuerunt confirmati.* Ibid. 17. *Priores poſſunt eligi.* Ibid. 19. *Eorum Electio non committatur Prouincialibus, ac Diffinit. Cap. Generalis.* ibid. 20. *Ante eam legantur litteræ Magiſt. Ord.* ibid. 21. *Prouinciales, etiam abſoluti, vocem in illa habent.* Ibid. 22.

Electio Diffinit. Cap. Prouincialis.

In ſingulis Capit. Prouincial. eligantur quatuor in die præcedenti aſſignationem Capituli cum exceſſione medietatis votorum. 249.1.2.3. *Non*

eligan-

Digitized by Google

eligantur in ſequenti Capit. qui in præcedenti fuere electi, neque Prouinciales terminato ſuo munere, neque qui Apoſtatauerint, neque in Congregat. intermedia. ib. 4. 5. 6. 9. Electi non de Corpore Capit. vocem in electione Prouincialis non habent. ibid. 7. Prouincialis cum Priore, & Suppriore ſint ſeruatores. 250. 10.

Electio Socij Prouincial. & Diffinit. Capit. Generalis.

Tales ſolum de ſuis Prouincijs aſſumantur, à Prouinciali & Diffinit. Capit. Prouin. 250. 1. 2. Non eligantur qui præcedentis Capit. fuere Diffinit. ibid. 3. Si ſuperſedeatur à Capit. erit Socius ille, qui in ſequenti Capit. eligetur, ibid. 4. Suppriores non poſſunt eligi niſi Capit. celebretur in eodem Conuentu. ibid. 5. Quando illum eligere non liceat. 251. 6.

Electio Socij Prioris Conuentualis.

Fiat iuxta formam electionis Prioris. 251. 2. Tales Socij habeant. 12. annos à Profeſſione. ib 3. Ad electionem Prouincialis accedant. ib. 1. Aſſumantur ex aſſignatis in Conuentibus. ib. 4. Eligantur à pluribus vltra medietatem electorum. ibid. 5. Non eſt autem neceſſe, vt eligendi ſint præſentes in Capit. ibid. 5. Eligantur per diſquiſitionem Supprioris, & duorum Fratrum antiquiorum in Ordine. 252. 6. Non eligantur in Conuentibus ſenarium numerum Vocalium non habentibus. ibid. 7. Nullus binos Socios eodem anno eligere debet. ibid. 8. Qui nam excipiantur in hoc. ibid. Suppriores non eligantur. ibid. 9. Expectentur, & vocentur qui ſunt intra dictam. ibid. 10. Eodem tantùm anno Vocem habeant pro quo ſunt electi ibid. 11. Si impediatur ab acceſſu ad Capit. alius eligatur. 253. Si autè carentium Prouincialis aliquis eligatur, & poſteà debeat fieri Electio ab Electoribus, alius eligatur. ibid. 13. In illa Priores non ſe ingerant, neque interſint. ib. 14. & 15. Electi deferant ſuæ electionis litteras ad Capit. ibid. 16. Suppriores determinent diem pro illa habenda. ib. 19. Qui careant voce in illa. ibid. 17. 18. 19.

Electio Electoris pro Cap. Electionis Prouincialis.

Quando ſit facienda, et cuius. 254. 1. et 5. Fiat per diſquiſitionem Supprioris, & duorum antiquiorum in Ordine. ibid. 2. Eligendus ſit in eodem Conuentu aſſignatus. ibid. 3. Prior non ſit vocum Scrutator. 4.

Eleemoſynæ.

Eleemoſynæ omnes Fratribus datæ ob quamcumque cauſam ad Conuentum ſpectant. 254. 1. Etiam Miſſarum. 255. 2.

Epiſcopi.

Fratres noſtri non ſint abſque Magiſtri Ordinis licentia. 255. 1. Prouinciales non concedant licentiam acceptandi Epiſcopatum indeterminatum. 256. 2. Aſſumpti ex noſtris obſeruent ſtatuta Ordinis, et etiam illis in Socios dati. ib. 3. et 4. Statim ac fuerint aſſumpti ſunt ab omni officio in Ordine abſoluti. ibid. 5. Breui tempore in Conuentibus detineantur 257. 6. Illis temporalia Bona Conuentuum non ſubminiſtrentur. ibid. 7. Fratres noſtri in Diœceſim alicuius Epiſcopi intrantes vt prædicent, ad eoſdem accedant prius, nec prædicent ipſis contradicentibus illiſque debitum obſequium præſtent, & ſi voluerint eos pro Confeſſione examinare, obediant. ib. 8. & 9. Non poſſunt Confeſſarios adprobatos pro Confeſſionibus ab illis ſinè cauſa ſuſpendere. 258. 10. Qui illis inſeruiunt Prouinc. illius Prouinciæ, & Priori Conu. viciniori ſubdũtur. ib. 11. Illorum Iuriſdictionem tueantur. ib. 13. Ergo omnes Prælatos ſe reuerenter habeant Fratres noſtri. ib. 12. Omnia Bona Fratrum, qui ad Epiſcopatum euehuntur ad illum Conuentum pertinent, à quo aſſumuntur. ibid. 14. Pœna Apoſtolica contra eos, qui eadem Bona talibus Conuentibus non conſignauerint inflicta. ibid.

Equitare.

Grauis culpa eſt ſine neceſſitate equitare. 259. 1. Tranſgreſſores puniantur. ibid. Et maximè vbi Conuentus habemus. ibid. 3. Fratres noſtri neque Currus, neque equos habeant. 260. 4. Qui ex neceſſitate debent equitare deferant licentiam ſecum. ibid. 6. Priores de tali licentiam inquirant. ibid. 17. Et Cauſa in tali licentiam exprimatur. 261. 8.

Examinandi.

Rectores, Magiſtri Studentium, & Baccalaurei, Confeſſores, & Prædicatores examinentur. 261. 1. & 4. Graduandi in Studijs Gen. examinentur. 262. 2. Qui autem non. ibid. 3. Studentes omnes examinentur. 263. 5.

Excommunicatio.

Pro graui tantū cauſa imponatur. 263. 1. Quę à Magiſtris Ordinis, & alijs imponuntur cum ipſis expirent. ibid. 2. Caſus in quibus illæ incurrantur. ibid. 4. Qui ſunt illis innodati ad Electiones non accedant. ibid. 3. Superiores non ſint faciles ad illas imponendas. 264. 6. Non incurruntur, niſi vbi explicitè, & verbaliter illarum pœna exprimitur. ibid. 7.

Exemptiones.

Illas non concedant Magiſtri Ordini in pręiudicium obedientiæ Prælatorum. 264. 1. A Chori ſequela nullus eſt exemptus. 266. 2. Priores permittentes gaudere exemptionibus à Choro, quibus illæ non debeantur, abſoluantur à ſuis officijs. ibidem 3.

Exitus ex Conuentibus.

Difficiles ſe prębeant Superiores in danda tali licentia. 265. 2. Nouitijs, & Iuuenibus non concedatur ſecluſa neceſſitate. 266. 3. Qui exeunt propter negotia, dum reuertuntur, benedictionem à ſuo Prælato recipiant. 265. 1. Fratribus exeuntibus Superiores ſocios aſſignent. 266. 7. Exeuntes ſine licentia grauiter puniantur. ibid. 5. In diebus Feſtiuis Fratres non exeant. 267. 6. Exeuntes Fratres benè combinent Superiores, & combinati nullo modo ſe ſeparent, ib. 7. & 8. Iuuenibus PP. graues dentur Socij, ibid. Cum eodem Socio, cum quo

Digitized by Google

aliquis exit, reuertatur.ibid.9. Nullus ſolus incedat.ibid.10. Qui petunt licentiam exeundi, exprimant Cauſas exitus. 268. 11. Arceantur Priores non benè combinantes Fratres. ibid. 13. Ad quos ſpectet dare huiuſmodi licentiam. ibid.12.

F

Famuli.

NOn habeantur in noſtris Conuentibus niſi duo,vel tres. 269. 1. Loco ipſorum ſint Conuerſi. ibid. 2. Non inducantur ad vota obſeruanda.ibid.3. Fratrum pedes non lauent.ib.4.

Fauores extraneorum.

FF. noſtri Principes, & Prælatos non offendant.269.1. Qui Principum,&c. fauoribus vtuntur in præiudicium Ordinis grauiter puniantur.ib. 2. Pœnæ contra habentes recurſurum ad huiuſmodi fauores.270.3.

Feſta Sanctorum.

In illis FF. ſe Matrici Eccleſiæ conforment. 276. 1. Etiamſi non ſint in noſtro Kalendario. 277.2. In illis SS. Ordinis non operetur in Conuentibus ibid.3. Cum tranſlatione feſtiuitatum transferuntur etiam Indulgentiæ. ibid.4. Prouinciales non poſſunt feſta immutare in ſuis Prouincijs.ibid.5. Feſta S.Vincentij, atque alia,quæ ludicrè repræſentantur Priores,&c. non fiant.ibid.6.

Fides Catholica.

Conſtanti pectore pro fide loquantur FF. noſtri contra Hæreticos, atque eorum fautores. 278. 1. 2.3. & 4.

Fugitiui.

Carceribus puniantur,& nullibi recipiantur niſi in carceribus. 280.1.2. & ſeq. Ad ſacros Ordines non promoueantur. 281. 7.

Furtum.

Illud committentes carceribus puniantur. 281.1. Sint etiam omni voce priuati. ibid. 2. Qui illud de rebus Conuentus commiſerint, priuentur omnibus officijs,et in perpetuum ſint incapaces adminiſtrationis eorum. ib. 3. Qui habent pecunias, & ignoratur vnde illas habuerint, ſi inuenti fuerint mendaces in veritate dicenda,grauiter puniantur.282.4.

G

Genuflexiones.

A*D illa verba* Salue Sancta Parens. & Tantum ergo Sacramentum. & Ex Maria Virgine, & homo factus eſt. & Aue Maris Stella. & O Crux aue ſpes vnica. & Sub tuum Præſidium. & Venite adoremus, & procidamus ante Deum. & Eia ergo aduocata noſtra. *Similiter quando tranſitur ante SS. Euchariſtiæ Sacramentum, & quando illud manibus tractatur; & dum peccata Confeſſario manifeſtantur fiat.282.& 283.1.2.3. 4.5.6.7. & 8. & 284.11.*

Gradus.

Ante graduum ſumptionem fiat profeſſio Fidei. 284. 1. In petitionibus pro eiſdem exprimantur graduandorum merita. 285. 2. Etiam eorum mores.ibid.3. Indigni non petantur. 286.4. Contrarium facientes Prouinciales à ſuis officijs ſuſpendantur.ibid. 5. Qui falſam de eis informationem dederint,grauiter puniantur. ibid. 6. Qui pro illis petuntur, nullo eorum titulo ante conſequutionem gaudeant. 287.7. Qui habeant facultatem conferendi gradus. ibid. 8. Graduandi ſunt prius examinandi. ibid.9. Semper nominibus graduatorum gaudent, etiamſi in ſuis Prouincijs non ſint acceptati. ibid 10. Admoneatur Mag. Ord. de his, qui deſignantur ad legendum in ſtudijs pro gradibus conſequendis. ibid. 11. Sine petitione Prouinciæ nulli conferantur gradus. ibid. 12. Qui falsò Prouinciæ nomine illos petunt, redduntur incapaces in perpetuum ad illos conſequendos. 288. 13. In Generali Capitulo electionis nullus promoueatur ad eoſdem.ibid.14. Prouinciæ ſupra taxatum numerum petere graduatos non poſſunt. ibid. 16. Litteræ ſubreptitiæ pro gradibus conceſſæ ſunt nullæ. ibid. 17. Qui ſint incapaces illorum. ibid. 15.

Graduati.

Tenentur docere, prædicare, atque in officijs ſe exercere. 289. 1. Qui Apoſtolica auctoritate graduantur non poſſunt loco gaudere, niſi à Gener. Cap. acceptentur. ibid.2. Illorum numerus in Prouincijs taxatus non augeatur. ibid. 3. Qui per Sedem Apoſtol. ſine licentia Magiſtri Ord. promouentur, pro non promotis habeantur. ibid. 4. In patentibus litteris pro Magiſterio conceſſis apponatur clauſula Saluis iuribus tuæ Prouinciæ. *ibid. 5.*

Gratiæ.

Quæ à Magiſtro Ord. conceduntur ipſo pereunte non pereunt. 290. 1. Quæ autem eximunt Fratres ab oneribus Ordinis, pereunt.ibid.2.

Gratiæ Ordinis.

Qui gratijs Ordinis priuantur quibus rebus, & muneribus ſint priuati. 290.1. Qui nam harum priuationem incurrant.ibid.2.3.4.5.6.7.8.9. 10. & 11.

Grauis Culpa.

Pœna impoſita ijs, qui in grauis culpa pœnam incidunt. 291.1. Qui hac pœna ſint puniendi.ibid. & num.2.& 3.

Grauior Culpa.

Damnati ad pœnam grauioris culpæ ab alijs ſequeſtrentur. 292. 1. Sunt hac pœna puniendi tranſgreſſores præceptorum.ibid. Qui de electionibus ante vnam diem tractant. ibid.2. Qui diuiſionem Ord. procurant. ibid.3. Qui aſſerunt Priores ſuos non eſſe Priores. ibid.4. Qui aliquem enormiter percuſſerint.293.5. Qui abſque licentia ex ſuis prouincijs exierint.ibid.6. Qui ſecreta Ord. reuelauerint. ibid.7. Qui Superiorum litteras occupauerint.ibid.8. Qui eccleſiaſtica ieiunia violauerint. ibid.

Google

ibid.9. *Qui Libros abſque licentia impreſſioni dederint.*294.10.*Qui capitale crimen commiſerint.* ibid.11.*Qui negotia Ord.ad Tribunalia externa detulerint.*ibid.12. *Detractores.*ibid.13.*Qui ædificia notabilia ſine debitis licentijs fecerint.* ibid. 14. *Qui obſeruantes Fratres moleſtauerint.* ibid. 15. *Sacerdotes qui ſaltem ſemel in ſeptimana Sacramentali confeſſione non vſi fuerint.* ibid. 16. *Qui ex Conuentibus ſine ſocio exierint.* 295.17. *Qui correctionem ſibi factam, vel faciendam impediri, vel grauamina alijs inferri procurauerint per auxilium extra Ordinem exiſtentium.*ibid.18. *Qui ſibi obedientiam iniunctam reuocari per perſonas extra Ordinem conſtitutas procurauerint.* ibid.19. *Fratres fugitiui.* ibid.20.*Superiores permittentes in Eccleſijs noſtris fieri repreſentationes.*ibid.21. *Monialium Confeſſarij acceptas eleemoſynas pro miſſis Superiori ſuo non exhibentes.* ibid.22. *Qui arma inuaſiua detulerint.* ibid. 23. *Qui Conuentuum bona ſibi vſurpauerint.*ibid.24. *Qui ſibi conceſſa ad vſum bona alienauerint.* ibid. 25. *Qui eadē apud exteros depoſitata habuerint.* ibid.26. *Qui crimina Fratrum extraneis reuelauerint.* ibid.27. *Iuuenes temerarij, & Patres illis fauentes.*296.28. *Qui alterius Prouinciæ Fratres ſine licentia debita aduenientes in ſuis conuentibus permanenter receperint.* ibid.29. *Qui medicinæ artem exercuerint.*ibid.30. *Qui in Monialium Monaſteria extra caſus licitos ingreſſi fuerint.* ibid.31. *Qui ad eadem acceſſerint ſine licentia.* ibid.32.*Qui mulieres in conuentus introduxerint.* 297.33. *Qui Nouitiorum opera vſi fuerint, vel in cellis illos detinuerint.*ib.34.*Qui delictis in carceribus fugam ſuaſerint, aut auxilium ad illam exhibuerint.*ibid.35.*Qui non ſibi ſubditos, vel fugitiuos ad ſuſcipiendos Ordines miſerint.* ibid. 36. *Qui non Sacerdotes conciones in quadrageſima ad populum habere auſi fuerint.*ibid.38. *Qui cum Monialibus amicitiam contraxerint.*298.39. *Conſpirationes contra ſuos prælatos facientes.*ibid.40. *Qui ſibi ſubditis de veſtibus, ac competenti victu non prouiderint.*299.41. *Subſcribentes communes litteras abſque eo quod ſint omnes ſimul congregati.*ibid.42.*Qui aſſignationes procurauerint per fauores extraneos reuocari. Superiores ſuos verbis dehoneſtauerint vel pænitentias ferre recuſauerint.*ib.43. *Qui ad taxillos, vel cartas luſerint.*ib. 44.*Qui promotos ſine Ordinis licētia vt tales acceptauerint.* 300.45. *Qui in prædicatione Prælatis Eccleſiaſticis vel alijs Religioſis detraxerint.* ibid. 46. *Qui contra Diffinitores proteſtationes fecerint.*301.47. *Qui illicitas negotiationes exercuerint.*ibid.48.*Qui menſam in cella habuerint.* ibid. 49. *Qui ex Conuentibus ſine licentia receſſerint.* ibid. 50. *Qui ſibi ſubditis contrahendi notabilia debita licentiam conceſſerint.*ibid.51. *Alia capita propter quæ incurratur grauioris culpæ pœna.*ibid. 52.*Qui depoſita receperint.* ibid. 53. *Apoſtatæ.* 302.54. *Qui permiſerint fieri in Domibus noſtris curioſitates in ſculpturis picturis &c.*ibid.55.*Qui ſine Magiſtri Ord. licentia curam Monialium Ordini committi procurauerint.* ibid.56. *Qui contra incluſionem electorum Magiſtri Ord. aliquid attentauerint.*ibid.57.*Qui cauſam depoſitionis Mag. Ord. vel Prouincialium manifeſtauerint.* ibid. 58. *Qui Sum. Pontificem in priuato diffamauerint.* ibid. 59. *Qui ſeculares ab Eccleſiarum ſuarum frequentia auertere procurauerint.* ibid.60. *Superiores perſonis extra Ordinem auctoritatem committentes ſuper Fratres noſtros.*ibid.61. *Qui profeſſuris Nouitijs conſuetas proteſtationes non fecerint.* ibid.62. *Damnati ſemel ad hanc pœnam ſunt Prælaturarū, & graduum incapaces.*ibid.63. *Non aſſignentur in paruis conuentibus.* ibid.64. *Damnati ad illam in vna Prouincia ſi ad aliam tranſeant ab eadem non poſſunt abſolui.*ibid.65.*Qui ad tempus hac pœna puniuntur, tranſacto eo tempore poſſunt eiſdem, quibus fuerant officijs priuati, fungi.* 303.66.

Grauiſſima Culpa.

Qualis ſit. & ob quam cauſam incurratur. 303.1.

H

Habitus Ordinis.

QVi nam ſit. 303.1. *Procedentes in publicum ſine illo, vel eundē occultantes, peccant mortaliter.* 304. 2. *Qui illum de licentia Apoſtolicæ Sedis dimitiunt, non recipiantur iterum inter noſtros.* ibid. 3. *Habitus noſter paupertatem demonſtret.* ibid. 4. *Eadem habitus forma omnes vtantur.* ibid.5.*Illum B.Virgo Ordini noſtro dedit.* ibid. 6.

Hebhomadaria.

*Dominica 1. Aduentus in dextera chori parte ſemper incipiatur.*304. 1.*Nullus ab eius onere eſt exemptus præter Magiſtros, Lectores, & Prædicatores actuales.* 305.2. *Studentes in Studijs Generalibus ſemel in anno illam faciant.* ibid. 3. *Solus Magiſter Ord. poteſt aliquem ab illa diſpenſare.* ibid. 4. *Senes tolerentur ſi illam non faciunt.* ibid. 5.

Hæreſis.

Contra hæreſis labe detentos Fratres noſtri ſe veros Domini Canes demonſtrent, illorū falſa dogmata impugnantes. 305.1. *Qui de hæreſi abiurauerint, vel etiam tāquam vehementer ſuſpecti, ſint omni officio, & dignitate in perpetuum priuati.* ibid.2.*Etiam ſuſpecti ex familiaritate cum hæreticis, vel modo dicendi, celebrandi, & prędicandi munere priuentur.* ibid.3. *Etiam leuiter de hæreſi ſuſpecti omnibus dignitatibus, & officijs priuentur* 307.4.*Apud ſe hęreticum librum ſine licentia retinentes compellantur ad abiurandam hæreſim in illo contentam.* ib. 5. *Hæretici vnius Prouinciæ, in alia non recipiantur.*ibid.6.*Suſpecti de hęreſi Magiſtro Ord. manifeſtentur.*ibid.7.*Qui propoſitiones de illa ſuſpectas ſuſtinuerint carceri tradantur.*ib. 8.*Qui ab eadem conuertuntur, dificillime in Ordine recipiantur.*ibid.9.

Horæ Canonicæ.

In conuentibus tres vel quatuor Fratres habentibus dicantur in choro. 308.1. *Iuxta rubricas Ordinis, cum pauſa, inclinationibus, &c.* ibid. 2. & 3. *In conuentibus Priorem habentibus dicatur Matutinum B.V. in dormitorio, reliquę autem horę in choro.* ibid. 4.

Hoſpites.

Hoſpites iuxta qualitatem itineris melius tractentur. 309.1. *Omnes charitatiuè recipiantur, & maximè aliarum Prouinciarum.* ibid. 2. *In omnibus conuentibus ſit hoſpitarius, & cella pro illis determinatę.* ibid. 3. *Subduntur Pręſidentibus Conuentuum ad quos declinant.* 310.4. *Poſſunt abſolui ab eiſdem à cenſuris, & peccatis.* ibid. 5. *Vbi deliquerint corrigantur.* ibid. 6. *Depoſiti leges ſeruent.* ibid. 7. *Fratres Minores charitatiuè recipiantur.* 311.8. *Seculares ſi recipiantur, tantum duobus vel tribus diebus ſint in conuentibus.* ib. *Priores, & Magiſtri in paruis conuentibus hoſpites exiſtentes Vicarios eorundam præcedant, & fidelium dicant.* ibid. 9. *Prouinciales extra proprias prouincias locum ſuper Priores habeant, nolam vero non pulſabunt, etiam ſi illius locum in refectorio conſequantur.* ibid. 10. *Præſidentes conuentuum teſtimoniales litteras ab aduenientibus hoſpitibus petant, & ipſi illas eis oſtendere teneantur.* ibid. 11. *Eaſdem etiam legeant.* 312.12. *Acriter puniantur hoſpites ad diuerſoria declinantes in locis vbi conuentum habemus.* ibid. 13.

I

Ieiunium.

A Feſto S. Crucis vſque ad Paſcha illud continuum tenebimus. 312.1. *In illo poſſunt al quando Superiores diſpedſare.* ibid. 2. *Quando* ibid. *Qui duplici refectione indigent comedant in ſecunda menſa.* 313.3. *Vigiliarũ, et Quatuor Temporũ ſtrictiſſimè obſeruetur, ſicut etiam feriæ 6.* ib. 5 & 6. *Qui prædicta ieiunia violauerint, pœnę grauis culpæ ſubijciantur.* ibid. 6. *Sextis ferijs quadrageſimali vtimur cibo.* ibid. 7. *In illis autem poteſt Prælatus quandoque diſpenſare in ouis, & lacticinijs.* ibid. 8. & 9. *Non autem cum toto Conuentu in eodem ieiunio.* 314.10. *Non debent ſe exhibere difficiles Superiores in diſpenſando cum indigentibus in ieiunio vigiliæ S.P. Dominici.* ibid. 11. *In Paraſceue in pane, & aqua ieiunamus.* ib. 12. *Illa die non detur vinum ſanis.* ibid. 13. *Feria 2. & 3. Quinquageſimæ ieiunare debemus, & quadrageſimali cibo vti.* ibid. 14. *Quando ieiunatur, prouideatur Fratribus de cibis ita, vt ieiunare poſſint, aliàs Superiores abſoluantur.* ibidem 15. *Itinerantes bis poſſunt refici.* ibid. 16. *Quando verò non.* ibid. 16. & 17. *A Paſcha vſque ad feſtum S. Crucis bis reficiantur Fratres.* 315. 18. *Quando debeant ieiunare dicto tempore.* ibidem.

PP. Ieſuitæ.

Amentur à nobis, & qui eos offenderint puniantur. 315.1. *Hoſpitalitatis obſequia eiſdem præſtentur.* ibid. 2.

Illegitimi.

Non recipiantur in Ordine. 316.1. & 2. *Si autem recipiantur non poſſunt habere prælaturas.* 317.3. *Poteſt autem cum eiſdem quandoque in prædictis diſpenſari.* ibid. 5. *Omnes recipiendi examinentur de legitima natiuitate.* ibid. 4.

Inchoationes.

Quæ fiunt in Capitulis non obligant Fratres. 319.1. *Bene tamen ſi fiant per modum ordinationis.* ibid. 2.

Inclinationes.

Tres ſunt inclinationum differentiæ. 319.1. *Quando fieri debeant.* ibid.

Incorrigibiles.

Qui ſint, & dicantur tales. 320.1. *Qui tanquam incorrigibiles eijci poſſint ex Ordine, & quomodo.* ibid. 2. *Neque etiam eijciantur ex Prouincijs cum litteris ad Magiſtrum Ord.* ibid. 3.

Indulgentiæ.

Sixtus V. perpetuam plenariam Indulgentiam conceſſit viſitantibus noſtras Eccleſias in Feſtis SS. Dominici P.N. Petri Mart. & Catherinæ Senen. 321.1. *Eandem Clemens VIII. conceſſit pro Feſtiuitatibus SS. Antonini, Thomæ Aquin. atque Vincentij Confeſſ.* ibid. 2. *Eandem quoque idem Pontifex pro Feſtis SS. Hyacinti, & Raymundi conceſſit.* 322.3. *Paulus V. reuocatis aliquibus Indulgentijs nouas alias conceſſit.* ibid. 4. *Idem Pont. Max. 200. dierum Indulgentiam omnibus fidelibus, qui Antiph.* Salue Regina, *quæ poſt Completorium cantatur, interfuerint, conceſſit.* ib. 5. *Idem Pont. omnes Indulgentias Societ. SS. Roſarij conceſſas à ſuis prædeceſſoribus iterum conceſſit.* ibid. 6. *Apoſtolicæ litteræ eiuſdem Pont. ſuper hoc 599. num. vlt. Pius V. recitantibus Officium B.V. quando Chorus ad illud perſoluendum non tenetur 100. Dies Indulgentiæ conceſſit.* 322.7. *Alexander V. Capitula noſtra Generalia perpetuis Indulgentijs ditauit, et Fratribus ad illa accedentibus, ſi à proſequutione itineris fuerint impediti, Plenariam Indulgentiam in mortis articulo conceſſit.* 78.20.

Infamatores.

Carcerali cuſtodiæ tradantur. 323.1. & 2. *Qui contra Superiores ſuos crimina, quæ probare non poſſint, euulgauerint, eadem pœna carceris puniantur.* 324.3. *Exhibentes Sanctiſs. memorialia contra Superiores, vel Fratres falſa continentia ſeueriſſime puniantur.* ibid. 4. *Qui publice aliquem diffamauerint, publice illi ſatisfacere cõpellantur.* ibid. 5. *Talionis pœna puniantur qui Fratrum crimina, quæ probare non poſſint, euulgauerint.* ibid. 6.

Infirmi.

Circa illos non ſint negligentes Prælati. 324.1. *Sub pœna abſolutionis ab officijs.* 326.7. & 12. *Prouideatur illis de Medicis, & medicinis.* 225.2.

De

De conuenienti quoque Societate. ibid.3. Benè & honeſtè tractentur atque extra Conuentus non procurentur.ibid.4. Sit pro illis Infirmarius charitatiuus, ibid. & 327.7. In infirmarijs,& cellis pro eiſdem deputatis curentur, omnibus ad eorũ victũ neceſſarijs porrectis. 325.5. & 6. In eiſdem cellis ſint omnia ad eorum indigentiam neceſſaria.326.7. Infirmarius habeat omnia ad ſuum munus ſpectantia ſub inuentario. ibid. 8. Veſcantur carnibus iuxta eorum indigentiam. ibid. 9. Qui illis indigent, extra conuentum non exeant. ibid. 10. Deputetur aliqua pars pecuniæ pro illorum cura. ibid. 11. Etiam cum impignoratione bonorum Conuentus. ibid. Prædicta omnia fideliter obſeruentur ſub pœna abſolutionis Superioribus,& Syndicis impoſita. ibid. 12. Linteamina pro ipſis habeantur.327.13.

Inquiſitores.

Inquiſitionis Officium Ordini noſtro ab Apoſtolica Sede commiſſum. 327.1. S.P. Dominicus primus Inquiſitor ann.1216.ibid. Innocentius IV. concedit facultatem Magiſtro Ord. & Prouincialibus pro tempore inſtituendi Inquiſitores. ibid. Breue eiuſdem Pont.Max.ſuper hoc.ibid.In illius executionem creantur,aſſignatur, remouentur,tam à Magiſtris Ord.quam à Prouincialibus.Generales, & particulares Inquiſitores in diuerſis Orbis partibus.328.et ſequentibus.Congregatio S.Vniuerſalis Inquiſitionis à quo Pont. fuerit inſtituta, & quomodo F.Michael Ghiſlerius Ord.noſtri(qui fuit Pius V.)vnicus fuit ſupremus,& ſummus Eccleſiæ Inquiſitor.332. & ſequent. In Hiſpaniarum Regnis duo ſunt perpetui Inquiſitores Generales ex cõceſſione Philippi III.Regis.ib.Inquiſitores de expenſis rationem reddere tenentur.335.2.& 3.Si in Priores eligantur, non confirmentur.in conſulta S.Congreg.& Magiſtro Ord.ibid.4.Non poſſunt eſſe Priores,& Inquiſitores.ibid.5. In Conuentibus maneant. ib.6. Prioribus ad quorum Conuentus declinant,tenentur obedire. ibid.7. Ad Capitula accedant.336.8. Poſſunt à ſuis officijs amoueri.ib. 9.Non inſtituãt Vicarios illos,qui non ſun ex Ordine noſtro.ibid. 10.Locus eorum qualis.ibid.11.Tenentur contra quoſcumque procedere.ibid.12. Qui prædicare neſciunt non ſunt inſtituendi Inquiſitores.337.13.

Interdictum.

Seruetur à Fratribus noſtris, & cum Matrici Eccleſia in illo ſe conforment. 337.1. Si autem illud eadem Eccleſia non obſeruet, neque nos illud obſeruare debemus. ibid.2.Confeſſores non ſeruantes Epiſcoporum interdictum ab audientia confeſſionum ſuſpendi poſſunt.ibid.3.

Inuentaria.

In vnoquoque Conuentu ſint omnium eiuſdẽ bonorum.337.1.Quomodo ſint facienda.ibid.Seruentur in Conuentuum depoſitis & Prouinciarum Archiuijs.338.2.Omnes Fratres ſingulis annis ſuorum bonorum inuentaria Superioribus exhibenda conficiant.ibid.3. Eadem à ſuis ſubditis Prouinciales ſingulis annis requirant.ibid.4. Menſe Decembris talia inuentaria à Præſidentibus Conuentuum petantur.339.5. Qui ſua bona Superioribus manifeſtare renuerint,eiſdem, & eccleſiaſtica ſepultura priuentur.ib.6. Tenentur Præſidentes conuentuum inuigilare vt ſuprad. inuentaria à Fratribus fiant ſingulis annis ſub pœna abſol.ab eorũ officijs. ib.7.

Itinerantes.

Omnes pedeſtres ibunt,et nullus abſque cauſa legitima equitabit. 340.1. Ex nulla cauſa Ordinis habitum transforment.ibid.2. Litteras teſtimoniales deferant. ibid. 3. Illas inquirant Conuentuum Præſidentes ab eis,& legant.ibid.4.& 5. ſine illis non recipiantur.ibid.6. Sed priuentur voce ad annum.341.7.Subduntur Superioribus Conuentuum ad quos declinant.ibid.8.Vbi conuentum habemus ad illos accedant, neque in diuerſorijs,ſeu domibus ſecularium permaneant.ibid.9.& 11. Ocreas, & penulam non deferant.342.10. Baculos deferre poſſunt ad immitationem S.P.Noſtri.ibid.12. Vbi deliquerint,à Superibus corrigantur.ibid.13.Nullus ſine ſui Prouincialis licentia ex Prouincia ſua exeat.ibid.14.

Iubilarij.

Fuerunt aliquando in noſtro Ord. 343.1. Qui inſtituebantur.ibid.2.Eorum priuilegia.ibid. Talium ab Ordine eliminatio.ibid.

Iuuenes.

In eorum inſtructione inuigilent Superiores. 344.1.Diſcurſibus non exponantur.ibid.Non morentur in Conuentibus Lectoribus deſtitutis.ibid.2. Viſitatores Priores, & Magiſtri Stud. inuigilent circa illorum ſtudia. ibid.3. Annuale examen habeant. ibid.4. Inſolentes & temerarij ſtudijs priuentur & grauioris culpæ pœna puniantur.ibid.5. & 6.Inepti conuerſorum habitu induantur. 345. 7.Rarò ex conuentibus exeant.ibid.8.& 12. Nullis in Socios ad inſeruiendum concedantur.ibid.10. Maneant in Nouitiatu vſque ad Sacerdotium. ibid. 11. Ad Ordines ſuſcipiendos non mittantur niſi in chorali cantu ſint inſtructi.346.13. Neque ad Artium ſtudia,niſi ſint in Grammaticalibus periti.ibid.14.Ad monaſteria non mittantur,& cum mulieribus non loquantur, niſi cauſa neceſſitatis. ibid.15.Simul omnes ad communia loca pergant. ibid.16.Cum Nouitijs non loquantur.ibid.17.Qui eorum miniſterio vti,vel eoſdem in ſuis cellis detinere præſumpſerint,grauioris culpæ pœna puniantur.ibid.18.Proprium Magiſtrum habeant. ib.19. Ad ſtudia mittendi ratione maioris ſufficientiæ digniores præferantur.347.20. Extra proprias Prouincias ad illa non mittantur. ib.21. Si non fuerint religioſis moribus ditati ad ſuſcipiendos Sac.Ordines non mittantur.ib.22.

L

Lapſus Carnis.

Poena ijs, qui de lapſu carnis fuerint conuicti impoſitæ. 347.1. Illas ſeuerè infligant Supe-

Digitized by Google

*Superiores.*348.2. *Accedentes ad Lupanaria granitér puniantur.ibid.*3. *Perpetuo carceri ſint addicti qui peccatum contra naturam cõmiſerint.* 349. 4. *Qui ſententialiter puniti fuerint propter lapſum carnis, etiam ſi reſtituantur ad omnes gratias Ord. indigent peculiari diſpenſatione, vt habeant prælationis officium. ibid.* 5. *Poſſunt Superiores ſibi reſeruare abſolutionem lapſus carnis opere conſummati. ibid.*5. *Suſpecti de praua familiaritate prius moneantur, deinde puniantur.ibid.*7.

Lecti.

*Super culcitras dormire non licet.*350.1.*qui illas petierint, ieiunent in pane, & aqua.ibid.ſuper ſtramina, & ſaccones laneos poſſumus dormire. ib.* 2. *Cum tunicella, & caligis cincti dormiant Fratres.ibid.*3. *Linteamina ſint in Infirmarijs, & cameris hoſpitum .ib.*4. *In eodem lecto plures Fratres non dormiant. ibid.*

Lectores Philoſophiæ, & Theologiæ.

Conuentus Lectorem non habentes, non habent vocem in Cap. Prou. 350. 1. *Viſitatores inquirant an Lectores ſuum officium laudabiliter exerceant.*351.2. *Amoueantur qui non ſunt in lectionibus aſſidui.ib.*3. & 4. *Nouem menſibus in anno legant.ib.*5. *Circulus, & collationes habeant. ibid.Triennio curſum perficiant.*352.6. *D.Thomę in Theol. & Ariſtotelis in Philoſoph. doctrinam ſequantur.ibid.*7. *A SS.Patrum doctrina non recedant. ibid.*8. & 9. *In verbo D. Thomæ iurare debent.*353.10. *In Summulis Petri Hiſpani operentur, & in Philoſophicis textu Ariſtotelis. ib.* 11. *Si contra D.Thomæ doctrinam arguant, ſtatim argumenta ſoluant. ib.* 12. *Nouas opiniones non inueniant. ibid.*13. *In ſententiarum lectura totum textum legant. ib.*14. *Non occupentur in officijs, quibus à lectionibus habendis impediantur. ib.*15. *Ad diſputationes vadant.* 354.16. *Priores, & Lectores ſimul non ſint.ib.*17. *Lectores nouiter inſtituti non eligantur, nec confirmentur in Priores. ib.*18. *Neqte etiam in Suppriores.ib.*19. *Capitulis de culpis interſint, ib.* 20. *Non amoueantur à ſuo munere donec curſum compleuerint.ib.*21. *Non diſcedant à Conuentibus, in quibus legunt. ib.* 22. *Non prædicent in quadrageſima.*355.23. *Qui loco aliorum legunt, in talibus lectionibus nullum ius acquirunt. ib.* 24. *Sint in Conuentibus pro Iuuenibus Lectores Grammaticæ, & Artium. ib.* 25. *Saltem tres circulos ſingulis hebdomadibus habeant.ib.*26. *Approbati in aliquo Studio Generali non ſunt iterum examinãdi in proprijs Prouincijs, niſi illæ ſpeciali ſuper hoc gaudeant priuilegio. ib.* 27. *Qui per menſem à legendo defecerint, priuentur tali munere.*356.28. *Lectores primi vocem in Conſilio Patrum habent. ib.*29. *Locum ſuę profeſſionis ſeruent.ib.*30. *Si plures ſint Lectores in vno Conuentu, vnus eorum ſpeculatiuam, alt. verò moralem Theologiam doceat. ib.*31. *Inſufficientes à legendi munere amoueantur. ib.*32. *Ratione lecturæ carnes non comedant.* 357.33. *Non vocentur Magiſtri, neque Doctores. ib.*34. *In dormitorio communi permaneant. ib.*35. *Non diſputent de quolibet niſi ſint Magiſtri.ib.*36. *Ratione primæ lectionis prandia non faciant. ib.*37. *Ad Completorium, & Officium mortuorum accedant.ib.*38. *Non inſtituantur Prædicatores Generales.*358.39. *Profeſſionem Fidei faciant antequam lectoratus officium exerceant.*358.40. *Vnicus Lector principalis ſit in quolibet Conuentu. ib.*41. *Cum Nouitijs nullo modo ſe ingerant. ib.*42.

Lectores Biblici.

In omnibus Conuentibus, maximè principalioribus ſint. 358.1. *Etiam vbi eſt Studium Generale.ibid.*2. *In ſuo munere per biennium perſeuerent.* 359. 3. *In ſingulis Prouincijs ſit Conuentus aliquis determinatus, in quo ſola Bibliorum lectio habeatur. ibid.*4. *Legant iuxta Sanctorum Patrum ſenſum. ibid.*5. *Sunt ab hebdomadaria exempti.* 6. *Eorum lectio ad curſum pro gradu, & forma Magiſterij ſpectat.ibid.*7.

Lectores Caſuum Conſcientiæ.

In Conuentibus, præſertim vbi ſunt lectiones Theologiæ, & Artium, ſint. 360. 1. *In paruis Conuentibus habeantur conferentiæ, vel concluſiones aliquæ de caſibus conſcientiæ. ibid.*2. *Non poſſunt bis in anno Priores eligere. ibid.*3. *Nullus tale munus apud Epiſcopos, vel Principes, ſeu quoſcunque alios exerceat ſine Superiorum licentia. ibid.*4.

Lectores S.Scripturæ,

Sint in ſingulis Conuentibus, atque Dominicis diebus in noſtris Eccleſijs eas habeant. 361. 1. *Legant iuxta SS.Patrum ſenſum.ibid.*2.

Legata.

Cum onere non recipiantur niſi cum conſenſu maioris partis Capituli, & Prouincialis. 361. 1. *Et niſi congruum ſubſidium habeant annexum. ibid.*2.

Leuis Culpa.

*Qui eam incurrunt pœna Superiorum arbitrio relicta ſunt puniendi.*361.1.

Libelli Famoſi.

Infligantur pœnæ taxatæ ab Ordine illis, qui eos componunt. 362. 1. *Nullus criminoſas litteras abſque propria ſubſcriptione ſcribere audeat. ibid.*

Libri.

Libros ad Conuentus ſpectantes nullus vendere, ſeu alienare præſumat. 362.1. *Decedentium Fratrum libri non vendantur, ſed in bibliothecis conſeruentur. Si autem in illis fuerint, vendantur, & alij emantur.ib.* & 363.2. *Præſtantiorũ Auctorum opera emanantur pro communibus Bibliothecis.*364.4. *Qui habent libros ſibi ad vſum conceſſos nulli alteri illos dent. ibid.* 4. *Theologici libri non vendantur abſque licentia. ibid.* 5. *Fratribus non vendantur maiori, quo empti fuerint pretio. ibid.* 6. *Qui pro communi Studentium vſu deputantur, alienari non poſſunt.ibid.*7. *Librorum negotiationes non faciant Fratres noſtri. ibid.* 8. *Virorum illuſtrium opera, vel imprimantur, vel*

con-

conſeruentur in Bibliothecis. 365. 9. *Non extrahantur à Bibliothecis noſtris ſub pœna excommunicationis.ibid.* 10. *Excommunicatio Vrbani VIII. contra illos extrahentes . ibid. Libros interdictos nullus legere præſumat.ibid.* 11.

Libri Imprimendi.

Non imprimantur niſi prius examinentur, & approbentur. 366. 1. *&* 5. *&* 6. *Solus Magiſter Ord. poteſt concedere licentiam libros imprimendi. ibid.* 2. *Pœna grauioris culpæ puniantur qui proprios, vel alienos libros ſine licentia impreſſerint. ibid.* 3. *Illos ſuppreſſo nomine nullus audeat imprimere.* 367. 4. *Qui non habent pecunias pro illorum impreſſione Magiſtro Ord. id ſignificent.ibid.* 7. *Lites inter Conuentus, & Fratres non imprimantur.* 368. 8. *Qui illos imprimunt, terminata impreſſione vnum exemplar ex eiſdem Magiſtro Ord. mittant. ib.* 9. *Doctiſſimorum Virorum decedentium ſcripta in communi depoſito congruentur, donec Magiſter Ord. admoneatur. ibid.* 10.

Sequens numerus ex Typographi incuria fuit in §. de Libris Imprimendis omiſſus, quem ibidem vltimo loco ita adde.

11 Caueant omnes ne librum aliquem, ſiue magnum, ſiue exilem ſiue ſcripta aliqua de Conceptione B. V. De præſcientia futurorum, Prædeſtinatione electorum, Efficacia diuinæ monitionis, & vniuerſaliter, De Auxilijs diuinæ gratiæ; imprimant, niſi prius ſcripta ipſa ad Reuerendiſs. Magiſtrum Ordinis, ab eodem diligenter examinanda; atque approbanda, miſerint Valentiæ 1647. *Confirmamus ordinationem ſextam Capituli Generalis Romani.* 1644. (quam ſupra retulimus de Libris Imprimendis num. 3. & 4.) *Verum vlterius conſiderantes aliquas quæſtiones ſingulares ob materiæ dignitatem, obſcuritatem, & periculum promptius errandi in illis, quales inter alias ſunt quæſtiones de Conceptione B. Virg. & de Præſcientia futurorum, Prædeſtinatione electorum, Efficatia Diuinæ motionis, & vniuerſaliter de Auxilijs diuinæ gratiæ, indigere maturiori examine; ordinamus, & omnino præcipimus in virtute Spiritus S. & S. Obedientiæ ſub formali præcepto, nec non ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ hac vna pro trina canonica monitione præmiſſa, & priuationis omnium graduum ipſo facto incurrenda, ne aliquis aliquid imprimere audeat ſpectans ad quæſtiones prædictas, niſi prius Romam ad Reuerendiſs. P. Generalem, vel Vicarium Generalem, ſeu qualitercunque vices Generalis ibi tenentem mittat, vel totum librum, ſi in eo per totum agitur de aliqua, vel aliquibus illis quæſtionibus; vel ſi totus liber non eſt de illis materijs, quaternos illos, in quibus ſpecialiter de eiſdem quæſtionibus tractat: prohibemus ne omnino, vel minimum quid ſpectans ad quæſtiones illas edat, quod vt ſupra prius non miſerit Romam, & ibi non fuerit approbatum.*

Licentiæ.

Licentiæ non concedantur abſque temporis limitatione. 369. 1. *Priores non concedant licentiam ſibi ſubditis itinerandi vltra dietam ſine Patrum conſilio. ibid.* 2. *Licentia accedendi ad Generalia Capitula à Magiſtro Ordinis concedatur. ibid.* 3.

Linea Indumenta.

Lineis non vtantur ad carnes, nec etiam infirmi. Linteamina verò in infirmarijs noſtris poſſunt haberi. 370. 1. *Et in cameris hoſpitum. ibid. Superiores prouideant Fratribus de tunicellis, & linteaminibus laneis. ibid. Lineas ſubuculas deferentes puniantur à Superioribus, aliàs à ſuis officijs abſoluantur. ibid.* 2. *Voce actiua, & paſſiua, atque alijs etiam pœnis puniantur. ibid.* 3. *Qui cum Superiorum licentia illas deferunt, in collo, & brachijs eaſdem non manifeſtent.* 371. 4.

Litaniæ.

De Sanctis dicantur in Ferialibus diebus. 371. 1. *Nullum nomen alicuius Sancti, quod in noſtro Ordinario non ſit, non apponatur.ibid.* 2. *Litania de B. Virgine ſingulis diebus Sabathi poſt* Salue Regina *dicantur. ibid.* 3. *Præter Litanias de Sanctis, & de B. Virgine nullus audeat nouas Litanias dicere, vel euulgare.* 372. 4.

Litteræ.

Litteras alicui mittere, ſeu receptas legere non oſtenſas ſuo Prælato, grauis culpa eſt. 373. 1. *Qui litteras alicui ſcripſerit, & ſuo Prælato non oſtenderit, carceris pœnam per menſem ſuſtinebit. ibid.* 2. *Superiores ſubditorum ſuorum litteras legant. ibid.* 3. *Neque etiam non ſigillatæ mittantur, aut legantur. ibid.* 4. *Idem etiam de Memorialibus obſeruetur. ib.* 5. *Sigillum pro eiſdẽ obſignãdis nullus habeat præter Magiſtros, & Prædicatores Generales. ibid.* 6. 7. *&* 8. *Qui Magiſtro Ord. vel Capitulo Generali ſcribunt, Prouinciæ, & Conuentus nomen in litteris apponant.* 374. 9. *Fratres non procurent litteras apud Principes, & Prælatos pro mutatione ſui ſtatus. ibid.* 10. *Qui litteras Magiſtri Ord. vel Prouincialis falſificauerint, excommunicationis pœnam incurrunt. ibid.* 11. *Qui Superiorum litteras occultauerint, vel occupauerint, aut ne ſuum conſequantur effectum impediuerint, pœnam grauioris culpæ ſuſtinebunt. ibid.* 12. *&* 13. *Litterarum expenſæ P. Procuratori Ord. ſoluantur.* 375. 14. *Communes litteræ Conuentuum non ſigillentur niſi prius in Capitulo fuerint publicè lectæ. ibid.* 15. *Diffinitorum aliorumque Officialium litteræ non ſigillentur publico ſigillo niſi prius coram ipſis fuerint lectæ. ibid.* 16. *Subſcriptiones litterarum, quæ nomine Conuentus fiunt à Fratribus, vel nomine Prouinciarum à PP. Prouinciæ, in Capitulo ab eiſdem ſimul congregatis & non priuatim fiant ſub pœna grauioris culpæ. ibid.* 17. *Litteræ Prioribus, & Conuentibus ſimul miſſæ non aperiantur, niſi in præſentia Priorum, & Conuentuum ſimul. ibid.* 18. *Litteræ comendatitiæ nomine Conuentuum non concedantur niſi prius fuerint in Capitulo lectæ. ibid.* 19. *Fratres non portent extraneorum litteras.* 376. 20. *Litteras crimi-*

no-

noſas abſque proprij nominis appoſitione ſcribentes, grauioris culpæ pœna puniantur. ibid. 21. Litteris Magiſtri Ord. omnes obediant. ibid. 22. Nullus poteſt impediri ne litteras Magiſtro Ord. & Diffinitoribus ſcribat. ibid. 23.

Litteræ Patentes.

Qui Magiſtri, ſeu Procuratoris Ord. vel Prouincialium patentes litteras, ne ſuum ſortiantur effectum, impediuerint, pœnæ grauioris culpæ ſubiacebunt. 376. 1. Conceſſæ pro gradibus ex falſa informatione ſunt nullæ. ibid. 2. Ad Beneficia Ordinis non concedantur de facili omnibus, ſed tantum perſonis de Ordine benemeritis. 377. 3. Gratiæ eorum, qui recipiuntur ad Beneficia Ord. ibid. 4. Prædicatores Generales in Capitulis non instituantur per litteras patentes, ſed eorum inſtitutio in Actis eorundem ponatur. ibid. 5.

Locus in Ordine ſeruandus.

Omnes Fratres noſtri iuxta propriæ profeſſionis antiquitatem locum in locis publicis habeant 378. 1. Magiſtri in Theologia habent locum immediatè poſt Priores in illis Conuentibus, in quibus fuerint. ibid. Baccalaurei habent locum immediatè poſt Superiores. ibid. Tranſeuntes ad alios Ordines, & poſtea ad noſtrũ redeuntes, loci antiquitas à tempore, quo ad Ordinem reuertuntur, illis computetur. ibid. 2. Neque Apoſtatarum anni, quibus in apoſtaſia extiterint eiſdem ad loci antiquitatem computentur. ibid. 3. Idem quoque ſeruetur in exemptis ab Ordinis obedientia. ibid. 4. Neque etiam priuatis Ordinis habitu, tempus, quo illo priuati fuerint, computetur eiſdem. 379. 5.

Ludi Illiciti.

Ludis illicitis operam dantes ſunt puniendi, vnde chartis, vel taxillis ludentes grauioris culpæ pœnam debent ſuſtinere. 379. 1. Et qui ſcaccorum ludum exercuerint, grauis culpæ pœnam incurrent. ib. 2. Manuum quoque ludus eſt interdictus. ibid. 3.

M

Magiſter Ordinis.

Statim ac fuerint electus Fratrum omnium, & Sororum noſtrarum curam gerit. 379. 1. Tenentur omnes illi obedire. ibid. Poteſt ſibi ſubditos ab officijs amouere, & à quibuſcunque cenſuris abſoluere. ibid. Poteſt quoque omnes ſibi ſubditos ſemel ab omnibus caſibus, & ſententijs abſoluere. ibid. Reuerendiſſimi titulus proprius eſt illius 380. 2. Grauiter ſunt puniendi qui aliquid contra eius auctoritatem attentare præſumpſerint. ibid. 3. Eius litteris omnes Superiores obediant. ibid. 4. Eius præcepta, & cenſuræ cum ipſo expirant. ibid. 5. Gratiæ verò perſeuerant. ibid. 6. Nullus audeat Procuratores eligere ad defendendum ſe coram ſecularibus Tribunalibus contra eius mandata. 381. 7. Ad ipſum & Cap. Generale ſpectat aſſignare aliquem ad legendum pro forma, & gradu Magiſterij. ibid. 8. Ad ipſum autem ſolum pertinet dare licentiam Fratribus extra Clauſtra permanendi. ibid. 6. Non poteſt propria auctoritate curæ Monialium Ordinis Commiſſarium renunciare. ibid. 10. Ab omnibus Prouincijs contributiones eidem perſoluantur. ibid. 11. Dum Ordinem viſitat contributiones à Conuentibus conſequitur. ibid. 12. Conſtitutionum, & Priuilegiorum ambiguitates declarare debet. ibid. 12. Crucifixum in ſigillo habeat. 382. 13. Prætextu ſigilli, vel cuiuſcunque gratiæ nihil recipiat. ibid. 15. Bona illius poſt mortem ad quos ſpectent. ibid. 14. Poteſt in fauorem obſeruantiæ regularis eximere Conuentus, & Monaſteria à Prouincialium cura. ibid. 16. Regulariter in Vrbe permaneat. 383. 17. Admoneantur à Prouincialibus de Prouinciarum ſtatu. ibid. 18. Non poſſunt impediri Fratres ne ad ipſum recurrant per litteras. ibid. 19. Qui eius litteras impediuerint ne ſuum ſortiantur effectum, pœna grauioris culpæ puniantur. ibid. 20. Si ſuas contributiones exigere non poſſit, ſuppleat eidem Religio. ibid. 21. Idem ſeruetur in extraordinarijs expenſis ab ipſo in Ordinis beneficium factis. ibid. Prouincialium Capitulorum Acta ab eodem approbanda eidem mittantur. ibid. 22. Mittat Viſitatores in Prouincias, ad quas ipſe accedere non poteſt. ibid. 23. Debet ſe coram Diffinitoribus in Capitulo congregatis proſternere, & veniam facere, & de ſuis exceſſibus ſe accuſare. 384. 24. Poteſt in Ordine ea agere, quæ ipſe cum Diffinitoribus iuxta Conſtitutiones viderit expedire ſecundum Deum. ibid. 25. Poteſt quoque quoſcunque Officiales Ordinis à ſuis Officijs quoties ſibi viderit, reuocare, etiamſi per Sedem Apoſt. eſſent inſtituti. ibid. 26. Quare ſoli Magiſtro Ord. fiat profeſſio. ibid. 27.

Magiſtri in S. Theologia.

Nullus abſque aſſignatione Generalis Capituli poteſt ad legendum pro gradu Magiſterij aſſumi. 388. 1. Promoti etiam per Breue Apoſtolicum ſine Magiſtri Ord. licentia, vel Cap. General. pro non promotis habeantur. ibid. 2. Neque à Prouincijs acceptentur. ibid. Apoſtolica auctoritate graduati loco non gaudent, niſi prius fuerint à Gener. Cap. acceptati. 389. 3. Promoti ad legendum via extraordinaria abſque Cap. Gener. licentia, non præſumant Magiſterij gradum aſſumere. 390. 4. Nullus ad legendum ſententias præſentetur, niſi prius Philoſophiam legerit. ibid. 5. Lectoribus ſubſtitutis quando lectiones computentur pro gradu Magiſterij. ibid. 6. Nullus promoueatur ad Magiſterium niſi per 4. annos Theologiam docuerit. ibid. 7. Neque ante 30. ætatis annum. ibid. 8. Neque ſi ſua Prouincia petitionem non habeat. 391. 9. Antequam promoueantur ſunt examinandi. ibid. 10. Qui debeant eſſe eorundem examinatores. ib. Non aſſumantur niſi debitos actus in Vniuerſitate aliqua exercuerint. ibid. 11. Soli Magiſtri in Generalibus Capitulis publicis diſputationibus præeſſe poſſunt. ibid. 12. Qui ſunt in ſuis Prouincijs acceptati, voce in Studentium examinibus gaudent. 392. 13. In litteris patentibus inſtitutionis ipſorum

rum

rum apponatur clauſula Saluis iuribus tuæ Prouinciæ. *Quod ſi non apponatur ſubintelligatur. ib. 14. Qui in eodem Capitulo fuerint acceptati, locum iuxta profeſſionis antiquitatem teneant inter ſe. Qui autem ſtatim loco gaudent, ſecundum tempus promotionis illum conſequuntur. ib. 15. Qui acceptatione non indigent, à die ſuæ promotionis locum in toto Ord. obtinent. 393. 16. Qui ſimul acceptantur, & promouentur ſecundum antiquitatem profeſſionis inter ſe præcedentiam ſeruare debent. ib. 17. Qui in Prouinciales eliguntur, terminato officio habent locum inter ſe ſecundum locum Magiſterij. Qui autem non fuerint acceptati antequam in Prouinciales aſſumantur, locum ſecundum profeſſionem inter ſe habere debent. ib. 18. Qui creantur Magiſtri dum ſunt Prouinciales ſuper alios Magiſtros terminato officio non debent locum obtinere. ib. 19. Habeant locum immediatè poſt Priores, in quorum Conuentibus fuerint. ib. 20. Qui Magiſterij gradu noſcuntur indigni, pro non Magiſtris habeantur. 394. 21. Facti quoque per Apoſtolicum Breue. ib. 22. Qui voce, & loco non gaudent, ſunt etiam veri Magiſtri. ib. 23. Omnes ab hebdomadaria eximuntur. ib. 24. Poſſunt compelli ad Confeſſiones fidelium audiendas. ib. 25. In cameris non comedant. 395. 26. Sententiarum lectura extra ſancitas Vniuerſitates facta nulli poteſt ſuffragari. ib. 27. Numerus Magiſtrorum debet eſſe in ſingulis Prouincijs taxatus. 396. 28. Extra Refectorium, dum comedunt, loqui poſſunt. ib. 29. A quibus non ſint exempti. ib. 30.*

Magiſtri Nouitiorum.

Nouitiorum Magiſtros diligentes inſtituant Priores. 396. 1. Neque inſtituantur, neque amoueantur ſine conſilio Patrum. 397. 3. Inſtituantur in Cap. Prou. & ſint ætatis 35. ann. adminus. ib. 2. & 4. Sint diſcreti, & moribus conſpicui. ib. 4. Sint quoque in ceremonijs Eccleſiaſticis verſati. ib. 5. Recuſantes tale munus ſint ad annum voce paſſiua priuati. 398. 6. Qui tale munus per 8. annos continuos laudabiliter exercuerint, ſint diſpenſati ab hebdomadaria, & Patres à Conſilijs. ib. 7. & 8. Non inſtituantur, Fratres ex alienis Prouincijs, niſi fuerint per tres annos in eadem Prouincia, vel aliàs eorum mores religioſi ſint noti. 399. 9. Sub eorum cura permaneant omnes Nouitij, & Iuuenes vſque ad Sacerdotium. ib. 10.

Magiſtri Studentium.

Nullus ad tale onus aſſumatur, qui Artium curſum non legerit. 400. 1. & 8. Examinentur antequam aſſumantur. ib. Aſſumantur aptiores. ib. 2. Loco Regentis, & Baccalaurei legere tenentur quando eos impediri contigerit. ib. 3. Locum ſuæ profeſſionis tenere debent. ib. 4. Tres circulos adminus ſingulis ſeptimanis habeant. ib. 5. Studentes de lectionibus ſæpè interrogent. 401. 6. Quæ ad eorum munia ſpectent. ib. Profeſſionis antiquitas in ipſis deligendis nequaquam attendatur. ib. 7. per biennium in ſuo officio permaneant. 402. 9. Cellas Studentibus diſtribuere debent. ib. 10. Studentes negligentes in Capitulis accuſent. ib. 11. De promotione Studij Superiores admoneant. ib. 12. Terminato proprio munere in alijs lectionibus occupentur. ib. 13.

Matrimonia.

Matrimonia pertractanda non aſſumant Fratres noſtri, & qui contrarium fecerint grauiter puniantur. 403. 1.

Matutinum.

Dicatur cum cantu, pauſa, inclinationibus deuotè, & diſtinctè. 403. 1. Priores cum ſuis ſocijs in quorum Conuentibus non dicitur circa mediam noctem à Prouincialibus Capitulis abſti. eant. ib. 2. Poſt illud detur diſciplina, quando de ferijs agitur. ib. 3.

Medicina.

In illa non ſe exerceant Fratres noſtri. 404. 1. Qui in illa ſunt inſtructi eandem non exerceant ſecluſa Superiorum licentia. ib. 2. Contrarium facientes, gratijs Ordinis, bonis ſibi conceſſis, atque voce priuentur. ib. Conuerſi de pulſibus, & vrinis iudicandis ſe nullatenus intromittant. ib.

Memorialia.

Qui memorialia alicui porrexerint non oſtenſa prius ſuis Superioribus grauiter puniantur. 373. 5. Summo Pontifici, vel ſacris Congregationibus illa exhibentes contra Superiores, vel Fratres falſa continentia, ſeueriſſimè ſunt puniendi. 324. 4.

Menſa.

Nullus à prima menſa remaneat præter ſeruitores, & cuſtodes Conuentus. 404. 1. deficientes verò ſine cauſa abſtineant à vino. 408. 18. Ab inferioribus ſeruitores illius incipiant. 405. 2. Habeatur lectio in eadem. ib. 3. In eadem lectione inſeratur quoque lectio Conſtitutionum noſtrarum. ib. 4. Sit qui illam corrigat. ib. 5. Dum menſa terminatur, pulſetur nola. ib. 6. Qui dat benedictionem ſtans illam concedat. ib. 7. Gratiæ Deo non reddantur niſi extra menſam. ibid. 8. Prouinciales extra ſuam Prouinciam in menſa locum nolæ habeant, illam autem pulſare non poſſunt. ib. 9. Extra Refectorium poſſunt Fratres in menſa de Regum, Epiſcoporum, ſeu Electorum licentia loqui. ib. 10. Et etiam de licentia Miniſtri Generalis Ord. Minorum. ib. De licentia quoque Magiſtri Ord. noſtri. ib. Prouinciales pariter in ſua Prouincia eandem licentiam concedere poſſunt, extra illam verò tantum vni. ib. Eandem etiam concedere poſſunt Vicarij Ordinis, & Prouinciarum ſecum comedentibus. Non verò Vicarij Magiſtri Generalis, vel Prouincialium. ib. In Refectorio talem licentiam nullus concedere valet; ibi enim perpetuum habemus ſilentium. ib. Omnes Fratres tam intus, quam extra vbique ſilentium in menſa ſeruent excepto vno, qui maior fuerit inter illos. 406. 11. Magiſtri in Theologia loqui poſſunt. ib. & 107. 13. Si plures Priores ſimul comedant, antiquioris Conuentus Prior loquatur, & alteri loquendi licentiam concedere poteſt. 407. 12. De neceſſarijs menſæ per vnicam orationem omnes loqui poſſunt. ib. 14. Submiſ-

ſe tamen ac breuiter. ib. Huius ſilentij violatores qua pœna plectendi. ib. 15. In Refectorij menſa carnes nunquam comedantur. ib. 16. Neque ſecu-lares admittantur. ib. 17. Ante prandium, & cœnam dicatur Pſal. De profundis. 408. 19. *Terminata commeſtione Fratres proceſſionaliter ad chorum pergant. ib. 20. Nullus menſam in cella habere præſumat. ib. 21.*

Mercimoniæ.

Fratres noſtri illas non exerceant ſub pœna grauioris culpę. 408. 1. Sint ipſo facto dictis bonis contrafacientes priuati. ib. 2. Talia bona ad Ordinis commune depoſitum pertinent. ib. & 409. 4. Superiores illas exercentes, vel delinquentes non punientes, abſoluantur. 409. 3.

FF. Minores.

Charitatiue, & hilariter recipiantur, & ſecundum facultatem Conuentus procurentur. 409. 1. Pacem cum eiſdem Fratres noſtri habeant. ib. Celebretur Feſtum S. Franciſci, & memoria de eodem in tertijs ferijs fiat. ib. Miniſter Generalis eorundem poteſt ſuper ſilentium in menſa cum Fratribus noſtris ſecum comedentibus diſpenſare. 411. 2. Extra Refectorium tamen. 405. 10. In Dormitorijs noſtris ad iacendum poſſunt recipi. 411. 3. Decretum de Stigmatibus S. Catherinæ pro pace inter FF. Minores, & noſtros ſeruanda. ib. 4. Littera à Magiſtro Vmberto Generali Ord. noſtri, & Miniſtro Generali FF. Minorum ſuis ſubditis pro pace inter nos ſeruanda ſcripta. 415. Alia littera eiuſdem Magiſtri Vmberti quod Fratres noſtri non prædicent, niſi etiam FF. Minoribus prædicandi licentia ab Epiſcopis concedatur. 413. Quis author extiterit, vt in Vrbe in ſolemnitate S. P. N. Dominici PP. Minores officium in Eccleſijs noſtris ſolemniter celebrent, & in ſolemnitate S. Franciſci Fratres noſtri in eorum Eccleſijs eadem obſequia præſtent. 409. 1. Vbi ſequentia, ex Impreſſoris incuria omiſſa in fine eiuſdem numero 1. addenda ſunt.

Pro eadem igitur Fraterna charitate, qua SS. Patres noſtrorũ Sacrorum Ordinũ Fundatores inter ſe exarſere, in nobis filijs ſuis cõſeruãda, cum an. Dom. 1651. in Venerabili S. Mariæ de Aracœli Rom. Cœnobio illuſtriũ Virorum fœcũdo Seminario Generalia Comitia copioſa Fratrũ multitudine ditata celebrarentur, atq; in Generalẽ Magiſtrũ totius eiuſdẽ Seraphicæ Religionis ſummo Patrũ cõſenſu Reuerendiſſimus P. F. Petrus Manero Aragon. pietate, doctrina, regularis obſeruantię zelo, atq; in agendis dexteritate ornatus, fuiſſet electus, Reuerẽdiſs. P. N. Mag. Ord. F. Io: Baptiſta de Marinis, ſine prędeceſſorũ exemplo, in die Penteeoſtes, quę XXVIII. Maij contigerat, omniũ Fratrum noſtrorũ in Vrbe exiſtentiũ numeroſa corona ſociatus, cum Cruce, atq; Acolitis ad præfatũ Aracœlitanum Templum proceſſionaliter acceſſit, vbi ante eiuſdem fores ab eodẽ Generali Miniſtro erũpẽtibus hinc inde prę gaudio lacrymis, ad fraternos amplexus ſolẽniter fuit receptus, nobis quoq; omnibus ad manuũ oſcula admiſſis; quod factũ ſicut mutuę religioſę charitatis fuit nobis omnibus argumentũ, ita & Rom. Curię ſingularis pietatis extitit exẽplũ.

Minutio.

Minutio quater in anno fieri poteſt. 419. Quo tempore. ib. Minuti extra Refectorium cum ſilentio comedant. ib. 2. Pulmenta cum carnibus cocta, & ſagimine condita poſſunt comedere extra Refectorium. ib. 3. Poſſunt carnes quoque comedere ſi eorum debilitas id expoſcat. ib. 2.

Miſſæ.

Præmittatur illis Sacramentalis confeſſio. 419. 1. Sacerdotes ſaltem ſemel in ſeptimana ad ſacram Confeſſionem accedant ſub grauioris culpæ pœna. ib. 2. Non tamen ſacris veſtibus induti. ib. 3. Qui Miſſas ſunt celebraturi ſacras in Sacriſtia induant veſtes. ib. 4. Omnes PP. Sacerdotes in illis celebrandis diligentiam apponant. 419. 5. Quomodo debeant celebrari. ib. Nihil in illis, quod non ſit in noſtro ordinario notatum, apponatur. ib. 6. Nec celeriter, nec moroſè nimis dicantur. ib. 7. Kyrie *alternatim à celebrante, & ab inſeruiente dicatur. ib. Qui celebrant vbi aſſeruatur Corpus Chriſti ad ſiniſtrum Altaris cornu declinantes dicant,* Dominus vobiſcum. *ib. 8. Dum Sanctiſs. Chriſti Corpus manibus Sacerdotum tractandum erit, genua prius flectant ipſi. 421. 9. Omnes Fratres noſtri ſingulis diebus, vel celebrent, vel Miſſam audiant. ib. 11. Qui ſunt perpetuo impedimento celebrandi detenti, in generali Communione cum alijs Sac. Euchariſtiam ſumant. ib. 12. Deficientes à celebrando pœnitentiam in Refectorio faciant. ib. 13. Sacerdotes genua flectant ad illa verba,* Et Verbum caro factum eſt. *ib. 14. In fine earum dicatur Euangelium* In principio. *ib. 15. caueant Sacerdotes ne poſt ſumptionem Sanguinis ante digitorum abſterſionem, ablutionem ſumant. ibid. 16. In* Confiteor *ad verba*; & B. Mariæ *addatur* ſemper Virgini, *& ad illa* B. Dominico *addatur* Patri noſtro. *Et in Collecta D. Thomæ addatur,* atque Doctoris. 242. 17. *Miſſarum eleemoſynæ ad Conuentus ſpectant. ib. 19. Poſtremi 4. verſus ſequentiæ B. Dominici P. N. dicantur poſt Alleluia in eius votiuis Miſſis, & ferijs tertijs. ib. 422. ib. 18. perpetua Miſſarum onera quomodo ſint ſuſcipienda. ib. 20. Non detur benedictio in Defunctorum Miſſis. ib. 21. Suas Miſſas celebrandas nemini promittant Fratres, ſed pro Conuentibus, in quibus ſunt illas celebrent. 423. 23. In Sacriſtijs ſit aliquod Oratorium, in quo ſe Sacerdotes celebraturi recipere poſſint. ib. 22.*

Miſſæ Conuentuales.

In illis Credo *cantetur à Choro, & Cantoribus alternatim, non autem ab organo. 423. 1.* Gloria in excelſis Deo *à Choro, & organo cantetur. ib. 2. Ad illa verba,* Qui cum Patre, & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur. *Diſcooperto capite Fratres deuotius inclinent. 424. 3. Profetiæ*

ab

INDEX.

ab Accolitis, Epiſtola verò à Subdiacono cantentur cum ſacris veſtibus. ib. 4. & 5. Modus ſeruandus à Miniſtris in ſedendo. ib. 6. in ſingulis ſeptimanis Miſſa de B. Dominico cantentur. ib. 7. & 8. In Eccleſijs Sororum noſtrarum Conuentualis Miſſa ſingulis diebus celebretur. ib. 9. Ad illam omnes conueniant. ib. 10. Quæ ceremoniæ ſint in illis ſeruandæ. 425. 11.

Moniales.

Earum curam Ordini noſtro committendam nullus abſque Magiſtri Ord. licentia procurare audeat. 426. 1. Neque recipiat. ib. Quando autem illā recipere liceat. ib. Alterius Monaſterij, ſeu Ordinis Moniales, Priores recipere non præſumant ad habitum noſtri Ord. ib. 2. Nouitiæ per ſecreta vota recipiantur, tam ad habitum, quam ad profeſſionem. ib. 3. A quo ſint recipiendæ. ib. 4. & 5. Suas Conſtitutiones obſeruare tenentur. 428. 6. Sac. Chriſti Corpus intra Monaſterij Chorum non conſeruetur. ib. 7. Nullus ad eas ſine licentia accedat. ibid. 9. & 10. Superiores cum duobus socijs in earum Monaſteria ingrediantur in caſibus licitis. 429. 21. Ingreſſi verò in publicis locis permaneant. 430. 12. Qui in eadem abſque neceſſitate fuerint ingreſſi, grauioris culpæ, atque excommunicationis pœnam incurrunt. ib. 13. Grauiſſimè ſunt puniendi qui cum eiſdem amicitias contraxerint. ib. 14. Indumenta illis, neque cuſtodienda, neque conficienda neque abluenda tradantur. ib. 15. Iuuenes ad illas abſque neceſſitate non mittantur. 431. 16. Cum eiſdem Fratres non loquantur. ib. 17. Secularium cadauera in earum Eccleſijs non tradantur ſepulturæ. ib. 18. Quando Moniales ſepulturæ donantur, tantum neceſſarij Miniſtri pro illis ſepeliendis in earum clauſuram ingrediantur. ibid. 19. Priorisſæ incepta ædificia proſequantur. ib. 20. Monialibus Conuerſis nigrum velum non concedatur. 432. 22. Non recipiantur Monialium noua Monaſteria, in quibus ordinationes non conſuetæ in Ordine ſint obſeruandæ. ib. 22. Magiſtro Ord. eſt interdictum earum curam renuntiare abſque Generalis Capituli conſenſu. ib. 23. Puellæ in noſtris Monaſterijs pro educatione permanentes quibus veſtibus uti valeant. ib. 24. Pro defuncta Sorore dicant per octo dies ℟. Libera me Domine. ib. 25. In prætioſa poſt Matut. dicant lectionem de ſuis Conſtitutionibus. ib. 26. Sub excommunicationis pœna eſt omnibus interdictum in earum Monaſteria ingredi abſque neceſſitatis caſu. 433. 27. Conſuetas faciant Monialium Prioriſſæ Nouitijs proteſtationes ante earum profeſſionem. ib. 28. Miſſas Conuentuales habeant in ſuis Eccleſijs. ib. 29. Monialium Prioriſſæ ſuſpendi à Viſitatoribus, & Prouincialium Vicarijs, non verò abſolui, poſſunt. ib. 31. Ordinationes aliæ pro eiſdem Monialibus ex Clementis VIII. decreto factæ fuere, quæ in noſtro Ord. ſunt obſeruandæ. ib. 433. 1. & ſeq.

Moniales Tertiariæ.

Non recipiantur minores annorum 40. & niſi habeant ad victum, & veſtitum neceſſaria. 440. 1. Neque ſi non ſint bonæ famæ, & honeſtæ familiæ. ibid. 2. Et niſi ſe ad ſolemne votum obligent ſi in Monaſterio, vel communi domo viuant. ibid. Eiſdem maturi, & diſcreti confeſſarij à Superioribus præficiantur. 441. 3.

Mulieres.

Quando illis liceat in Clauſtra noſtra intrare. 441. 1. & 3. In alia vero Conuentuum noſtrorum loca non ingrediantur, neque ingredi permittantur. ibid. 2. Vbi ſunt mulieres, Fratres non ſe ſeparent ad inuicem. 442. 4.

Munera.

Superiores illa à ſubditis non recipiant. 442. 1. Contrafacientes grauiter, & tanquam proprietarij puniantur. ibidem. 2. Apoſtolica Clementis VIII. Conſtitutio ſuper hoc, atque eius declaratio, acceptatio, & moderatio facta ab Vrbano VIII. 443. ibid.

Muſica.

In noſtris Eccleſijs raro fiat. 443. 1. Muſicalia inſtrumenta in cellis non pulſentur. ibid. 2.

N

Negotia Secularia.

IN odioſis non ſe intromittant Fratres noſtri. 444. 1. Neque arbitria cauſarum, ſeu pignora ſuſcipiant. ibid. 2. Neque teſtamentorum executores fiant. ibid. 3. A ſuſcipiendis quoque legationibus abſtineant. ibid. 4. Commiſſiones à Summo Pontifice Fratribus data, Superioribus manifeſtentur. 445. 5. Nullus Epiſcoporum fiat Vicarius. ibid. 6. Neque Matrimonia pertractet. ibid. 7. Neque periculoſa, & ardua negotia. ibid. 8. Neque nouas litigioſas cauſas. ibid. 9. Neque mercimonijs aut lucris operam det. ibid. 10. In litigioſis negotijs nullus per ſe ipſum ante Iudices compareat. 446. 11. Fratres noſtri non inſtent pro beneficijs ſuis Conſanguineis impetrandis. ibid. 12.

Nomen Frater.

Proprio nomini ab omnibus anteponatur. 446. 1. Idem etiam Magiſtri, & Lectores obſeruent. ibid. 2.

Nouitij.

Non detineantur in Conuentibus, in quibus non ſunt nouitiorum domus. 446. 1. In ſingulis Prouincijs tales domus ſint. ibid. 2. Sint in Conuentibus principalioribus. 447. 3. Et in quibus vigeat regularis obſeruantia. ibid. A Septuageſima vſque ad Octauam Paſchæ non recipiantur ſi Patrum notabilis pars ſit in Concionibus habendis occupata. 448. 4. Natiui Conuentus illis veſtes præſtent. ib. 5. Maneant in Nouitiatu à communi dormitorio Fratrum ſeparato. ibid. 6. Nullus eiuſdem clauem habeat præter Magiſtrum, & Pedagagum, ibid. 7. Ad publica loca omnes ſimul accedant. ibid. 8. Cum eiſdem Fratres non loquantur. ibid. 9. Nullus in ſua cella eos retinere audeat ſub grauioris culpæ pœna. ibid. 10. In eorum educatione ſumma adhibeatur diligentia. 449. 11. In probationis anno in

ſtudijs non occupentur, excepto ſtudio linguarum. ibid. 12. Lectores eorum cum illis non loquantur neq; in gubernio ipſorum ſe immiſceant, ſed ſint Patres graues. ibid. 13. & 14. Viſitator eos bis in anno viſitet. ibid 15. Per Conuentum non diſcurrant. ibid. 16. Cum ſuis Magiſtris ex Conuentu exeant, ſtante tamen exeundi neceſſitate. ibid. Singuli proprium lectum habeant. 450. 17. Non ſunt ſine Patrum conſilio habitu Ord. priuandi. ibid. 18. Habeant aliquem qui eos grammaticam doceat ſi illam non calleant. ibid. 19. Sub cura Magiſtri vſque ad Sacerdotium permaneant. ibid. 20. Antequam profiteantur probationis tempus illis aſſignetur quod erit vnius anni. ibid. 21. & 22. Tale tempus poteſt aliquibus prolongari. 451. 23. Id tamen per ſex tantũm menſes fiat. ibid. Pſalmodia, & officio diuino ſtudeant diligenter. ibid. 24. Inſtruantur in ceremonijs Ord. Rubricis noſtris, & cantu chorali. ibid. 25. Inſtruantur quoque in Orationis, ac confeſſionis exercitio. ibid. 26. In Epiſtolis quoque D. Pauli addiſcendis. ibid. 27. Pro ipſis induendis nihil recipiatur. ibid. 28. Stante vero Conuentus neceſſitate aliquid pro victu, & veſtitu tantum recipi poterit. ibid. 29. Qui in prouecta ætate conſtituti, dum ad Ordinem accedunt, aliquid ſecum pro Conuentu detulerint, illud vſque ad emiſſam ab ipſis profeſſionem ſideliter cuſtodiatur, nec conſumetur. 452. 30. Veſtes eorum non alientur in anno probationis, neque ad longinquas partes mittantur. ibid. 29. Nouitijs ad ſeculum redire volentibus libere concedatur exeundi facultas redditis eiſdem quidquid ſecum ad Ordinem detulerint. ibid. 31. In anno probationis Religio eſt libera in eos expellendo, & illi in habitu Ordinis relinquendo. ibid. 32.

O

Obedientia.

INobedientes cum manifeſta rebellione grauioris culpæ pœnæ ſubijciantur. 453. 1. Eandem pœnam præceptorum tranſgreſſores incurrunt. ibid. 2. Eadem quoque puniendi ſunt, qui aſſerere voluerint ſuos Priores non eſſe Priores. ibid. 3. Omnes debitam exhibeant obedientiam ſuis Prælatis. ibid. 4. Contrarium verò facientes grauiter puniantur. ibidem. Magiſtro Ordinis vnuſquiſque promptam præſtet obedientiam. 454. 5. In his quæ ſunt contra Diuinam, ſeu noſtram legem, non tenemur Superioribus obedire. ib. 6. Quando tranſgreſſores obedientiæ Prælatorum mortaliter peccent. ibid. 7.*

Obſeruantia Regularis.

Superiores illam in ſubditis ſuis promouere tenentur. 454. 1. Superiores, qui Conſtitutionum noſtrarum tranſgreſſores fuerint, grauiter puniantur. ibid. 2. Superiores pro obſeruanti a ſouenda à Chori, & Refectorij ſequela non ſe abſentent. ibid. 3.

Officium Diuinum.

Dicatur tam Nocturnum, quàm Diurnum diſtinctè, & ſuccinctè in omnibus noſtris Conuentibus. 455. 1. Ad illud dicendum omnes Fratres tenentur. ibid. 2. Illud ommittentibus quæ nam pœna debeatur. ibid. Illius ordo non immutetur. ibid. 3. Deficientibus à matutinis tàm de B. V. quàm de tẽpore quæ pœna imponatur. ib. 4. Ad Completorium omnes tenentur accedere. ibid. 5. Ad cæteras horas pariter omnes tenentur accedere exceptis de Iure exemptis. 456. 6. et 7. Ad Salue Regina *omnes nemine excepto accedant, in cuius fine cantentur illa verba.* O dulcis Virgo Maria, *& ad illa* Et Ieſum Benedictum, &c. *omnes genua flectant 454. 5. & 457. 8. 9. Indulgentia conceſſa à Paulo V. ijs, qui præfatæ Antiphonæ, dum poſt Completorium dicitur, interfuerint. ibid. ſub num. 9. Dicantur Litaniæ de SS. dum fit Officium de Feria. ibid. 10. Cantetur in Conuentibus, in quibus eſt ſufficiens Fratrum numerus. ibid. 11.*

Officium B. Virginis.

Audito primo ſigno ſurgant Fratres, & ſtando illud dicant. 458. 1. Dicatur Matutinum in Dormitorio, Horæ verò in Choro. ib. 2. Dicatur ante Matutinum de tempore, & reliquæ horæ pariter antè horas de tempore, Completorium vero dicatur poſt Completorium de tempore. ibid. 3. In Dormitorijs ſit Altare B. Virginis, antè quod Matutinum dicatur. 459. 4. Non dicatur alibi. ibid. 5. Omnes ad illud conueniant. ibid. 6. Deficientes autem puniantur. ibid. 7. Dicatur cum pauſa, & diſtinctè. ibid. 6. In ſalutatione Angelica addatur in fine Ieſus. *ib. 9. In fine, & in principio omnium horarum dicatur* Aue Maria. *ib. 10. Quando Feria 3. fit Officium de B. Dominico ommitatur in officio B. Virginis Memoria eiuſdem S. P. N. 460. 11. Quando ſit omittendum in Choro. ib. 12. Indulgentia à Pio V. conceſſa illud recitantibus, quando non tenentur. ib. 13.*

Officium Defunctorum.

Semel in ſeptimana illud dicere tenentur FF. noſtri. 460. 1. Ab illo in Choro perſoluendo nullus eſt exemptus. 461. 2. Quando Dominicis diebus poſt prandium dicitur, non propter hoc Nona ante prandium eſt dicenda. ibid. 3. Indulgentia à Pio V. conceſſa illud, quando non tenentur, recitantibus. ib. 4.

Officium S. Thomæ Aquinatis.

In Conuentibus, vbi vigent ſtudia, omni Feria quarta non impedita dicatur. 462. 1. In Collecta eiuſdem dicatur atque Doctoris. *ibid. 2. Feſtum illius cum octaua ſolemni celebrètur. ibidem 3.*

Oratio mentalis.

Singulis diebus bis in Choro habeatur. 462. 1. Quanto tempore. 463. 2. Puniantur Prælati qui in determinato tempore diſpenſauerint. 464. 3. Habeatur etiam annua decem dierum Recollectio. ibid. 4.

INDEX.

Ordinandi.

Cum Prouincialis facultate exponantur, 464.1. Qui ſine Ordinis licentia Ordines ſumpſerint Carceri deputantur. 465.2. Qui in Apoſtaſia fuerint Ordinati; vel excommunicati celebrauerint, executione Ordinum in perpetuum ſint priuati. ibid.3. Nouitij ante Profeſſionem non ordinentur. ibid.4. Neque Iuuenes Eccleſiaſticum Cantum, ſeu offitium dirigere neſcientes, neque Fugitiui. ib.5. et 6. Hoſpites ad ſuſcipiendos Ordines non exponantur. ib.7. Nullus conſenſum præbeat, vt aliquis antè ætatem legitimam ordinetur. ib.8. Qui non fuerint moribus, & ſcientia ornati, non mittantur ad ſuſcipiendos Ordines. 466.9. Ordinandi examinentur, & per vota ſecreta approbentur. ib. 10. Nullus ordinetur ſacris ordinibus qui non benè Grammaticam calleat. 467.11. Ætas ordinandorum. ib. 12. Quot anni Profeſſionis requirantur in ordinandis Ordinibus ſacris. 468. 13. Ordinati habeant litteras teſtimoniales ſuſceptorum Ordinum. ib.14. Non niſi aſſignati in Prouincia, à Priore Prouinciali, & aſſignati in Conuentu à Priore Conuentuali exponantur Fratres pro Ordinibus ſuſcipiendis. ib.15.

Ordinationes Capitulorum.

Poſſunt Capitula Generalia ordinationes perpetuas facere. 468.1. Quoad vim præcepti, & Cenſurarum cum ipſis expirant. 469.2. Pro vita Capituli quid intelligatur. ib. Prælati omnes à multitudine Præceptorum, & Ordinationum abſtineant. ib. 3. Obſeruandæ ſunt ab omnibus. ib.4. Quę fiunt à Viſitatoribus perſeuerant durante auctoritate eorum, à quibus mittuntur. ib. 5. Ordinationes omnes auctoritate Apoſtolica roborata à Superioribus factæ, fuerunt redatæ ad terminum conſuetarum ordinationum. ib. 6. In ſingulis Conuentibus habeatur liber ordinationum Capitulorum. 470.6. Omnes, & maximè, quæ ad honeſtatem, & vtilitatem Ordinis ſpectant, obſeruentur. 471.7. Quater in anno ad minus legantur publicè in quolibet Conuentu. ib. 8. Illarum tranſgreſſores puniantur. ib.9. Quę ad Conuerſos ſpectant ab eorum Magiſtro illis exponantur. ib.10.

Organa.

Illorum vſus fuit aliquando ab Ordine eliminatus, modo autem permittitur in Eccleſijs noſtris. 471.1. Quando ſint pulſanda. ibidem, & num. 2. 3. 4. Iuuenes in illis exerceantur. 472. 5.

Oleum Sanctum.

In Eccleſijs, vel Sacriſtijs noſtris cum inſcriptione appoſita, non autem in Tabernaculo SS. ſeruetur. 473. 1.

Oſtiarius Conuentus.

In omnibus Conuentibus ſit. 473. 1. Inſtituatur autem, vel Sacerdos, vel Conuerſus. ibidem.

P

In Paraſceue.

Per totam diem in Pane, & Aqua abſtinemus. 474.1. Non diſpenſetur cum ſanis, vt vinum bibant. ib.2. Ad Crucis adorationem omnes nudis pedibus accedant. ib.3.

Patres Prouinciæ.

Qui nam ſint. 474. 1. Nullus inſtituatur, niſi de iure talis titulus ei debeatur. ib. 2. Petitiones Prouinciarum ab illis fiant. 475. 3. Communes litteras non ſubſcribant abſque eo quod benè conſiderent quæ in illis continentur. ib.4.

Paupertas.

Qualis fuerit in Ordinis Primordijs. 475. 1. Sixtus IV. eum Ordine noſtro diſpenſauit, vt annuos redditus habeant Conuentus, quorum bona non poſſunt alienari. ib. Quorum licentia requiratur ad tales alienationes faciendas. id. FF. noſtri vbi ſunt, panem oſtiatim petant. 476. A cellis omnes ſuperfluitates amoueantur. ib. 3. Et etiam à veſtibus. ib. 4. Coclearibus aureis, vel argenteis nullus vtatur. ib. 5. Neque vaſis aureis, vel Eccleſiaſticis veſtibus pretioſis particularibus. 477. 6. & 7. Superiores in his, quæ ad paupertatem ſpectant, ſe exemplum alijs prębeant. ib. 8. Qui non habent animum ponendi cuncta ad Prelatorum ſuorum pedes, ſunt in damnationis ſtatu. id. 9.

Pecunia.

Qui illam receperint ſuis Prelatis de eadem rationem reddant. 447. 1. Euntes ad prædicationis officium exercendum tantum neceſſariam portabunt pro victu, & itinere; & qui aliquid ibidem acceperit, cum redierit, ſuo Prælato præſentabit. 478. 2. Superiores à ſuis ſubditis Conſtitutionem de pecunia non portanda obſeruari faciant. ibid. 3. Sine eorum autem licentia non recipiatur. ibid. 4. Qui illam à quocumque receperint ſub quocumque titulo, infra 24. horas ſuis Prælatis exhibere tenentur. ibid. 5. Non expendatur abſque proprij Prælati licentia. 479. 7.

Percuſſores.

Grauioris culpæ pœna puniantur. 479. 1. Non abſoluantur qui enormiter aliquem percuſſerint, niſi prius P. Prouincialis admoneatur. ib. 2. Sunt ab aliorum conſortio ſequeſtrandi. 480. 3. Qui gladium pro cuiuſcunque percuſſione euaginauerint, carceribus puniantur, etiam effectu non ſubſequuto. ib. 4. Grauis percuſſionis abſolutio à Superioribus reſeruari poteſt. ib. 5.

Petitiones.

Petitiones Generalibus Capitulis, à Prouincijs, & Prouincialibus à Conuentibus offerantur. 480. 1. A quibus ſint faciendæ, quæ ad Prouincias ſpectant. ib. 2. & 3. In intermedia Congregatione non poſſunt fieri. 481. 4. Prouinciæ pro Graduatis ſupra numerum illas facere non poſſunt. ib. 5.

Pœ-

INDEX.

Pœnæ Ordinis.

Regula & Conſtitutiones obligant nos ad pœnam non verò ad culpam. 481.1. Quomodo ſit hoc intelligendum. ib. Pœna alia dicuntur Leuis, alia Grauis, alia verò Grauioris culpæ dicuntur. ib. 2. Poſſunt Conſtitutionum tranſgreſſores declarare ſe ipſos in illarum pœnas incurſos. ib. 3. Nullus Superior poteſt ſeipſum declarare à proprio officio abſolutum. 482.4. Pœnæ priuatæ cum clauſula ipſo facto ſola facti declaratione incurruntur. ib. 5. Talionis pœna, qui ſint puniendi. ib. 6. Qui pœna alicui improperauerint puniantur. ib. 7. Quæ imponuntur, adimpleantur. ib. 8. Superiores taxatas in Conſtitutionibus inſligant tranſgreſſoribus illarum. ib. 9. Nulla poteſtate aliquid prohibeatur ſub pœna quod à ſuis peccatis abſolui non poſſint tranſgreſſores. 483.10.

Poſtulationes.

In electionibus Prouincialium, & Priorum fieri poſſunt. 483.1. Qui ſufficienter in Priores poſtulantur, poſſunt confirmari. ib. 2. In ſcrutinio electionis apponantur, ſi fiant. ib. 3. Exprimantur nomina poſtulatorum, & numerus poſtulantium. ib. 4. In decreti electionis formatione unnquam dicatur poſtulo, ſed eligo, &c. ib. 5.

Præcepta.

In Regula nulla continentur. 484.1. Poſſunt illa Prælati facere. ib. 2. Raro tamen fiant. ib. 3. & 4. Inſtante verò neceſſitate Prælati illa facere debent, cum conſilio diſcretorum. ib. 5. & 6. In ira illa non faciant, facta tamen valeant. ib. 7. Quæ à Capitulis Generalibus, & Magiſtris Ord. fiunt, cum ipſis expirant. 485.8. Tranſgreſſores illorum qualem pœnam incurrant. ib. 9. Viſitatorum præcepta quanto tempore obligent. ib. 10.

Prædicatores.

Fratres noſtri Prędicatores vocentur. 485.1. Nullus ad prædicationis officium aſſumatur infra 25. annos. ib. Et niſi ſit idoneus, & ſcientia præditus, atq; approbatus. ib. 2. et 3. Nullus Prędicatoris titulo gaudeat qui Artium curſum nō compleuerit, & Theologiam tribus annis audierit. 485.4. Qui non ſunt Sacerdotes nullibi prædicent. ib. 5. In quacunque Prouincia ſit determinatus Conuentus pro illis inſtruendis. ib. 6. Nullus prædicare audeat ſine Epiſcopi licentia. 487.7. Carcerali cuſtodiæ tradantur, qui in publica prædicatione Sum. Pont. diffamauerint. ib. 8. Grauiter quoque puniantur, qui Prælatis Eccleſiarum, & Principibus, &c. detraxerint. ib. 9. Contradicentibus Epiſcopis Fratres non prædicent. ib. 10. Admoneant populos, vt ſuis Paſtoribus debitum honorem præſtent. ib. 11. Contra hæreticos conſtanti pectore clament. ib. 12. A fabulis, &c. abſtineant. 448.13. Scandaloſa prędicantes, ſeuerè puniantur. ib. 14. In Conceptionis B.V. feſto de laudibus eiuſdem tractent. ib. 15. Dari, vel colligi pecuniam pro ſe ipſis, vel Conuentibus non præſumant. 489.16. & 18. Nullus quæſtuarias Bullas prædicet. ib. 17. Prædicatoribus, ex Conuentibus Obſeruantiæ nullum detur ſtipendium ib. 19. Receptas eleemoſynas ſuis Superioribus quantocius conſignare tenentur. ib. 20. Qui à carnibus abſtinere non poſſunt in quadrageſima, non prædicent. 490. 21. Prædicatoribus noſtrarum Eccleſiarum detur locus honorabilis inter Fratres. ib. 22. Soli noſtri Fratres in Eccleſijs Ord. prædicent in Aduentu, & Quadrag. ib. 23. Feſtiuis diebus conciones in illis habeantur. ib. 24. Qui per decennium prædicauerint, inter Patres à conſilijs computentur. ib. 25. Conſuetum Euangelium omnes prædicabunt. ib. 26. Nullus ſibi ad concionandum locum procurabit. ib. 27. Prædicatores annuales ſunt ab hebdomadaria diſpenſati. 491.28. Deuotionem SS. Roſarij promoueant. ib. 29. Prædicatoris officium non committatur niſi ijs, qui prius in Refectorio prædicauerint. ib. 30. Nullus in prædicationis munere Epiſcopis inſeruiat abſque Superiorum Ord. licentia.

Prædicatores Generales.

Eorum titulus eſt in Ordine antiquiſſimus. 491.1. Eorum nomine intelliguntur etiam in Conſtitutionibus Magiſtri in Theologia. 492. ſub eodem num. 1. A quibus poſſint inſtitui. ib. & 3. & 4. Nullus Diffinitor poteſt ſe inſtituere, etiam cum aliorum duorum aſſenſu. 493.5. Eorum inſtitutio in Actis Cap. ponatur. ib. 6. Vt voce gaudeant, in ſuis Prouincijs acceptentur. ibidem 7. Quæ conditiones ad eorum inſtitutionem requirantur. 495.8.10.11.12.14. & 15. Conuentuum numerum non excedant. ibid. 9. Inſufficientes pro non Prædicatoribus habeantur. ibid. 13. Nullus poſtuletur in Prædicatorem Gen. qui legitimos actus non fecerit. 496.15. & 17. Neque qui Apoſtauerit. ib. 16. Baccalaurei non inſtituantur Prędicatores Generales. ib. 18. Qui omnibus gratijs Ord. priuantur, etiam Generali Prædicatura priuati cenſeantur. ib. 19. Qui ſunt Suppriores ad Prouincialia Capitula poſſūt accedere. 497.20. Habent vocem in Patrum Conſilio. ib. 21. Supra quos. ib. Pro determinatis Conuentibus inſtituentur. ib. 22. In eiſdem permaneant ſi voce gaudere optant. ib. & 23. Si plures in eodem Conuentu fuerint aſſignati, extra caſus exceptos, antiquior tantum vocem conſequetur. ib. 23. Qui à Capitulis Prouincialibus ſe abſentant, ſuo munere priuentur. 498. 24. In illis tantum Prouincijs, pro quibus ſunt inſtituti, tali munere fungantur. ibidem 35.

Prælati Eccleſiarum.

Ab eorum offenſis carnere debemus, ipſorumque ſententias obſeruare. 498. 1. Exhortentur populos ad eorum venerationem. ib. 2. Illorum iuriſdictionem ſeruent. ib. 3. Omnes, tam Superiores, quam ſubditi eos venerentur. 496.4. Lites cum eis non habeant. ibid. 5. & 6. Legatorum Apoſtolicorum decreta exactiſſimè obſeruentur. ibid. 6.

Prælati Ordinis.

Quæ conditiones in illis requirantur. 499.1. Se ſubditis ſuis virtutum exempla exhibeant. 500. 2. Re-

2. Regularem obſeruantiam promoueant. ib.3. In imponendis pœnitentijs maximè in his, quæ ad honeſtatem ſpectant, ſint ſeueriores. ib.4. Nihil à ſubditis recipiant. ib.5. Illis præcepta facere poſſunt. ib.6. Excommunicationes ex maxima cauſa tantum ferant. ib.7. Confeſſionum notitia nullo modo in regimine ſubditorum vtantur. ib.8. Si Conuerſos, vel Tertiarios ad clericalem habitum ſine Magiſtri Ord. licentia receperint, abſolutionem à ſuis officijs, perpetuamque paſſiuæ vocis priuationem incurrunt. ib.9.

Præſentati.

Non poſſunt inſtitui Prædicatores Generales. 501.1. Pro gradu, & forma per quatuor annos legere tenentur. ib.2.

Præſidentes Conuentuum.

Aliorum Ordinum Profeſſoribus auctoritatem ſuper noſtros Fratres committere non poſſunt. 501.1. Pontificias Bullas Capitulorumque Generalium Acta in vnum collecta apud ſe habere tenentur. ib.2.

Priores Conuentuales.

Infra ſpatium trium horarum receptis ſuæ confirmationis litteris Prioratum acceptare, vel recuſare tenentur, & in eiſdem litteris diem, & horam ſuæ acceptationis adnotare. 502.1. Ab acceptationis die eorum tempus ſumatur. ib.2. Qui poſt ſeptuageſimam ſuum tempus complent vſque ad futurum Capitulum Prouintiale in ſuo munere perſeuerent. ibid.3. Durante eorum officio, ſi in Conuentibus illis aſſignentur, in futura electione voce non gaudebunt. ib.4. Qui ſua culpa ſufficientē Fratrum numerū nō alunt ad Prouincialis electionis non admittūtur. ib.5. Litteræ patentes confirmationis eorundem in publico legantur. 503.6. Locum vbique habent ſecundum proprij Conuentus antiquitatem. ib.7. De Conſilio Patrum poſſunt in ſuo Conuentu Suppriorem inſtituere. ib.8. Non poſſunt alijs facultatem recipiendi aliquem ad profeſſionem, vel habitum, concedere. ib.9. Capitulum de culpis habeant. ib.10. Germani Fratres ſibi inuicem non poſſunt in tali munere ſuccedere. ibid. 11. Si in Prouinciales eligatur, ſtatim ac fuerint confirmati, à prioratu abſoluti intelliguntur. 504. 12. In Conuentibus Priore deſtitutis non poſſunt Prouinciales Fratrum vocalium mutationes facere. ib.13. Non poſſunt ſibi ſubditos ad aliarum Prouinciarum ſtudia mittere. ib.14. De ocurrentibus grauioribus rebus Prouinciales admonere tenentur. ib.15. Quando eorum inſtitutio ad Prouinciales deuoluitur, tenentur hi infra tres menſes illos inſtituere, alias talis electio ad Magiſtrum Ord. deuoluetur. ib.17. Si autem qui inſtituuntur tale munus ſubire recuſauerint, ad inſtitutionem iterum electio deuoluetur. 505. 18. Si aliquis à Prioratu hoc abſoluatur, vt in alio Conuentu eligatur, ſi talis electio non ſubſequitur, nulla cenſenda eſt facta abſolutio. ib.19. Si eligantur in Diffinitores, vel illorum ſocios ad Capitula cum retentione ſui muneris pergere poſſunt. ibid.20. Vltra dictam itinera abſque Prouincialis licentia non ſuſcipiant. ibid.21. Circa Studiorum promotionem inuigilent. ib.22. Ad ſcholas, non impediti, accedant. ib.23. Si ad ſuſpecta loca acceſſerint, carceris pœnam ſuſtinebunt. ib.24. Vicarios domorum, cum ad eas declinant, præcedunt. 506.25. Non ſint ſimul Priores, & Lectores actuales. ibid. 26. Inquiſitores in Priores non eligantur. ibid. 26. Non ſint faciles in dando licentia Fratribus ex Conuentu exeundi. ibid.28. Inferendis cenſuris, & præceptis lento pede incedant. ib. 29. In eodem Conuentu ineligibiles ſunt ante completum duorum aliorum Priorum tempus tranſactum. ibid. 30. A ſuis ſubditis omnium bonorum inuentaria ſingulis annis exigant. ib.31. In termino ſui officij coram PP. reddant ſuæ adminiſtrationis rationem. ibid.32. Terminato ipſo, intelliguntur aſſignati in Conuentibus quorum ſunt filij. 507.33. Si in eodem munere moriantur omnia eorum bona ad originales Conuentus deuoluentur. ibid.34. Prouincialibus debitam reuerentiam, & obedientiam exhibeant, neque eorum auctoritatem ſibi vſurpent. ibid.35. Pecunias Conuentuum nec recipiant, nec expendant. ib.36. Si in eadem Ciuitate ſint duo Conuentus noſtri Ord. Fratres vnius à Priore alterius in proprio Conuentu non detineantur abſque illius Prioris licentia. ib.36. Dum ſunt infirmi, in communi infirmaria procurentur. ibidem 38.

Priores Prouinciales.

Eandem in ſuis Prouincijs conſequuntur auctoritatem, quam Magiſter Ord. habet in Ordine. 508.1. Priores Prouinciales vbique præcedunt. ib. 2. Suas Prouincias viſitare tenentur. ib. 3. Priorum auctoritatem neque auferant, neque coarctent. ib. 4. Suarum Prouinciarum reformationi dent operam. 509. 5. Fratribus victum, & veſtitum tribuant. ib.6. Inuigilent in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, & Refectorij frequentiam, atque Monialium amicitijs à ſibi ſubditis eliminandis. ib.7. & 8. Contributiones, neque augere neque imponere audeant. ib.9. In Conuentibus debito vocalium numero deſtitutis Priores inſtituere debent ibid. 10. Voto Patrum in Priorum confirmationibus vtantur. 510.11. Socios habeant optimos. ibid.12. Longam in Conuentibus moram non trahant dum viſitant. ib.13. Moderatæ pro ipſis fiant expenſæ à Conuentibus. 511.14. Bis eodem anno Conuentus non viſitent. ib.15. Habeant Regeſtum, in quo eorum acta adnotentur. ib. 16. De grauioribus negotijs Reuerendiſſimum admoneāt. 16.17. Informationē ſuis ſucceſſoribus de ſtatu ſuarum Prouinciarum relinquant. ib.18. Prouincialium Capitulorum Acta ad Magiſtrum Ord. ab eodem approbanda, mittant. 512.19. Quando aliquis ad legendum pro gradu Magiſterij fuerit deſignatus, de ea re Reuerendiſſimum admoneant. ib.20. Eorundem electionis ſcrutinium ad Magiſtrum Ord. per Tabellarios mittatur. ib.21. Non debent in eadem Prouincia reaſſumi ante quatuor an-

I N D E X.

nnos, vel octo reſpectiuè, ſi eorum officia ſint biennalia, vel quadriennalia. ib.22. In cellis non comedant. 513.23. Terminato proprio munere, etiam cum abſolutione, locum ſuper omnes in illis Prouincijs habeant. ibid.24. Dum in ſuis Prouincijs ſunt, nec Priores, nec Lectores in Vicarios ſuos eligant. ibid.25. A die electionis proprij muneris tempus exordium ſumit. ibid.26. Si à Diffinitoribus Cap. Prouinal. illis omnis auctoritas conferatur, nō propter hoc poſſunt aliquem à pœna grauioris culpæ abſoluere, atque alia, quæ de iure Prouincialibus non competunt, exequi. ib.28. Si Magiſtri Prouinciarum fuerint dum aſſumuntur, ſuper omnes alios Magiſtros locum obtinere debent. ibid.28. Talem verò locum non conſequuntur qui creantur, ſeu acceptantur in Magiſtros dum ſunt in tali munere. ib.29. Non poſſunt Diffinitores illis facultatem impartiri immutandi Acta Capit. Prouincial. ib.30. Neque poſſunt Prouinciales propria authoritate ea, quæ in eiſdem Capit. fuere mandata reſcindere. 514.31. Non eligantur in Diffinitores Capit. Generalium, neque eorundem ocios. ib.32. Poſſunt ex neceſſitate aliquem ad Romanam Curiam mittere. ib.33. Nullum ob quamcumque cauſam ex ſuis Prouincijs eijciant. ib.34. Iuuenes temerarios grauioris culpæ pœnę tradant. ib.35. Fratribus ſine ſocijs exeūdi extra Ciuitates, vel oppida, licentiā non concedant, maximè Iunioribus. ib.36. Germani Fratres non poſſunt in Prouincialatus munere ſibi ſuccedere immediatè. 37. Liber eſt Fratrum ad eos recurſus. ib.38. Si in viſitationibus Fratrem bonis ſibi conceſſis priuauerint, talia bona ad originalem eius Conuentum ſpectant. 515.39. Nullo modo Fratres ad electiones inducant. ib.41. Quando à Fratrum mutationibus debent abſtinere. ib.42. Eligendos electoribus non proponant ſine ſpeciali neceſſitate. ib.43. Ante terminationem menſis electionis tenentur vocales de electione facienda admonere. ib.44. Ad Generalia Capitula accedant. ib.45. Inſtituant Vicarios dum ex ſuis Prouincijs diſcedunt. 516.46. Fugitiuos in ſuis Prouincijs non recipiant. ib.47. Diſcolos in paruis Conuentibus non collocent. ib.48. Vicarios ſupra Priores non inſtituant. ib.49. Cenſuras non niſi ex grauiſſima cauſa proferant. ib.50. Electionum Vicarios non mittant niſi ſtante neceſſitate. ib.51. Miſſis Viſitatoribus qualem auctoritatem concedunt, in litteris patentibus exprimant. 517.52. Interiora Fratrum veſtimenta ſcrutentur. ib.53. Titulares Prouinciales, præter ſocios Magiſtri Ord. non inſtituantur. ib.54. In termino ſuorum officiorum coram Diffinitoribus propriæ adminiſtrationis rationem reddant, & etiam de datis, & acceptis. ib.55. & 56. Confeſſarium ſibi eligere valent. 518.58. In Conuentibus ſit aliqua camera determinata pro ipſis. ib.59. Sint in ſuo munere quadriennales, niſi contrarium Apoſtolicum priuilegium obſtet. ib.60. Poſſunt cum ſibi ſubditis, etiā ſi requiſitum in Religione tempus non cōpleuerint, diſpenſare pro S. Ord. ſuſcipiēdis. 519.61

Priuatio Habitus.

Nullus eſt Ordinis habitu priuandus niſi ſit in iudicio conuictus, & confeſſus. 519.1. Priuatis illo non computetur ad antiquitatem in Ordine tempus quo ſine illo fuerint. ib.2.

Priuilegia Ordinis.

Nullus audeat alicui priuilegio noſtro Ordini conceſſo renuntiare ſub grauioris culpæ pœna. 519.1. Nullæ fiant pactiones noſtris priuilegijs aduerſantes. ibid.2. Bullæ Pontificiæ in fauorem Ordinis conceſſæ in Conuentibus habeantur. 520.3. Archiuia ſint in illis pro eiſdem conſeruandis. ib.4. & 5.

Proceſſus.

Cuſtodiantur. 520.1. Defunctorum verò comburantur. ib.3. In illis formandis ſummariè procedatur. ib.2.

Procurator Ordinis.

Eius inſtitutio antiqua eſt in Ordine. 521.1. Poteſt Fratres ad Curiam vocare pro negotijs ad ſuum munus ſpectantibus. 522.1. Soluantur eidem ab omnibus Prouincijs contributiones, & quę. 524.10. Soluantur quoque eidem expenſæ pro negotijs expediendis. 522.2. Nullus negotia aliqua in Romana Curia ſine eius licentia tractare præſumat. ib.3. Qui ad Romanam Curiam pro negotijs accedunt, illa eidem manifeſtare ſtatim tenentur. 523.4. Tractari non poſſunt negotia, nec etiam per Procuratores extraneos ipſo inſcio. ib.5. Apoſtolicas nouas ſanctiones ad Ordinem ſpectantes in ſingulas Prouincias tranſmittat. ib.6. Non debet inſtitui Generalis Vicarius. ib.7. Eius inſtitutio ad Magiſtrum Ord. ſpectat. 524.8. Expenſæ pro litteris illi ſoluantur. ib.9. Religio eidem tenetur ſupplere, ſi ſuas contributiones exigere non valeat, vel ſpeciales expenſas pro Ordine facere debeat. ib.11. Quoſcumque alios inſtitutos Procuratores pro negotijs Ordinis tractandis poteſt, ne tale munus adimpleant, impedire. ib.12.

Procuratores Prouinciarum.

Poſſunt Prouinciales cum Diffinitoribus illos ad Romanam Curiam mittere. 525.1. Etiam Prouinciales ſoli duos mittere poſſunt. ib.2. Inſtitutos quoque à Curia reuocare. ib.3. Vicarij Prouinciales poſſunt in caſu neceſſitatis Procuratorem ad eandem mittere. ib.4. Tenentur tamen, tam ipſi, quam Prouinciales de talis neceſſitate miſſionis Reuerendiſſimum admonere. ib.5. Tales Procuratores ſic miſſi in Vrbem non ingrediantur ſine eiuſdem Magiſtri Ord. licentia. 526.6. Extra caſum neceſſitatis huiuſmodi Procuratores non mittantur. ib.7. Mittantur cum ſocijs ſi vltra menſem in Curia permanere debeant. ib.8.

Profeſſio.

Quid requiratur ad hoc vt aliquis ad profeſſionem admittatur. 526.1. & 7. Per duos menſes ante illam examinentur admittendi. 527.2. Quando probationis annus, qui profeſſionem præcurrere debet incipiat. ib.3. Si ante 16. annum emittatur, erit nulla. ib.4. Eis qui ante 14. annum completum

habi-

Digitized by Google

INDEX.

habitum ſumpſerint ſuperaddantur tres menſes vltra probationis annum. ib.5. Ante illam de debitis ſe Nouitij expediant. ib.6. In eorum renunciationibus ſeruentur decreta Concilij Trid. ib.8. Inſtante illa vocetur Nouitius & proteſtetur eidem à Priore quod eſt liber ſi velit ex Ordine exire. ib.9. In particulari libro vniuſcuiuſque profeſſio cum annotatione diei, & anni adnotetur. 529.10. Recipiendis ad eandem fiat proteſtatio quod tenebitur ab obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum noſtrarum ſimpliciter. ib.11. Fiat etiam proteſtatio eiſdem quod profeſſio nulla erit ſi occultum impedimentum graue habeant. ib.12. Propriæ profeſſioni ſinguli ſe ſua manu ſubſcribãt. 530.13. Veſtes in illa benedicantur. ib.14. Locus eorum qui inualidam profeſſionem emiſere, qualis ſit. ib.15. Vnuſquiſque remanet filius illius Conuentus pro quo fuit indutus. ib.16. Aliorum Ordinum profeſſi inter noſtros non recipiantur. ib.17. In profeſſionis forma dicatur B. Mariæ, & B. Dominico. *ib.18. Atque Magiſtri Ord. nomen exprimatur. ib.19. Neque Suppriores, neque Vicarij poſſunt ad profeſſionem aliquem recipere. 531.20. Omnes ad illam per ſecreta vota recipiantur. ib.21.*

Proprietas.

A Fratribus noſtris ſit eliminata. 531.1. Qui non habent promptum animum ponendi omnia ad Prælatorum ſuorum pedes, ſunt in æternæ damnationis ſtatu. ib.2. In hoc vitio decedentes, Eccleſiaſtica ſepultura priuentur. ib.3. Fratrum proprietariorum bona ad commune Ordinis depoſit. pertinent. ib.4.

Proteſtationes.

In electionibus debito modo fieri poſſunt. 531.1. A Præſidentibus Capitulorum fiant, quod non intendant excludendos admittere, neque admittendos excludere. 532.2.

Q

Quæſtus.

INtra proprios terminos fiant, extra verò illos, non. 532.1. & 2. Contrarium facientes bonis priuentur. 533.3. Officium ſuum Quæſtuarij alijs non committant. ib.3. Bullas Prædicare, & quæſtus facere ſine Magiſtri Ord. licentia nullus præſumat. ib.4. Prædicatores illos pro ſe ipſis, vel pro domo non faciant. 534.5. Non poſſunt Fratres ab Epiſcopis, ne quæſtus faciant, impediri. ib.6. Quæſtuarij delinquentes ab illis Superioribus corrigantur intra quorum terminos deliquerint. ib.7.

Quindennia.

Conuentus quindenniorum ſolutioni obligata aliquam pecuniæ ſummam in depoſiti arca reponant pro ipſis ſoluendis. 534.1. Modus quo hoc fieri debeat. ib.

R

Raſura.

FIat prout Religioſos decet. 535.1. Vniformes in capillorum tonſura ſint omnes, circa quod Superiores inuigilent. ib.2. Capillorum tonſura vſque ad aurium ſumitatem tantum deſcendat. ib.3.

Ratiocinia Conuentuum,

Singulis menſibus habeantur coram Patribus. 535.1. In illis manifeſtentur debita Conuentuum, quibus debeantur, & quid: manifeſtentur quoque qui aliquid Conuentibus eiſdem dare tenentur. 556.2. Adminiſtratores bonorum quid facere debeant. ib.3. Quomodo ſit illis quitandia facienda. ib.4.

Rebellio.

Qui per rebellionem ſunt ſuis Superioribus rebelles, grauioris culpæ pœnam ſuſtinere debent. 536.1. Quando ſit manifeſta rebellio ſubditorum erga ſuos Prælatos. ib.2.

Recipiendi.

Nullus ad Ordinẽ ſine Prouincialis licentia, & cum conſenſu etiam maioris partis Conuentus recipiatur. 537.1. Conuerſi cum conſenſu duarum partium Fratrum Conuentus ſunt recipiendi. ib.2. Suppriores, ſeu Vicarij, non poſſunt ad Ordinem aliquem recipere. ib.3. Tres ſint examinatores pro recipiendis examinandis. ib.4. Examinentur in Patrum Conſilio. ib.5. Eiecti ab alijs Ordinibus non recipiantur. 538.6. Neque in eiſdem profeſſi. ib.7. Neque latinam linguam non callentes. ib.8. Neque ad litteras inepti. 540.12. Neque facinoroſi, homicidæ, criminoſi, neque ære alieno oppreſſi. Neque illegitimi. ib.10. & 11. Neque recipiantur à Septuageſima vſque ad Paſcha ſi notabilis pars Patrum ſint in concionibus occupata alibi. 359.9. Fiat diligens inquiſitio de Natalibus eorum, corporis valetudine, & moribus. 540.13. Per vota ſecreta recipiantur. ib.14. Detur illis in publico Ordinis habitus. 542.15. Ipſorum ætas in ſpeciali libro adnotetur. ib. Fiat eiſdem proteſtatio quod tenebuntur ad obſeruantiam Regulæ, & Conſtitutionum ad litteram. ib.16. Quo tempore recipi, & profiteri poſſint. ib. 17. & 18. & 19. Qui ab hæreſi conuertuntur, cum difficultate recipiantur. 543. 26. Ob veſtium defectum nullus ab Ordinis ingreſſu reiciatur. ib.21. Inutiles non recipiantur. ibid. 22.

Recurſus extra Ordinem.

Ad Tribunalia extra Ordinem nullus negotia ad Fratres, vel Sorores noſtras ſpectantia, deferat ſub grauioris culpæ pœna. 544.1. Ad nullum Iudicem extra Ordinem, excepta Apoſtolica Sede, pro iuſtitia recurrant Fratres noſtri. ib.2. Contrarium facientes omnibus gratijs Ordinis priuentur. ib.3. Nullus per perſonas extra Ordinem conſtitutas procurrare audeat vt ordinationes ſeu decreta facta pro Fratribus mutentur. 545.4. Recurrentes pro mandatis Superiorum eludendis,

 gra-

grauioris culpæ pœnam ſuſtinere debent. ib.5. Eadem pœna puniantur qui correctiones Superiorum cum tali recurſu impedire attentauerint. ib.6. Eadem quoque pœna puniantur qui cum eodem recurſu amotiones Fratrum procurauerint. ib.7. Omnibus gratijs Ordinis priuentur qui talibus medijs promotionem propriam, vel alienam procurauerint. 546.9. Et etiam qui Principum, &c. litteras in Prælatorum ſcandalum procurant. ibid. 10.

Reformatio Ordinis.

Cauſæ amiſſionis, & reſtitutionis Regularis obſeruantiæ in Ordine. Quis eam reſtiterit. Breue Apoſtolicum Bonifatij IX. in eiuſdem fauorem. Litteræ binæ B. Baymundi de Capua pro eadem inſtituenda fouenda, & promouenda. Vbi fuerit primò introducta, & alia plura ad eam ſpectantia. 547. & ſequent. Prouinciales illam in ſuis Prouincijs promouere tenentur. 573.1. Decreta pro illa conſeruanda, & ſtabilienda. 374. 2.

Regentes Studiorum.

Regentes in ſuis Vniuerſitatibus ſunt ſtudij caput. 575.1. Quæ ad ipſos ſpectent. 576.2. & 3. In ſcholaſticis actibus ipſi præcedunt Priores. ib.4. Vbi ſunt duo Regentes Primarius eſt caput ſtudij. ib.5. In eorum defectum legant Magiſtri Studentium. 577.6. In ipſis deligendis ſufficientiæ, & morum ſola ratio habeatur. ib.7. Non aſſumantur qui per duodecim annos Theologiam non docuerint. ib.8. Caueant ne aliquem Articulum cum Sac. Concilij Tridentini decretis pugnantem aſſerant, vel defendant. ibid.9. Petantur pro tali munere à Prouincijs illo digni. ib.10. Quanto tempore, & quid legere teneantur. 578.11.

Repræſentationes.

Neque Sacræ, neque profanæ in noſtris cœmeterijs fiant. 578.1. Qui illas fieri permiſerint, etiam in feſtis S. Vincentij &c. à ſuis officijs abſoluantur. ib.2.

Roſarium B. Virginis.

Illius deuotionem in populis omnes promouere tenentur. 579.1. In noſtris Eccleſijs ſingulis ſeptimanis in tres partes diuiſum recitetur. ib.2. Pro Roſarijs benedicendis eligantur quatuor Fratres in Conuentibus. ib.3. Feſtum SS. Roſarij Dominica prima Octobris celebretur. ib.4. Sacriſta omnes poſſunt Roſaria benedicere, & ſcribere in SS. Roſarij Societate fideles. 581.5.

S.

Sacramenta.

OMnes Conuentuum Præſidentes Sacramenta Eucbariſtiæ, atque extremæ vnctionis miniſtrare poſſunt ſibi ſubditis. 580.1. Illa religioſis mulieribus non adminiſtrent. ibidem 2. Nulli mulieri extremæ vnctionis Sacramentum a Fratribus noſtris detur. ibidem 3. Oleum Sanctum in decenti loco, non verò in Sanctiſſimi Tabernaculo ſeruetur. ibidem 4. Suppriores quoque Sacramenta FF. adminiſtrare poſſunt. 631.24.

Sacriſta.

Semper ſit Frater Clericus. 580.1. Non eligatur ad tale munus, qui per tres annos non fuerit in eadem Prouincia commoratus. 581.2. Nihil expendat ſine Prioris conſenſu. ib.3. Librum habeat, in quo ſepultorum in noſtris Eccleſijs diem & annum depoſitionis ſcribat. ib.4. Poteſt Roſaria benedicere. ib.5. Pecuniæ omnes ad eius manus ex quacumque cauſa peruenientes, in communi depoſito ponantur, earumque rationem reddat. ib.6. & 7.

Scandalum.

Si quis tale quid extra Conuentum commiſerit, ſocius eius quantocyus nunciare tenetur. 581.1. Cum ſcandalo delinquentes extra clauſtra ſeuerè puniantur. ib.2.

Scrutatores vocum.

Tres in omnibus electionibus ſint, quibus & quartus poteſt ſuperaddi per publica vota eligendus. 582.1. Neque cæci, neque ſurdi eſſe poſſunt. ib.2. Primò ſua, deinde aliorum vota ſcrutentur. ib.3. Receptas ſchedulas ſuper menſam effundant facta collatione numeri earum cum vocalibus. ib.4. Qui ſint in electione Magiſtri Ord. ib.5. Qui in electione Prioris Prouincialis. 583.6. Qui in electione Prioris Conuentualis. ib.7. Qui in electione Diffinit. Capit. General. ib.8. Qui in electione Diffinit. Capit. Prouincial. ib.9. Qui in electione Electoris. ib.10. Scrutatores vocum in Capitulo Prouinciali habent tantum auctoritatem examinandi litteras Sociorum, & Priorum, non verò patentes Magiſtrorum, ſeu Prædic. Generalium. ib.11.

Scrutinia.

Electionum ſcrutinia per Tabellarios mittantur ad Confirmatorem. 584.1. Ante illorum publicationem poſſunt vocales collatas voces mutare, non verò poſt illam. ib.2. Etiam ſi transcribantur, ſunt coram omnibus vocalibus legenda. ib.3. In Capitulis Prouincialibus fiat de retentione vel abſolutione Prouincialium. ib.5. Diffinitores Priorum ſcrutinia non manifeſtent; quæ inſtantibus electionibus Prouincialium fieri debent. ib.4. & 6. Socius electus pro Capitulo Generali, Prouincialis ſcrutinium ad Capitulum deferat. ib.7. Talia ſcrutinia ſigillentur. 585.1.

Secreta Ordinis.

Non manifeſtentur extraneis. 585.1. Quando manifeſtata cenſeantur. ib.3. Pœna tranſgreſſoribus impoſita. 586.3. Secreta ſcrutiniorum Diffinitores non reuelent. ib.4. Nihil ſub ſecreto recipiatur quod in Ordinis præiudicium cedat. ib.5. Patres Conſiliorum ſecreta non reuelent. 587.6. Secretarius Conſilij Patrum ad ſecretum ſeruandum etiam ipſe tenetur. ib.7. Suppriores ſecretum ſeruandum, circa petitionem abſolutionis Prioris factam, præcipere poſſunt. ib.8.

Secu-

Digitized by Google

I N D E X.

Seculares.

Seculares famulos non niſi duos vel tres in Conuentibus habeamus. 587. 1. *Non admittantur in Conuentibus noſtris longo tempore permanſuri.* ibid. 2. *In noſtris ſolemnitatibus ad prandia non inuitentur.* ib. 3. *Non diſcurrant per Conuentus noſtros.* ib. 4. *Officinæ illis non concedantur.* ib. 5.

Sepultura Extraneorum.

Fuit aliquando vetitum Fratribus noſtris ne exirent ad efferenda defunctorum cadauera. 588. 1. *Nullus qui aliàs ſepulturam in alienis Eccleſijs habet, induatur ad illam in noſtris eligendam.* ib. 2. *Sepulturæ cum ſculpturis prominentibus non fiant in noſtris Eccleſijs.* ib. 3. *Quando defunctorum cadauera ad noſtras Eccleſias deferuntur, officium faciant ſuper cadauera Fratres noſtri.* ib. 4. *Sacriſta in peculiari libro Defunctorum nomina, qui apud nos tumulantur, ſcribat.* ib. 5.

Sepultura Fratrum.

Sepeliantur Fratres noſtri cum integro Ordinis habitu. 589. 1. *Stola ſuper cappam Fratrum defunctorum, donec ſepeliantur, apponatur.* ib. 2.

Sigillum.

Nullus, exceptis Magiſtris, & Prædicatoribus Generalibus, habeat ſigillum pro litteris nec proprium, nec commune. 589. 1. & 2. *Curioſum ſigillum nullus habere debeat nec etiam Magiſter Ord. qui in ſuo ſigillo habeat Chriſtum Crucifixum.* ib. 3. & 6. *Conuentus ſigillum in arca depoſiti cuſtodiatur.* ib. 4. *Qui ſigillum Magiſtri Ord. vel Prioris Prouincialis falſificauerit, vel eis ſcienter vſus fuerit, excommunicationis ſententiam incurrit.* ib. 5. *Nulla perſona publicam ſcripturam aliquam ſigillet, niſi prius eam diligenter perlegerit.* ib. 7. *Quæ autem ad Conuentus ſpectant ſcripturæ non ſigillentur, niſi prius in Capitulo legantur.* 590. 8.

Silentium.

Quibus in locis ſeruandum ſit. 590. 1. *Quo tempore.* ib. 2. *A frequentatione locutorij abſtineant Fratres.* 591. 3. *Infirmi non decumbentes, à prandio vſque ad veſperas illud ſeruent.* ib. 4. *De illo ſe Fratres in Capitulo accuſare debent.* ib. 5. *Qua pœna puniendi ſint qui ſilentium frangunt.* ib. 6. *Zelatores pro ipſo ſeruando ſint in Conuentibus.* 592. 7. *In menſa omnes illud ſeruent.* ib. 8.

Singularitates.

Singularem vitam nullus ducat. 592. 1. *Contrarium facientes ſeuerè puniantur.* ib.

Societates SS. Nominis Dei, & Roſarij B. Virg.

In noſtris Eccleſijs huiuſmodi Societates ſint erectæ. 593. 1. & 2. *Fratres, qui indulgentijs his SS. Societatibus conceſſis, gaudere deſiderant, in libro cum alijs Confratribus adnotentur.* ib. 3. *Scribere autem Confratres in eiſdem, ad Conuentus Superiorem, & Sacriſtam pertinet.* 594. 4. *Tempore quadrageſimæ Prædicatores in locis in quibus prædicant, poſſunt Confratres in his SS. Societatibus ſcribere.* ib. 5. *Congregationibus interſint Conuentuum Præſidentes, dum à Confratribus fiunt.* ib. 6. *Singulis menſibus proceſſiones fiant.* ib. 7. *In Monialium Eccleſijs non inſtituantur.* 595. 8. *Erigantur in Parochialibus Eccleſijs, vbi non ſunt Fratres noſtri.* ibid. 9. *Erigantur in locis diſtantibus per duo milliaria.* ib. 10. *Et vbi Conuentum non habemus erigantur, cum ſolitis proteſtationibus, quòd bona cum eiſdem Societatibus ad noſtros deuoluantur, ſi in dictis locis erigeretur Conuentus Ordinis.* ib. 11. *Superiores animaduertant an expediat huiuſmodi Societates in talibus locis erigere.* ib. 12. *Magiſter Ord. erigendi tales Societates facultatē non concedat extraneis.* 596. 13. *Si Confratres aliquid contra priuilegia earundem Ordini conceſſa attentauerint, ex eiſdem eijciantur.* ib. 14. *Prouinciales vltra montes habent facultatem huiuſmodi Societates inſtituendi.* ib. 15. *Illarum deuotionem Prædicatores in populis promoueant.* ib. 16. *Modus huiuſmodi Societates in alienis Eccleſijs fundandi.* ib. 17. *Quæ ad illarum Capellas ſpectant in Sacriſtia Conuentus aſſeruentur.* 598. 18. *Indulgentiæ his Confraternitatibus conceſſæ, fuere à Paulo V. P. M. confirmatæ.* 599.

Socius Prouincialis, & Diffinitoris Capit. Generalis.

Diffinitoribus, & Prouincialibus pro Generali Capitulo detur Socius competens. 602. 1. & 3. *A quibus ſit eligendus.* ib. *In anno Prouincialium deferat ſcrutinium de Prouinciali factum.* ib. 3. *Deferat quoq; teſtimoniales litteras ſuæ inſtitutionis.* ib. 4. *Si Diffinitor impediatur, ipſe diffiniet.* ib. 5. *Poſt Prouinciales locum in Capitulo habeat.* ibid. 6. *Prouinciales non poſſunt in ſocios eligi.* 603. 7. *Detur eidem eunti ad Capitulum ſufficiens viaticum.* ib. 8.

Socius Prioris.

Deferat ſcrutinium de Priore factum ad Capitulum Prouinciale deferat. 603. 1. *Si electio Prouincialis per Electores fieri debeat, electus Socius in illa vocem non habebit, ſed alius elector eligendus erit.* ibid. 2. *Deferat ad Capitulum litteras teſtimoniales propriæ electionis* ibid. 3. *Capitulorum Acta ad ſuos Conuentus portabunt.* ib. 4.

Socius Prouincialis.

Quibus virtutibus debeat eſſe ornatus. 603. 1. *Actualis Prior eſſe non poteſt.* 604. 2.

Studentes.

In vnaquaque Prouincia ſit Generale Studium pro Studentibus eiuſdem. 604. 1. & 2. *Mittantur etiam ad aliarum Prouinciarum ſtudia.* ib. 4. *Si qui mittuntur moriantur, alij in eorum locum ſubrogentur.* ib. 3. *Qui mittuntur à Prouincialibus, intelliguntur etiam miſſi à Diffinitoribus Cap.* ib. 5. *Ad ſtudia vero Italiæ debent etiam ab ipſis Diffinitoribus mitti.* 605. 6. *Mittantur tamen pro rata ſuarum Prouinciarum.* ib. 7. *Mittantur*

tantum moribns ornati, & ad ſtudium apti. ib. 8. Admittantnr cum litteris teſtimonialibus de ſufficientia, & moribns. ib. 9. Neque inepti, neque diſcoli, ſen de mala familiaritate ſuſpecti ad ſtudia mittantur. 606. 10. & 11. Temerarij, &c. grauiſſimè puniantur, & ſtudio priuentur. ib. 12. Qui religioſè non conuerſantnr, prius moneantur, deinde à ſtudio excludantur. ib. 13. Nullus ad Studia Generalia mittatur, niſi prius per annum Bibliæ ſtuduerit. ib. 14. Priores non poſſunt mittere Studentes ad aliarnm Prouinciarum ſtudia. ib. 15. Deficientes à lectionibus puniantur. 607. 16. Tempore lectionum non occupentnr in Miſſis. ib. 17. Non poſſunt ſe ſimul congregare. ib. 18. Compellantur ad ſcholas pergere. ib. 19. Terminatis ſtudijs in Priores non eligantur. ib. 20. Poſt completos ſex menſes voce in electionibus gaudeãt extra Prouinciam. ib. 21. Ad ſcholas extra Ordinem non mittantur. ib. 22. Semel tantnm in hebdomada egrediantnr ex Conuentu. ib. 23. Singulis annis examinentnr. 608. 24. Extra ſcholam latino ſermone loquantnr. ib. 25. Pro ſcholaſticis actibus expenſas non faciant. ib. 26. A ſuis Conuentibus dentur eiſdem veſtes. ib. 27. Vltra triennium in Generalibus Studijs non permaneant. ib. 28. Terminatis ſtudijs ad proprias Prouincias reuertantur, ſi ſint in ſtudio extra illas. 609. 29. Terminatis ſtudijs intelliguntur in ſuis natiuis Conuentibus aſſignati. ib. 30. Non aſſignentnr pro rata alicuius Prouinciæ, niſi illius ſint filij. ib. 31. Tempore ſtudij prædicationibus non dent operam. ib. 32. Extraneis non grauentur in aliqua re. ib. 33. Omnibus de neceſſarijs æqualiter prouideatur. ib. 34. A familiaritatibus, & diſcurſibus abſtineant, ſintque ſtudijs addicti. 610. 35. Quotidianos circulos habeant, in quibus modeſtè diſputent. ib. 36. Priores cum eiſdem aliquando in ieiunijs diſpenſent. ib. 37. Eiſdem cella iuxta Magiſtri Studentium diſpoſitionem dentur. ib. 38. Si pecunias à Prouincialibus, vel Conuentibus habeant, in libris expendant, terminatoque ſtudio de illis rationem reddant. 611. 39. Præſidentes Conuentuum illos, dum mittuntur, benignè recipiant & præcipuè eos, qui ſunt ex magis indigentibus ib. 40. & 41. Immunitates eorum. 612. 42. In Italia illi, qui non ſunt Sacerdotes, extra proprias Prouincias ad Studia non mittantur. ib. 43. Ad ſtudia mittantur, non ratione antiquitatis, ſed maioris ſufficientiæ, & morum probitatis. ib. 44. In Theologiæ magis, quam Philoſophiæ ſtudio occupentnr. ib. 45. Ad repetitionem quolibet die accedant. 613. 46. Philoſophiam prius addiſcant antequam ad Theologicas facultates addiſcendas admittantnr. ib. 47. In officijs nõ occupentur à quibus à ſtudijs retrahãtur. ib. 48. Si à ſtudijs à Prouincialibus reuocentur, litteras ſuæ reuocationis Priori Conuentus oſtendant. ib. 49. Ante completum tempus non poſſunt à ſtudijs amoueri, niſi ſtante diſpenſatione, vel defectu. ib. 50. In illorum examinibus Magiſtri voce gaudent. ib. 51. In Lectores ſemel approbati, non indigent nouo examine in ſuis Prouincijs, niſi aliàs ill[illegible]erent hac in re priuilegium. 614. 52. [illegible]ntur ſi vltra quatuor menſes extra [illegible]entum permanſerint. ib. 53. Aliquem [illegible]atrem habeant ſine cuius licentia qua[illegible]bant, nempe Magiſtrum Studentium. ib. 54. [illegible] ſemper in ſtudio intenti. ib. 55. Iuniores præcipuè ſemel in ſeptimana de auditis lectionibus in[illegible]rogentur. ib. 56. Negligentes à Magiſtro Studentium in Capitulo accuſentur. ib. 57.

Studium.

Quam maxime Ordini noſtro congruit. 614. 1. Superiores, & Lectores ad illius promotionem operam dent efficacem. ib. 2. 3. 4. & 5. Iuuenes apti in ſtudijs occupentur. 615. 7.

Studium Generale.

Sit in vnaquaque Prouincia. 615. 1. In illo Regens eſt Studij caput. 616. 2. Secundus locus ad Baccalaureum, tertius vero ad Magiſtrum Studentium pertinet. ib. 3. & 4. Vbi ſunt duo Regentes qui eſt Primarius inſtitutus, eſt ſtudij caput. ib. 5. Si in aliqua Prouincia pro illo Lector ſufficiens non inueniatur, de lectore Magiſter Ord. prouidebit. ib. 6. Officiales illius examinentur, ante quam aſſumantur. 617. 7. Iſti non iure antiquitatis; ſed maioris ſufficientiæ eligantur. ib. 8. Ad Magiſtrum Ord. & Generale Capitulum ſpectat huiuſmodi Officiales inſtituere. ib. 9. Admoneatur Magiſter Ord. ſtatim ac aliquis fuerit ad legendum pro gradu, & forma in Cap. Prouinc. nominatus. 618. 10. Tantum digni ad legendum aſſumantur, & proponantnr Magiſtro Ord. & Cap. Generali ib. 11. & 12. Tempus Officialium eiuſdem, quale. ib. 13. Oportuno tempore legant. 619. 14. & 15. Si per menſem defecerint, priuentur. ib. 16. Non ſolum ſpeculatiui, ſed etiam morales tractatus legantnr. ib. 17.

Studium Controuerſiarum Fidei.

Fratres ſtudioſè ſe habeant in his, quæ ad Fidei defenſionem pertinent. 619. 1. In vnaquaque Prouincia ſit tale ſtudium. ib. 2. In Conuentibus propinquioribus infidelibus maximè, illud habeatur. 620. 3.

Studium Linguarum.

Hæbraica, & Græca ſit in vnaquaque Prouincia; & in Hiſpania, Arabica ſit. 620. 1. & 2. Linguas quoque Nationum ſibi propinquarum addiſcant Fratres. 621. 3. Nouitij in Studio linguarum occupentur. 622. 4.

Studium Grammaticę.

Iuuenes ad Artium ſtudia non mittantur, niſi in grammatica fuerint verſati. 622. 1. Neq; etiam ordinentnr. ib. 2. In quolibet Conuentu ſit Lector Grammaticæ, vel Artium iuxta Iuuenum capacitatem. ib. 3. & 4.

Studium Secularium Scientiarum.

Illas non addiſcant Fratres noſtri. 623. 1. Neque in Gentilium, & Philoſophorum libris ſtudeant. ib. 2.

Sub-

INDEX.

Suffragia pro FF. & Sororibus.

Qualia fieri debeant. 623.1. Ad eadem omnes tenentur. ib.2. Pro quibus. ib. Magiſtro Ord. abſoluto eadem debentur, ac ſi in ſuo munere deceſſiſſet. 624.3. Pro defuncto Fratre eiuſdem Prouinciæ tenetur quilibet Frater celebrare vnam Miſſam. ib. 4. Fratrum obitus Prouinciæ quantocyus nuncietur vt ſuffragia cōſequantur.ib.5.& 6. Priores in ſuo munere decedentes, ſuffragia ab eiſdem Conuentibus, in quibus præſident, conſequantur.ib.7. Qui ſunt apud Moniales, vel in Vicarijs Conuentibus annexis, à ſuis originalibus Conuentibus illa obtinebunt. ib. 8. Ab eiſdem quoque Conuentibus illa habebunt qui extra Ordinem cum licentia Superiorum permanentes, vitam cum morte commutant. 625. 9. Etiam qui ad noua recepta loca mittuntur. ib.10. Aſſignati quocunque modo in aliquo Conuentu ab eodem illa recipiet, ib. 11. In itinere cauſa nouæ aſſignationis aſſumpto decedentes, à Conuentu vnde diſceſſerunt, eadem obtinebunt. ibidem 12. Pro Fratribus, & Sororibus defunctis quilibet Sacerdos 30. Miſſas celebret. ib. 13. In qualibet ſeptimana dicto officio Mortuorum cantetur pro ipſis Miſſa de Requiem. *626.14. Anniuerſarium Fratrum, & Sororum poſt feſtum S. Dyoniſij habeatur. ib. 15. Fratres numerum Miſſarum non admittant.ib.16. Pro defunctis Fratribus, vel Sororibus dicatur per octo dies* ℞. Libera me Domine *poſt commeſtionem demane. ib.17.*

Suffragia pro Secularibus.

Anniuerſarium Patrum, & Matrum fiat 3. die poſt Purificationem B.V. 627.1. Benefactorum verò, & familiarium, ſequenti die poſt octauam B. Auguſtini.ib.2. Sepultorum autem in noſtris cæmeterijs 12. Iulij. ib. 3. Fuit aliquando interdictum Fratribus noſtris ne ſe ad perpetua anniuerſaria celebranda obligarent. ib. 4. Pro benefactoribus noſtris dicatur Pſ. De Profundis *ante commeſtionem.ib.5. Circa primam noctis horam pulſetur in noſtris Eccleſijs* Aue Maria *pro defunctis. ib.6. Quis fuerit huius deuotionis Auctor.ib.*

Supprior.

Prior Conuentualis de conſilio diſcretorum poteſt illum inſtituere.627.1.& 6. Infra menſem autem tenetur hoc facere. ib. 2. Poſſunt inſtitui etiam Lectores. 628.3. Si abſoluatur, alius quam primum inſtituatur. ib.4. Non fiat per ſcrutinium. ib.5. Poteſt à Priori amoueri à ſuo munere. ib. 7. Non poteſt eligi in ſocium Prioris pro Cap. Prouinciali.ib.8. Aliquando verò ſic. ib. Non requiritur quod habeat 12. annos à profeſſione. 629.9. in ſuo Conuentu tantum locum habet. ib. 10. 11. & 12. Poteſt Fratribus interdicere reuelationem ſcrutinij Prioris. 630. 13. Qui eſt Prædicator Generalis debet ad Capitulum Prouinciale accedere. ib. 14. Ad ipſum ſpectat diem pro ſcrutinio faciendo, Socioque eligendo, determinare, & ad bancum ſedere.ib.15.& 16. In Prioris electione ad bancum quoque ſedere tenetur. ib. 17. In quotidianis Capitulis non accuſetur. 631.18. Inter Patres à Conſilijs numeratur. ib.19. Non poteſt Fratres, ſeu Moniales ad Ordinem, ſeu Profeſſionem recipere, niſi ſit in Capite.ib.20. 21. & 23. Non eſt Prælatus, nec Confeſſorem ſibi eligere valet.ib. 22. Fratribus Sacramenta adminiſtrare poteſt. ib.24. Sublato Priore vices illius in omnibus obtinet. ib. 25. Et poteſt Vicarium inſtituere. ib. 26. Non tamen mutationes notabiles in Conuentu facere. ib. 27. Mortuo vel amoto eo, à quo fuit inſtitutus, ipſe à ſuo officio non amouetur.ib.28.

Syndicus.

Sit in quolibet Conuentu. 632. 1. Quolibet menſe ſuæ adminiſtrationis rationem reddere tenetur.ib.2.& 3. Pecunias nō expendat, niſi prius depoſitatas apud Depoſitarios.ib.4. Per biēnium in ſuo munere permaneat.ib.5. Non concedatur illi facultas recipiēdi pecunias, quæ in cenſuū extinctionem aſſignatæ ſunt. 633.6. Quomodo illi quitantia fieri debeat. ib. 7. Si fuerit negligens in ſubminiſtrandis infirmis rebus neceſſarijs abſoluatur. ib.8. Syndici munus nullus Prior exerceat ſub abſolutionis pœna. ib.9. Per commune Capituli Conuentualis ſuffragium inſtituatur. ib.10.

T

Termini Conuentuum, & Prouinciarum.

Sint vbiq; ſtabiliti. 634.1. Conuentus non ponantur vbi alieni termini occupentur.ib.2. Sunt de conſilio diſcretorum eorundem Conuentuum faciendi.ib.3. Seculares verò pro illis habendis non aſſumantur. ib.4. In quæſtibus faciendis diligenter obſeruentur. ib. 5. Prouinciales non mittant Fratres extra ſuarum Prouinciarum terminos. 635.6. Quilibet Superior delinquentes quoſcunque Fratres intra proprios terminos, poteſt illos punire.ib.7.

Tertiarij.

In Tertiarij habitu prius permaneant qui ad Conuerſorum ſtatum tranſire volunt.635.1. Ad clericalem ſtatum nullo modo poſſunt transferri. ib.2. Recipiantur, vt Conuentibus inſeruiant.636. 3. Ad Conuerſorum habitum non aſſumantur à Septuageſima vſque ad Octauam Paſchæ, ſi Patres à Conſilijs ſint in concionibus habendis occupati. ib. 4.

Teſtamentum.

Nullus procuret, vt aliquis ſibi in libris, ſeu alijs quibuſcunque rebus poſt mortem ſuccedat. 636.1. Nullus per modum teſtamenti de bonis ſibi ad vſum conceſſis diſponere audeat.ib.2. Exequutores teſtamentorum non ſint Fratres noſtri. 637. 3. Talem licentiam Priores non concedant. ib.4. Dum autem eiſdem interſunt, procurent vt legata Eccleſijs Parochialibus fiant.ib.5.

Va-

V

Vagabundi.

FRatres de Capitulis recedentes combinentur, nec hinc inde diſcurrant. 638.1. Super ipſos poſſunt Superiores noſtri concedere facultatem quibuſcunque Eccleſiaſticis perſonis. ib.2. Qui nam cenſeantur vagabundi. ib. 3. Non recipiantur in Conuentibus. ib.5. Sed capiantur, & in carceribus recludantur. ib.3.

Veſtes.

Laneas veſtes non attonſas deferant Fratres noſtri. 639. 1. & 2. Interiores ſunt albi coloris omnes. ib.3. Sciſſæ tunicæ non deferantur. 640.4. Ex panno paupertati conſono fiant. ib.5. Longitudo tunicæ, cappæ, & ſcapularis qualis. ib.5. Nulla in eiſdẽ appareat difformitas. ib.7. Vniformitas ſit in eiſdẽ. ib.8. Forma caputiorum. ib. Quolibet anno indigentibus Fratribus dentur ſine perſonarum acceptione. 641. 9. 10. & 11. In pecunijs autem non dentur. ibid. 12. Grauiſſimè puniantur qui veſtes tam internas, quam externas paupertati Ordinis non conſonas detulerint. 643. 13. Scrutentur Prouinciales in ſuis viſitationibus interiora veſtimenta Fratrum an ſint in colore, & Ordinis forma. ib. 14. Cappæ in Conuentibus à Paſchate vſque ad feſtum Omnium SS. non deferantur. ib. 15. Quis ſit proprius noſtri Ord. habitus. 644. 16. Eccleſiaſticas veſtes particulares nullus habeat. ib.17.

Vicarius.

Vicarij munus illegitime nati habere non poſſunt. 644. 1. Neque qui apoſtatauerit, vel de lapſu carnis conuictus fuerit. ib.2. Neque qui carceri ſententialiter mancipatus fuerit. ib. Nullus Præſidens Ord. poteſt curam committere perſonis extra Ord. conſtitutis ſuper Fratres, ſeu Sorores noſtras. ib.3. Qui extra Ordinem diu permanſerit ſine Superiorum licentia, non poteſt Vicarij munus habere (etiam poſtquam redierit ad illum) infra decennium. ib. 4. Vicariorum in Ordine noſtro diuerſitas. 645. 5.

Vicarius Ordinis.

Qui nam ſit. 645. 1. Ad quem tale munus ſpectet. ib. 2. 3. & 4. Non poteſt abſolutionem Prouincialium, ſeu Priorum facere, neque tranſlationes de vna ad alteram Prouinciam facere. ib. 5. Neque Prouincialem Terræ Sanctæ inſtituere. ib.6. Prouinciales electos confirmare poteſt. 646.7. Ante Magiſtri electionem tenetur electores congregare, & cum eiſdem de illa tractare. ib. 8. Vocem tamen in eadem non conſequitur. ib.9.

Vicarius Generalis.

Qui nam ſit. 646. 1. Procurator Ordinis eſſe [illegible] ib.2. A Capitulis Generalibus, abſente [illegible] rd. vnus de Diffinitoribus in Vicarium eligatur. ib. 3. Non habet ſuper Moniales auctoritatem niſi eidem in patentibus litteris tribuatur. ib.4. Loquendi in menſa licentiam dare non poteſt. 647. 5.

Vicarius Prouinciæ.

Alius dicitur Generalis, alius verò non. 647. 1. Qui nam dicatur Generalis Vicarius, & qui non. ib. Locum Prouincialis tenet. ib.2. Plenam habet ſuper Moniales auctoritatem. 648. 3. Eius auctoritas perſeuerat etiam poſt inſtituentis mortem. ib. 4. Sublato Prouinciali quis ſit Prouinciæ Vicarius. ib.5.6. & 7. Tenetur infra menſem Capitulum congregare. 650.9. Votum in electione Prouincialis habet. ibid. 11. Non poteſt Vicarios pro Priorum faciendis electionibus mittere. ib. 12. Quando pro aliqua cauſa in aliquam Prouinciam mittitur, præfigatur eidem in patentibus litteris tempus ſui muneris. ib.3. Non poteſt Prædicatores Generales inſtituere. ib.10.

Vicarius Prouincialis.

Qui nam ſit. 650.1. Prouincialium vices plenariè gerit. 651.2. Non poteſt Priores amouere, nec Lectores inſtituere. ib.3. Non habet ſuper Moniales auctoritatem. ib.10. Nec Priorißas poteſt abſoluere. ib.11. Nec licẽtiam loquendi in menſa dare. ib.12. A fractione tamen eiuſdem ſilentij poteſt abſoluere. ib.13. Nec poteſt licentiam acceptandi Epiſcopatum dare. ib.14. Vbique locum ſuum teneat, excepto Capitulo. ib.4. Quando eius auctoritas expiret. ib.5. Poteſt à Prouinciali corrigi, atque à ſuo officio amoueri. ib.6. Cum deficiente Prouinciali illius auctoritas expirat. ib.7. Prouinciales huiuſmodi Vicarios in ſuis Prouincijs inſtituere poſſunt, pro breui tamen tempore. ib.8. & 9.

Vicarius Congregationis.

Qui nam ſit. 652.1. Quem locum habeat. ib. num.2. & 3. Sit triennalis. ib. 4. Ante ſexennium reaſſumi ad idem munus non debet. ib. 5. A Magiſtro Ord. inſtituatur. ib. 6. De ſua Congregationis ſtatu eundem Magiſtrum Generalem admoneat. ib. 7. Suos Conuentus perſonaliter viſitet. 653. 8. Illorum reformationem procurabit. ibidem 9.

Vicarius Nationis.

Qui nam ſit. 653. 1. Nec Fidelium dicat, nec locum ſuum mutet, niſi in Capitulo. ib.2. In Conuentu in quo eſt aſſignatus, nullam debet habere iuriſdictionem. ib.3.

Vicarius Loci.

Qui nam dicatur. 654.1. Quos nam in ſua domo præcedat. ib.2. Quem locum in proceſſionibus habeat. ib. 3.

Vicarius Monialium.

A quo poſſit inſtitui. 654.1. Illius auctoritas, donec reuocetur, perſeuerat. ib.2. In Priorum abſentia, qui nam ſit. ib.3.

Vicarius in Capite.

Poteſt à Prouinciali in quocumque Conuentu inſtitui etiam cũ auctoritate ſuper Priorem, hoc tamen non fiat abſque vrgentiſſima cauſa, Mag. Ord. ſignificanda. 655.1. & 2. Nec Fidelium dicat, nec locum ſuum mutet, niſi in Capitulo. ib.3. Si in Conuentu Priore carente inſtituatur, vocem tantùm actiuam habebit. 656. Ad electionem quo-

que

que Fratres conuocabit, ad bancum verò non ſedebit.ib.5.

Vicarius Electionis.

Poteſt à Prouinciali mitti in caſu neceſſitatis. 656. 1. In tali electione verò tantùm actiuam vocem habebit. ib. Qui nam ſit talis Vicarius. ib.

Vicarius Conuentus.

Qui nam talis dicatur. 656.1. A quo ſit inſtituendus.ib.& num.2.& 3. In electione Prioris ſit vocum ſcrutator. 657.4. Idem munus exequi debet etiam Vicarius à Suppriore inſtitutus, ipſo tamen abſente.ib.5.Poteſt Vicarium ſuum inſtituere ib.6.Eius auctoritas.ib. Non poteſt Fratres pro confeſſionum audientia, ſeu Ordinum ſusceptione Epiſcopis præſentare. ib.7. A Priore, niſi ſit præſens in Conuentu, à ſuo munere abſolui non poteſt.ib.8.Vicarius à tribus Patribus eligendus,ex eodem Conuentu debet aſſumi.ib.9.

Vicarius Prioris.

Eſt ille, qui à Priore in ſui regiminis adiutorium aſſumitur. 658.1.& 2. Qualem auctoritatem eidem tribuere debeat Prior. ib.3. Non poteſt cum Fratribus diſpenſare. ib. Non poteſt ad Ordines ſuſcipiendos mittere: Neque Nouitios ad habitum, ſeu profeſſionem, etiam cum Prioris licentia, recipere.ib.4. In Prioris abſentia alium Vicarium nequit inſtituere.ib.5. Cum Priore eius auctoritas deficit.ib.6.

Vicarius Supprioris.

Qui nam ſit. 650. Et quando illum valeat Supprior inſtituere.ib.2.

Viſitatores.

A Diffinitoribus Capit.Prouincialis,& etiam ipſo Prouinciali ſolo poſſunt inſtitui. 659.1. & 2. Priores, & Lectores non inſtituantur. ib. 3. Sint ætate graues,& moribus religioſis ditati. ib.4. Si quocumq; modo fuerint ab exequendo ſuo munere impediti, alij loco ipſorum à Prouincialibus ſubrogentur.ib.5.In ſuo exequendo officio non impediantur. 606.6. Prouinciales totam ſibi creditam Prouinciam per ſe, vel per viſitatores ſingulis annis viſitabunt.ib.7.& 8.Non petantur in Prouincijs à Superioribus,niſi talem Commiſſionem,qui petūt, habeant à maiori parte Priorum eorundem. 662. 9. Quando mittuntur præfigatur illis determinatum tempus ſui muneris.ib.10. Neque in Priores, neque in Prouinciales eligantur. ib. 11.Locum ſuæ Profeſſionis habeant, præter quàm in Capitulo. ib. Exceſſus Priorum, & Fratrum corrigant abſque immutatione Conuentuū.ib.12.De grauioribus,& periculoſis negotijs occurrentibus Magiſtrum Ordinis,& Diffinitores Capit.admoneant. ib.13. Officium correctionis eorundem tribus diebus continuis terminetur.663.14. Poſſunt Fratres ſibi ſubditos præceptis, & cenſuris ligare. ib.15. Explicetur in litteris patentibus Auctoritas illis collata. ib. 16. Quid in ſuis Viſitationibus inquirere debeant.ib.17.18.19.20.21.& 22.Si aliquas inuenerint curioſitates, ſeu Vanitates in Fratribus,illas emendent. 664.23. Vt Cæremoniæ omnes ad Diuinum cultum pertinentes obſeruentur, inuigilent. ib. 24. Conuentuum Præſidentes, qui veſtes Fratribus non exhibent, puniant. ib. 25. Seuerè quoque caſtigent illos, qui in Subdiaconos non ordinati in Eccleſijs Epiſtolas ſolemniter cantant. 665.26.Interiora Fratrum veſtimenta ſcrutentur an ſint iuxtà præſcriptum Ordinis. ib.27. Eiſdem Fratres ea, quæ in Communitatis, ſeu Ordinis periculum, vel etiam aliarum Perſonarum vertere poſſunt, manifeſtare tenentur.ib.28. Illorum Ordinationes,et præcepta perſeuerant durante eorum, à quibus mittuntur Auctoritate.ib.29. Inquirant de Priorum regimine, & Conuentuum ſtatu. ib. 30. Pecuniam, pretioſaque munera non recipiant. ib. 31. Moderatæ pro ipſis à Conuentibus expenſæ fiant. ib. 32. Priores, & Prioriſſas à ſuis officijs ſuſpendere, abſoluere autem nequaquam, poſſunt. ib. 33.

Vox in Electionibus.

Qui nam vocem Actiuam habeant in illis 665.1. Priuationem autem vtriuſque vocis incurrunt, Prelati qui Cellas à conſueta Ordinis forma alienas nō abſtulerint 656. Qui Lectores,et Prędicatores non actuales diſpenſationibus non ſibi debitis gaudere permiſerint. ib.2. Prouinciales quocumque modo Fratres ad electionem inducentes. ib.3. Lectores Nouitiorum eorum gubernationi ſe immiſcentes, vel illos contra ſuos Magiſtros defendentes, vel cum eiſdem extrà Scolam loquentes. ib.4. Lectores omnes in Theologicis à D. Thoma, in Philoſophicis autem ab Ariſtotelis Doctrina recedentes. ib.5. Ad Monialium Monaſteria accedentes ſine licentia. ib.6. Qui Perſonis extraneis pecuniæ ſummam per notabile tempus debent. ib. 7. Qui Suppriores in Priorum Socios pro Capit. elegerint.ib.8. Itinerantes ocreas,& penulam deferentes. ib.9. Recurrentes ad perſonas extraneas pro gratijs in Ordine conſequendis, vel pœnis euadendis ib.10. Qui Nouitiorum Magiſterium recuſauerint, per annum paſſiuæ vocis priuationem incurrunt. ib.11. Qui Feſta SS. Innocentium, ſeu Vincentij Martyris, in quibus per iuuenes repræſentantur &c. habuerint.667.12. Qui ſine Superiorū licentia cum ſecularibus debito contraxerint. ib. 13. Qui Medicinæ Artem exercuerint.ib. 14. Qui Nouitios antè legitimam Ætatem receperint. ib. 15. Qui per Coniurationem, conſpirationem, vel malitioſam concordiam contra ſuos Prælatos ſe erexerint. ib.16. Qui aliquem ad electiones induxerint.ib.17.Ad Annū voce priuentur, qui ſine teſtimonialibus litteris ad aliquem Conuentum acceſſerint.ib.18. Et qui ad Capitula ſine licentia iuerint.ib.19. Qui ad quemcumque Iudicem extra Ordinem, præter Apoſtolicam Sedem, appellauerint. ib. 21. Qui Diuiſionem Ordinis procurauerint.ib.22. Qui in electionum ſchedulis ſignum aliquod appoſuerint.ib.23. Qui publicato Electionis Decreto nouam Electionem, ſeu Decretum facere preſumpſerint. ib.24. Qui in Carceribus detentis

fugam

I N D E X.

fugam ſuaſerint, vel auxilium ad illam porrexerint. ib.25. Qui Fratres Conuentuum obſeruantiæ verbo, vel facto vexauerint. 668.26. Superiores, qui delinquentes extra Clauſtra impunitos ad alios Conuentus tranſmiſerint. ib. 27. Qui ſine licentia nouos Cõuentus receperint. ib.29. Qui Fratres ſine licentia Viatores receperint. ib.28. Qui ad Canonicas electiones ſacra Communione non refecti acceſſerint. ib.30. Qui ſine licẽtia Magiſtri Ord. ad Vrbem acceſſerint. ib.31. & 32. Qui mulieres in Clauſuram Conuentuum introduxerint. ib.33. Qui de lapſu Carnis conuincti fuerint, vel carceri ſententialiter mãcipati, vel Apoſtata extiterint. ib.34. Inſtantibus electionibus nullus eſt voce priuandus excõmunicationis cauſa ſecluſa. ib.35. Neq; inſtãte tractatu eorum, quæ ad Cap. ſunt mittenda. ib. 36. Qui ſunt priuati omnibus gratijs Ordinis, omni voce priuati quoq; intelliguntur. 669.37. Voce priuati ad nullam electionem admittantur. ib.38. Nullus priuationi Vocis eſt ſubiectus, niſi declaratione Superioris accedente. 670. 39. Quando autem adeſt clauſula Ipſo facto *ſola facti declaratione priuatiua pœna incurruntur. ib.40. Qui de furto notabili conuicti fuerint ſint in perpetuum omni voce priuati. ib.41.*

F I N I S.

ERRATA

Principaliora ſic corrige.

Prior numerus columnas, poſterior verò ordinationes indicat.

Erratum — *Correctum*

Col.8.num.21. Oxoniæ 1180. 1280.
13.2. Valliſoleti 1515. 1605.
ibid. Valliſoleti 1606. 1605.
14.13. Valentiæ 1596. ord.13. ord.3.
28.36 Romæ 1061. 1601.
ibid. Cap.General. 1061. 1601.
ibid. Valliſoletano 1065. 1605.
21.49. Vide de Abſol.Pri.num.9. 19.
23.59. ſub litt.Q. ſub litt. Y.
24.70. ante tres menſes. infra tres.
25.75. Vide de Pacceribus. Carceribus.
27.1. Barcinone 1274. 1574.
29.8. ſub litt.Q. ſub litt. Y.
30.3. Romæ 1619. 1629.
32.6. Valliſoleti 1065. 1605.
36.5. Pariſij. Peruſij.
45.5. Auenione 1370. 1470.
48.2. ante tres menſes, adde niſi.
ibid.3. Romæ 1691. 1601.
49.9. ord.29. ord.20.
50.14. amori amoueri.
53.6. iuriſdictionis iuriſdictione.
54.12. apud Montempeſſulanum 1458. 1456.
55.18. Romæ 1603. 1608.
56.25. diſt.3. diſt.2.

Erratum — *Correctum*

62.2. Argentiuæ 1427. 1417.
77.16. Bononiæ 1271. 1272.
78.18. Toloſæ 1504. 1304.
81.9. Treueris 1288. 1289.
81.12. Florentiæ 1289. 1281.
87.4. pecuniendus pnniendus.
90.28. Coloniæ 1427. 1428.
95.1. Honis Cannnicis. Horis Canonicis.
ibid.4. Bononię 1252. 1242.
99.13. Argentinæ 1418. 1417.
141.17. Romæ 1596. Valentiæ 1596.
159.1. abſque Priores licentia. Prioris.
186.9. ſante autem. ſtante.
189.1. ſchiſmaticis. ſchiſmatis.
210.11. numerabuntur tantum 39. 59.
262.2. manemus. monemus.
285. diſtributuum. diſtributiuam.
302.50. adde, reuelauerint.
323.8. Vide de Cap.Gen.num.24.20.
407.15. fugerit. fregerit.
433.29. in eorum. in earum.
483.10. ab ipſis. de ipſis.
497.23. in eadem Conuentu. in eodem.
608.27. veſtres. veſtes.
662.13. Vintatorem. Viſitatorem.

Cœtera minoris notæ errata per te metipſum corrige Lector.